OPVSCVLA QVESTIONES ET OMNIA QVOLIBETA

Thomæ de Vio Caietani Cardinalis sancti Xisti, in Quatuor Tomos distincta: & nunc recens ab authore multis Tractatibus, ac Quæstionibus locupletata. In quibus agitur



De author. Papæ & cõcilij.
De primatu Rom. Ecclesiæ.
De sacramentis.
De indulgentijs.
De cõceptione b. Virginis.
De eucharistia.
De præcepto eleæmosynæ.
De monte pietatis.
De cambijs.
De uoto.
De usura.
De simonia.
De ui cultus diuini.
De unione uerbi.
De causa mali.
De immortalitate aĩorum.
De passiõe aĩarum ab igne.
De synodorum differentia.
De infinitate Dei.
De potentia obedientiali.
De subiect. philosophiæ nat.
De analogia nominum.
De ente, & essentia.
De sacrif. missæ, Tractatus.

Addita est insuper ad nonnulla illi proposita dubia acuta quidem Responsio: aliaq; permulta, quæ tu, candide Lector, sequenti pagina uidere facile poteris.

LVGDVNI.
M D XLI.

Opusculorum huius Voluminis Index.

Index omnium opusculorum thome de vio caietani cardinalis sancti xisti.

Primi Tomi opuscula.

Secundi Tomi opuscula.

Tertij Tomi opuscula.

Quarti Tomi opuscula.

¶ Distinctos horum omnium Indices inuenies in fine cuiuslibet Tomi.

Finis.

¶ Ad Nicolaum a Flisco Epm Cardinalē sabineñ. Thome de vio Caietani (tūc or. pre. generalis magistri, nūc sancti Xisti Cardinalis) in comparationem autoritatis Pape ⁊ concilij, Prefatio.

TAmetsi puto, pater amplissime flisce, eam comparationē quā nuper de pontificis maximi ecclesieq̄ totius autoritate scripsi, a multis hac tēpestate, quēadmodum in diuersa studia scinduntur, ita dissimili ratione esse legendam, acceptandā, dijudicandā: omnibus tamen gratū fore puto, vel minimarum rationum, que ad hāc rem inusitatam, consentaneam tamen, his tēporibus afferuntur, fieri certiores. Aduersarijs quidē ⁊ emulis, vt impugnēt: amicis, vt ea que veritatis sunt, defendant: ceteris autem, vt presto ad legendum habeant, quid de tanta his temporibus concursatione maximaq̄ ⁊ olim sepe ⁊ in presentia contentione sit constituendum. Ego predicatorum ordinis (romane ecclesie veritatisq̄ studiosissimi) generalis magister, hanc summe autoritatis comparationem, in defensionem quidem veritatis ⁊ sedis apostolice, non vt hominibus placeam (q̄q̄ si id quoq̄ assecutus fuero, non aspernabor) sed vt Jesu christi veritatisq̄ seruus sim, libere scripsi: tibiq̄ in presentiarum ⁊ dedico quidem recte, ⁊ perquālibenter inscribo: q̄ ab illa sede quam defendo, ⁊ quam fliscorum ornatissima familia tua ornatissimis viris, episcopis, Cardinalibus, ⁊ summis pontificibus semper ornauit, ipse sis tandem summis honoribus exornatus. Quumq̄ te optimum predicantium ordinis protectorem, ⁊ conciliande conseruandeq̄ ecclesiastice vnitatis, ⁊ veritatis amplificande vehementer cupidum esse sciam, nil ambigo, quin ea que pro veritate ⁊ tante autoritatis vnitate atq̄ concordia ex eo ordine a me tibi inscripta dedicataq̄ sunt, grato sis animo, ⁊ qua polles probitate ⁊ benignitate singulari suscepturus, atq̄ habiturus inter cetera sempiterne voluntatis ⁊ obseruantie erga te mee testimonia. In euum vale.

¶ Thome de vio Caietani Cardinalis sancti Xisti de comparatione autoritatis Pape ⁊ cōcilij, Tractatus.

¶ Q̄ Papa habeat supremā potestatē in ecclesia dei. Cap. 1.

INtendēs Resolute comparare potestatem Pape potestati ecclesie ⁊ concilij vniuersalis, prio potestas Pape suo loco ponēda est: deinde cōparabitur specialiter apostolorum autoritati: post ecclesie ⁊ concilij vniuersalis absolute: ⁊ deinceps in casibus, primo heresis, secūdo incorrigibilitatis, ⁊ demum in euentibus: vt sic resolute habeatur ⁊ simpliciter ⁊ secundū quid. Et intendo pro solis viris doctis abq̄ vlla passione rationabilia tantum dicere: sub iudicio tamen sacro sancte Ro. ecclesie. ¶ Et ne quis putet ponere me falcē in messem alienam, premitto q̄ quia autoritas Pape immediate est a deo et reuelata in sacra scriptura, ⁊ autoritas ecclesie vniuersalis immediate dicitur esse a deo (vt constantieñ. concilium declarauit) ideo materia ista primo ⁊ principaliter est theologorum: quorum est sacram scripturam ⁊ diuina opera scrutari. secūdario autem inquantum scilicet est in sacris canonibus declarata, ad canonistas spectat. Propter quod grauiter errant in hac re canonistis primo deferētes. Oportet ergo virum doctum vtrosq̄ (theologos ⁊ canonistas) in re hac perspicere, ⁊ in suo quemq̄ loco honorando theologie primatum dare: vtpote que ex proprijs potest hoc determinare. Canonicum autem ius non nisi ad theologiam recurrat autoritatem scilicet sacre scripture, que vera theologia est.

A primo Igitur inchoando dicimus, q̄d certa est ista propositio. Papa habet supremam potestatē in ecclesia dei. Fūdaturq̄ super institutione Jesu Christi Mat. 16. ⁊ Joan. vlti. Saluator siquidem noster rex Regum ⁊ dominus dominantium, q̄uis potuisset Christianam rempub. in terris diuersis modis regendam disponere: voluit tamen ⁊ statuit, vt non populare, non diuitum, non potentum, non optimatum multorum aut paucorum esset regimen, sed vnius tantum: promittens soli petro Matth. 16. tibi dabo claues ⁊c. ⁊ eidem soli promissionem exhibēs, curam omnium ouium suarum committens Joan. vlti. pasce oues meas. Comparatiua siquidem interrogatio, a qua sermo incepit dicens, simon Joannis diligis me plus his? conuincit etiam proteruos, quod petro vt distincto ab apostolis presentibus (ad quos refertur comparatio) ⁊ non in persona eorum loquebatur dominus. ¶ Et licet hic textus sufficere deberet: quoniam tunc factus est Petrus pastor vniuersalis, dum dictum est in presenti, pasce oues meas: non has vel illas, sed indistincte, vt omnes comprehenderet: vt Grego. notat. Non desunt tamen glosse Chryso. dicentis ibidem, preteriens alios, petro loquitur, prepositus loco mei esto, ⁊ caput fratrum tuorum. Et Theophili dicentis quod cōmissionem ouium mundi petro commendat non alij. Et leo Papa in ca. ita dominus, distin. 19. ⁊ in. 6. de elec. ca. fundamenta. dicit, Ita dominus huius muneris sacramentum ad omnium apostolorum officium pertinere voluit, vt in beatissimo petro apostolorum omnium summo principaliter collocaret, vt ab ipso quasi a quodam capite dona sua velut in corpus omne diffunderet. Et merito inquit diuus tho. in. 4. contra gent. cap. 76. sic saluator instituit: q̄ regimen ecclesie est optime ordinatum: optimum autem regimē est vnius. Quod ex fine regiminis apparet. est enim finis pax, que in vnitate consistit: ⁊ constat quod melius est causa vnitatis vnus q̄ multi: qui non nisi vt in vnum venientes eam causant. est ergo ecclesie regimen institutum, vt vnus solus presit vniuerse reipub. ¶ Et ita valde notabis assumptum scilicet q̄d Jesus Christus instituit tale regimen, vt claudas ora opponētium de regali regimine instituto a senatu seu populo libero. non enim ecclesia, aut populus Christianus, aut cōcilium aliquod vniuersale, sed Christus ipse (qui viuit ⁊ regnat) instituit tale regimen, sic vt petrus non ecclesie, sed Jesu Christi vicarius esset: vt ex cōcilio Lugd. in ca. vbi periculum de elect. lib. 6. patet. vbi Papa dicitur Jesu Christi vicarius. Et in ca. q̄uis. distin. 21. pelagius Papa dicit, Sācta Ro. ecclesia catholica ⁊ apostolica nullis synodicis constitutis ceteris ecclesijs prelata est, sed euangelica voce domini ⁊ saluatoris primatum obtinuit. Afferuntur quoq̄ in dicto ca. contra gē. multe ad hoc propositum rationes de primatu Pape ⁊ de necessitate eiusdem vltra Jesum Christum in celis: quas poteris ibi videre. ¶ Firmatur autem asserta propositio autoritate martini. 5. in concilio constantieñ. vbi diffinita est: vt patet in bulla condemnationis Joannis vuicleff. In concilio quoq̄ icumenico florentino sub eugenio. 4. (vbi vnio grecorum ⁊ armenorum cum Ro. ecclesia facta est) habētur hec verba: Diffinimus sanctam apostolicam sedem ⁊ Ro. pontificem in vniuersum orbem tenere primatum: ⁊ ipsum Roma. pontificem successorem esse beati Petri principis apostolorum, ⁊ verū Christi vicarium, totiusq̄ ecclesie caput, ⁊ omnium Christianorum patrem ac doctorem existere, ⁊ ipsi in beato Petro pascendi, regendi ⁊ gubernandi vniuersalem ecclesiam, a domino nostro Jesu Christo plenam potestatem traditam esse. Hec ibi. ¶ Ex quibus patet propositionem dictam non solum esse veram, sed contrariam esse erroneam. vt etiam sanct⁹ Tho. in Tracta. contra errores grecorum cap. 65. ⁊ tribus sequentibus tangit. ⁊ pertinet ad errores Joannis Huss. damnatos in concilio constantieñ. a martino. 5.

His opusculū ī q̄tuor tomos: distictū sine cū iussu ber tomipo sit⁹ ē index oīū opusculorū ⁊ capitū seu q̄onum eius.

¶ Opiniones aliorum de comparatione potestatis petri primi Pape, ⁊ apostolorum. Cap. 2.

QUamuis autē Pape potestas petro apostolo primū collata ostēsa sit suprema: non desunt tñ qui apl̄os reliquos parē ptātē accepisse a Christo arguāt. Et vt veritas clari⁹ elucescat, sciēo q̄ in hac re duo dubia inuoluunt: q̄ si separent̄ ꝑspicuā magis sortient̄ veritatē. Alterū dubiū est de equalitate ptātis petri ⁊ aliorū apostolorū. Alterū de modo habēdi potestatem: an scʒ oēs imediate habuerint eā a

iesu christo, an solus petrus immediate a christo. alii vero ab eodem mediante petro. ¶ Et quo ad vtrumque dubium, due sunt opiniones extreme.

¶ Prima est dicentium, quod omnes apostoli parem potestatem a iesu christo immediate habuerunt. Et hi vtrumque simul multipliciter probant ex sacra scriptura. ¶ Primo ex eo quod matth. 18. saluator omnibus apostolis replicauit quod soli petro dixerat in ca. 16. ait enim, quecunque solueritis super terram etc. Et verbum illud ioan. vlti. dictum petro, pasce oues meas, omnibus apostolis in sententia dictum est: quoniam pascere tripliciter fit, doctrina, vita, et correctione. Hec autem omnia omnibus dicta sunt apostolis. Primum matth. vlti. Docete omnes gentes. Secundum matth. 5. Vos estis lux mundi, sic luceat lux vestra coram hominibus etc. Tertium ioan. vlti. quorum remiseritis peccata etc. ¶ Secundo ex. 2. capitulo ad gal. vbi paulus dicit, quod hierosolymis petrus et alii apostoli nil sibi contulerunt, nec doctrine nec potestatis (vt ibidem bis habet. s. tho.) sed dederunt ei dextras societatis. et quod in antiochia restitit petro in faciem. quia reprehensibilis erat. Hec enim non sunt inter superiorem et subditos, sed potius inter socios. In actibus apostolorum, 8. ca. legimus, quod apostoli miserunt petrum et ioan. in samariam. Constat autem quod maior non est qui mittitur mittente: iuxta illud, non est seruus maior domino suo, nec apostolus maior eo qui misit illum, ioan. 13. ¶ Et confirmantur hec autoritate sacrorum Canonum. Primo anacleti pape di. 21. ca. in nouo. Ceteri apostoli inquit cum beato petro pari consortio prediti, et honorem et potestatem acceperunt. Secundo cipriani in ca. loquitur dominus. 24. q. i. Hoc ceteri apostoli erant quod petrus fuit, pari consortio prediti et honoris et potestatis. Tertio hierony. super epistolam ad galathas (et habetur. 2. q. 7. ca. paulus.) Paulus petrum reprehendit: quod non auderet, nisi se non imparem sciret.

¶ Altera extrema opinio est, discordantium in vtroque: et dicentium, quod nec parem potestatem, nec immediate a iesu christo omnes apostoli acceperunt potestatem: sed solus petrus immediate a domino iesu christo potestatem accepit, et omnes ei subiecti fuerunt ab ipso potestatem habentes. Et de modo quidem habendi potestatem scilicet quod solus petrus habuit eam a domino iesu immediate, probant in communi quidem ex textu anacleti. di. 21. in nouo. Petro primo pontificatus in ecclesia christi datus est. ¶ In speciali autem quo ad potestatem ordinis, non sacerdotalis (hanc enim constat habuisse omnes immediate a christo in cena dicente, Hec quotiescunque feceritis, in mei memoriam facietis, quo ad actum celebrandi missas. et post resurrectionem quo ad actum absoluendi in sacramento penitentie, dicente, Accipite spiritumsanctum, quorum remiseritis peccata remittuntur eis etc.) sed episcopalis probant ex consecratione iacobi et pauli ac barnabe. Iacobus enim ordinatus fuit archiepiscopus hierosolymitanus a petro, iacobo et ioanne: vt dicitur in ca. porro. di. 66. Et paulus et barnabas ordinati ab aliis fuerunt. Dicitur enim act. 13. dixit spiritussanctus, Segregate mihi paulum et barnabam etc. Et subiungitur, Imponentes eis manus dimiserunt. glosa, in modum ordinandorum. Et in ca. quod die dominico. dis. 75. ¶ Quo ad potestatem vero iurisdictionis, cum nullibi clarius appareat quam matth. 18. vbi apostolis dicit dominus Iesus, quecunque solueritis super terram etc. Probant ex hoc, quod christus soli petro dixerat quodcunque solueris etc. matth. 16. Ex ipso innuunt ordine promissionum insinuari, quod potestas ligandi et soluendi ordine quodam exhibenda erat: vt scilicet per petrum ad alios deriuaretur: vt. s. tho. in. 4. contra gent. ca. 76. et in. 4. sen. distin. 24. q. vlti. dicit. ¶ Affertur quoque autoritas leonis supra inducta ex ca. ita dominus. distin. 19. clare dicens, quod christus hoc disposuit vt ab ipso petro quasi a quodam capite dona sua velut in corpus omne diffunderet.

De equalitate Vero potestatis apostolorum quatuor inuenio expositiones, sustinentes cum hoc petri autoritatem super omnes. ¶ Prima distinguit potestatem ordinis et iurisditionis. Et omnes dicit esse equales in potestate ordinis, sicut omnes episcopi sunt equales tali potestate. Petrus autem super omnes dicitur potestate iurisditionis. ¶ Secunda dicit, quod omnes apostoli fuerunt in potestate iurisditionis pares i. similes. Probatque in scriptura paritatem pro similitudine sumi, ex leui. 18. ca. Cauete ne vos similiter euomat, cum paria feceritis. glo. i. similia. ¶ Tertia (et est. s. tho. in secundasecunde. q. 33. articu. 4. ad secundum. quod fuerunt pares aliquo modo quantum ad fidei defensionem. Inquit enim sic coram, omnibus paulus petrum non reprehendisset nisi aliquo modo par esset quantum ad fidei defensionem. ¶ Quarta est eiusdem super epistolam ad gala. 2. ca. quod apostoli fuerunt equales quantum ad exequutionem autoritatis. ait enim Apostolus scilicet paulus fuit par petro in exequutione autoritatis, non autem in autoritate regiminis.

¶ Rationabilis sententia, quod petro subiecti erant ceteri apostoli. Ca. 3.

Talibus Duabus extremis opinionibus media mihi via incedendum occurrit: et dicendum quod apostoli inter se possunt comparari dupliciter. Primo inquantum apostoli. et sic omnes fuerunt equales. Alio modo inquantum oues christi, ab eo hic corporali conuersatione separate. et sic petrus solus est pastor, et reliqui apostoli oues sub illius cura. ¶ Sed quia non sufficit dicere, sed oportet declarare et probare sic esse vt dicimus, declaro primo dignitatem et potestatem apostolatus. Scribitur in primis luc. 9. ca. quod conuocatis iesus. 12. apostolis, dedit illis virtutem et potestatem super omnia demonia, et vt languores curarent: et misit illos predicare regnum dei et sanare infirmos. Matth. quoque vlti. legitur, quod eisdem dominus dixit, Euntes in mundum vniuersum docete omnes gentes, baptizantes et docentes seruare omnia que mandaui vobis. ¶ In prima quoque epistola pauli ad corin. 12. ca. legitur, quod deus posuit in ecclesia primum apostolos. vbi glo. interlinearis in verbo primum dicit, dignitate et tempore. Et in verba apostolos, dicit: omnium ordinatores et iudices. ¶ In decre. di. 68. ca. quorum vices, dicitur ex aug. Pro patribus tuis nati sunt tibi filii. patres missi sunt apostoli, pro apostolis filii nati sunt et constituti episcopi. ¶ Et in concilio icumenico florentino sub eugenio. 4. inter documenta fidei de ministro confirmationis habentur hec verba. Hanc scilicet confirmationem non nisi episcopus debet conferre: quia de solis apostolis legitur (quorum vicem tenent episcopi) quod per manus impositionem spiritumsanctum dabant. ¶ Diuus tho. super precallatis verbis ex prima epistola ad corin. 12. ca. dicit hec verba, Maiores autem ministri in ecclesia sunt apostoli: ad quorum officium tria pertinent. Quorum primum est autoritas gubernandi fidelem populum: que proprie pertinet ad officium apostolatus. secundo facultas docendi. tertio potestas miracula faciendi ad confirmationem doctrine. Hec ille. Et postquam subiunxit, quod tertium horum ordinatur ad secundum, et secundum ad primum, subdit, Deus posuit primum apostolos, quorum regimini commisit ecclesiam. Et tripliciter probat. Primo per illud luc. xxii. et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus regnum. Secundo per illud apoc. 21. Murus ciuitatis habens fundamenta. xii. et in ipsis. xii. nomina duodecim apostolorum. Tertio per illud ad roma. 8. Nos ipsi primitias spiritus habentes. maiori enim gradui maior datur gratia.

¶ Ex his omnibus facile est videre, quod apostoli inquantum apostoli habuerunt non solum potestatem ordinis, sed iurisditionis. Autoritas enim gubernandi ecclesiam, que est apostolatui propria, sine iurisditionis potestate non est.

¶ Et si huic adiunxeris, quod non habuerant apostolatum a christo mediante petro sed immediate ab ipso Iesu christo, iuxta illud Ioan. xx. sicut misit me pater, et ego mitto vos: et Matthei 10. et Marci. 3. et Luc. 6. patet, quod ipse fecit eos apostolos. Et ad gala. 1. Paulus probat se apostolum: quia neque ab hominibus neque ab homine tam mittente quam docente est apostolus. Solues vtrumque dubium scilicet et de potestatis equalitate. et de modo habendi: quod scilicet apostoli quantum ad appellatus autoritatem fuerunt equales simpliciter, et quod hanc potestatem habuerunt a Iesu christo immediate, sicut et apostolatum. Dixi autem simpliciter: quia secundum quid nihil prohibet vnum apostolum habere apostolatum digniorem altero: vt paulus aliis. iuxta glo. interlinearem ad gala. 1. in verbo, qui suscitauit eum a mortuis, dicentem in persona pauli. et ita dignius me constituit per immortalem christum quam alios per mortalem: et gloss. marginalem ex aug. in libro retractationum ex eadem radice. Propter quod diuus tho. ibidem dicit paulum ad dexteram, et petrum ad sinistram in bullis papalibus imprimi, Dignitas enim ista ex parte status vocantis, quia scilicet est immortalis, non facit vocatum apostolum maiorem simpliciter, sed quo ad hoc.

Si autem Consideremus, quod etiam ipsi apostoli oues erant christi, a quo statutum est vt sit vnum ouile et vnus pastor, sic petrus inuenitur ille vnus pastor, cui dictum est, pasce oues meas, non has vel illas: et reliqui inueniuntur vnius ouilis oues. In cuius signum petrus statim factus pastor curam ioan. suscepit, interrogans de eo. Hic autem quid? vt patet ioan. vlti. ¶ Quomodo autem verificari possunt hec duo simul: quod scilicet omnes apostoli fuerunt pares in autoritate

gubernandi ecclesiam, atque a Jesu Christo eã immediate habuerunt, & quod petrus solus fuit institutus pastor universalis ecclesie & maior autoritate super alios apostolos, ita quod ab ipso capite in totum ecclesie corpus potestas derivata est: difficile apparet prima fronte. sed si subtiliter contemplati fuerimus, videbimus de facto omnia vera simul fuisse. ¶ Sciendum est namque, quod sicut in natura dupliciter aliqua fiunt scilicet naturaliter, ut cũ homo generat hominẽ, & infirmus ex virtute nature sanatur: & supernaturaliter, sicut cũ homo creatus est a deo, & infirmus miraculo sanatur. Ita in ecclesia duplici quoque modo aliquid fit scilicet ordinarie, ut cum servato iuris ordine creatur episcopus: & de speciali gratia a principe, ut si statim aliquis crearetur episcopus: ut de Ambrosio contigit. Utroque autem modo princeps noster Jesus Christus in primitiva ecclesia usus est. nam in institutione ecclesiastici regiminis ordinario iure perpetuo servãdi monarchicũ id est unius principatũ instituit, et posuit petrum caput unũ totius corporis ecclesie: a quo in omnes potestas iurisditionis & ordinis ordinarie derivaretur. Et hoc intẽdunt omnes sacri autores, cũ dependentia omniũ a petro doctrinã tradit. In erogãdo vero ex speciali gratia: sicut prevenit petrũ in conferendo potestatẽ ordinis (dum ipse dñs per seipsum, etiam alios apostolos fecit sacerdotes in ultima cena, & confessores post resurrectionẽ, & sacramentum confirmationis in die pentecostes) ita prevenit eundẽ in dando autoritatẽ gubernandi, ordinãdi, iudicandique ecclesiam: ut ex allatis patet autoritatibus. Et quemadmodum nihil obstat maioritati ipsius petri capitis, quod alii non habuerint ab ipso potestatẽ ordinis (quia hoc nõ fuit ex defectu potestatis in petro, aut ex exemptione aliorũ ab ipso, sed ex prevention superioris, qui prius dedit id subditis Petri ex gratia, quod ordinarie dãdũ erat eisdem a Petro) ita etiã nihil officit excellentie potestatis iurisditionis Petri super omnes, quod etiam subditis salvator superior omnibus dedit illã potestatẽ ex gratia quã a Petro per viã ordinariã erant accepturi. ¶ Modus itaque varius dandi & accipiendi potestatem, clarificat veritatẽ. In Petro enim & a Petro inchoat omnis ecclesie potestas, & derivatur in totam ecclesiam via ordinaria: & rursus aliqui Petro subditi plures potestates acceperunt a Christo immediate, quas a petro accepturi erant, via preventionis gratuite. Et sic ecclesia una sub unico tantum capite petro scilicet & habet apostolos omnes immediate a Christo potestatẽ ordinis & iurisditionis habẽtes ex gratia preveniẽte: & habet petrũ solum caput apostolorũ ceterorũ & omniũ, a quo in apostolos alios & in omnes ordinarie potestas ordinis & iurisdictionis derivãda est. Sũt ergo simul vera, que adversari sibiinvicẽ videbantur.

Et ut clarius elucescant dicta, scito quinque esse differentias inter potestatẽ petri, & aliorum apostolorũ. Prima est in modo dandi & accipiendi: quia petro data est ordinarie, aliis autem ex speciali gratia: ut explanatũ est. ¶ Secunda est in officio (& sequitur ex prima) quod petrus factus est vicarius generalis Jesu Christi, alii vero facti velut legati seu delegati eius: iuxta illud pauli secunde ad corin. 5. legatione pro Christo fungimur. & ad ephe. vi. legatione fungor in cathena ista. Et hoc ipsum apostoli nomen importat, a missione sumptum: quãvis extenso vocabulo in prefatione dicãtur vicarii. ¶ Tertia est in obiecto potestatis: quod aliorum potestas iurisdictionis nõ erat supra seinvicem, sed super alios, petri vero potestas erat & super alios, & super ipsos reliquos apostolos. dicente sibi soli Christo, pasce oves meas: in quarum numero sine dubio erant apostoli. Ubi Chryso. dicit in persona Christi ad petrũ. Loco mei prepositus esto, & caput fratrum tuorum. ¶ Quarta est in perpetuitate potestatis: quia aliorum potestas finienda erat cum vita eorum: quoniã data est eis in personis propriis pro solis personis propriis, & nõ pro eorum successoribus. Petri vero potestas usque ad consummationem seculi perseverat: quia data est sibi in persona propria non solum pro seipso, sed omnibus successoribus suis. quod sancti doctores exprimunt sub aliis verbis, dicendo quod data est petro in persona ecclesie. Et ex hac differentia oritur, quod nullus est successor Joan. aut iacobi nec etiam pauli apostoli in autoritate apostolatus universalis gubernationis ecclesie, sicut apostoli gubernabant ubique: sed tantum in potestate ordinis & regiminis unius certe ecclesie succedũt episcopi. sed solus petri successor est & dicitur papa: ut patet in allegatis superius. ¶ Quinta & ultima pro nunc est in ipsa essentia potestatis: quoniam autoritas cõiter apostolis data, ex vi apostolatus fuit velut potẽtia executiva. unde & a sancto Tho. vocatur autoritas gubernãdi: gubernatio enim executionẽ sonat. Autoritas vero data soli petro quũ factus est papa, dicẽte Christo, pasce oves meas, est potẽtia preceptiva: & propterea vocatur a sancto Tho. autoritas regiminis. Propter quod dixit. s. Tho. Paulus fuit par petro in executione, non in autoritate regiminis, ad gala. 2. & ad corin. 12. ecclesie regimẽ, quod sonat executionem non autoritatem regiminis, quod sonat imperium, commissum dicit apostolis. Unde & in prefatione non appellantur vicarii absolute, sed vicarii operis: dicente ecclesia ad deum de apostolis, quos operis tui vicarios: quasi diceret vicarios ad exequẽdum. Verũtamen, quia unum pro alio quandoque poni potest, si etiam inveniretur paritas in autoritate regiminis, pie exponẽdum esset pro executiva potentia. Dedit enim salvator omnibus apostolis cõiter, ut exequi possent in eis ad quos mittebantur, omnia que poterat exequi petrus: puta instituere ecclesias & episcopos, docere, excõmunicare &c. petro autem absolute dedit potestatem omnium. Et si paulus aliquo modo id est executive erat par petro quantũ ad defensionem fidei: ut ex secũda secunde dictum est. ¶ Et si non penetras differentiam hanc inter potestatem exequutivam & preceptivam, vide illam in exemplo. Episcopi habent officium predicãdi, & fratres predicatores habent etiam officium predicandi (cum ad hoc instituti sint) sed differenter: quia episcopi ex propria autoritate hoc faciunt, fratres vero predicatores autoritate pape delegãtis eis in officium, hanc predicationis exercende potestatem. Sic enim proportionaliter de potestate gubernandi ecclesiam in petro & aliis apostolis fuit: petrus enim ex propria sui pontificatus officii autoritate gubernabat, alii vero apostoli ex privilegio domini delegantis eis gubernationis officium. ¶ Nunc superest respondere obiectis in sequenti capitulo.

¶ In quo solvuntur obiectiones contra determinationẽ factam de petri primatu super alios apostolos. Cap. 4.

Ut autẽ ordinate satisfiat obiectis, primo ad primo inductas obiectiones, & sic deinceps respondebitur. ¶ Ad autoritatẽ ergo ex Mat. 18. dicitur, quod in verbis dictis petro soli ca. 16. & in verbis dictis omnibus ca. 18. perspicienda sunt duo scilicet ordo & potestas data. Ordo fuit, quod prius petro soli est dictum, quodcunque solveris: & deinde omnibus. Et ex hoc ordine insinuat dominus ordinarium progressum potestatis solvendi & ligandi, quod scilicet a petro ad ceteros derivanda est propter unitatem capitis & corporis ecclesie: ut ex autoritatibus san. Tho. allatis ex. 4. contra gent. & 4. sen. apparet. ¶ Potestas data fuit (ut dictum est) ad gubernativam ecclesie potestatem pertinens, & equalis modo dicto. Et ex hoc ostendit dominus, quod ipse ex gratuita preventione dare voluit apostolis. Ambo igitur simul cõsiderata ostendũt magis quod diximus esse verum. ¶ Ad illud Joan. vlt. quãvis male probetur, quod correctio iurisditionalis sit commissa omnibus per illud, quorum remiseritis peccata (quoniam hec verba ad correctionem fori penitentie spectant) quia tamen posset probari per illud Matth. 18. quecunque solveritis: ubi salvator loquitur de exteriori iurisditione, qua ecclesiam non audiens fit ethnichus et publicanus. Respondetur quod in veritate salvator illa verba etiam quo ad sensum, pasce oves meas, soli petro dixit: ut probatum est. Et quod si invenitur aliquid simile commissum apostolis (puta pastorale officium, ex eodem fundamento dicatur, quod nulli commisse sunt oves Christi indistincte, ut comprehendantur omnes, nisi petro. aliis vero commisse sunt oves determinate saltem hac determinatione scilicet alie ab ipsis apostolis, saltem petro. Et propterea alii possunt dici delegati pastores: iuxta illud prefationis. quos operis tui vicarios eidem contulisti preesse pastores, quasi diceret, quod gregi tuo contulisti apostolos preesse pastores, ut vicarios operis tui id est missos ut vice tua ad executionem operis tui. Petrus autem creatus est pastor ovium Christi absolute et universaliter, dicente Christo ipsi soli, pasce oves meas. Unde (ut unico verbo dicatur) plus datum est per hec verba petro, quam per quecunque alia simul congregata ceteris: quia autoritas regiminis universalis simpliciter hic clauditur: quamvis totum pastorale officium executive cõcessum sit omnibus apostolis. ¶ Ad autoritatẽ ex secundo ca. ad gal. iam patet, quod nil doctrine aut potestatis accepit paulus a petro, nõ ex defectu potestatis in petro, sed ex preventione gratuita, qua a dño Jesu habuit potestatẽ & scientiã: ut ipsemet in primo ca. dixerat. Dexteras autẽ societatis propter unitatem fidei quam docebant: nõ solum namque socii, sed fratres in unitate fidei sumus iuxta illud Matth. 23. omnes vos fratres estis. Quomodo vero in faciem restitit ut par, iam declaratum est, quod de paritate in exequutione officii defensivi fidei intelligitur. ¶ Ad illud vero, quod in actibus apostolorum, petrus & Joannes missi sunt: facile patet ex theologis in primo sen. distin. 15. responsio quod non oportet mittentem esse maiorem misso. Et nihilominus in proposito missi

dñi cōsilio vel amore, nō autoritate aliorū. ¶ Ad autoritates ana cleti, cipriani, ⁊ hiero. iam patet qd dicendum ex fundamēto iam posito. Unde vir docte, qui nō vagando, sed ex eadē radice oīa solvūtur, testimonium habens q doctrina hec vera est. Vero 'cū oīa ɔsonāt: ⁊ opz ex qō qd est rei, oēs difficultates proprias solvere: vt philosophus dicit. 4. phy. ¶ Ex eadē quoqꝫ radice patet de positione aliorū, quā recitavimus circa modū habendi potestatē a christo immediate. Patet inqꝫ de potestate ordinis, q nihil refert an dñs iesus preuenerit petrum in faciendo oēs apostolos epōs (vt glosa in ca. porro. di. 66. sentire videtur cōtra textū) an eos ordinandos petro reliquerit: vt preallegata sonāt. Si eñ petro hoc dimisit, ordinariū ꝓgressum potestatis ordinis in statuto cursu nō preuenit ⁊ si ipse ordinauit per seipsum, gratuita preuētione nō reuocatione statuti ordinis hoc fecit. De potestate vero iurisdictionis, iā dictum est q gratuita ꝑuētione per seipsum cā oībus exequendā dedit, q in ordine dādi seu ꝓmittēdi, ordinariū ꝓgressum deriuationis illius ad alios p petrū fore statuit: vt allate autoritates docēt. ¶ Ex his oībus clare liquet, q petrus solus princeps caput ⁊ pastor ē apostolorū: ⁊ q ei subditi fuerūt apostoli vt oues pastori: ⁊ qō ordinaria via ab ipso potestatē sortiti erāt ordinis ⁊ iurisditionis, lꝫ gratuita ꝑuētione potestatē iurisditionis exequutiuā equalem a dño immediate habuerint. potestatē autē ordinis epalē immediate vel mediate, oēs etiā a dño habuerūt eq̄lē. ¶ Et si predicta perspicaciter intuitus fueris, videbis q petrus lꝫ apostolus ⁊ papa fuerit simpliciter maior ceteris: linus tamen, cletus aut clemens non sic se habebat ad ioannē apostolū ⁊ euāgelistā qui viuebat, sed aliquo modo vt par, ⁊ excedēs, ⁊ excessus. Erāt enim pares in potestate executiua regiminis ecclesie: ꝑ quāto ioannes poterat ex apostolatu exequi quicquid poterat papa. Erat papa excedens in autoritate regiminis, sicut de petri autoritate dictum est: quia illius erat successor, ⁊ Jesu christi vicarius ipse, non ioannes. Erat et excessus in dignitate apostolatus: quia ioānes erat apostolus, linus autem aut clemens nō. Et qꝛ apostolis nō pape cōcēdi libros facere scripture cōcessum est, dicēte illis dño q spiritussanctus doceret eos omnia ⁊ omnem veritatē (vnde aug. de consensu euāge. Lucas ⁊ marcus scripserunt illo tēpore, quo ab ipsis in carne manentibus apostolis probari meruerunt) ideo preualuisset sententia ioā. sententie clementis pape in doctrina fidei ⁊ morum: sicut modo ꝑualet euangelium ioannis sententie cuiuscūqꝫ pape ⁊ totius ecclesie. ¶ Nec obstat illud aug. Euāgelio non crederem, nisi me authoritas ecclesie admoneret: quia ipse ioānes, ⁊ similiter quilibet apostolus ecclesia erat Jesu christi autoritate: testante hoc ipso ioanne, qui de seipso loquens ca. vlt. dicit in persona ecclesie, quam autoritate christi gerebat. Et scimus, quia verum est testimonium eius. Ex quo namqꝫ constat apostolum aliquem scripsisse ad doctrinam ecclesie, ecclesie autoritatem habet.

¶ Ex his, ante pꝫ q duarum extremarum opinionum. s. dicentis, q omnes apostoli eodem modo sint instituti a christo vicarij sui, ⁊ dicentis q christus immediate soli petro dedit potestatem iurisdictionis, neutra videt̄ vera: q̄uis ista secunda sit non reprobanda sꝫ exponenda. Media aūt via sola vera est, quā declarauimus scilicet q solus petrus habuit vicariatum Jesu christi, ⁊ solus immediate potestatem iurisdictiōis ordinarie a christo accepit: ita q ab eo alij ordinario iure accepturi erāt, ⁊ ei sunt subiecti: hoc eñ mō verificatur 2ᵃ opinio. Et cū hoc iesus christus dñs iuris ꝑueniendo delegauit ceteris parē in exequēdo ptātem (vt dictum est) ⁊ hoc veritatis habet prima opinio. Sequere ergo medium.

¶ In quo ponuntur rationes tenentium q ecclesia vniuersalis seu concilium vniuersale habet potestatem supra papam simpliciter, ita q papa est illi subditus. Cap. 5.

Examinata Comparatione potestatis pape ad apostolos ratione sui apostolatus comparanda modo est pape potestas vniuersalis seu concilij vniuersalis potestati. nunc quidem absolute, postmodum vero in euentibus ⁊ casibus vt promisimus. Et quoniam opposita iuxta se posita magis elucescunt afferam primo rationes primarias in quibus consistit vis, quibus probatur papam subesse ecclesie seu concilij velis iudicio. Et ne, cōtingat sepius ecclesiā ⁊ conciliū iungere, pro eodē sumātur: qm̄ nō nisi sicut representans ⁊ representatum distinguntur.

¶ Fundant igitur constitutionem dictam primo in actis concilij constantien. sub ioanne. 23. anno domini. 1415. vbi in sessione q̄nta habita die. 6. mensis aprilis sic legitur. Hec scā synodus declarat, q ipsa in spiritusancto legitime congregata, concilium generale faciens, ⁊ ecclesiam catholicam representans, potestatē a christo immediate habet: cui quilibet cuiuscūqꝫ status vel dignitatis, etiā si papalis existat, obedire tenetur, in his que pertinent ad fidem, ⁊ extirpationem dicti scismatis, ⁊ reformationem dicte ecclesie in capite ⁊ in membris. Hec ibi. ¶ Et subiungitur aliud decretum in hec verba. Item declarat, q quicunqꝫ cuiuscunqꝫ conditionis, status dignitatis, etiā si papalis, qui mandatis, statutis seu ordinationibus aut preceptis huius sacre synodi, ⁊ cuiuscunqꝫ alterius concilij generalis legitime congregati super premissis seu ad ea pertinentibus factis vel faciendis, obedire contumaciter contempserit: nisi resipuerit condigne penitentie subijciatur, ⁊ debite puniatur, etiā ad alia iuris subsidia si opus fuerit, recurrendo. Hec ibi. ¶ Ex quibus habentur tria. Primo quod concilium vniuersale habet auctoritatem a iesu christo immediate. Secundo quod papa tenetur ei obedire. Tertio quod ipsa synodus habet potestatem coactiuam supra papam, dum punitioni eum subijcit.

¶ Confirmaturqꝫ eadem sententia per concilium basilien. celebratum anno domini. 1431. sub eugenio quarto vbi resumpta sunt hec decreta in sessione secunda ⁊. 18. Deinde in condemnatione errorum ioannis vuicleff in eodem concilio constantien. sessione octaua ⁊ postmodum per bullam martini quinti sacro approbante concilio firmata ibidem. Ubi inter alia sic ꝺamnatur articulus iste scilicet Non est de necessitate salutis credere romanam ecclesiam esse supremam inter alias ecclesias. Error, si per ro. ecclesiam intelligatur vniuersalis ecclesia, aut concilium generale: aut pro quanto negare primatum summi pontificis super alias ecclesias particulares. Hec ibi. Ex qua condemnatione habetur, quod concilium verisimile est supreme ecclesiarum: ⁊ consequenter est superior ecclesia romana, que est vna ecclesiarum. ¶ Et confirmatur hanc esse intentionem patrum: quia faciunt differentiam inter primatum concilij ⁊ summi pontificis: quoniam de concilio dicunt simpliciter, quod est suprema inter alias ecclesias. De summo vero pontifice, dicunt quod habet primatum respectu ecclesiarum particularium.

¶ Fundāt quoqꝫ hoc idē in euāgelio ⁊ doctoribꝰ, ex eo q claues regni celorū, offm̄ pastorale ⁊ potestas ligandi atqꝫ soluendi, ecclesie data sunt dupl̄r. s. autoritatiue ⁊ finaliter. Et q autoritatiue ecclesia ipsa hec habeat testatur in primis math. 18. ca. vbi postq̄ dominꝰ dixerat. Dic ecclesie, ⁊ si ecclesiā non audierit, sit tibi sicut ethnicus ⁊ publicanus: statim subdit. Amē dico vobis: quecunqꝫ ligaueritis super terram, erunt ligata ⁊ in celo. ⁊ q̄cunqꝫ solueritis super terram, erunt soluta ⁊ in celo. Ubi manifeste ecclesie hanc cōtulit potestatem vniuersalem: ad hoc. n. illa verba subdidit dominus (vt hierony. ibidem dicit cum hylario) ne priuata autoritate reputaretur non audiens ecclesiam ethnicus ⁊ publicanus, sed diuina auctoritate ecclesie collata.

¶ Testatur deinde aug. superiora. vt habetur. 24. q. 1. ca. quodcunqꝫ) vbi concluditur q petrus quando claues accepit, ecclesiā sanctam significauit. ¶ Et iursus sermone. 10. super ioan. loquens de ptāte ligandi ⁊ soluendi dicit. Hoc petrus cum oībus tanquam personam gerens ipsius vnitatis accepit. ¶ Et iter um in sermone apostolorū petri ⁊ pauli. Petrus totius ecclesie gestabat personā: ⁊ propterea audire meruit. tibi dabo claues regni celorum. Has enim claues non ipse vt homo vnus, sed vnitas accepit ecclesie. Et in libro de agone christiano. Non sine causa inter apostolos, ecclesie catholice personam sustinet petrus. Huic enim ecclesie claues date sunt cum petro date sunt. Et cum ei dicitur, ad omnes dicitur amas me? pasce oues meas.

¶ Et confirmatur hoc ratione. Quia non minus iuris habet ecclesia in clauibus sibi datis a iesu christo q̄ in rebus. sed dominiū rerum temporalium principaliter est in ecclesia: cum etiā papa nō sit dominus sꝫ dispensator rerum ecclesie: vt. s. tho. in 22ᵉ. q. c. ar. primo ad septimū, ergo ecclesia principalius habet claues quam papa. ¶ Et confirmatur hoc rursus. Quia cum rectum sit iudex sui ⁊ obliqui, ⁊ ecclesia vniuersalis adeo sit recta, vt errare nō possit (vt pꝫ) papa autē errare possit etiā in fide (vt pꝫ. 40. di. ca. si papa) consequens est, quod ecclesia excellentius ⁊ prius habeat claues quam papa: immo quod habeat etiam vt iudex pape. ¶ Q autē finaliter ecclesie date sint claues, pꝫ ex. 2. ad cor. 13. potestatem mihi dominus dedit in edificationem, ⁊ nō destructionem. Et. s. tho. in tract. contra impugnantes religionem, expresse tenet quod potestas iurisdictionis prelatorum est propter bonum subditorū: ⁊ propterea nulla iniuria fit prelato inferiori, puta episcopo, quādo eximitur ab eo abbas propter bonum ecclesie. Ex quibus sequitur q papa est propter ecclesiam ⁊ nō econuerso: ⁊ consequenter claues pape date sunt propter ecclesiam finaliter.

¶ Fundāt ⁊ tertio idē sup principijs naturaliter p se notis. Omne inquiunt totū est maius sua parte: ecclesia vniuersalis est totū, et papa pars. ergo ecclesia vniuersalis maior est papa. Processus bonus. Et maior est principiū per se notū. Minor est apostoli ad ro. 12. multi vnum corpus sumus, singuli autem alterius membra. et hieronymi ad propositum in ca. legimus di. 93. Si autoritas queritur, orbis maior est vrbe. ¶ Fundant denium hoc idem sup hoc, q ecclesia constituta est a domino Jesu Christo iudex pape in casu peccati: vt patet Matth. 18. Si peccauerit in te frater tuus ⁊c. dic ecclesie, ⁊ si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus ⁊ publicanus. Ex qua autoritate licet loquatur in casu peccati (qz incipit si peccauerit, ⁊ propterea non spectet ad presens ca. in quo cōparatur papa ecclesie non in casu, sed absolute. volunt tamen elicere etiam q ecclesia sit absolute supra papam. Tum quia ordinarius iudex alicuius in puniendo, est etiam ordinarius iudex illius absolute. Tum quia iudex ⁊ lex non differunt nisi sicut animatum ⁊ inanimatum: vt patet. 5. ethi. Ad eandem autem legis autoritatē cuius est vnus actus legis scilicet punire, spectant tres reliqui scz imperare. vetare ⁊ permittere. Ad eiusdē ergo iudicis ordinarij autoritatem spectabunt omnes iudicis actus, ad quem spectat punire. Et sic cum ecclesia sit iudex ordinarius pape in puniendo, sequitur q erit simpliciter iudex eiusdem in imperando, vetando ⁊ permittendo. hi enim quatuor actus sunt legis: vt in. 12. q. 92. ar. 2. habes a diuo tho. ¶ Et confirmatur hoc sacrorum autoritate canonum. 25. q. 1. contra statuta. dicit zozimus papa. Contra statuta patrum concedere aliquid vel mutare, nec huius quidem sedis potest autoritas. Et in ca. primo dicitur. Prima salus est recte fidei regulam custodire, ⁊ a constitutis patrum nullatenus deuiare. Ex quibus habetur ⁊ q papa non est supra potestatem concilij, ⁊ q ad primam salutem spectant statuta patrum nō pape. Multa quoqz in eadem causa ⁊. q. dicuntur ad hoc, que breuitatis causa omittuntur.

¶ Quis sit sensus, quo questio de comparatione autoritatis concilij ⁊ pape vertitur in dubium. Cap. 6.

AD euidētiā huius comparationis premittenda / declarandi sunt termini: qd scilicet nomine ecclesie seu concilij vniuersalis intelligatur, ne in vanum tota disputatio sit. Ecclesia vniuersalis duo significare pōt in pposito: aut totū corpus ecclesiasticum constans ex omnibus membris, comprehenso etiam capite id est papa: aut totum residuum corpus ecclesie distinctum contra caput id est papam. Concilium quoqz vniuersale aut sumitur cum capite id est papa, vel personaliter, vel autoritate eius autorizatum: aut sine papa vtroqz modo. Et sic tres comparationes examinande sunt. Prima est inter papam ⁊ ecclesiaz seu concilium sine capite id est papa omnino. Secunda est inter papā ⁊ ecclesiam seu cōcilium cum capite personaliter. Tertia est inter papam ⁊ ecclesiam seu concilium autorizatum a papa. ¶ Et quoniam omnes he comparationes supponunt papam esse caput ecclesie vniuersalis, ⁊ non solum singulorum membrorum (vt inimici veritatis glossant) hoc primo monstratur. Primo ex autoritate ipsius constantien. concilij ante ⁊ post electionem martini. 5. vt patet in sessione. 15. eiusdem, ⁊ in bulla martini. 5. vbi dānatur propositio illa Joannis huss, Petrus nec est nec fuit caput ecclesie sancte catholice. Et altera scilicet. Non est scintilla apparentie, qd oportet esse vnum caput in spiritualibus regens ecclesiam, quod semper cum ipsa militante ecclesia conuersetur. Hic expresse damnatur, quod petrus non fuit caput catholice ecclesie: catholicum enim idem est quod vniuersale. Et similiter damnatur quod non oporteat esse preter Christum qui in celis est, vnuz caput quod regat ecclesiam conuersans cum ea, quod est papa: vt latius ostendit diuus tho. hanc necessitatem in. 4. contra gen. ca. 76.

Hierony. quoqz in li. de ortu ⁊ obitu sanctorum in nouo testamento. petrus inquit in Christi ecclesia firmamentum est, cephas corporis Christi principatus ⁊ caput est. Si petrus est caput corporis Christi. ergo totius ecclesie collectiue: iuxta illud apostoli ad ro. 12. multi vnum corpus sumus in Christo.

Et. 24. q. 1. rogamus vos. marcellus papa expresse dicit, qd petrus est caput totius ecclesie. Et in concilio Lugd. Gregorius 10. (vt habetur in ca. vbi periculum, de elec. lib. 6.) papam vicariū Jesu Christi petri successorem, rectorem vniuersalis ecclesie, ⁊ directorem gregis dominici vocat. Ritus quoqz Ro. eccle. habet, vt cum papa se subscribit in aliqua vniuersalis negotij bulla dicit sic. Ego. N. catholice ecclesie episcopus. Ex quibus patet, quod cauillatio dicens, quod papa est caput membrorum ecclesie, ⁊ nō ipsius simul ecclesie. erronea est. Quo namque pacto debuit aut potuit melius explicari a sanctis quam per nomina collectiua, et apposita quandoqz nomina vniuersitatis expresserunt ecclesiam gregem. corpus Christi, explicando totam, vniuersalem catholicam. Dicant isti quomodo debet dici: ⁊ conuincantur saltem ex verbis ipsius constantien. ⁊ basilie. concilij. vbi eisdem verbis significatur ecclesia collectiue: cum millies ibi replicatur. Hec sancta synodus vniuersalem seu catholicam ecclesiam representans.

¶ De prima ergo comparatione, scilicet inter papam ⁊ ecclesiam vniuersalem sine capite, aperte constat quid dicendum sit scilicet q papa est super eam. Tum quia est corpus enormiter diminutū, quia est truncum absqz principali membro: ac per hoc non est vniuersalis ecclesia, que perfectum significat. Tum quia dei perfecta sunt opera deute. 32. ac per hoc non conuenit diuine prouidentie in tam imperfecto corpore supremam autoritatem locare, sed magis ipsum a capite depēdere. Et si instetur, q apostolica sede vacante inuenitur vniuersalis ecclesia, ⁊ tamen sine capite, qd est papa. Respondetur q nō inuenitur vniuersalis ecclesia nisi imperfecta: ita q imperfectio ista est cōditio diminuens ly vniuersalis ecclesia. sicut corpus trūcum diminuit a corpore integro. vniuersale enim vniuersitatē claudit in se membrorū officialium. quorum precipuū est caput. Unde tūc ecclesia est acephala: ⁊ est absqz eius suprema parte ⁊ potestate. Et qui hoc negat, in errorem Joan. huss negantis necessitatē capitis ecclesie in terris (dānatum ⁊ a san. Tho. ⁊ a martino. 5. cū concilio constantien. vt dictum est) incidit. Et si de ecclesia vniuersali sic sumpta intelligatur, q habet immediate potestatē a Christo, ⁊ q ipsa representatur per vniuersale cōciliū, erratur errore intolerabili: vt patet ex allatis autoritatibus, ⁊ inferius magis elucescet. ¶ De scda autem cōparatione in altero extremo scz inter papam ex vna parte, ⁊ ecclesiam totam id est etiam cum papa ex altera parte, dicitur q papa cum residuo ecclesie nō est maioris potestatis iurisditionis spiritualis q̄ ipse solus: qz potestas sua continet in se omnium reliquorū potestates, vt carū cā vniuersalis. Nulla enim est potestas iurisditionis in ecclesia, q̄ non sit in papa: vt patet inductiue. Quinetiā potestas electiua ipsius pape in pape potestate est. Qd patet tum ex facto petri, qui elegit sibi successorē: vt. 18. q. 1. ca. si petrus. dicit Joānes terti9. Tū ex eo q papa ordinat actū electiue potestatis. determinando qñ ⁊ qualiter debet fieri electio, ⁊ qd plus est. determinando subiectū illius potestatis: dū constituit q ad duas partes Cardinalium ad min9 spectet electio. Probatur ⁊ ex ca. si papa di. 40. vbi dicitur, q vniuersitas fidelium suam salutem post dominum ex pape incolumitate animaduertit propensius pendere. Et di. 19. ca. Jta dominus leo papa dicit, Huius muneris sacramentum ita dominus ad omnium apostolorum officium pertinere voluit, vt in beatissimo petro omnium apostolorū summo principaliter collocaret: vt ab ipso quasi a quodam capite dona sua velut in corpus omne diffunderet. Ubi manifeste patet, a papa omē reliquum corpus ecclesie velut a capite potestatem sortiri. Et sic sumendo ecclesiam vniuersalem, constat q habet immediate autoritatem a Jesu Christo: nihil enim mediat inter ipsam ⁊ Jesum Christum. Sed ex hoc nō habetur, q comparādo mēbra aliqua. puta corpus sine capite) ad Christum, q habeant immediate potestatem ab ipso: sed sufficit q totū habeat immediate a Jesu Christo, partes autē iter se ordine quodam. ⁊ ita in caput primo, ⁊ per caput in corpus reliquum potestatem diffundit saluator noster. iuxta dicta ⁊ dicenda. Unde patet, q tota ecclesia non habet potestatē supra papam solum nec econuerso: qz Papa cum ecclesia reliqua non facit maius in potestate, sed plures potestates. ¶ De tertia autē cōparatione, que est media, ⁊ est inter papā ⁊ cōciliū autorizatū a papa) ex antedictis facile sumit quid dicendū est. s. q nō est maioris autoritatis q̄ papa a quo solo autorizari potest: vt patet. 17. di. per totuz, ⁊ extra de elec. ca. Significasti. vbi dicitur quod omnia concilia per Ro. ecclesie autoritatem ⁊ facta sunt, ⁊ robur acceperunt. ¶ His tribus comparationibus fm veritatem premissis, quarta superadditur secundū opinionē: ⁊ est inter ecclesiā vniuersalē vt quandā cōmunitatē sine papa prima pars eius nō caput toti9 autoritatis in ea velit in eam cōcurrere siue nō, ex vna parte ⁊ papā ex altera parte. Et quia comparatio inter diuersa est, ⁊ eiusdem ad seipsum subiectio non est, sicut nec iustitia proprie loquēdo, cū dicūt hi q eccl'ia vniuersalis est supra papā, alterū duorū intēdūt. aut enim intēdūt p ecclesiā vniuersalē cōgregationē fidelium velut quādam cōitatē, siue papa pars pma illi9 velit interesse siue nō. aut intendūt ipam fidelium cōgregationē autoritate capitis. s. summi pōtificis factā: ita q ipsum cōgregari solū depēdeat a papa in ecclesia vniuersali, in concilio

verorum dependẽ ita a papa .s. congregari ⁊ representare vniuersalẽ ecclesiã ita ꝙ in his intendunt. ꝙ seclusa autoritate pape, ex quo congregata est ecclesia vel cõcilium fit comparatio potestatis ecclesie vel concilij ex vna parte, ⁊ pape ex altera. Totus ergo futurus sermo de ecclesia seu concilio vt distinguitur contra papam erit de ecclesia ⁊ concilio seclusa pape autoritate post congregationem legitime factã. ¶ Et contra hos dicẽtes ecclesiã habere autoritatẽ supra papã, ratio est. Quia positio ista peruertit ordinẽ regiminis ecclesie: oportet nãq; secundum istos regimẽ ecclesie esse democraticũ seu populare: in quo tota autoritas apud nullum residet, sed in tota communitate, sicut in capitulo accidit: vt. s. tho. in 4. sen. di. 19. q. 1. ar. primo. q. 3. ad tertium dicit. Et hoc ipsi volunt: dum ecclesiam velut cõmunitatẽ liberam potestatẽ supra papam quasi regẽ habere dicunt: vt senatus populusq; romanus habebat super imperatorem. Et q2 hoc ipsi non reputãt inconueniẽs quãtũ ad rẽ, licet vocabula horrere videãtur, ideo circa rẽ insistẽdo mõstrandum est, ꝙ nõ communitati ecclesie, sed vni soli in illa christus plenitudinẽ potestatis ecclesiastice dedit.

¶ Quod papa sit super potestatem ecclesie vniuersalis ⁊ concilij generalis, vt distinguitur contra papam. Cap. 7.

PRincipiũ huius veritatis ex dñi nostri iesu christi autoritate sumitur: vbi ioã. vlt. soli petro vt distincto ab alijs dicit, pasce oues meas (vt deductum in primo ca. fuit) in hoc instituens regimẽ ecclesie monarchicũ. Et si ridiculosa illa responsio detur, ꝙ christus dixit petro, Pasce oues meas, non ecclesiam meam: quasi fecerit eum pastorem singularum ouium, non ipsius ecclesie que significat totum consurgens ex omnibus ouibus, manifeste excluditur hoc ex eo, ꝙ in oratione dicitur. Deus omnium fidelium pastor ⁊ rector, famulum tuum. N. quẽ pastorẽ ecclesie tue preesse voluisti. Et in concilio lugd. de elec. li. 6. vbi periculum, papa rector vniuersalis ecclesie, ⁊ gregis dominici director dicitur. vbi patet ꝙ respectu ecclesie ⁊ gregis (que collectiões significant) ⁊ nõ solum respectu particulariũ pastor, ⁊ rector ⁊ director est papa. Et q2 hec est vltima fuga harum vulpecularum vineã domini demolientium: idcirco in omnibus afferẽdis vigilandum est vt de ipsa collectione seu communitate concludamus non prelatã sed subditã esse pape. ¶ Amplius, ioã. 10. saluator inquit, alias oues habeo ⁊c. ⁊ subdit, ⁊ fiet vnum ouile ⁊ vnus pastor. Certum est ꝙ ouile non significat oues, sed vnum continens oues. Et ex glosa interlineari in principio illius capituli (vbi dicitur, qui non intrat per ostium in ouile: exponente in ouile .i. in catholicam ecclesiam) habetur ꝙ per vnum ouile intelligitur ecclesia vna ex iudeis ⁊ gentilibus. Ex hac autoritate arguitur sic. Ecclesia vt vna ex iudeis et gentilibus, est ouile: ⁊ petrus cui dictũ est, pasce oues meas, est pastor vnus illius ouilis. ergo ecclesia vt vna nõ est super papam, sed sub eo vt ouile sub pastore. ¶ Et cõfirmatur hoc. Quia ecclesia seu cõcilium distinctum contra papam, aut est oues aut ouile, aut pastor. Non oues: quia ex vtrisq; ouibus ouile vnum constituendum dicit dominus. Non pastor: quia cum petrus sit vnus pastor ecclesie (vt monstratum est) si ecclesia esset alius pastor, essent duo pastores, contra dominum dicentem, fiet vnus pastor. Ergo ouile, et cum non sit ouile nullius pastoris, est ouile vnum vnius pastoris, qui est dominici gregis rector ⁊ director, papa .s. ¶ Et confirmatur quod de papa specialiter loquatur: quia verbo futuri temporis vtitur significante futurum fieri. fiet inquit ouile vnum vtrisq; conuenientibus, ⁊ vnus pastor. Et quoniam quod est, non fit nec fiet. ipse dominus, qui de seipso premisit pluries ibidem, ego sum pastor bonus, non est postmodum factus pastor vnus: sed dum soli petro postmodum dictum est, pasce oues meas, non has vel illas, impletum est fiet vnus pastor, loco illius summi pastoris, qui solus est pastor bonus per essentiã. ¶ Amplius. Non minus papa est episcopus ecclesie catholice quã quilibet episcopus sue ecclesie: sed quilibet episcopus est episcopus ⁊ singularum personarum et totius collectionis earum in vnam communitatem. ergo ⁊ papa est episcopus singulorum ⁊ vniuersorum christianorũ in vnã catholicam ecclesiam collectorum. ¶ Et confirmatur hoc. Quia cum ecclesia sit nomẽ collectiuum, ⁊ significet collectionem fidelium (vt dicitur de consecra. dist. 1. ca. ecclesia) ⁊ episcopus dicatur episcopus ecclesie talis, oportet vt primo sit episcopus ipsius ecclesie et secũdario singulariũ personarũ: ac per hoc papa qui intitulatur episcopus ecclesie catholice, ⁊ non illorũ aut omniũ christianorũ primo est epũs ipsius ecclesie catholice, ⁊ secũdario mẽbrorũ eius. Et vere sic est: q2 primo debet superintẽdere bono proprio ipsius vniuersalis ecclesie catholice ⁊ deinde bonis proprijs mẽbrorũ omniũ. ¶ Et si studiose queratur quo pacto papa põt dici episcopus ⁊ caput ecclesie, cũ catholice ecclesia catholica includat ipsum papam. Patet responsio dupliciter. primo ꝙ hec est distributio accommoda: sicut cum dicitur, celum continet omnia corpora: non ꝙ contineat seipsum, sed q2 continet omnia possibilia contineri. pariformiter enim dicitur, ꝙ papa est caput ⁊ episcopus ecclesie catholice: non quod sit caput, episcopus, rector ⁊c. suipsius: sed q2 est caput omnis possibilis habere caput, rectorem ⁊ episcopum. Secundo dicitur, ꝙ q2 secundũ hylarium sermo rei, ⁊ non res sermoni debet esse subiecta, ea ratione papa dicitur caput ⁊ episcopus ecclesie catholice, quia in ecclesia catholica ipse capitis ⁊ episcopi locum tenet. ¶ Amplius. Papa habet supremã potestatem in ecclesia dei: ergo papa nõ subest ecclesie. Antecedens patet ex cõdemnatione iam dicta in concilio cõstantiẽsi. per martinũ. 5. vbi de papa loquendo, dicitur habens supremã potestatem in ecclesia dei. Consequentia probatur: quia supra supremam autoritatẽ in ecclesia dei nõ potest maior intelligi in eadẽ ecclesia dei, etiã si fingẽdi detur licentia. Imo ex hoc etiã sequitur, ꝙ tã ecclesia quã concilium pape subditur: q2 non sunt due supreme potestates in ecclesia dei: principatuũ enim pluralitas mala cum sit (vt patet. 12. metaphy.) a iesu christo summe bono, qui vult ecclesiã suam optime disponi, esse non potest. ¶ Et confirmatur hoc autoritate innocentij. 3. in concilio generali extra de pe. ⁊ re. ca. cũ ex eo. vbi dicitur, ꝙ ro. pontifex plenitudinem obtinet potestatis. Et in ca. proposuit, de concessi. preben. idẽ dicit, Nos sm̃ plenitudinẽ potestatis, de iure possumus supra ius dispẽsare. Et extra de elec. in ca. significasti. paschali dicit. Aiunt in concilijs statutum nõ inueniri: quasi ro. eccle. legem concilia vlla prefixerint: cum omnia concilia per ro. ecc. autoritatẽ ⁊ facta sint, ⁊ robur acceperint. Que omnia pro plenitudine potestatis pape .s. concilia, ⁊ consequenter vniuersalem ecclesiã allata sunt. ¶ Et confirmantur autoritate s. tho. in trac. contra impugnantes religionem: vbi dicit hec verba. Sancti patres in concilijs congregati nihil statuere possunt nisi autoritate ro. põtificis interueniente sine qua etiam nec concilium congregari potest. Hec ille. ¶ Amplius. Papa est proximus ⁊ immediatus vicarius christi ⁊ apostolorũ: ergo nullã habet in terris potestatẽ priorẽ se. Antecedens patet in sepedicta cõdemnatione articulorũ a martino. 5. in concilio cõstãtiẽsi. vbi vnus ex reprobatis articulis est iste. Ecclesia ro. est synagoga sathane, nec papa est proximus ⁊ immediatus vicarius christi ⁊ apostolorũ. Cõsequentia patet: q2 primo ⁊ immediato nihil est propinquius ⁊ immediatius. ¶ Et ex hoc patet primo, ꝙ erroneũ est dicere ꝙ ecclesia vt distinguitur cõtra papã habet immediate autoritatẽ a christo supra papã: sic enim nõ papa, sed ecclesia esset prime ⁊ immediate christi vicaria. Impossibile est. enim esse duo sub ordinata ambo eque prima ⁊ immediata christo: vt patet istos fingere. ¶ Et cõfirmatur autoritate s. tho. dicẽtis in trac. cõtra errores grecorũ ca. 66. Christi vicarius suo primatu ⁊ prudẽtia vniuersalẽ ecclesiã tanq; fidelis minister christo subiectã seruat, ⁊ oppositũ sentire dicit esse errorẽ. ¶ Postremo videatur queso diffinitio facta in cõcilio florẽtino: quod q2 ex oriẽtali ⁊ occidẽtali simul ecclesia cõflatũ est, ceteris occidẽtalibus tm̃ anteferatur. Et ibi (vt in primo ca. verba adduximus) nõ solũ dicitur ꝙ papa est omniũ christianorũ pr ⁊ doctor: sed ꝙ est etiã vniuersalis ecclesie pastor, gubernator ⁊ rector, cũ plena potestate a dño iesu christo institutus in beato petro. Dicãt ipsi quomodo potuerit clarius exprimi, ꝙ non solũ omniũ mẽbrorum, sed ipsius vniuersalis ecclesie pastor, rector ⁊ gubernator est ⁊ ꝙ nõ mediante ecclesia: sed in petro cuius est successor, plenã potestatẽ pascẽdi, regẽdi ⁊ gubernandi vniuersalẽ ecclesiam a dño iesu christo accepit. Et videãt si tantũ luminis eis concessum fuerit, ꝙ hereticorũ more scripturas ⁊ sanctorũ dicta oporteat eos extorquere, vt eorũ proteruus error defendatur. Forte nulla scriptura tã clara in fide habetur, quã non possit errorea expositio ad suũ trahere propositũ. sed veritas tunc inuenitur, cũ planus scripture sensus iuxta sanctorum consensum queritur.

¶ In quo respõdetur obiectionibus sumptis ex autoritate concilij constantieñ. ⁊ basilieñ. Ca. 8.

VT ordinate autẽ obiectis distincte satisfiat: inchoandũ est a decretis constantieñ. ad que due respõsiones dantur. ¶ Prima negans illa esse autentica autoritate veri concilij facta: quoniã facta sunt tpe scismatis, quo erãt tres pape in ecclesia dei, ab vna sola obediẽtia .s. ioannis 23. absente etiã illo suo papa. ¶ Quod constat ex eo, ꝙ illa promulgata sunt anno domini. 1415. die. 6. aprilis in sessione. 5. ⁊ obediẽtia gregorij. 12. coniuncta est illi die. 4. mensis iulij eiusdem anni in sessione. 14. et obedientia benedicti. 13. iungi cepit anno domini. 1416. die. 13. octobris

in sessione. 22. Unde dicere, ꝙ illa obedientia constitueret conciliũ generale catholicam ecclesiam representans, nihil aliud est quam renouare antiquum scisma, ⁊ damnare vt scismaticas duas obediẽtias, ⁊ quod semper fuit ⁊ est dubium facere certum.

¶ Et si dicatur ꝙ martinus. 5. approbauit illa decreta, ⁊ illam synodum. Decreta quidem in sessione vltima. vbi legitur quod dixit q̃ omnia ⁊ singula determinata, conclusa ⁊ decreta in materijs fidei per presens concilium, conciliariter tenere ⁊ inuiolabiliter obseruare volebat, ⁊ nunquam contra ire quoquo modo ipsaque sic conciliariter facta approbat ⁊ ratificat, ⁊ non aliter nec alio modo. Hec ille. Constat autem ꝙ concilium esse supra papam, vel papã supra illud, materia fidei est. ergo decreta illa in sessione. 5. facta super superioritate cõcilij supra papam, sunt approbata. Synodum vero in bulla condemnationis articulorum Joannis vuicleff, sacro approbante concilio. vbi interrogatoria ponens dicit, vtrum credat ꝙ condemnationes Joannis vuicleff, Joãnis huss ⁊ hieronymi de praga facte de personis eorum, libris ⁊ documẽtis per sacrum generale constañ. concilium, fuerint rite ⁊ iuste facte, ⁊ a quolibet catholico pro talibus tenende ⁊ asserende. Hec ibi. Et cum constet, ꝙ contra ioannem vuicleff in sessione. 8. contra Joã. huss in sessione. 15. ⁊ contra hiero. de praga in sessione. 21. sententia lata fuerit, consequens est, ꝙ tunc ante vnionem obediẽtiarum omniũ concilium generale fuerit, si martinus in tali bulla verum dicit.

¶ Respondendum est, ꝙ tractari aliquid in materia fidei cõtingit dupliciter scilicet materialiter ⁊ formaliter. Tunc tractatur formaliter materia fidei: quando tractatur vt credenda vel damnanda a fide. Tunc autem tractatur materia fidei materialiter, quãdo tractatur res quidem pertinens ad fidem, sed non vt credẽda vel nõ credenda, sed quacũq; alia ratione: extra formale enim infinita cõtingit esse. Et quia nisi sermo intelligatur formaliter, perit certitudo, ideo verba martini. 5. in illa vltima sessione formaliter sunt intelligenda. In cõcilio siquidem illo fuerat in materia fidei tractatum ⁊ decisum formaliter (vt patet in sessionibus allegatis contra illos tres supradictos: ⁊ etiam in sessione. 19.) ⁊ fuerant multa alia tractata, sed non vt materia fidei: inter que sunt illa sessionis. 4. et 5. In cuius signum nulli fuerunt deputati ibi ad videndum de fide: quin potius deputatio in materia fidei cepit post hec in sessione. 6. vt patet ibi. nulla etiam fit ibi mentio de credendo vel nõ credendo. Martinus autẽ. 5. approbauit decreta in materia fidei formaliter tantum, ⁊ non illa alia. Et hoc euidenter etiam patet: quia illa verba dixit respondens requisitioni oratorũ regis polonie existentium, ꝙ acta per concilium contra illos prenominatos hereticos firma essent (vt patet in sessione vltima) ⁊ ꝓpterea bulla illa cõdẽnationis subsequuta est. ¶ Ad instantiam vero de approbatione synodi dicitur, ꝙ per illud ⁊ alia interrogatoria ibidem de cõcilio constantieñ. posita, totũ a nobiliori parte martinus nominauit: cõgregatio siquidem constantieñ. q̃ inchoauit in sola obediẽtia sub Joãne. 23. ⁊ iterum post in coniũcta obediẽtia sub gregorio. 12. in coniunctione obedientie benedicti. 13. consummata est. ⁊ post martinum electum autorizata facto presidentie personalis in conciliũ vniuersale. ab hoc nobiliori ⁊ certiori statu tota concilium vniuersale vocatur: ⁊ nuncupatiue in quolibet statu concilium vniuersale appellatur, nominibus vtendo vt plures. ¶ Fundatur autẽ hec declaratio, super eo ꝙ non est rationi consentaneũ, martinum voluisse declarare alias obedientias fuisse extra ecclesiam: sed verba proferre honoris, nominibus vtendo vt plures vtuntur, absq; veritatis tamen offensa. Unde in illa bulla bis oppositum declarauit scilicet in articulo, papa habet supremam potestatẽ in ecclesia dei. ⁊ in illo, petrus fuit caput ecclesie catholice. Et vt insinuaret, ꝙ concilium ab vltima parte appellabat, in precedenti interrogatorio, preterito adiunxit presens: dicens ꝙ concilium approbauit ⁊ approbat, cõdemnauit ⁊ condemnat, quasi preteritum non suffecerit. Et quia iam ex isto priori interrogatorio habitum erat, ꝙ cõcilium constantieñ. in presenti sub martino. 5. cõdemnat illos tres, non oportuit in vltimo interrogatorio preterito iungere presens: iam enim preteritum supponebat pro concilio sub martino, q̃ iam damnauerat. ⁊ sic etiam verba saluantur verbaliter. Hec est prima responsio ad principale motiuum. ❡ Secunda autem est, dato quod decreta illa valeant, intelligenda sunt cum grano salis. quomodo autem dicendum est per singula. In primis, cum dicitur quod cõcilium potestatem a Christo immediate habet, potest dupliciter intelligi. primo de concilio vt distinguitur contra papã. Et sic est falsum: vt patet per inductas autoritates, extra de elect. ca. significasti. vbi dicitur ꝙ robur habent omnia concilia a ro. sedis autoritate. Et dist. 19. ita dominus. vbi leo dicit, quod a petro quasi a quodam capite in corpus omne autoritas manat. Et sanc. Thomas in tractatu contra impugnantes religionẽ dicit, ꝙ sancti patres in concilijs congregati nil possunt statuere sine ro. pontificis autoritate interueniente, sine qua nec congregari conciliũ potest. Hec ille. ¶ Et nota quod dicit sancti patres: quia patribus non sanctis, sed presumptuosis nulla lex posita est, sed presumptio eorum sibiipsis est lex. ¶ Secundo potest intelligi de concilio incluso papa. Et in hoc sensu est verum, quod habet immediate autoritatem a Jesu Christo. Et ꝙ sic interpretandum sit, ex duob⁹ verbis illius decreti colligitur. Primum est, legitime congregata: cõstat enim quod legitima congregatio concilij generalis ad papã spectat: vt ex nunc allatis testibus patet, ⁊ dist. 17. per totum. Secundum est, ecclesiam catholicam representans: corpus nãq; ecclesiasticum vniuersum (quod ecclesia catholica id est vniuersalis significat) non est ipsum vniuersum corpus ecclesiasticum si sine capite sit vel intelligatur. Papam autem ex dictis constat caput esse totius ecclesie catholice, ac per hoc concilij ipsam representãtis. Et si mundi cordis oculo perspiciatur, apparebit ꝙ concilium habet q̃ representet vniuersalem ecclesiam a papa, qui habet plenissimam curam vniuersalis ecclesie. Quis enim Cardinalib⁹, episcopis abbatib⁹ ⁊ prelatis paucis (vt communiter accidere videtur) contulit vota totius populi Christiani, nisi papa? oportet enim aut ipsos Christianos hoc fecisse, aut aliquem supplere potentem eorum vota. Et cum ipsos non transferre vota sua in eos, experiẽtia testet: qn potius si requirerent Christiani, infiniti inuenirent qui refutarent transferre vota in alios, ⁊ per seipsos interesse mallent, aut concilium non celebrandum ducerent. Relinquitur ergo, quod papa qui solus est pater, pastor, doctor, rector ⁊ gubernator omnium ⁊ singulorum Christianorũ cum plenitudine potestatis, vota totius ecclesie transfert in concilium congregando ⁊ roborãdo vt ei videtur. Propter quod sine papa patres sancti congregati nihil possunt, ⁊ dissolui potest concilium a papa, auferẽdo ab eis ꝙ amplius vniuersalem ecclesiam non representent autoritatiue.

¶ Nec est verum si dicatur, ꝙ ecclesia ratum habet concilium, non reclamando. ideo enim non reclamat quia in vero concilio papa supplet: in falso autem quia contra presumptuosos preualere non sperant docti, ignorantes autem nescij silent. hoc autem non est approbari ab ecclesia, sed non molestari ab illa. ❡ Deinde cum dicitur, quod ipsi concilio seu eius decretis etiam papa obedire tenetur: multis distinctionibus iuxta multos terminos opus est. Distinguendum est enim de papa dubio vel certo. sicut enim quod nescitur consecratum, pro non consecrato habetur, ⁊ reconsecratur secundum sacros canones (vt patet extra de presbytero non baptizato, ca. veniens: ⁊ de conse. di. 1. ca. solennitates) sic qui nescitur legitime electus papa, tanquam non papa obedire tenetur. et hoc directe ptinet ad illa decreta ratione scismatis, quando erant tres pape, ⁊ nullus indubitatus ex sua electione.

¶ De papa autem certo ⁊ indubitato distinguendum est: quia vel est sermo de his que a concilio ⁊ decretis eius statuuntur de iure diuino (vt ea que sunt fidei) vel naturalis iuris, vt ea que sunt virtutum ⁊ vitiorum moralium. ⁊ sic papa tenetur obedire, nec potest contra ea dispensare. Et sic interpretanda sunt decreta illa. vnde in tribus dicit debitum obedire scilicet in his que sunt fidei, reformationis ⁊ amotionis scismatis: hec enim cum spectantibus ad ea, aut ad ius diuinum aut ad ius naturale spectant. Uel est sermo de his que sunt pure iuris positiui. ⁊ sic distinguendum est de obedientia scilicet quo ad iudicium diuinum vel humanum: ⁊ dicendum, quod licet princeps sit solutus legibus, nec concilia legem vllam coactiuam in iudicio humano prefixerint ro. sedi, in iudicio tamen diuino tenetur papa obedire: vt sanct⁹ Tho. expresse habet in prima secunde. q. 96. ar. 5. ad tertium. Et in ca. confidim⁹ 25. q̃. 1. gelasius papa dicit, vniuersalis ecclesie cõstitutũ nullam màgis exequi sedem pre ceteris oportere quam primam.

❡ Demum cum subditur de punitione contumaciter contemnentiũ, potest dupliciter intelligi. Primo indifferenter, vt quilibet etiã indubitatus papa in quocunq; peccato contra ius diuinũ aut naturale contumax, punitioni humane subijciatur. Et hic sensus est cõtra sacros canones: vt patet in ca. si papa di. 40. ⁊ di. 79. ca. electionem. ⁊ in ca. aliorum. 9. q. 3. Nec est acceptandum ꝙ id q̃ infinito tẽporis spatio a tot est patribus approbatũ vnico verbo destruere voluerint conditores canonũ. Scđo potest intelligi discrete secundum ꝓportionẽ materie ⁊ ꝑsone. ⁊ sic cũ prelati communiter non sint publice puniẽdi (exẽplo dei, qui nõ puniuit publice aaron de idolatria: vt. s. Tho. dicit in. 4. sen. di. 46. q. 2. arti. 2. q. 2. ad quintum.) ⁊ papa non sit puniendus facto, sed verbis reprehendẽdus

publice (vt ex s. tho. colligitur in. 4. sen. di. 19. q. 2. ar. 2. q. 2. ad secundum ⁊ in secunda secunde. q. 33. ar. 4. in casu quo publice in periculum ecclesie peccat: vt petrus reprehensus fuit a paulo ad gal. 2.) et in casu quo potest deponi, etiam facto depositionis puniri possit, consequens est quod sic discrete ⁊ proportionaliter intelligantur verba illius decreti.

¶ Ex quibus omnibus clare patet. ꝙ nec ex illis decretis habetur superioritas cōcilii aut ecclesie. s. papā. Unde nō oportet aliter respondere ad eādem ex cōcilio basilieñ. in sessione. 2. ⁊. 18. ⸿ De quo tamen sciēdum est. ꝙ licet ab eugenio. 4. fuerit approbatū quo ad inchoationem ⁊ prosecutionem, ⁊ multa pro illo concilio in bullis suis dixerit, nunq̄ tamen illius approbauit decreta: quin potius in concilio florentino statim diffiniuit ro. ponti. esse caput, pastorem, doctorem ⁊ rectorem vniuersalis ecclesie: vt superius attulimus.

⸿ Refert quoq̄ dominus ioan. de turre cremata (qui fuit presens vtriq̄ concilio) in lib. 3. de ecclesia. ca. 100. multos defectus qui in cōcilio basilieñ. in cōflatione illorū decretorū interuenerūt. s. ꝙ nō fuerunt vnanimiter conclusa, nec cum consensu p̄sidentiū legatoꝝ domini pape, qui talibus interesse recusarūt. nec expectatis oratoribus anglie ⁊ castelle, quos in via nouerāt constitutos, nec auditi sunt viri multi sapientes, videntes hec esse cōtra doctrinā sanctoꝝ. sed promulgata sunt ad furorē hostium apo. sedis cum multitudine populi nullius autoritatis. Unde ex neutro concilio admittuntur vt valida. ⸿ Nos tamen ex abundanti iustitia illa glosauimus. Et si glosas contra intentionem autorum dixerit aliquis, ex aliis actis eorundem conciliorum hoc conuincens: respondebo primo ꝙ ego homo sum. ⁊ video que foris sunt quo ad ipsa decretorū verba: deus autem intuetur cor. Quo ad alia vero acta eorundem cōciliorum attestantium aliam fuisse autorum intentionem, dicam de constantieñ. qd̄ sicut errauit vsurpans in vna sola obedientia vniuersalem ecclesiam. ita errauit consequenter in procedentibus ex ea: quoniam tunc illa decreta fecit. De basilieñ. vero notorium est, quod errauit, cum contra vnum verum ⁊ indubitatum potest. eugē. 4. processit vsq̄ ad depositionem inclusiue, qui tamen cum successoribus suis verus papa est. Dicam secundo quod si honorem veritatis recusant, falsa, erronea ac igni obnoxia sunt.

¶ In quo soluuntur relique obiectiones cōtra idem facte. Ca. ix.

Expeditis autoritatibus cōciliorum cōstantieñ. ⁊ basilieñ. que nullius autoritatis censentur, soluende consequenter sunt obiectiones que ex vera ac certa autoritate procedunt, iuxta ordinem quo inducte sunt. ¶ Ad declarationem igitur martini. 5. in condēnatione articulorū scilicet ꝙ error est nō credere ro. ecclesiam esse supmā inter alias ecclesias, si per ro. ecclesiam intelligitur ecclesia vniuersalis vel cōciliū vniuersale. aut ꝑ quanto negat primatum summi pontificis super particulares ecclesias. Respōdetur, quod quia comparatio est inter diuersa: ⁊ hec tria scilicet ecclesia vniuersalis. cōcilium vniuersale, ⁊ ecclesia ro. singula sunt quedam corpora mystica integra: constantia ex capite ⁊ membris reliquis, ⁊ in capite non solum conueniunt. sed idētificantur (papa siquidem caput proprium vniuersalis ecclesie ⁊ concilii ⁊ ro. ecclesie est) in membris autem reliquis distinguuntur vel sicut representans ⁊ representatū. vt mēbra ecclesie ⁊ concilii: vel sicut pars ⁊ totum, sicut membra reliqua ro. ecclesie partes sunt mēbroꝝ reliquorū cōcilii ⁊ ecclesie vniuersalis. vt patet. idcirco cū fit comparatio inter ecclesiam seu cōciliū vniuersale ⁊ ecclesiam ro. non fit comparatio s̄m caput. sed s̄m reliqua vtriusq̄ membra: s̄m que recte dicitur, ꝙ tam ecclesia q̄ synodus vniuersalis est superior ecclesia ro. vt ex illo articulo deducitur. vnde admissio illius cōparatiue nihil concludit contra pape autoritatem. ⸿ Posset nihilominus dici, quod quia esse supremam inter ecclesias, conuenit ecclesie ratione capitis, ⁊ ecclesia ro. ratione capitis est de essentia cōcilii et ecclesie vniuersalis, ⁊ nulla comparatio etiam cum dictione exclusiua excludit intrinseca. idcirco non est admittenda comparatio concilii ad ecclesiam ro. quo ad hoc quod est esse supremam inter ecclesias, sicut nec quo ad caput: quia sicut idem est caput. ita eadem est superioritas, ⁊ negaretur illa illatio, ergo concilium est suprema inter alias ecclesias etiam romanam. Et ad probationem, quia ro. ecclesia est vna ecclesiarum, respondetur quod plus requiritur ad comparationem istam: oportet enim quod sit vna, ⁊ distincta capite proprio ab ecclesia que est concilium: quod hic non est. Ex calce vero illius articuli scilicet quod primatus pape est super ecclesias particulares, cum sit sermo affirmatiuus de primatu super particulares, et non negatiuus de primatu super vniuersalem ecclesiam, nihil habetur in oppositum: quod enim non fuit expressum ibi, est expressum alibi: vt adductum est.

¶ Ad obiectionem sumptam ex euangelio math. 18. quecunq̄ solueris ⁊c. dicitur, quod ad literam hec tria tantum ad propositum habentur. Primum est, quod a christo immediate apostolis data est potestas ligandi et soluendi: quod superius concessimus conformiter ad ca. in nouo, distin. 21.

⸿ Secundum est, quod potestas data est vniuersalis iuxta illa verba, quecunq̄ solueritis. Sed tamen non est adeo vniuersalis vt verba sonant: sed ly quecunq̄ distribuit pro subiectis. ita quod sensus est, quecunq̄ vobis subiecta solueritis aut ligaueritis ⁊c. alioquin oporteret dicere, quod omnino occulta potuissent soluere vel ligare: contra illud apostoli prime ad corin. 4. nolite ante tempus iudicare, donec veniat dominus, qui illuminabit abscondita ⁊c. Et quia petrus non erat eis subiectus, sed prelatus cum factus fuit pastor ecclesie. ideo sub illa distributiua non concludebatur papa: vtpote non subiectus. ⸿ Tertium autem est, quod ex illo contextu insinuatur, quod ecclesia quelibet habitura esset potestatem ita ligandi ⁊ soluendi vt soluta et ligata ab ea essent soluta et ligata in celo. et hoc in sibi subiectis. Unde sicut ridiculum est ex hoc, quod ecclesia bononieñ. habet hanc autoritatem, inferre ergo potest ligare aut soluere non subiecta: ita ex hoc quod ecclesia vniuersalis habet hanc autoritatem, non potest inferri nisi quod potest in subiecta. Quis enim multo plura sint subiecta vniuersali ecclesie q̄ bononieñ. nihilominus in hoc formali conueniunt, quod nulla ecclesia potest nisi in sibi subiecta. Ex hoc autem non habetur, quod papa est ei subiectus. nec etiam habetur (vt superius dictum est) quod habeat a christo immediate potestatem: quia modus habendi scilicet immediate a christo, ex speciali gratia ad personas suas fuit. Quod autem alicui gratiose conceditur, non debet ab aliis trahi in exemplum. a christo enim habent omnes ecclesie hanc potestatem, sed non immediate.

⸿ Ad autoritates aug. dicentes quod petrus in persona ecclesie ⁊ vnitatis ⁊c. claues accepit. Dicendum est, quod per hec omnia intelligendum est hoc scilicet quod non soli persone petri. sed officio suo perpetuo duraturo hec collata sunt. Et quia officium petri est officium capitis quod habet influere in corpus reliquum, ideo officio capitali data toti corpori data dicuntur ⁊ sunt. Non potest siquidem expers corpus remanere, si caput officium suum facit: vnde ⁊ leo papa in distin. 19. ca. ita dominus. ipsi domino attribuit ꝙ a petro in corpus omne potestas deriuaretur. Quia ergo vnitas officii communicatiui toti ecclesie claues accepit in persona petri, ideo dicitur quod petrus personam ecclesie gerebat: ⁊ quod vnitas non vnus claues accepit: ⁊ quod ad omnes dicitur amas me, pasce oues meas, ⁊ similia. ⁊ non propterea dicitur quasi communitas popularis aut senatoria potestatem acceperit. Hic enim sensus contra aug. ⁊ iesum christum est: vt ostensum est. ⁊ ipse aug. in q. noui ⁊ veteris testamenti aperit dicens. Saluator cum pro se et petro dari iubet didragma, pro omnibus soluisse videtur: quia sicut in saluatore erant omnes cause magisterii, ita ⁊ post saluatorem in petro omnes continentur: ipsum enim constituit caput eorum, vt esset pastor gregis dominici. In quibus verbis docet, quod in officio capitali petri, omnes subintelliguntur.

¶ Ad primam autē rationem dicit̄. qd̄ licet non minus iuris habeat ecclesia in potestate iurisdictionis q̄ in bonis temporalibus tamen non eodem sed alio modo habet. Nam potestatem iurisdictionis obtinet vt regimē monarchicum: dominium autem temporalium vt communitas. Et ratio diuersitatis est: quia potestas iurisdictionis est a Iesu christo, qui tale statuit regimē: dominium autem rerum est a donatoribus hominibus transferentibus dominium quod ipsi habebant in communitatem ecclesie, ⁊ non in vnū aliquem. Et hoc apparet in ecclesiis pticularibus: in quibus manifeste eccl̄ie in ep̄o habēt potestatē iurisdictionis. nō aūt dn̄iū reꝝ.

¶ Ad aliā vero rationē. ꝙ ecclesia nō potest errare: distinguendū est de errore personali in credendo, ⁊ in sententialiter autoritatiue diffiniendo, ⁊ rursus de ecclesia vniuersali claudendo in se papam, ⁊ vt distinguitur cōtra eius autoritatē ⁊ dicendū est, ꝙ errore personali certum est ꝙ papa quia est vna singularis persona magis potest in fide errare q̄ totum residuū ecclesie: sed hoc nō spectat ad propositum. Errore autem iudiciali in fide, est econuerso: quia magis potest errare communitas ecclesie sine autoritate pape q̄ papa. Et ratio est: quia error pape in diffinitiua sententia fidei est error totius ecclesie, ⁊ vere vniuersalis ecclesie, capitis ⁊ membrorū: quia ad ipsum spectat determinare finaliter de fide quid tenendū ⁊ quid repellendum, vt ab omnibus inconcussa fide teneatur: vt s. tho. in tractatu ꝯ errores grecorū ca. 67. autoritate cyrilli ⁊ ma-

rium ostendit. ⁊ in secunda secunde. q. j. ar. x. probat ratione. Impossibile est autem universalem ecclesiam errare in fide. ergo impossibile est papam in iudicio diffinitivo autoritative errare in fide. Secus est in aliis: vt san. Tho. in quol. 8. ar. xii. ostendit. Unde argumentum militat ad oppositum: quia papa in huiusmodi iudicio est rectissimus propter assistentiam spiritussan. in iudicio fidei propter universale bonum fidei: sicut promisit Io. 14. spiritussanctus docebit vos omnem veritatem. ⁊ petro dixit. ego rogavi pro te. vt non deficiat fides tua: ⁊ tu aliquando conversus confirma fratres tuos. Iuxta quod etiam. 24. q. j. dicit innocentius papa ca. quotiens. Quoties ratio fidei ventilatur, nō nisi ad petrum id est sui nominis honorem ⁊ autoritatem habentem recurrendum est. ¶ Et scito, quod cum dicitur de errore iudiciali, quod sola universalis ecclesia errare in fide non potest: nō excluditur summus pontifex, sed includitur: quia autoritas determinandi de fide competens universali ecclesie, principaliter residet in ro. pontifice: vt san. Tho. in secunda secunde. q. xj. ar. 3. ad tertium dicit. Imo ipsa autoritas, que universalis ecclesie dicitur, non nisi illa pape est: vt ex inducta autoritate ex. q. j. 2. 2. (vbi finalis sententia de fide ad papam spectare probatur) patet. Et propterea in allegato quol. san. Tho. iudicio ecclesie ⁊ pape vt synonymis vtitur: aperiens expresse quod sententie pape per assistentiam divine providentie standum est. Et propterea oportet esse cautum, ne vocabulis aliter intellectis fallamur. Certi namque sumus, quod nec papa, nec ecclesia aut synodus universalis integra, potest in fide errare iudicādo autoritative de fide. De ecclesia autem ac synodo acephala nihil invenio: quia nihil autoritatis sine capite in ea video, quamvis merita multa. Et non advertere ad hanc distinctionem de fide personali vel in iudicio autoritative, est causa quare a multis ignoranter in materia fidei ecclesia imo doctores pape preferantur. considerant enim ipsum non officium cum assistentia divina ad fidem in officio. est non in persona. ¶ Ad id vero quod additur, quod claves sunt propter ecclesiam finaliter, concedo ingenue quod papa vt potestatem iurisdictionis habens est propter bonum fidei ⁊ pacis ecclesie: vt ex ca. 77. quarti contra gen. san. Tho. apparet: ⁊ est ignobilior ipsa pace Christi, que exuperat omnem sensum. Et hoc est, quia papa non est princeps nisi vt minister ⁊ vicarius naturalis principis qui est summum bonū, ad quod ordinatur bonum commune totius communitatis, vt ex 12. met. habetur. ¶ Ad rationem ex principio illo, omne totum est maius sua parte. dicitur concesso illo principio formaliter (scilicet de toto ⁊ parte vt sic) quod licet papa quo ad personam ⁊ merita, sit pars ecclesie universalis: secundum potestatem tamen iurisditionis (de qua est sermo) non est pars, ita quod potestas ecclesie universalis non consurgit ex potestate iurisdictionis pape ⁊ aliorum vt totum ex partibus: sed potestas pape est tota potestas ecclesie universalis, ⁊ alie potestates sunt participationes ipsius in partē sollicitudinis date. iam enim dictum est quod non plus potest papa ⁊ ecclesia quam papa solus: licet plures potestates sint potestates pape ⁊ ecclesie quam pape solius. Et si ex ratione capitis, quia est membrum ⁊ pars corporis, instare velis: respice ad Iesum Christum, qui caput verum totius ecclesie sic est, vt non solum quo ad potestatem: sed nec quo ad nobilitatem et sanctitatem sit pars ecclesie. Et vide quod in his mysticis loquutionibus non oportet ea que imperfectionis sunt (vt est esse partem) salvare in his que sunt superioris ordinis: quales sunt Iesus Christus, et eius vicarius generalis, qui quo ad nobilitatem et sanctitatē et personam pars est ecclesie.

¶ Ad illud vero Hieronymi. quod orbis maior est urbe. Respondetur quod verum est quo ad multa: puta merita, virtutes, scientiam, et in proposito secundum vigorem consuetudinis non potestatis id est cōsuetudo orbis prevalet consuetudini urbis: sed potestas urbis est supra potestatem orbis. Et quod hec sit intentio Hiero. ex contextu patet: quia de consuetudine ecclesiarū qua diaconi sub presbiteris sedent: loquitur. ¶ Ad rationem formatam super mandato domini, Dic ecclesie: qui adversarii sanctas glosas refugiunt (vt pro ecclesia prelatus vt sic intelligatur cum sacris doctoribus eadem sententia) aliter dicitur quod dominus in illo mandato affirmativo plura ordinate mandat. Primo actum charitatis. corripe eum inter te et ipsum. Secūdo actus iudiciales. adhibe duos vt in ore duorum vel trium stet omne verbum: et dic ecclesie. Inter hos autem actus hec est differentia: quod actus charitatis extendit se ad omne peccatum in proximum: et ad omnem fratrem: vt patet, actus vero iudiciales nō extendunt se ad omne peccatū in proximum nec ad omnem fratrem. Et quod non ad omne peccatum in proximum, ex eo lucidissime patet, quod sunt quedam peccata contra nos de quibus cōvincendis non possint adhiberi testes: vt patet de peccato coniugis tentantis facto coniugem in lecto ad peccatum contra naturam, ⁊ de secretissimis sermonibus. In his enim quia non possunt testes adhiberi: locum non habet preceptum hoc affirmativum. adhibe tecum duos, vt in ore duorum vel trium stet omne verbum. Nec illud. dic ecclesie: quia intelligitur in peccatis subiectis adhibitioni testium. Quod etiam non ad omnem fratrem: ex eodem fundamento habetur: quia scilicet si est aliquis frater qui non sit subiectus alicui in terris, de illo non intelligitur preceptum: Adhibe tecum, nec dic ecclesie: vanum enim hoc esset. Et quia papa est talis frater, ideo preceptum hoc non habet locum simpliciter contra papam. Dico autem simpliciter, vt preservem me a casu in quo potest deponi. ¶ Et quod hec sit vera expositio ad literam: probatur ratione et autoritate. Ratione quidem: quia salvator in hoc precepto duo exprimit uniformiter scilicet personam peccantem: frater tuus, ⁊ peccatum, peccaverit in te (vtrunque enim absque exceptione aliqua indefinite ponit) et tamen oportet quis ad peccatum limitare ad peccatum capax adhibitionis testium. ergo quis ad fratrem limitare etiam oportet ad fratrem subiectum communicantem tecum in patre in terris. Et hoc potest accipi ex illo verbo, frater tuus id est pure frater id est qui ita sit tibi frater vt non sit plus quam frater: ceteri namque prelati tui non sunt simpliciter plus quam frater, sed quo ad aliquid: papa vero simpliciter. Qua ergo ratione limitatio admittitur peccati, admittenda est et limitatio peccantis fratris. Autoritas est. S. tho. in. 4. sen. di. 19. q. 2. art. 2. q. 3. ad secundum dicentis, quod si prelatus non habet superiorem, recurrendum est ad deum: qui eum emēdet vel de medio subtrahat. hoc enim propter solum papam oportet dici: quia ceteri prelati habent superiorem. Nec solus est. s. tho. sed nunc tunc infinite fere autoritates afferentur ostendentes papam omnino non habere superiorem: ac per hoc nō claudi sub appellatione fratris peccantis quo ad actus iudiciales. ¶ Ex quo patet quam temere quidam dicant quod super hoc textu absque omni calūnia plenitudo potestatis gladii spiritualis, ⁊ exequutio eius in ecclesia collegiata: ac per hoc in concilio universali super quelibet christianū qui est frater noster etiam si papa fuerit, fundatur. Et quod super hoc fundatur potestas diffiniendi, determinandi, statuendi, exercendi constituendi leges, etiam supra personam pape, ⁊ vsum potestatis eius. Hec enim ex dictis ⁊ dicendis patet esse erronea. ⁊ dicētes hec, nesciunt discernere, quod precepta que dantur de actibus iustitie iudicialis intelliguntur tam in factis quam in personis subiectis ⁊ non aliis: ⁊ quod ista precepta non probant subiectionem talis facti vel talis persone ad ecclesiam: sed de subiectis illi que cum quam ⁊ quicunque sint disponit. Ignorantie ergo est ex hoc textu subiectionem pape arguere. ¶ Et vt convincantur isti practicetur textus iste sic. Primo textus non magis loquitur de ecclesia universali quam particulari: puta mediolanensi. Et hoc etiam convincitur ex hoc, quod peccante in me fratre meo mediolani, sufficit dicere ecclesie illi: ⁊ si illam non audierit, erit sicut ethnicus ⁊c. indistincte ergo de ecclesia loquitur. Tunc vltra cum dicitur, Dic ecclesie: aut sumitur ecclesia communiter pro collectione fidelium quomodolibet. et hoc non: quia si non audiret totam collectionem mediolanensium absque prelato: non esset sicut ethnicus et publicanus: vt patet. Aut sumitur ecclesia pro collectione fidelium cum prelato. et si sic sumitur, ergo etiam ecclesia universalis cum sibi dicendum est, non sumitur pro acephala, sed cum capite qui est papa. Ex hoc ipso ergo precepto domini intellecto proportionaliter de ecclesia universali, papa comprehendi ostenditur non sub appellatione fratris peccantis, sed ecclesie iudicantis: quia ecclesie cum capite, et nō acephale dicendum mandat peccatum fratris peccantis. Rursus papa non est deterioris conditionis respectu ecclesie sue quam quilibet episcopus respectu ecclesie sue: sed episcopus peccans in fratrem suum non denunciatur ecclesie sue acephale, sed ecclesie idest prelato superiori, et sufficienter impletur mandatum domini. ergo papa non denunciatur ecclesie catholice (cuius est episcopus) acephale: sed superiori, qui est Iesus christus, clamādo ad deū: qui est paratus cito facere vindictā clamantiū ad se, multomagisque iudex terrestris: vt ipse testatur luce. 18.

¶ Negandum est igitur, quod ecclesia universalis sit iudex ordinarius pape in puniendo, ⁊ consequenter quod sit simpliciter ⁊ absolute illius iudex. et consequenter quod quemcunque legis actum possit super eum. An autem in aliquo eventu vel casu sit illius iudex inferius examinabitur.

¶ Repugnare quoque sacris canonibus quod ecclesia universalis sit iudex pape in puniendo absolute, manifeste patet: quia sic de quo-

clesia nō habeat ipsum ex seipsa (vt aduersarius fatetur) oportet quod datus sit ei a deo. Et cū huiusmodi donata a deo nesciamus nisi per reuelationem in sacra scriptura, vel traditione apostolorum, vel in sanctis doctoribus. aut determinatione apostolica contentam. aut per rationem ex principiis theologicis efficaciter probantem: si in nullo horum reuelatio hec inuenitur, sed oppositum, si theologica ratio nō conuincit. sed potius abducit ab hoc. sentendum est oppositum. ¶ Et quidem quod in sacra scriptura donatio ista non reperiatur. ex antedictis patet. autoritates enim sumpte ex Matt. 18. nihil dant nisi supra subiecta ecclesie indefinite: vt predeclaratum est. Unde ex eis nō potest huius vel illius subiectio probari: sed haberi quam potestatem in subiecto habeat. ¶ Ex gestis vero ab apostolis nihil tale habetur: quia act. octauo licet petrus et Joannes sint missi: non tamen vt subiecti: spiritus enim sanctus missus est a filio (iuxta illud Joan. 16 quem ego mittam vobis) et tamen non est subiectus. Male theologus est, qui ex missum esse, infert subditum esse. Act. vero. xj. disceptatio eorum qui erant ex circuncisione aduersus petrum, nullam superioritatem, sed ambiguam emulationem legis moysi pre se fert. Et quod illa disceptatio non ab apostolis, sed conuersis iudeis et precipue phariseis fuerit, textus ille iunctus cum cap. 15. (vbi illi de heresi phariseorum, dicebant legalia imponenda etiam gentilibus) insinuat: Et rursus reprehensio non factis. sed verbis, subditis quandoque licita est aduersus prelatos: vt de paulo et petro apparet ad gal. 2. et superius ex sancto Thoma ostendimus. Et item gregorius (vt habetur secunda questione septima cap. petrus) hoc soluit, quod petrus noluit vti autoritate sua. Act. vero. 15. non fuit concilium vniuersale, nec Jacobus dedit sententiam. et ideo nihil facit ad propositum. Quod non fuerit concilium vniuersale, patet ex hoc, quod non fuerunt ibi nisi tres ex. 12. apostolis: vt ad Gal. 2. habetur scilicet Petrus, Jacobus et Joannes. Quod enim narratur act. 15. tunc fuit, quando paulus post annos. xiiij. ascendisse se hierosolymam ad Gal. 2. refert: vt glossa ordinaria dicit act. 15. Quod Jacobus sententiam non dederit. sed iudicium suum dixerit post petrum loquens: ex eo patet quod subditur, tunc placuit apostolis et senioribus cum omni ecclesia eligere et mittere etc. scribentes per manus ipsorum. Conclusio ergo in qua stat proculdubio sententia diffinitiua. in communi facta est, et non a petro, nec Jacobo. ¶ Et sciendo, quod quia solutio questionis petebatur non a Petro, sed ab apostolis et presbyteris presentibus hierosolymis (vt patet in eodem decimoquinto capitu.) ideo Petrus simplici apostolatu non papali autoritate vsus exhibuit se sicut vnum ex aliis in tali conuentu: et communi nomine apostolorum appellatione contentus fuit. Et bene: quia omnia tempus habent: necdum autem erat tempus vtendi plenitudine potestatis sue: in statuto precipue transitorio: quale fuit propositum a Jacobo cum dixit. ego iudico id est hoc est iudicium meum etc. Aduenit postmodum tempus, quo papa manifestauit sue plenitudinem potestatis: vt patet legenti gesta patrum et ecclesie. Quamuis et hic Petrus primus inueniatur: et in electione mathie: et in condemnatione anamie et saphire et symonis, et ex traditione successiua apostolorum, papam potius quam concilium primatum obtinere animis vocibusque christianorum inhibitum est vsque ad concilium constantiensis. ad quod vsque tempus sancti doctores absque dubio hoc docuerunt.

¶ Nec concilium constatiense, aut basiliense oppositum determinare potuit: quia si hieronymi solius autoritas innixa sacre scripture preualuit concilio (vt patet. 36. q. 2. cap. tria: iuncto capitulo placuit) quanto magis tanta lucida nubes testium inductorum innixa sacre scripture aperte: vt monstratum est et monstrabitur, preualet congregationi constantiensi. ante martinum: et basiliensi concilio. Omnia enim concilia per Roma. sedis autoritatem robur acceperunt. et facta sunt: vt ex cap. significasti. de elect. allatū est. ¶ Quod autem nec ratione ex theologicis principiis hoc habeatur: sed potius oppositum, manifestatur, tota enim ratio huius consistit in hoc, quod summus prouisor et legislator dominus Jesus Christus non reliquit ecclesiam dilectissimam sine sufficienti regula et inobliquabili in remedium occurrentium defectuū: sed papa est peccabilis. ecclesia vero errare non potest, ergo. Hec enim ratio ad hoc propositum non solum non procedit ex principiis theologie: sed in heresim adducit damnatam, pro fundamento enim sumitur, quod ecclesia non potest errare, et papa potest errare: aut loquuntur de errore personali in gratia gratum faciente: aut de errore iudiciali diffiniendo in quacunque re ecclesie vel in fide. Si loquuntur de errore personali in gratia, in heresim incidit damnatam: quod potestas ecclesiastica fundatur super charitate. et tamen hoc modo contra seipsum oportet quod intendat iste homo: quia expresse affert pro ratione, quia Papa est peccabilis: et sacrum collegium et assistens non est confirmatum in fide et gratia. Ex hoc ergo quod apud ipsum ecclesia est firmata in fide et gratia et propterea inobliquabilis: oportet dicere quod a deo habeat regulatiuam potestatem vsus omnis ecclesiastice potestatis. Et hoc quid aliud est dicere, quam sequi heresim illorum qui quoniam vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo in medio eorum est dominus: ecclesiasticam potestatem in bonis christianis ponūt. ¶ Amplius Quis reuelauit huic homini: quod prelatorum congregatio in concilio generali secluso papa: sit confirmata magis in fide et gratia personali quam collegium cardinalium: quare non possunt omnes illi esse in peccato mortali sicut isti.

¶ Preterea. Quamuis ecclesie sit promissa gratia personalis in aliquo supposito semper (iuxta illud Math. vlti. ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi) quis hoc promisit prelatis istis sic congregatis magis quam collegio cardinalium cum papa? Quecunque enim autoritas afferatur de congregatis scilicet vbi duo vel tres etc. et si duo ex vobis consenserint et similia. non magis habet locum in illa acephala congregatione, quam in ista non acephala: que vere est in nomine domini saltem quo ad autoritatem.

¶ Nec potest dici, quod hoc conueniat concilio dicto ex representata ecclesia vniuersali: quia gratie personales representati non transeunt in representantem: vt patet inductiue.

¶ Si vero loquunt de errore in iudicialiter diffiniendo de re qualibet, constat et quod papa. et quod concilium simul cum papa errare potest male iudicando de vno regno: quod iste habet ius eius et non alter: aut quod ille episcopus sit symoniacus: vt patet in cap. a nobis. de sent. excom. et in quol. s. tho. vbi supra. ¶ Si autem de iudicio fidei sit sermo: tunc aut comparatur papa et cōcilium secūdū proprias naturas et vires. Et sic tam papa quam concilium potest errare: quia omnis homo mendax. Aut secundum assistentiam diuine prouidentie. et sic falsum et erroneum est dicere quod papa possit errare: quia hoc esset dicere quod ecclesia tota potest errare in fide: quia ad ipsum pertinet determinare de fide. vt habetur de baptismo et eius effectu. cap. maiores. et. 24. q. 1. capitulis a recta. memor sum: et quoties. Et quicquid determinatum est ab ipso de fide: omnes christi fideles sequi oportet. vt patet ex hoc, quod hereticus censetur qui damnate ab apostolica sede conclusioni in fide, adheret pertinaciter: et ex hoc quod qui aliter docet et sentit de fide et sacramentis ecclesie quā ro. ecclesia. hereticus est: vt patet ex s. tho. in. secunda secunde. q. 1. articu. viij. decerte quod ad summi pontificis autoritatem pertinet finaliter determinare ea que sunt fidei: vt ab omnibus inconcussa fide teneantur. et in. q. xj. articu. 2. ad tertium, quod contra pape autoritatem in materia fidei. nec hierony. nec aug. nec aliquis sacrorum doctorum suam sententiam defendit. et ex ca. si papa di. 40. vbi dicitur, quod ex ipso post dominum vniuersorum salus dependet: et per hoc infallibile pape iudicium impletur illud ioan. 14. quod spiritussanctus docturus est nos omnia. ¶ Colligendo igitur rationis solutionem. dicitur quod semper altera premissarum est erronea. Si enim est sermo de obliquitate a gratia. illa vniuersalis est erronea. s. quod obliquū oportet regulari in terra a recto. et est expresse damnata etiam a concilio constantiensi. sub martino. Si autem est sermo de obliquitate a iudicio fidei. illa propositio est erronea: scilicet quod papa potest errare. et reliquum ecclesie non.

¶ Confirmantur hec autoritatibus supra allatis. Et hec responsio est ratio sumpta ex parte cause materialis: ex hac enim habetur quod non magis communitas quam vna persona in officio vicariatus christi posita quantum ad ea que sunt fidei. habet quod sit subiectum seu materia assistentie diuine. cum non sit differentia apud deum in multis aut paucis, vno vel pluribus saluare: imo ex quo monarchicum institutum est regimē. in vno solo constituta est potestas: vt. s. tho. in. 4. senten. dist. 19. q. j. dicit.

¶ Ex quo patet, quod voluntarie dicitur quod papa habet potestatem in edificationē prout sapiens. i. concilium determinabit. In his enim que sunt fidei sm diuinam sapientiam in scripturis reuelatam et sibi assistentem: in directione autem morum secundum prudentiam monasticā et politicā, que in principe est edificare ecclesiam debet. Et ad hec multum adiuuat ex concilio sanctorum patrum. et propterea cū veneratione a summis pontificibus suscipiuntur, ostendunt siquidem statuta inter pape: quod sequi sm deū debet.

quamuis cogere ipsum nequeant: vt ex prima secunde. S. tho. allatum est. Rationes autem que concernunt depositionem pape: inferius soluentur. ¶ Ex parte vero cause formalis: quia papatus est ex formali sua ratiõe suprema in ecclesia dei potestas: vt ex antedictis habetur, et ipsemet fatetur. suprema autem potestate in ecclesia repugnat dari in ecclesia superiorem: quia iam non esset suprema in ecclesia: sed potestas in ecclesia regulatiua papat⁹ quo ad vsum est superior papatu: ergo in ecclesia dei non est talis potestas: et consequenter non est in illa papatus sicut in regulatiuo vsus illius. Prima propositio assumpta (vt dictum est) patet ex determinatione etiam concilii constantiensis, sub Martino quinto. Secunda autem est nota ex terminis. Tertia autem, et probatur, et est ab eo confessa. Probatur quidem: quia cum par in parem non habeat imperium: et propterea vnus papa non potest ligare manus alterius, oportet si ecclesia potest ligare manus pape constituendo leges coactiuas circa vsum papatus et suspendendo ab executione, quod potestas ecclesie non sit par papatui: sed superior papatu. Confessa est autem ab hoc viro: quum loquens de dispensatione facta a papa dicit, tenet etc. Hec dispensatio si non contineat errorem apertum: aut nisi fuerit superiori lege prohibita: quod dicitur propter statuta fieri possibilia circa papalis vsum potestatis per generale concilium. Hec ille.

¶ Et vt magis pateat horum fictio: aduertendum est quod quemadmodum in adunatione omnium sensuum exteriorum in vnum subiectum: non inueniretur aliquis vnus iudex preter singulas sensuum potestates, nisi sensus superior eis omnibus et cõmunis omnibus preiungeretur (et propterea oportet ponere sensum communem: vt patet in secundo de anima, vnicum et communem omnium sensibilium iudicem altiorem omnibus: quo vno vnum subiectum habens plures sensuum potestates iudicat) ita posito, sed non concesso quod in ecclesia inuenirentur omnes potestates ecclesiastice, scilicet papatus, cardinalat⁹ etc. si ex eis non resultaret: aut quomodolibet eis iungeretur vna alia potestas, nihil posset nisi quod secundum singulas potestates papatus, cardinalatus, episcopatus etc. posset. Perinde enim est (vt dicitur in secundo de anima) duabus potentiis iudicare, ac si duo iudices essent. Ex concursu igitur omnium potestatum in ecclesia vniuersali etiam cum papa, non plus potest apud sapientes tota ecclesia cum papa, quam possint singule potestates: ac per hoc cuz papatus non possit ligare manus pape, nec tota ecclesia hoc potest nisi fingatur superior quedaz potestas papatu: qua ecclesie communitas vtens iudicet de singularum potestatũ actibus: et si hoc fingitur, contradicitur veritati et sibiipsi: qui ecclesiam ex papatu, cardinalatu etc. componi vult. ¶ Ex causa demuz finali probatur intentum quadrupliciter. Primo, quia incidit in scyllam, cupiẽs vitare charibdim. Si enim propter hunc finem vt quilibet potẽs errare habeat superiorem in terris, oportet hãc in ecclesia supra papam potestatem ponere, quis corriget concilium ipsuz potens errare? imo quod de facto errauit in decretis illis constantiensi, et Basiliensi, et in multis aliis errare potest propter quod a concilio ad papam conceditur appellatio: vt. s. tho. in. q. de po. dei, q. 10. ar. 4. ad decimũtertium dicit. Et de concilio basilieñ. q̃ q̃uis legitime congregatũ, errauerit notorie, conuincitur ex ipsius verbis in secunda sessione scilicet synodus basiliensis, decernit et declarat, q̃ ipsa pro heresum extirpatione ac morum generali reformatione ecclesie in capite et in membris: necnõ pace inter christianos procuranda, in spiritusancto legitime cõgregata per nullum quauis autoritate etiam si papali dignitate prefulgeat dissolui, aut ad alium locum transferri seu ad aliud tempus prorogari debuit aut potuit, debet aut potest, debebit aut poterit in futurum, absq; eiusdẽ synodi basiliensis deliberatione et consensu. Hec ibi. Ubi manifestissime apparet: quod etiam in his que sunt iuris positiui (qualia sunt tempus et locus concilii) determinauerunt non habere potestatem summum pontificem etiam antequam ipsa synodus congregata ibi tunc esset: quod tam erroneum est, vt argumentatione non egeat.

¶ Et hoc vnum ideo attuli: vt ostendatur et quod concilium rite etiam congregatum autoritate Romañ. pontificis, ipso habente aut non consentiente decretis errare potest et errauit: et vt ex hoc vno manifeste falso in principio concilii illius decreto, omnium decretorum illius autoritas quanta sit cognoscatur. Inquit enim Augu. quod si vel minimum mendaciuz in sacra scriptura admittitur, tota perit.

¶ Secundo. Quia verus finis potestatis ecclesiastice scilicet, vnitas fidei, charitatis et pacis, qua vna est ecclesia: et peruenitur ad patriam celestem, melius causatur per vnum quam per plures conuenientes in vnum.

¶ Tertio. Quia nimis derogat dignitati supernaturalis ordinis positio ista: quasi sicut deus in naturalibus creauit hominem liberum et reliquit eum in manu consilii sui, quo fit vt communitas libera regem constituat cum certis legibus tacitis vel expressis: sic disposuerit Christus in supernaturali regimine ecclesie, dando communitati potestatem supra principem. Longe quippe aliter est: nam supernaturalis regiminis firmitas nõ super humano concilio: sed super diuina assistentia supernaturali fundatur: ac per hoc ad infallibilitatem infallibiliter consequẽdam, ipsa supernaturalis regiminis resolutio respuit recursum ad potestatez communitatis. ¶ Quarto. Quia cum gratia perficiat naturam per modum ei⁹: et diuina sapientia disponat omnia suauiter, oportet vt dominus Iesus Christus disponat regimen ecclesie sue, vt viuus non vt defunctus: propter quod non ante mortẽ, sed post resurrectionem in eternum non moriturus petrum instituit non successorem, sed vicarium suum. Commune est autem omnibus principibus viuentibus vicarios instituentibus: vt potestatem reip. super vicarium non dent, sed sibi reseruent iudicandum. Domin⁹ igitur Iesus Christus communitati ecclesie non dedit potestatem super suo vicario: sed illi suam assistentiam non defuturã aperiens Luce. 22. ego rogaui pro te vt non deficiat fides tua, ipsi confirmationem aliorum cõmisit subdens, cõfirma fratres tuos. Et hec ratio licet magis ex modo quam fine regiminis sumatur ostendit tamen quod ad consequendum ecclesie finem ex modo regiminis non conuenit in ecclesia talem ponere potestatem.

¶ Quia ergo posita potestas ista in ecclesia supra papam, regimini ecclesie per vicarium sub Iesu Christo viuente non consonat: et supernaturali resolutioni ecclesiastici iudicii derogat: et ad verum ecclesie finem inepta est et intentum finem correctionis omnium errare potentium non assequitur, rationi formali papatus repugnat, assistentie Christi ad pape iudicium in his que sunt fidei obstat, et nulla autoritate autentica aut ratione efficaci asseritur: totq; sanctorum testimoniis aduersatur, concludendum est quod frustra, ignorãter, temere atq; impie predicatur, scribit̃: defendit̃.

¶ Quod secluso papa non sit in ecclesia potestas legislatiua. Cap. xiii.

Quoniam Autẽ p̃ter dictã p̃tãtez duas al's in cõcilio locat secluso papa (s. potestatem applicandi p̃tãtes ecclesiasticas ad personas et p̃tãtem cõdendi interpretandiq; autoritatiue leges) de his aliquantisper dicenduz est. Autoritas ecclesie in condendis legibus, conuenit ecclesie s̃m istum ex hoc q̃ est cõitas p̃fecta. Uñ si quelibet cõitas libera et perfecta potest condere leges, et ipsius solius autoritate possunt mutari condite ab ea leges, sic in ecclesia etiam oportet. ¶ Sed vt breuiter error istius pateat: omisso q̃ ecclesia absq; papa non est communitas perfecta quia sine capite) dicimus, q̃ quia ecclesia vniuersa distincta contra papam est communitas subiecta a Iesu Christo pape (vt patet ex autoritatibus inductis, testantibus ipsum esse pastorem, rectorem, episcopum, directoremq; omnium christianorum et vniuersalis seu catholice ecclesie) consequens est q̃ ecclesia etsi possit ordinare per modum societatis cuiusdam, nõ tamen potest aliquid statuere habens vim coactiuam non solum circa actus pape, sed nec circa quencumq; christianum: nisi ratione autoritatis prelatorum illius, si illi ad hoc concurrunt: et si fiat de facto, non valet nisi autoritate Ro. pontificis implicite vel explicite roboretur. Unde. S. tho. (vt superi⁹ adductum est) inquit, sancti patres in conciliis congregati nihil possunt statuere: nisi interueniente autoritate Ro. pontificis. Et vt predictum est. recte dixit, sancti patres: quia multi patres ex sua temeritate possunt statuere etiam ligando manus pontifici summo.

¶ Et confirmatur hoc ex diffinitione legis posita a sancto thõ. in prima secunde. q. 90. vbi in vlti. art. ex predeterminatis concluditur, quod lex est rationis ordinatio ad bonum cõmune ab eo qui curam habet communitatis promulgata. Ex hoc enim patet, q̃ lex ecclesie nihil aliud est quaz rationis ordinatio ad ecclesie commune bonum a Papa (qui curam habet communitatis ecclesiastice) promulgata: ac per hoc communitas ecclesie, cui supprius cura non est relicta a Iesu Christo, sed commissa Pape, non potest leges autoritatiue facere. Et hoc cognoscentes sancti patres, a Papa robur decretorum suorum recognouerunt. vt etiam exorto hoc errore post electum Martinum. Papam quintum: ipsa requisitio oratorum regis Polonie, quod approbarentur decis-

in materia fidei a martino testatur: vt patet in sessione vltima. Et basilienses multum institerūt apud eugenium quartum, vt decreta basilien. conciliī approbaret: ⁊ nunquam obtinuerunt: vt dominus Joan. de turre cremata refert: ⁊ in gestis basilien. conciliī apparet. ¶ Amplius. Autoritas ecclesie determinatiua de his que sunt fidei principaliter residet in summo ponti. ⁊ non solum principaliter sed finaliter, ita quod ad ipsum spectat finalis de fide determinatio, nec expectat concilium, sed conciliī sententia a Papa confirmatur. ⁊ a concilio ad papam appellatur: vt sanct⁹ Tho. in allatis locis ex secunda secunde, ⁊ q̄ō. de potentia dei: ⁊ contra errores grecorum docet. ergo a fortiori ad papam principaliter et finaliter spectat cetera statuere: ⁊ frustra a concilio ad eum appellaretur: nisi iustitiam posset supra concilium ministrare.

¶ Amplius. Consuetudo ecclesie habet et habuit, vt papa in omnibus que non sunt de iure nature aut diuino possit non solum dispensare, sed mutare iura: non ergo ipse a concilio in interpretando dependet: sed econuerso. Et ex hoc patet quod capitulum frequens in concilio constantien. decretum: nisi apostolica autoritate firmatum sit, non habet certam vim obligatiuam: quoniā in sessione. 39. ante electum martinum factum est.

¶ Quod potestas applicatiua ecclesiastice potestatis ad personam, non est in ecclesia secluso papa, nisi in casu. Cap. xiij.

DE autoritate Autem applicatiua papatus ⁊ aliarum ecclesiasticarum potestatum ad hanc personam vel illam, sciēdum est quod potestas ista regulariter ⁊ principaliter est in papa, ⁊ non nisi in casu in concilio seu ecclesia. Et in papa quidem esse potestatem hanc quo ad applicationem potestatum inferiorum papatu patet. tum ex gestis apostolorum. dum singulos episcopos per loca instituebant. tum ecclesie consuetudine: que quotidie hec a papa faciente suscipit absq̄ conscientie scrupulo. tum ex ratione officij sui: ad eundem namq̄ spectat plena potestas supremi regiminis, et assumptio aliorum in partem sollicitudinis: vt patet exodi. decimooctauo vbi moyses dux populi ex consilio iethro elegit ⁊ constituit principes populi: ⁊ millenos, ⁊ centuriones, ⁊ decanos. Quo ad applicationem vero papatus: ⁊ ex gestis beati petri apostoli, cum instituit clemētem papam (vt habetur octaua. q. i. si petrus. ex autoritate Joannis tertij, qui sedit anno domini. 600. tempore iustini imperatoris) ⁊ ex continua obseruatione liquet. Papa namq̄ instituit ad quos spectet electio: ⁊ mutat ⁊ limitat sic actum electionis vt opposito modo sit irritus. In ecclesia autem seu concilio non esse hanc autoritatem secluso papa: ex hoc patet. q̄ tota ecclesia non potest autoritatiue mutare legem factam a papa: puta quod electio nō spectet ad Cardinales veros ⁊ indubitatos, quod electus a minus quam duabus partibus Cardinalium sit papa: sed bene econuerso papa posset statuere, quod electus a minus quam duabus partibus Cardinalium sit papa: ⁊ quod electio spectaret ad tales et tot prelatos, ⁊ non ad hos qui vocantur Cardinales: quia eiusdē est destituere, cuius autoritatiue est constituere in his que sunt iuris positiui: quale est quod electio spectet magis ad presbyteros et diaconos talium ecclesiarum rome: qui vocantur cardinales, quam ad canonicos lateranēses, ⁊ sancti Petri: magis ad episcopos Ostiensem, Sabinensem, Prenestinum, Tusculanensem, Albanen. et Portuen. q̄ ad alios Episcopos. Hoc enim nec a diuino a nec naturali iure esse cōstat. Si em̄ ptā s ips⁹ applicatiua eēt in ecclesia secluso Papa, posset ecclesia mutare statuta Pape, circa applicationem huiusmodi. Unde secundum veritatem, concilium secluso Papa, quia nihil potest nisi quod per singulas potestates in eo contentas potest: nec vnum quidem et illum minimum potest constituere episcopum. si illi prelati ad quos spectat illum constituere defuerint, papa autem potest et eligere ⁊ constituere episcopos vbiq̄ terrarum sua sola autoritate: que non sua, sed illius est qui graditur in multitudine fortitudinis sue.

¶ In casu autem permissionis (puta quia Papa nihil statuit in oppositum) ⁊ ambiguitatis: quia nescitur si aliquis est verus cardinalis: et similium euentuum mortuo vel incerto Papa (vt tempore magni scismatis inchoati sub vrbano sexto contigisse videtur) in ecclesia dei esse potestatem applicatiuam papatus ad personam seruatis debitis requisitionibus, ac perplexa sit asserendum est. Et tunc per viam deuolutionis ad vniuersalem ecclesiam potestas hec deuenire videtur, tanquam non existentibus electoribus determinatis a Papa ad representandum illam in hoc actu pro bono ipsius ecclesie. Jam enim ostensum est, quod ecclesie cura non sibiipsi: sed petro a Christo commissa est: et propterea determinatio petri ad exercendum electionis actum nomine ecclesie preualet tam determinationi quam actui ipsius ecclesie: cuius nomine sed non autoritate fit.

¶ Quid autem de potestate depositiua sentiendum sit, inferius tractabitur domino concedente. Hec autem dicta sunt, vt pateat concilium secluso papa, nec regulatiuam vsus papalis potestatis, nec legum conditiuam et interpretatiuam, nec applicatiuam omnis potestatis ecclesiastice ad personam potestatem autoritatiue habere: sed omnia a papa mendicare ipsum oportet.

¶ Et per hec etiam satis clarum restat, quod cōcilium non habet papalem potestatem suppletiue. Et si contra hec afferantur gesta in concilio constantien. iam dictum est quod propter incertitudinem pape et electorum in his que electionis actus exigebat admitti potest congregatio illa post vnionem trium obedientiarum. Ueruntamen perfectum ac indubitatum concilium absq̄ vero et indubitato papa et vno eorum contradicente esse non potuit, propter quod illius acta non nisi sub martino quinto autentica sunt: sub quo nihil gestum est a concilio sicut prius.

¶ In quo soluuntur rationes contra papam, q̄ ecclesia sit tatum et autoritas eius maior in sex. Cap. xiiij.

QVod vero Dicitur quod comparare ecclesiam pape est comparare totum parti integrali, de potestatibus ecclesiasticis loquendo (quia de his est sermo) facillimum est soluere: immo sophisticum monstrare, nam sophisma est. Nam sicut vnitas est pars numeri, ⁊ senarius numerus est maior vnitate q̄ dualitate, ita papatus, qui est vnica potestas ecclesiastica, est pars totius numeri potestatis ecclesiastice. Et hoc modo potestas ecclesie est maior potestate pape, sicut totum parte. ⁊ hoc est dicere, quia sunt plures potestates quam potestas pape: quod gratis conceditur. Sed ex hoc non sequitur: quod potestas ecclesie sit maior. i. plus possit quam papa: in quo sensu disputatur. Unde puerile est, quod ex distinctione potestatis ecclesiastice in papatum, cardinalatum, episcopatum ⁊c. inferatur quod querere an ecclesia sit maior papa, est querere an totum sit maius parte integrali. ¶ Quod esse dicitur q̄ ecclesie autoritas est maior autoritate pape in sex, falsum ⁊ erroneum est: quoniam si sumatur ecclesia vt distincta contra papam, nullo modo est maior papa, nisi in pluralitate seu extensione numeri: q̄ papa est vna potestas, illa multe. Ex quo enim ostensum est: q̄ papatus secluso papa, non est in ecclesia nisi in po^a ministerialiter electiua (quia scilicet potest sede vacante papam eligere per cardinales, vel per seipsam in casu) ⁊ papatus est potestas suprema, ad quam spectat causas fidei determinare. ⁊ qui certus est, non eget amplius certificari: erroneum est dicere, quod vltima decisio fidei non ad papam, sed concilium spectat. ⁊ tanto magis erroneum quando de concilio dicitur distinctio contra papam. ¶ Et quoniam sola diuina assistentia causa est inobliquabilis directiōis ⁊ iudicij in ecclesia, ⁊ hec adest pape, ⁊ similiter papatus est potestas omnium aliarum potestatum coactiuam vim habens, ⁊ omnem potestatem virtualiter continens: consequēs est quod auctoritatiue ecclesia non sit maior papa: sed econtrario in ceteris quinq̄ enumeratis capitulo. 10. Et sic patet quanta cecitate percussus fuerit iste Gerson, dicens q̄ luce clarius ex principijs theologie deducta erat conclusio ista, quam monstrauimus erroneam. Et rursus quam presumptuosus fuerit appellando doctrinam sanctorum, annis. 140. approbatam, pestiferam ⁊ perniciosissimam. Nec excusatur nisi affectata forte ignorantia ex declaratione concilij constantiensis in vna tantum obedientia sub Joanne. 23. papa dubio, profugo esset ⁊ reclamante, vt dicit.

¶ Opinio aliorum q̄ in ecclesia secluso papa est autoritas congregandi generale concilium. Cap. xv.

ET quoniam Inter singulares autoritates ro. pontif. potestas cōgregandi generale concilium computatur: ⁊ hanc aliqui putant alijs conuenire posse, idcirco in hac quoq̄ cōcilium pape comparandum specialiter est. ¶ Est igitur nonnullorum opinio, quod quamuis regulariter congregatio concilij spectet ad papam (vt in cap. significasti. de elect. ⁊ di. 17. per totum in decretis patet) in casu tamen aliquo congregari generale concilium potest, papa non consentiente ac etiā inuito. ¶ Fundant hoc super illo principio scilicet. Regule ge

nerales patiuntur exceptiones, presertim vbi casus particulares incidunt variabiles modis infinitis. quod probatur ex epikia in quinto ethi. et gnomi in sexto ethic. virtutibus positis ab arist. ad has exceptiones. Ex his namq; oportet dicere: ꝙ quandocunq; obseruatio legis dissiparet vnitatem que est finis legis: et obesset reipu. non esset in illo casu seruanda. Et propterea si Papa requisitus nollet necessarium congregare concilium, non est seruanda pro tunc lex, ꝙ ad ipsum spectat congregare, sed ipso inuito congregari potest. ❡ Explanat autẽ ꝫ dictus Joan. Jerson tres in specie casus, in quibus congregatio generalis concilij sit legitime sine Papa. Primus est dum desijt esse: quod tripliciter accidere potest scilicet vel per mortem naturalem, vel per mortem ciuilem: vt si cadat in perpetuam maniam: aut si ad eum captiuatum non pateat accessus: vel per mortem canonicam: puta depositionem. Secundus est, dum sufficienter requisitus Papa de conuocando concilium, renuit contumaciter in perniciem ecclesie: presertim si tangat ipsum. Tertius est, si cõcilium postq̃ a Papa est legitime congregatum statuat certum tempus ⁊ locum pro celebrando generali concilio: puta intra quinquennium, vel de decennio in decennium, etiam vbi Papa renueret. ❡ De autoritate autem concilij sine Papa, dicit ꝙ fulcitur et vtitur autoritate primo Jesu Christi indefectibilis capitis ecclesie. Secundo legum suarum tam diuine quam naturalis: que hanc licentiam vel necessitati, vel manifeste charitati, vel religiose pietati concedunt. pro quo facit autoritas domini marci. ij. excusantis discipulos a violatione sabbati exemplo dauid propter necessitatem. ❡ Sunt et alij duo casus positi a felino in ca. super literis, columna. 10. in tit. de rescrip. et ab Alexan. in. 17. di. capitulo synodum. Primus est in casu, quo Papa potest legitime deponi: quia ex quo concilio contra papaꝫ distincto inest potestas deponendi Papam, oportet ꝙ possit seipsum dispersum congregare vt deponat, alioquin cum papa deponendus nollet congregare concilium, non posset deponi. Secũdus est, cum dubia est electio facta de Papa: alioquin perplexa esset ecclesia, dum nesciret se habere Papam, et non posset obuiare. Et hoc modo consummata est congregatio concilij constãtiensis, benedicto. 13. nolente concilium autenticare quantum sua intererat.

❡ Quomodo verificetur ꝙ concilium potest aut non potest sine papa congregari. Cap. xvj.

AD euidẽtiã proposite ãbiguitatis scire oportet, ꝙ aliud est loq̃ de cõuocatione ⁊ cõgregatione personarũ ex quib' constitui põt conciliũ: et aliud est loq̃ de cõuocatione seu cõgregatione concilij. Primum enim significat solummodo cõgregationem ad simul esse quo ad locum, tempus, collationem mutuam et huiusmodi: secundum autem significat congregationem ad autoritatiue disponendum de vniuersali ecclesia. ❡ Et si de primo fiat questio, dicendum est ꝙ regulariter spectat ad papam: sicut ad quemlibet principem spectat conuocatio procerum regni sui, et si ipso inscio huiusmodi conuocatio fit, suspitio generatur coniurationis. Hoc tamen non sic spectat ad Papam, quin in multis casibus possit ⁊ sine ipso ⁊ contra ipsum fieri. Et secundum hunc sensum verificari potest dictum aliquorum: quod concilium potest congregari sine Papa, ⁊ quod pape potestas congregandi concilium introducta est de iure positiuo: vt in cap. vlti. di. 17. Alexã. dixit, pro quanto ad modum iuris positiui exceptiones patitur: et vana est questio de potestate sic congregandi, quando sunt vndecunq; congregati patres. ❡ Sed si de secundo modo congregandi fiat questio, distinguendum est ꝙ duplex est concilium autoritatiuum: quoddam perfectum simpliciter: quoddam perfectũ ſm presentem statũ ecclesie. Uocatur cõcilium perfectũ simpliciter, qđ constat ex capite ⁊ mẽbris: qđ põt simpliciter statuere ⁊ ordinare vniuersaleꝫ statũ ecclesie. Uocatur concilium perfectum secundũ presentem statũ: quod cõstat ex membris popularibus inuentis: ecclesia in tali statu existente: ⁊ potest quo ad aliquid tantũ de vniuersali ecclesia se impedire. Et vtrunq; horum licet habeat latitudinẽ: q2 concilium perfectuꝫ simpliciter fit capite presente per legatos, ⁊ capite presente personaliter. ⁊ hoc est perfectum in summo: de quo non est dubiũ ꝙ errare in his que sunt fidei non potest. Quando autem fit per legatos, cum adhuc superfit papa: ad quem finalis determinatio eorum que sunt fidei: ⁊ consequenter reliquarum causarũ spectat, ⁊ a quo sententia concilij confirmatur (vt patet ex dictis) si erraret in aliquo (vt de cõcilio basiliensi. patet) hꝫ correctorem papã: sicut ⁊ illud habuit ⁊ habet. Cõcilium quoq; perfectum secundũ presentem statũ ecclesie pluribus modis contingit: q2 ⁊ existente vno papa heretico deponendo: ⁊ existentibus pluribus pontificibus summis dubijs: quale fuit concilium constan. Licet inq; latitudo sit in vtroq; quo ad congregationem: tñ sic se habent, ꝙ concilium perfectum simpliciter solus Papa potest congregare. Jta ꝙ nec mortuo, nec heretico, nec quomodolibet alr̃ se habente papa, põt concilium perfectũ simpliciter absq; pape ꝯsensu fieri: ⁊ si fiat, de facto nullı' autoritatis est. ❡ Probatur hoc primo ex dictis: quia scꝫ cõitas ecclesie sine papa non hꝫ ptãtẽ papalẽ: nisi in potentia electiua: vt ostensum est. Conciliũ aũt perfectũ simpliciter includit ptãtem papalẽ in actu: ergo ꝯciliũ hoc nõ est perfectũ simplr̃. ❡ Secundo. Quia si cõitas ecclesie absq; papa constitueret concilium perfectũ simplr̃, cũ ad tale cõciliũ spectet ordinare simplr̃ vniuersalem ecclesiã, ⁊ hoc sit propriũ vicariatus Jesu Christi (vt patet) sequit̃ ꝙ cõmunitas ecclesie esset vicaria christi, ⁊ sic Jesus Christus haberet in terris duos vicarios suos: ⁊ papa nõ esset vicarius Jesu Christi immediate: sed esset vicari' vicarij, puta cõcilij acephali in terris: qđ non solũ est erroneũ, sed fatuũ. ❡ Tertio, Quia cum solus papa ex cura vniuersalis ecclesie habeat ptãteꝫ determinandi de fide, ordinandi symbolũ, ⁊ congregãdi conciliũ (vt in. q. predicta. S. tho. probat ex rõne vnitatis fidei) sicut cura vniuersalis ecclesie ex iure diuino conuenit soli pape: ita hec spectantia immediate ad ipsam curã vniuersalis ecclesie. ❡ Et confirmat̃ hec rõ ex doctrina eiusdẽ. s. tho. in ꝑma scđe. q. 100. ar. 8. Qꝛ scꝫ ea q̃ sunt de iure diuino determinata ab ipso deo nõ solũ in cõlratione iustitie: sed etiã quantũ ad determinationẽ ad singulares actus, non sunt dispẽsabilia a prelatis ecclesie: sed a solo deo. Uerbi gratia, quia a deo prohibita est simplex fornicatio, qđ est cõiungi non sue, nõ põt fieri ab ecclesia ꝙ coniunctio cũ hac non sua sit quandoq; licita: sed solus deus hoc põt. sed deus in solo petro et successoribus posuit curam vniuersalis ecclesie: ⁊ non reliquit ipsi ecclesie curam suipsius: ⁊ ad curam vniuersalis ecclesie spectat concilij congregatio ⁊ celebratio: vt patet ex ei' officio principali ergo solus deus põt in hoc dispensare. Nec hꝫ locũ in hoc epijkia aut gnome: qm̃ expresse in. 5. ethi. dicitur, ꝙ est directio iustitie legalis, quam nos ius positiuum vocam'. quod quia ab homine est non potente preuidere ⁊ prouidere singulis euẽtibus defectibile est in casu: ⁊ tunc gnome in intellectu practico: ⁊ epijkia in voluntate supplent: non interpretando ambigua, sed manifesta spectando et eligendo: vt. S. tho. in secunda secunde. q. 120. arti. 1. ad tertium, aperit. Non est ergo regula hec vt morales, grammaticales, ciuiles aut canonice: sed diuini iuris, a quo excipi nequit. Et sic intelligenda sunt que dicuntur in di. 17. et propterea dixit. S. tho. ꝙ sancti patres nihil possunt in concilijs cõgregati statuere: nisi autoritate ro. pontificis interueniente. ❡ Concilium perfectum secundum presentem ecclesie statum potest congregari sine papa, ⁊ eo inuito si requisitus non vult ipse illud congregare sed non habet potestatem ad ordinandam vniuersalem ecclesiã: sed ad prouidendum illi casui tunc occurrenti. ❡ Et licet casus humani variabiles sint infinitis modis (puta si contingeret mori omnes electores pape: si contingeret tale quid, quod electores nõ possent eligere sine cõuocatione concilij, ad reprimendum, discernendum vel pacificandum ⁊c.) omissis his ⁊ similibus duos tantum certos casus, et qui fuerunt quandoq; et possunt esse, assero: in quibus concilium tale cõgregandũ est. ❡ Primus est, si Papa propter heresim est deponendus, tunc enim ex quo requisitus renuit, possunt cardinales, potest imperator, possunt prelati congregationem vniuersalem facere, in qua erit non vniuersalis cura ecclesie, sed tantum depositiua potestas Pape: et electio ad solos cardinales (ad quos de iure spectat) pertinebit. Probabitur hoc, cum de depositione Pape inferius agetur. Secundus est, quando Papa vnus vel plures incerta electione laborant: vt contigisse dicitur in magno scismate vrbani sexti, et aliorum. Tunc enim ne perplexa sit ecclesia: illa membra ecclesie que inueniuntur, potestatem habent iudicandi verum si potest sciri: et si sciri nequit, prouidendi ꝙ electores in vnum eorum vel alium conueniant, ⁊ si certi electores nescirentur, cum electio ad ecclesiam deuoluta sit, ex ipso electorum defectu concilium sic imperfectum eliget: vt in concilio constan. factum videtur in electione martini quinti.

❡ In alijs autem recitatis casibus nulla necessitas apparet talis concilij, nam si non sane est mentis perpetuo, et hoc cõstat. alius eligi a cardinalibus potest: quoniam mortuus est papa vita rationali non solum in actu (vt dormiens: aut ebrius, aut phreneticus) sed in potentia naturali. Constat autem, quod Pa-

pa eligit in pastorē ecclesie sm vitam rationalē: ⁊ ppterea non est trepidandū timore, vbi nō est timor. Et si dubium esset de sanitate recuperanda, expectandum est, sicut in diuturnis egritudinibus. ¶ Posset quoq propter dubios euētus statuto pontificis obuiari huic casui, si statueretur, ꝙ Papa insanus factus tāto tēpore expectetur: ⁊ si post, nullū vestigium sanitatis recuperāde appareat, et a collegio medicorum iudicatus incurabilis fuerit, censeatur mortuus, ⁊ apostolica sedes vacare. Ex quo namq quilibet sub ista lege pontificatum acceptaret, ⁊ eam nō reuocaret, tacito cōsensu renunciare, aut depositionem acceptare se profiteretur adueniente tali casu. ⁊ sic si post electum alium pontificem sanus fieret, papatum repetere non posset, a quo semel rite cecidisset. ¶ Ex eo autem ꝙ Papa captus esset, ⁊ non pateret accessus ad eum, alter non esset creandus. petrus namq seruabatur in carcere nullo patente accessu (vt patet ex actibus apostolorum) ⁊ tamen non est electus alter, sed oratio facta sine intermissione ab ecclesia ad deum pro eo, ipsum liberauit. Nunquid abbreuiata est manus domini, aut statuendus est terminus domino intra quem debeat liberare Papam, vt fecit ozias cum illis de bethulia: ⁊ reprehēsi a iudith sunt dicente, posuistis vos tempus miserationis domini, ⁊ in arbitriū vestrum diem constituistis ei: vt patet iudith. 7. et. 8. ¶ Posset tamen in hoc ⁊ in precedēti casu, pontificio statuto prouideri, quod a Cardinalibus eligeretur vnus, qui vices pontificis in omnibus ⁊ per omnia illo fatuo aut isto incarcerato durante obtineret. Et tunc ille electus posset omnia facere in vtroq foro: sicut modo potest summus penitentiarius in foro conscientie absoluere autoritate iuris, mortuo pontifice, vel fatuo, vel detento. ¶ In casu autem quo Papa non hereticus certus ⁊ indubitatus renuit requisitus congregare concilium, ⁊ statutum esset concilij generalis cum omnibus clausulis derogatorijs (vt constantieñ. ceperunt, et basilieñ. apposuerunt) nescio ad quid congregatio ista fieret: cum nihil posset facere, quod renitens Papa non posset irritare. Pro erronea ergo habenda est omnis opinio, dicens concilium perfectum idest habens autoritatē disponendi, ⁊ statuendi simpliciter de vniuersali ecclesia posse absq Roma. pontifi. autoritate celebrari seu congregari: quia derogat singulari priuilegio potestatis Papalis ꝯcesso sibi a Christo imediate: vt patet ex dictis. ¶ Dicentibus autem quod quia concilium constantieñ. in sessione. 39. ⁊ post basilieñ. in sessione. xj. constituit cap. frequens. ideo etiam inuito pontifice de decennio in decennium potest celebrari cōcilium etiam perfectum propter autoritatem statuti. Respondendum est, quod sunt in magno errore: ⁊ quod in veritate scismati operā dant tales. ⁊ tanquam scismatici puniri possunt, si sic exequerentur: quoniam rebelles sunt Roma. pont. qui est supra totū ius positiuum, ⁊ constat ꝙ determinatio temporis ⁊ loci concilij de iure est positiuo. Et si doctores aliqui inueniuntur sententes, quod quia tempus interpellat ⁊ autoritas deuoluitur ad alios, et huiusmodi: aut sunt sectatores illius erroris, ꝙ concilium est supra Papam: aut loquuntur stante statuto in robore, ita ꝙ Papa non tollat, aut interpretetur, aut dispenset, aut prohibeat. ¶ Quo ad negationem vero consensus requisiti pape ad congregandum concilium: quia tantum ponderatur, sciendum est: ꝙ oportet hic discretione vti: nam si requiritur a viris probis: quos preterita et perseuerans vite ac morum integritas commendat: ⁊ subest causa concilij (puta heresis vel scisma) debet papa annuere: ⁊ nunquā credo ꝙ fuerit papa, qui negauerit, sic rebus se habentibus. Si autem requiritur a viris, qui volunt alligare onera alijs, et digito suo nolunt mouere ea, qui priscorum conciliorum statuta non seruant, ambitiosis, insatiabilibus suarum passionum sectatoribus et huiusmodi pro reformatione ecclesie: nonne responsio Christi conuenit: Hypochrita ejice primum trabem de oculo tuo: et tunc perspicies vt educas festucam de oculo fratris tui: presertim qꝺ melius potest papa solus reformare ecclesiam inchoando sponte a seipso et suis quam per concilium, oportet enim primo seruare que scripta sunt: ⁊ deinde alia scribere statuta. Sufficiens quoq est causa negandi consensum concilio, probabilis timor vsurpāde autoritatis a Concilio supra Papam: vt Basilieñ. mox ostenderunt bis: scz cū primū inchoatū est cōcilium, sessione. xj. ⁊ cū iterū redintegratū fuit ab Eug. sessione. xviij. Finis em̄ cōcilij, est pax, que per istam vsurpationē perturbatur: vt experiētia rerū magistra testatur. ¶ Ex his igitur patet, ꝙ inter extraneas opiniones de congregatione et celebratione Concilij absq Pape consensu: media via sola vera est, quam declarauimus, scilicet, quod Conciliū perfectū simplr: nunq̄; perfectū vero cōciliū sm presentē ecclesie statum quādoq sine Papa, ⁊ contra ipsum cōgregari ⁊ celebrari potest. Et secūdum hanc distinctionē potes diuersa, si vis, dicta doctorum saluare.

¶ In quo incipiat comparatio potestatis ecclesie ⁊ pape in casu heresis. Et primo de modo quo papa propter crimē heresis subijcitur concilio secundum vnam opinionem. Cap. xvij.

Post collatam potestatem pape cū autoritate ecclesie ⁊ concilij generalis simpliciter et absolute, et manifestationem superioritatis pape supra ecclesiam vniuersalem ⁊ cōcilium vniuersale: consequenter cōparanda est autoritas concilij ad papam in casib⁹. Et primo in casu heresis: deinde in casu incorrigibilitatis ⁊ alijs casibus: ⁊ demum in euentibus. ¶ Et quoniam innata est nobis via ex certioribus nobis in minus certa, supponamus cum doctoribus, ⁊ communi animi cōceptione ex ca. si papa. di. 40. ꝙ Papa propter crimen heresis potest deponi a concilio generali: ⁊ inuestigemus modū depositionis, ⁊ potestatē depositiuam: vt sic nosse possimus an Papa in aliquo casu sit subditus concilio seu ecclesie vniuersali.

De modo quo papa propter crimen heresis deponitur, varia est opinio. Quidam dicunt ꝙ hoc fit propter defectum subiecti. Subiectum namq papatus dicunt esse hominem fidelem: ac per hoc sicut deficiente vita corporali per mortem desinit subiectum papatus: ita deficiente fide in illo homine qui est Papa per heresim, desinit subiectum Papatus. Fundatur hec opinio super hoc, ꝙ fides constituit viatorē in hoc ꝙ esse membrum ecclesie christi. Huic enim adiuncta alia propositione scilicet qꝺ negatio prioris inducit negationē posterioris in essentialiter ordinatis ordine cause formalis (que patet inductiue: si enim non est animal, non est homo, ⁊ si non est color, non est albedo: ⁊ sic de alijs) subiungunt, sed esse membrum ⁊ esse caput sunt sic essentialiter ordinata, quod esse membrum est prius q̄ esse caput, vt patet: quia caput oportet esse membrum: sed non econuerso. quod igitur non est membrum. non est caput. Et sic homo carens fide (qualis est hereticus) non est mēbrū ecclesie: igitur non est caput eiusdē. ac per hoc cū papa nihil aliud sit q̄ caput ecclesie, eo ipso quo fit sine fide, fit nō papa. Et hoc est qꝺ sub alijs verbis ab alijs dicitur, ꝙ cum papa fit hereticus, ipso facto iure diuino quo fit distinctio fidelium ab infidelibus, est priuatus papatu. Et quādo per ecclesiam propterea deponitur, non iudicatur neq deponitur papa: sed qui iam iudicatus est (quia non credit. sm verbū dn̄i ioan. 3.) ⁊ qui iam depositus est, dum propria voluntate trāslatus est extra corpus ecclesie factus infidelis, declaratur iudicatus et depositus. ¶ Primam autem propositionē radicem huius opinionis (que sola negari in hac ratione potest) fundant super autoritatibus plurimis: quibusdam directe ex ratione fidei ⁊ ecclesie: quibusdam ex consequentibus ad esse extra fidem ⁊ ecclesiam id testantibus. Ex ratione fidei quatuor afferuntur autoritates. ¶ Prima saluatoris math. 16. super hanc petram edificabo ecclesiam. siue em̄ per petram intelligatur christus, siue petrus, siue confessio fidei, in idem redit quo ad fidei rationem: ipsa enim semper inuenitur fundare ecclesiam. ¶ Secunda est abacuch. 2. ⁊ apostoli ad ro. 1. et hebre. 10. iustus ex fide viuit. Sicut autem viuere viuentibus est esse in naturalibus, ita in ecclesia viuere est esse in ea: bene viuere autem est per charitatem. ¶ Tertia est apostoli ad hebre. xj. Fides est sperandarū substātia rerū. Substātia em̄ primū locū tenet. ¶ Quarta est sancti tho. in tertio sen. di. 13. q. 2. ar. 2. q. 2. expresse dicentis, ꝙ homines infideles non pertinent ad vnionem corporis ecclesie, secundū ꝙ est vnum simpliciter. ⁊ ideo respectu horum christus non est caput nisi in potentia, sm ꝙ sunt visibiles corpori. ¶ Ex ratione ecclesie affertur diffinitio ecclesie scilicet quod est collectio fideliū. de conse. di. 1. ca. ecclesia. ¶ Ex cōsequentibus vero ad esse extra fidem ⁊ ecclesiā, multe afferri possunt autoritates, dicentes ad statū extra fidē ⁊ ecclesiā conseq̄ extra cōmunionē fideliū, sine clauibus, sine potestate, sine honore, sine officio pascēdi oues. Fieri ⁊ esse procul a cōmunione fideliū hereticos faciunt: imprimis dn̄s numeri 16. recedite inquit a tabernaculis impiorū, dathan scilicet ⁊ abirō, scismaticorum. constat enim omnes hereticos esse scismaticos. Deinde paulus apostolus ad gal. 1. si angelus de celo euangelizet vobis preter id quod euangelizauimus vobis, anathema sit. Et secundum ad thessalo. 3. rogamus vos fratres in nomine domini nostri Jesu christi, vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulāte inordinate, ⁊ nō secundum doctrinam quam acceperūt. Et. 2. ad cor. 6. nolite iugū ducere cū infidelibus: que em̄ participatio iustitie cū iniquitate: aut que societas lucis ad tenebras: que autem cōuētio christi ad belial: aut q̄ pars fidelis cū infideli. Demū ioan. euāge-

ista. 2. Joan. 2. si quis venit ad vos, ⁊ hanc doctrinam non affert: nolite eum recipere in domum, nec aue ei dixeritis. ¶ Amissionẽ clauium Ambrosius in pasto. (⁊ habetur de pe. di. 1. ca. verbum) explicat. Dominus par ius ⁊ soluendi esse voluit ⁊ ligandi. ⁊ subdit. Certum est ꝙ ecclesie vtrunqꝫ licet, heresis vtrũqꝫ non habet. ¶ Honoris vero ⁊ ptãtis pditionẽ cipriani⁹ promulgat: vt habetᷣ 7. q. 1. ca. nouatianus. Qui nec vnitatem spiritus nec communionem pacis obseruat: ⁊ se ab ecclesie vinculo atqꝫ sacerdotum collegio separat: nec episcopi potestatem potest habere nec honorẽ. Et. 24. q. 1. ca. didicimus, dicit omnes omnino hereticos ⁊ scismaticos nihil habere potestatis ⁊ iuris. Ad idem est gelasius ibidẽ in ca. agathius. Ad idem est expresse. s. Tho. in secunda secunde, q. 39. ar. 3. volens ꝙ potestas spiritualis iurisdictionis non maneat in hereticis nec quo ad vsũ nec quo ad substãtiã: ita ꝙ si qd fecerint: nihil est actum. ¶ Officium pascendi oues adimit Augu. in sermone de pasto. tractans illud canti. 1. pasce hedos tuos. ⁊ dicens, Manenti petro dicitur, pasce oues meas: exeunti heretico, pasce hedos tuos. Et hanc sententiam repetit in epistola ad vincentiũ. ❡ Ex his omnibus clare patet radicalis illa propositio, ꝙ fides facit membrum ecclesie. Si enim secluso iure positiuo (vt loquimur) cum perditione fidei remanerent membra in locis suis, non esset eis subtracta communio, non honor, non potestas, non officium: vt de se patet. Jmo subtractio sola potestatis sufficit ad propositum: quia papa sola potestate iurisdictionis constituitur.

❡ Confirmatur qꝫ hec positio: ex eo ꝙ papa hereticus est excommunicatus: vt patet ex glosa in ca. agathius. 24. q. 1. dicẽte, Hinc est casus, in quo papa papam ligare potest: in quo papa in canonem late sententie incidit. ¶ Nec huic obuiat illa regula: ꝙ par parem soluere vel ligare non potest: quia si papa est hereticus est minor quolibet catholico: vt habetur. 12. q. 1. ca. audiuimus. Hoc idem Aug. dicit in ca. inferior. di. 21. Est etiam accusandus: adeo (vt glo. in cap. si papa. di. 40. dicit) ꝙ papa non potest statuere, ꝙ non possit papa accusari de heresi. Est etiam iudicandus: vt in dicto ca. si papa habetur. Que omnia arguunt hereticum non esse papam. sed minorem. Et ad hoc est. s. Tho. in quarta di. 19. q. 2. articulo. 2. q. 3. ad primum: tractans illud ad gal. 2. quomodo paulus restitit in faciem petro, dicit ꝙ non debent prelati a subditis coram multitudine corripi: nisi immineret periculum fidei: tunc enĩ prelatus minor fieret: si in fidelitatem laberetur: et subditus fidelis maior. Constat enim ꝙ non de maioritate ⁊ minoritate charitatis loquitur: quia hoc est commune omni peccato mortali: sꝫ potestatis, qua prelatus preest subdito. ergo vt prius. ¶ Ex his autem infertur, ꝙ in vtroqꝫ modo quo certus papa viuens desinit esse papa. eadem est causa desitionis. scilicet propria voluntas illius qui est papa. nam renunciando propria voluntate abdicat a se esse caput ecclesie: heresim autem amplectendo: propria voluntate aufert a se esse membrum ecclesie: et consequenter esse caput. Et sic ex nullo certo modo desitionis pape viuentis: habetur ꝙ papa inuitus deponitur: propter quod remanere dicunt inconcussum: qꝺ papa manens papa non habet superiorem in terris potestatem.

❡ De modo, quo papa hereticus subijcitur concilio secundum aliam opinionem. Cap. xviij.

Quãuis Autem dicta positio illustrium sit virorum: ⁊ communis videatur esse: nõ placet tamen omnibus: cõtradicunt nanqꝫ duobus ponentes duas propositiones. Prima est, ꝙ papa hereticus non est ipso facto depositus: sed deponendus. Secunda est, ꝙ papa hereticus manens papa, habet superiorem iudicẽ in terris, concilium vniuersale. ❡ Primam propositionem licet multipliciter probent, quatuor tamen solum afferẽtur: quia in his consistit vis. ¶ Primo ex facto marcellini, et glos. di. 21. ca. nunc autem. qui idololatra non fuit depositus: ⁊ fuit sanctus. Et glo. affert Aug. dicentem, quia paratus erat corrigi: non deponitur: vt. 24. q. 3. dicit apostolus. ¶ Secundo ex ca. audiuimus. 24. q. 1. vbi dicitur de episcopo heretico. Si autem in corde suo nouam heresim confinxit: ex quo talia predicare cepit: neminem damnare potuit. Ante igitur ꝙ̃ pdicaret heresim: damnare potuit: et sic non erat depositus ipso facto.

¶ Tertio. Quia alij prelati non sunt ipso facto priuati: sed perseuerant in prelationibus suis redeuntes ad penitentiam. ergo nec papa: cum non sit deterioris conditionis. Assumptum patet. 1. q. 7. maximum.

¶ Quarto quia (vt patet extra de here. cum ex iniuncto) ad eundem pertinet institutio ⁊ destitutio: sed institutio pape pertinet ad electores: ergo ⁊ destitutio. absqꝫ ergo iudicio electorum non destituitur papa. ❡ Secundam autem propositionem: ꝙ papa hereticus manens papa habet iudicem in terris vniuersalem ecclesiam: probant quo ad primam partem sic. Papa hereticus est accusandus ⁊ iudicandus secũdum omnes: vt habetur di. 40. si papa. ⁊ non est ipso facto depositus: vt probatum est. ergo habet iudicem, coram quo accusetur: et a quo iudicetur. Quo ad secundã ex eo ꝙ ecclesia vniuersalis seu vniuersale concilium est supra papam in hoc casu: vt communiter tenetur.

❡ Examen illius propositionis, papa hereticus est ipso facto priuatus papatu. Cap. xix.

Premissis Duobus modis dicendi contrarijs quomodo papa hereticus desinit esse papa: examinãda primo occurrit illa propositio, que est fundamentum primi modi, an sit vera. Et breuiter facile ostenditur: ꝙ est falsa simpliciter quamuis forte tracta ad aliquem sensum: sit vera. Monstratur igitur, quod nec iure diuino nec humano papa hereticus est ipso facto priuatus: tali ratione. Alij episcopi si fiunt heretici, non sunt ipso facto priuati iure diuino aut humano: ergo nec papa. Sequela patet: quia papa non est deterioris conditionis: quam alij episcopi. Assumptum probatur sic: episcopus discredens contra fidem, solo actu interiori est vere proprie et perfecte hereticus: ⁊ nõ est priuatus potestate iurisditionis ipso facto: ergo perfecte hereticus episcopus non est priuatus ipso facto. ❡ In hoc processu sunt due propositiones. Prima qꝺ solo actu interiori constituatur perfecte hereticus. Et hec est manifesta per se: quia heresis est peccatum mortale oppositum fidei: que perfecte consistit in solo actu interiori: cuius effectus est confessio exterior: iuxta illud ad Romanos decimo, corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. ¶ Secunda autem probatur: quia potestas iurisdictionis inest huic homini qui est episcopus ex simplici commissione hominis, vt. s. Tho. expresse dicit in secunda secunde, questi. 39. arti. 5. Ex hoc enim deducitur intentum sic. Episcopus hereticus solo actu interiori: nullo hominis iudicio subditus ex hoc est: quia solius dei est iudicare de interioribus puris: iuxta illud primi reg. 16. homo videt que foris sunt, deus autem intuetur cor. Et prime ad corinthios quarto, apostolus dicit, nolite ante tempus iudicare: donec veniat dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarum: ⁊ manifestabit consilia cordium. Propter quod talis hereticus non est excommunicatus: non enim potest ecclesia excommunicare, quod nõ potest iudicare. Ergo multo minus est priuatus iurisdictiõis potestate: que est ab hominis commissione: vtrunqꝫ enim est humani iudicij, committere. s. ⁊ auferre illam: ⁊ dixi multo minus: quia plus exigitur ad incurrendã priuationem ipso facto: quam ad incurrendam excommunicationem: quoniam incursus censurarum non requirit declarationẽ: sicut incursus priuationis apud iuristas. ¶ Ad hanc rationẽ non video respõsionem: nisi dicatur ꝙ potestas iurisdictionis non est ab homine: quod est primo contra sanctũ Tho. Est secundo cõtra sententiam omnium doctorum catholicorum, sentientium ꝙ a petro omnis iurisdictio in totum residuum ecclesie corpus manauit et manat: iuxta illud leonis pape, ca. ita dominus di. 19. Jta dominus huius muneris sacramentũ ad omnium apostolorũ officium pertinere voluit: vt in beatissimo petro apostolorũ omniũ summo principaliter collocaret: vt ab ipso quasi a quodã capite dona sua velut in corpus omne diffunderet. Ad hoc idem sunt tot auctoritates ⁊ rationes: quot sunt ad ostendendam vnitatem capitis ⁊ principis in ecclesia militante: propterea nolo immorari: sed pro constanti supponere. ¶ Et si dicat, ꝙ non est par ratio de papa ⁊ alijs episcopis in hoc casu: quia potestas iurisdictionis in alijs episcopis est ab homine: in papa vero est a deo immediate: ⁊ propterea merito accidit vt episcopi, quorum potestas est ab homine. nõ sint ipso facto priuati (quia homo videt que foris sunt) ⁊ papa cui⁹ potestas est a solo deo: sit ipso facto priuatus: quia deus intuetᷣ cor. Hec obiectio facile excluditur: discernendo inter opus dei ⁊ opus hominis. Quod enim in papatu sit potestas iurisdictionis: a deo est immediate: iuxta illud Math. 16. quodcunqꝫ ligaueris super terram ⁊c. Quod autem papatus ipse habẽs hãc potestatẽ sit in hoc homine: ab homine est (sola petri persona excepta: quẽ deus ipse papam fecit Joan. vlti. pasce oues meas) nam ab homine eligitur hic homo, vt in eo sit papatus. ¶ Et quoniam cuꝫ deponitur papa, non aufertur potestas iurisdictionis a papatu, qꝺ esset auferre opus dei (quoniã vt dicitur ad ro. xj. sine pnia sunt dona dei) sed aufertur ptãs iurisdictionis ab hoc hoĩe, in quo nõ fuit posita a deo immediate, sed mediãte iudicio hũano: ideo eadẽ rõ est de

papa ⁊ alijs epis, quo ad perditionem potestatis iurisdictionis a deo seu iure diuino. In vtrisq₃ enim a deo cum sit mediante iudicio humano, consequens est ꝙ nõ auferatur a deo immediate, s₃ mediante humano iudicio: ac per hoc nõ aufertur per id qđ humano iudicio secundum se non subiacet. s. occultã in solo corde heresim.

Si quis Autem hesitaret de illa altera ꝓpositione. s. qđ de heresi interiori, ecclesia nõ se põt impedire: ꝓpterea q₂ doc. dicunt, ꝙ heretici etiã occulti sunt excõicati: ⁊ q₂ in cle. de here. ca. multorũ. excõicantur inquisitores qui odio vel amore omiserint procedere: vbi de interiori amore ⁊ odio ecclesia iudicat. Facillime certior fieri potest, ꝙ heretici vt sic foro ecclesiastico subditi q̃tũcũq₃ occulti sunt excommunicati: ⁊ nõ heretici solo actu interiori. Unde si quis incidit in heresim interius, ⁊ solus secũ loquendo verbo exteriori ꝓfert submississime illã heresim, est excõmunicatus, q̃uis sit omnino occultus: q₂ actus exterioris loquutionis subiacet humano iudicio s̃m se, q̃uis careat testib⁹. In clemẽ. aũt illa ⁊ similibus, nõ iudicantur actus interiores secundum se in sua puritate manentes, sed vt sunt cause exteriorum commissionum aut omissionũ: ad idem namq₃ gñs pertinet commissio et omissio, sicut affirmatio ⁊ negatio. Sermo autem noster est de heretico interiori puro. ☞ Et ex inaduertẽtia huius distinctionis. s. de occulto per se ⁊ occulto per accidens, multi in re hac errauerũt. Nec mirũ: q₂ contingit in his q̃ sunt per accidens etiam sapientes falli: vt arist. dixit. Actus enim interiores puri sunt in genere occultorum per se: quia ex propria natura habent ꝙ sint iudicio humano ignoti. Actus autẽ exteriores sunt de genere occultorum per accidens: q₂ ex ꝓpria natura subsunt cognitioni humane. Possunt nãq₃ sensibus percipi: sed ex hoc ꝙ fiũt sine teste, occulta sunt, ꝓpter quod nunq̃ (vt dictũ est) ab ecclesia actus interior purus, sed exteriori iunctus iudicatur. Unde quia presens ratio cõuincit intellectum meũ: adeo cõcludo ꝙ illa propositio. papa cũ sit hereticus, ipso facto est iure diuino seu humano depositus. est falsa. ❡ Confirmatur autem sic esse vt dicimus etiam ex ipsis cõtrarium sentientibus: qm̃ dicũt ꝙ papa q̃uis hereticus. si est paratus corrigi nõ deponitur: vt glo. in di. 21. ca. nunc autem adducit hug. Si enim hereticus est ipso facto depositus iure diuino a papatu, quomodo iterum fit papa: ⁊ imo quomodo ex sola non depositione perseuerat papa: ⁊ imo quomodo non deponitur. Hec enim contradicunt positiõi anteriori scilicet ꝙ sit ipso facto iure diuino depositus: vt patet. nec sufficienter dicitur, ꝙ dum ecclesia nõ deponit, religit. tum quia falsum est ꝙ nõ depositio sit reelectio: vt patet: tum quia electores ad quos spectat, si peterentur an velint ipsum reeligere, dicerent ꝙ non, aut ꝙ vellent meditari super hoc: sed non deponunt quia ius videtur habere, ꝙ si est paratus corrigi, non deponatur. Unde nihil ei tribuunt non deponendo, sed sustinent quod habet: ⁊ si nihil habet (vt positio illa dicit) nihil sustinẽt decepti. Et si quis hoc eorum dictum suscipiat vt verum, quod papa factus hereticus, paratus postmodum corrigi non deponitur, sequitur manifeste, quod papa manifestus hereticus non est ipso facto depositus quia enim paratus corrigi non deponitur, sequitur quod non erat prius depositus.

❡ Rationabilis sententia, ꝙ papa factus hereticus subest ptãti ministeriali ecclesie ⁊ non autoritatiue super papam. Cap. 20.

Premissa Certitudine trium (scilicet ꝙ papa ex hoc ꝙ factus est heretic⁹ nõ est ipso facto diuino aut humano iure depositus: ⁊ ꝙ papa manens papa non habet superiorem in terris. et ꝙ papa si a fide deuiat, deponendus est: vt in ca. si papa. 40. di.) Magna restat ambiguitas, quomodo et a quo iudicabitur papa deponendus ꝙ sit depositus: cum iudex inquantum iudex sit superior eo qui iudicatur. Unde apostolus ad romano. 14. tu inquit quis es, qui iudicas alienum seruum: ⁊ domino suo stat aut cadit. et. s. Tho. in secunda secunde, questio. 67. determinat, ꝙ iudex non potest nisi subditum iudicare. et in decret. di. 21. c. inferior. idem dicitur. Si namq₃ a concilio vniuersali iudicandus deponendusq₃ est: statim sequitur ꝙ papa manens papa habet concilium vniuersale supra se, saltem in casu heresis. Si autem nec concilium nec ecclesia est supra ipsum: statim sequitur ꝙ papa deuius a fide sit iudicandus ⁊ deponendus: ⁊ tamen a nullo est iudicandus ⁊ deponendus: quod est ridiculum. Quid ergo dicemus, vt euitemus vtrunq₃ extremum: ⁊ non est quo diuertendum sit, nisi ad medium: quod difficile attingitur: in cuius attinctione consistit virtus, quod multas cõsueuit soluere questiones. ❡ Dicamus igitur, quod hic sunt due vie extreme: et ambe false. Altera est, ꝙ papa factus heretic⁹ est ipso facto diuino iure absq₃ humano iudice depositus. Altera est, ꝙ papa manẽs papa habet supra se in terris superiorẽ potestatẽ, a qua põt deponi. ❡ Media aũt via est adhuc duplex. Altera dicens, ꝙ papa licet absolute nõ habeat superiorẽ in terris, ipse tamen in casu heresis h₃ superiorẽ in terris ecclesiam vniuersalem. Altera dicẽs, ꝙ papa nec simpliciter nec in casu habet superiorem in terris: sed subest potestati ministeriali vniuersalis ecclesie quo ad solã depositionẽ. ❡ Prima via fundatur in virtute coactiua ⁊ iudicatiua ecclesie super petrum papã in casu heresis: oportet enim subditũ esse qui iudicatur ⁊ cogi posse. ⁊ hec est via cõmunis q̃tum vidi hactenus. ☞ Contra tamen hãc viam est: q₂ cum papa diuino iure sit supra concilium ⁊ ecclesiam (vt ostensum est) oportet si in aliquo casu est illi subdit⁹, ꝙ ex diuino iure sit facta exceptio ista: nullum enim aliud inferius ius potest exceptionem hanc facere, vt patet. In diuino autẽ iure non exprimitur subiectio, sed separatio, cũ casus heresis excipitur vt patet in singulis textibus sacre scripture inductis. Numeri eñ 16. dicitur, recedite. Ad gal. 1. anathema, i. separatum sit. Scđe ad thessa. 3. subtrahatis vos. Secunde ad cor. 6. nolite iugum ducere. Scđe Joan. 2. nolite recipere, nec ei aue dixeritis. Ad titum. 3. deuita. Et breuiter nullibi inuenio superioritatem ⁊ inferioritatem in casu heresis ex diuino iure, sed separationem. constat autem ꝙ separare se potest ecclesia a papa sola ministeriali potestate, qua potest ipsum eligere. Non igitur ex hoc ꝙ diuino iure sancitũ est, vt habetur hereticus vitetur ⁊ procul sit ab ecclesia, maiori potestate opus est q̃ ministeriali: ex quo ipsa sufficit, ⁊ eam constat esse in ecclesia. ☞ Et confirmatur hoc. Quia nõ est iuri diuino tribuẽdum, qđ nec expressum est in eo, nec ex expressis necessario sequitur. Potestas autem supra papam in casu heresis, proprie loquendo non habetur in diuino iure, nec ex ipso necessario sequitur: ergo. Probatur minor: ꝙ enim non habeatur puto patere legenti. Dico autem puto: quoniã imminẽs scisma opusculũ hoc intra duos menses fieri impulit ex improuiso. Quod vero nõ sequatur, patet ex eo ꝙ quia non oportet multiplicare entia sine necessitate, melius est vnum principium q̃ plura facere. ex quo igitur potestas ministerialis sufficit, alia opus non est.

Erit Ergo media ⁊ vera via, ꝙ papa factus hereticus ⁊ perseuerans habet in terris potestatẽ nõ superiorem se, sed ministerialem ad sui depositionẽ. ❡ Ad cuius euidẽtiã altius ordiendo, tria premittenda sunt. ☞ Primo ꝙ in papa inueniũtur tria scilicet papatus. persona que est papa, puta petrus. ⁊ coniunctio vtriusq₃ scilicet papatus in petro, ex qua coniunctione resultat petrus papa. ☞ Secũdo, ꝙ discernendo ⁊ applicando proprias causas suis proprijs effectibus, inuenimus, ꝙ papatus est a deo immediate, petrus est a patre suo ⁊c. coniunctio autem papatus in petro post petrum primum a Christo immediate institutum, non est a deo, sed ab homine, vt patet: quia hoc fit per electionem hominum. Concurrit autem duplex cõsensus humanus ad causandum hũc effectum sc₃ eligentiũ ⁊ electi. oportet eñ electores volũtarie eligere, ⁊ personam electã acceptare electionẽ: alioquin nihil fit. Est ergo coniunctio papatus in petro nõ a deo immediate: sed mediante ministerio humano, tam ex parte electorum q̃ ex parte electi. Nec se habet huiusmodi ministerium humanum in cãndo hanc coniunctionem vt applicans actiuum passiuo (vt applicans ignem stipule) vel applicans virtutem passionis Christi subiecto, vt facit baptizans, ⁊ sacramenta ministrans: quoniã nullũ est hic applicatum actiuum, sed sola voluntas humana electorum ⁊ electi: non facile enim esset fingere aliquod aliud actiuum. Ex hoc autem ꝙ coniunctio papatus cum petro est effectus voluntatis humane: cum ipsa constituat petrum papam, sequitur ꝙ licet papa a solo deo dependeat in esse et fieri, petrus tamen papa dependet etiam ab homine in fieri. fit enim petrus papa ab homine: dũ ab hominibus electus ipse homo acceptat. ⁊ sic iungitur petro papatus. ☞ Tertio, ꝙ quia iam nihil tam naturale est, vt vnaqueq₃ res per quascunq₃ causas fit, per easdem contrario modo dissoluatur (vt dicitur in ca. omnis, de reg. iur.) idcirco petrus papa qui ex cõsensu suo ⁊ electorum causatus est, ex consensibus eisdem: scilicet suo ⁊ electorum ad contrarium, dissolui potest. Et hoc iam determinatum est facto celestini, et decretalis bonifacij. 8. in sexto, de renun. ca. primo.

Ex his Trib⁹ ꝓmissis h₃ primo absq₃ oĩ hesitatione certũ ꝙ petr⁹ papa ⁊ in fieri ⁊ i corrũpi depẽdet a ptãte humana, nõ superiori nec equali ptãti pape sed minore: q₂ nec ad faciendum de petro non papa petrum papã, nec ad faciendũ de petro papa petrum non papam, exigitur alia facultas q̃ voluntas humane. s. electi ⁊ electorũ. Nec sit cure in ꝓposito: vtrũ bona vel

mala cõsciētia ex bona vel mala intentione vel cā moueant̄: sat est in ꝓposito ꝙ facta teneāt, ita ꝙ in veritate petrus sit aut non sit papa. Quod etiā ista potestas sit minor p̄tāte pape, absq; alia probatione ex eo liquet, ꝙ mortuo papa nullo etiā p̄supposito statuto iuris positiui, ista potestas est in ecclesia: et non se extendit ad ea ad q̄ se extendit summi pont. autoritas: alioquin essent due supreme p̄tātes in eccl'ia: ⁊ christus nō instituisset ecclesiasticū regimen monarchicū. Et cū par in parē nō habeat imperiū, nō potuissent pōtifices huic p̄tāti executiōis modū imponere, p quos, quot. s. ⁊ quō debeat electio celebrari, cū irritatiōe actus, si secus factū fuerit. Hec eñ ostendūt p̄tātem hāc nec maiorē nec parē, sed inferiorē p̄tāte pape: superioris nāq; virtutis est disponere de actu inferioris autoritatiue, ita ꝙ si secꝰ fiat, nihil valeat: vt in proposito inuenitur. ¶ Habetur scdo certo certius, ꝙ aliud est posse supra coniunctionem petri ⁊ papatus ꝯstruendā, seu destruendā. ⁊ aliud est posse supra papam: ex eo nāq; ꝙ p̄tās minor papatu. s. simplex voluntas electi ⁊ electorum potest construere ⁊ destruere hanc coniunctionem, ⁊ huiusmodi p̄tās cum sit minor papatu nō potest supra papam: manifeste coniungitur, ꝙ aliud est posse supra illam coniunctionem, ⁊ aliud est posse supra papam. Unde potestas supra papam, nō inuenitur nisi in dño Jesu christo, potestas autem supra coniunctionem papatus ⁊ petri inuenitur in terris. Et merito: quia papatus opus dei immediate est: coniunctio aūt papatꝰ ⁊ petri opus nostrū est. ¶ Nec mireris tu, qui philosophiā profiteris, ꝙ inueniatur p̄tās super coniunctionē forme cū materia, que non est super formam: quia coniunctio forme cū materia formam cōsequitur. Cessabit admiratio tua: si cōtemplatꝰ fueris, ꝙ coniunctio forme ⁊ materie vtrinq; attingi potest. s. ex parte materie ⁊ ex parte forme. ⁊ ꝙ potens super coniunctionem forme, et materie ex parte vtriusq; seu ex parte forme, potest etiā supra formam: sed potens super coniunctionem illam ex parte materie: nō opꝫ ꝙ possit super formā: vt pꝫ in ḡnatione hoīs. Sol eñ et homo ḡnant hominē: q̄ cōsistit in coniunctione corporis ⁊ anime intellectiue, aut resultat ex illa coniunctione: ⁊ constat solē ⁊ hominē nō posse supra animā intellectiuā. q̄ venit de foris, sed supra coniunctionē illam ex parte corporis, q̄ est materia. Sic enim accidit in proposito: nam papatus ⁊ petrus se habent vt materia ⁊ forma: et solus dominus Jesus Christus pōt super coniūctione eorum ex parte papatus, ⁊ consequenter vtriusq;: ⁊ propterea solus pōt limitare ⁊ ordinare p̄tātē pape. Ecclesia autem pōt super coniunctione eoꝝ ex parte petri soluꝫ: ⁊ propterea nihil pōt super papā, sed super coniunctionem tantū. Et quoniā amotio pape siue per renunciationē, siue per depositionē, siue per electionē non est corruptio papatus nec petri, sed coniunctionis papatus ⁊ petri, idcirco diligentissime et cautissime oportet pro regula habere ante mentis oculos cum de amotione pape tractatur, ꝙ non queritur potestas superior papa: sed superior coniunctione inter petrum et papatum. ¶ Quod vt clarius pateat: scito, ꝙ certum est ꝙ tribus modis potest petrus papa viuens amoueri a papatu. primo per electionem a domino Jesu Christo: scdo per renunciationē spontaneam a seipso: tertio per depositionem inuitam propter incorrigibilem heresim ab ecclesia. In oībus aūt his modis non desinit papatus nec petrus, sed sola coniunctio vtriusq;. Differenter tñ: quia in primo modo. s. per electionem a dño Jesu Christo coniunctio illa corrumpitur a p̄tāte superiori nō solū respectu coniūctionis, sed respectu papatus: est eñ autoritas dñi supra cōiunctionē illā etiam ex parte forme. Et quia (vt dictū est) nulla alia potestas est supra papam, ac per hoc nulla alia potestas pōt coniunctionē illam attingere ex parte forme, consequens est vt nulla alia potestas possit amouere papam vt potestas superior papa: sed hoc est proprium saluatoris nostri. Et hoc modo intelligendum est dictū anacleti pape di. 79. ca. electionem, dicentis, electionem summorum pont. sibi dominus reseruauit. Differentia nāq; inter papam et alios pontifices in hoc consistit, ꝙ alij pontifices possunt eijci tanq; a potestate superiori ipsis potestatibus pontificum, papa autem non: quia in ecclesia terrestri inuenitur potestas supra potestatem iurisdictionalem episcopi, non autem supra potestatem pape. Ex hoc enim habetur, ꝙ illorum electionem dominus concessit pape, concedendo potestatem superiorē: pape vero electionem sibi reseruauit, nulli concedendo potestatem superiorem papatu. Unde si papa Joan. episcopū de plenitudine potestatis eijceret, electus esset, nec haberet amplius potestatem iurisdictiōis. Nulla autem potestas in ecclesia relicta est a domino, que possit hoc facere in petrum papam. ¶ In secundo autem modo (scilicet per renunciationem) ⁊ tertio, scilicet per depositionē, coniunctio illa corrumpitur, non a potestate supra papatum sed a potestate supra coniunctionem solā: quia nec voluntas petri, nec voluntas ecclesie est supra papatum, et ex ipsis causatur coniunctio illa, et corrumpitur: vt patet. Quia ergo certum est papā hereticum incorrigibilem factum non esse ipso facto depositum, et esse deponendum ab ecclesia, ⁊ ecclesiam non habere potestatem supra papatum, et ecclesiā habere potestatem supra coniunctionem inter petrum ⁊ papatum, vt pote opus suum: oportet dicere, ꝙ cum petrus papa factus hereticus incorrigibilis deponitur ab ecclesia, iudicatur et deponitur a potestate superiori, non papatu, sed coniunctione inter papatum et petrum.

¶ Discussio predicte potestatis ministerialis depositiue Pape heretici. Cap. 21.

QUāuis Autem ex certificatis habeantur in ecclesia respectu coniunctionis inter petrum et papatum duo posse (scilicet posse coniunctionem talem construere ⁊ destruere pari consensu, ⁊ posse coniunctionem eandem ipso heretico incorrigibili, inuito destruere) non tñ liquet ꝙ hec duo posse sint vnius et eiusdem potestatis. Quod tamen conclusum est in precedenti ca. per viam diuisionis, propter identitatē obiecti: quia vtrūq; est circa ipsam cōiunctionē papatus ⁊ petri. ¶ Nec solū obscurū est, sed falsum multipliciter apparet. Primo ex ipsius potestatis natura: nā quādo vna cā totalis ex duabꝰ partialibꝰ cōstās exigitur ad aliquē effectū: neutra illarū partialiū sine altera sufficit ad talem effectū: vt patet in vinculo matrimonij. Quia eñ ad vinculū matrimonij concurrūt duo cōsensus (s. viri ⁊ mulieris) ⁊ causa totalis eius cōstat ex vtroq; consensu, neuter sine altero sufficit ad cāndum vinculum matrimonij in altero. In proposito aūt ad coniunctionem petri ⁊ papatus construendā vel destruendā concurrunt duo consensus (s. electorū ex vna, ⁊ petri electi ex alia parte) tanq; cause partiales, ⁊ vterq; simul tanq; causa totalis. ergo consensus alter tñ non pōt in talē effectū. s. dictā cōiunctionē cōstruendam vel dissoluendā. Et quia p̄tās depositiua pape inuiti propter heresim incorrigibiliter, includit alterū consensum tñ, sequitur ꝙ ⁊ ipsa nō est idē quod illa potētia totalis, ⁊ ꝙ si est pars eiꝰ non potest deponere: qđ repugnat potētie depositiue. Male ergo dictū est, ꝙ potētia depositiua pape est illa potentia, q̄ euidenter est in ecclesia super coniunctione dicta. ¶ Et confirmatur hec rō. Quia de quo magis videtur inesse ⁊ nō inest, ergo nec de quo minus: magis aūt videtur ꝙ solus cōsensus petri pape possit se facere non papam quā solus consensus aliorū. quia pōt renunciare. sꝫ hoc nō potest petrus solus: quia quātūcunq; petrus ipse renūciet, semper est papa, donec renunciatio sua acceptet̄: sicut econtrario, quantūcūq; petrus sit electus, nunq; est papa, quousq; electioni de se consentiat. Hec eñ ostēdunt, ꝙ cā totalis tā cōstructiua q̄z destructiua coniunctionis petri ⁊ papatus, q̄ est in ecclesia minor papatu, non est ecclesie solius, aut petri solius sed vtriusq; simul consensus, ac per hoc per hanc nō pōt inuitus papa deponi quacunq; ex causa: quia implicat contradictionem. ¶ Scdo apparet falsum ex modo exeundi in actū talis potestatis: qm̄ papa hereticus iudicandus est: iuxta ca. si papa. di. 40. et doctores. Potestas aūt ista minor papatu, non pōt citare, cōpellere, ⁊ breuiter non hꝫ vim coactiuā supra petrum papā: repugnat ergo ꝙ sit potestas minor, ⁊ ꝙ sit iudex, ex ipso modo: q̄r. s. vi coactiua procedere posse debet. ¶ Tertio apparet falsum ex subiecto etiā istius partialis consensus: q̄r cū consensus iste partialis ex parte ecclesie sit in electoribus pape, q̄ modo sunt soli cardinales (ad quos spectat eligere, ⁊ renunciationem acceptare, vt patet in facto celestini) sequeretur ꝙ apud eosdem solos resideret potestas depositiua petri pape facti heretici: cuius oppositum communiter tenetur.

SEd hoꝝ Solutio magis propositum confirmabit. Si nāq; consensus electi ⁊ electorum in hac causanda coniunctione concurrerent, vt consensus viri ⁊ mulieris ad causandi vinculum matrimonij, ratio procederet: quoniam vterq; consensus habet se vt partialis causa quasi efficiēs vinculum matrimonij. In proposito autem isti duo cōsensus diuersimode concurrunt: nam consensus electorum se habet vt causa faciens illam coniunctionem, consensus aūt electi se hꝫ vt reddens subiectum capax illius coniunctionis: non eñ est capax nisi christianꝰ voluntarius. Sicut eñ esse fidelē nō est cā illius cōiūctionis factiua, ita nec esse voluntariū ad illā. Et hoc pꝫ in acq̄sitiōe aliarū iurisdictionum: cū eñ alicui imponit̄ aliqua p̄latio, certum est ꝙ quousq; ipse illā acceptet, nō est p̄latꝰ: acceptatio tñ sua nō facit in se prelationē, sed subiectū reddit capax p̄lationis, ⁊ sic actio imponētis

sortitur

sortitur effectū in subiecto capaci faciens iurisdictionē q̄ pp dis-
positionē subiecti nō poterat intentū facere in eo. Act⁹.n.actiuo
rū fiunt in patiēte disposito: vt dr̄ in.2.de aia. ¶ Cōsensu igit̄ electi
concurrente vt reddente subiectū capax cōiūctionis cū papatu/
restat vt consensus eligentiū sit faciens ꝯiunctionē illā.ostensum
est em̄/ ꝙ non est a deo immediate: sed mediante hūano ope: qd̄
est electio in subiecto sufficienter disposito. Et sic ex hoc relinq̄-
tur/ꝙ ptās faciens vel quasi faciēs hāc cōiunctionē est in electo
rib⁹ ꝛ non in electo, vt sic.nemo.n.sibi assumit honorē/sed qui vo-
catur a deo vt aarō: vt dr̄ ad heb.5. ¶ Ad ꝯfirmationē dicit̄/ꝙ si
papa sola sua renūciatiōe absq̄ acceptatiōe ecclesie nō pōt a se
abdicare papatū/hoc magis confirmat ꝓpositum/ꝙ eius cōsen-
sus nō fuit inter causas facientes. Nō aūt quare acceptatio requi-
ratur est/quia nemo potest renunciare iuri alterius/ quod habet
in se.null⁹.n.q̄ ex pacto tenetur alicui solut̄.c. pōt renūciare huic
vinculo absq̄ volūtate eius cui tenet̄/ q̄uis ab initio voluntarie
se obligauerit. Papa aūt acceptando papatū/obligat se ecclesie
ad regimen ipsius. vnde iuri ecclesie quod habet in petrū papā/
nō pōt ipse renunciare inuita ecclesia cui tenet̄. ¶ Et ꝯfirmat̄. Qr
papatus non ꝯiungitur sibi rōne sui ſ; rōne ecclesie: dicente do-
mino in creatione petri primi pape/non aliud q̄ȝ pasce oues me-
as. Unde non est verū ꝙ magis videatur de consensu solo electi
ꝙ possit dissoluere: quoniā ipse non est causa efficiens etiā partia
lis illius coniunctionis/sed dispositio tantū subiecti.

¶ Ad.2.(in quo pendet tota vis huius rei) dr̄ ꝙ potestas ista mi-
nor papatu habet vim coactiuā/nō sup petrū papā: ſ; sup ꝯiūctio
nē papatus ꝛ petri/nō simpliciter/ ſ; in casu hr̄sis. ita ꝙ potestas
ista relata ad papā est ministerialis/ relata ad ꝯiunctionē petri ꝛ
papatus in fieri vel dissolui/ subiecto existente disposito / est au-
toritatiua: ita ꝙ sn̄ia diffinitiua ex hac autoritate procedens super
coniunctione talis materie petri heretici cum papatu /dissol-
uit auctoritatiue ꝯiunctionē illā. Sicē.n.electio ecclesie auctorita-
tiue sup ꝯiunctionē nō sup papā/ ꝯiungit petrū dispositū.i.fidelē
ꝛ voluntariū cū papatu/ ita talis sn̄ia dissoluit: agit.n. in materiā
dispositā p heresim. Exēplū horū habemus in naturalibus: cum
hō generat̄ ꝛ corrūpit̄ ab agente ñ potente sup alam hois: ſ; sup
coniunctionē aīe ꝛ corporis ex pte materie. ¶ Et si querat̄ quō p̄
cedētia p sn̄iaȝ ꝺpositiuā fiāt/ cū vsq̄ ad illā petrus duret supior.
Posset dici ꝙ qr nec deus nec natura ꝺficit in necessarijs/ ꝙ eadē
autoritas extendit se ad oīa preambula. Quorū nullum video o-
portere esse coactiuū petri pape: ſ; sufficit/ꝙ sint intimatiua/rep̄-
hēsiua ꝛ huiusmōi. iudiciū.n. hoc ñ ex ꝯfessione sua extorta p̄ceptis
censuris / aut tormento / sed ex euidenti fcō vl̄ verbo heresis in-
corrigibiliter expectatur: quod sine eius coactione fit. ¶ Si quis
aūt diceret/ꝙ nō est incōueniens hāc minorē ptātē indirecte pos-
se cogere petrū ad p̄ambula necessaria ad sn̄iam: nō video q̄re er-
raret: cū petrus papa hereticus incorrigibilis/iā sit in corruptio
nis via: ꝛ deus (cuius pfecta sunt opa) ptātē ꝺpositiuā in casu he-
resis absq̄ necessarijs p̄ambulis nō dederit ecclesie: que nūquā
deficit in necessarijs. Et hoc dico si aliq̄ p̄ambula coactiua ex ne
cessitate iudicij essent necessaria: quod iuristis discutiendū relin-
quo. Bñ tñ aduertant/ꝙ non loquor nisi de necessarijs ex necessi-
tate huius iudicij: ꝛ non loquor de necessarijs ex occasionib⁹ euē
tuum ꝛ aliorum extraneorum a ratione iudicij.

¶ Ad.3.dr̄/ꝙ ptās ista depositiua nō est in cardinalib⁹: qr in eis
non est potestas sup ꝯiunctione petri ꝛ papat⁹ / nisi limitate.s.tpe
quo papatus vacat. In eccl̄ia aūt vniuersali est ptās sup cōiun-
ctione ista absq̄ limitatione / si secluso iure positiuo loquimur.
ꝛ ideo cardi.ñ. possunt deponere papā hereticum / ſ; hoc spectat
ad vniuersalē eccl̄iā. Posset tñ hec ptās cōmitti dn̄is cardinalib⁹
a iure statuto ꝓ ōtificis/sicut cōmissa est eis ptās eligēdi.s per viā
determinationis/ꝙ ipsi representarent vleȝ ecclesiā sicut in eligē
do/ita ꝛ in deponendo q̄n deponendus est. Manifestum autē ex-
emplo fieri potest/qd̄ dictū est. Si quis nāq̄ ep̄s iturus in regio
nē lōginquā/instituat suū generalē vicariū cū plenissima autorita
te: ordinans ꝙ si institutus vicarius moriatur/ aut publicus bla-
sphemus fiat/canonici possint illum amouere/ꝛ alium nominare
in vicarium absq̄ alia confirmatione ꝛc̄. Constat ꝙ canonici nul-
lā autoritatē sup vicariū haberēt/neq̄ simpliciter neq̄ in hoc ca-
su/ ſ; sup amotione ei⁹ in illo casu: qd̄ est hr̄e ptātē sup ꝯiūctiōe vi
cariat⁹ cū persona in casu ꝛc̄. Eodē em̄ mō est in ꝓposito. nā Pa-
stor ꝛ ep̄us alaꝝ nostrarū dn̄s Jesus Christ⁹ abijt in regionē lō
ginquā accipere sibi regnū: ꝛ reuerti/ ꝛ instituit petrū apostolum
in suū generalē vicariū cū plenissima autoritate/ ante ascensionē
dicens ei/ pasce oues meas: ꝛ cū effectu exhibens promissam sibi
prius potestatē amplissimā: tibi dabo claues / ꝛ quodcunq̄ liga-
ueris ꝛc̄. Et ordinauit vt si vnquā aliquis petri successor hereti-
cus fiat: ecclesia eum possit amouere/ꝛ loco eius alium nomina-
re. 40.di.ca.si papa. ¶ Ex hac igitur concessa potestate patet/ ꝙ
ecclesia nihil potest super papam absolute nec in casu heresis ꝓ-
prie loquendo potest.s.papam / sed super coniunctione papa-
tus cum petro / quam dissoluit amotio. Et sic clare liquet / quod
potestas ecclesie est super cōiunctione papatus ꝛ petri in fieri ꝛ in
corrumpi/subiecto existente disposito ad fieri per fidem ꝛ volun-
tatem/ad corrumpi vero per heresim vel voluntatem: ꝛ cum hoc
potestas ista est minor papatu: ꝛ ideo non potest limitare eius po-
testatē. Et sic patet / quod papa nullam etiaȝ in casu heresis ha-
bet.s.se potestatem: quod erat intentum.

¶ In quo respōdeatur rationibus ꝛ autoritatibus allatis in cap. 17. ad probandum quod papa hereticus sit ipso facto depositus iure diuino. Cap. xxij.

Quamuis autem ex determinatis manifesta sit ratiōabilis sentētia/quod.s. certus ꝛ indubitat⁹ papa nec simpliciter nec in casu he-
resis est subditus proprie loquendo concilio aut ec-
clesie vl̄i/quia est adhuc papa/sed in casu heresis cō
nexio papatus cum persona ipsa subdita est determinationi eccle
sie ꝛ concilij vl̄is/ita quod potest deponi: oportet tamen satisface-
re rationibus ꝛ autoritatibus tot illustrium virorum tenentiū pa
pam ipso facto depositum / ꝛ propterea subditum concilio. ¶ Et
quoniam vis principalis consistit in hoc / ꝙ fides saltem infor-
mis exigitur ad membrum iesu christi/ideo sciendum est/quod ba
ptismus: quo primum regeneramur/ꝛ pertinemus ad iesu christi
corpus mysticum quod est ecclesia: tres quantum ad propositum
spectat: facit in anima nostra effectus. primo imprimit characte-
rem indelebileȝ/secundo fidem/tertio charitatem. ¶ Et de tertio
quidem effectu.s.charitate manifestum est/ꝙ licet constituat mē-
brum vnum christi: non tamen exigitur ad habendam iurisdictio
nis vel ordinis potestatem. oppositum enim spectat ad heresim
pauperum de lugduno. ¶ De secundo autem (de quo tota est que-
stio) ꝙ non exigatur ad potestatem ordinis / etiā clarum est: qm̄
heretici consecrant verum corpus Christi / ꝛ faciunt veros sacer-
dotes si seruata forma ꝛ intentione ecclesie hoc faciant. ꝛ ex hoc
ipso inchoat splendor veritatis/ꝙ.s. licet fides informis cōstituat
membrum christi secundum quid: vt dixit in tertia par. s.tho.q.
8.art.1.ad secundum: quia tamen latitudo datur in membris chri
sti secundum quid/ etiā sine fide informi/ ex solo charactere sacri
fidei constituit̄ membrum christi secundum quid remotius a chri
sto: hereticus.ñ.nisi membrum secundū quid christi esset/nec cor
pus christi/nec ministros consecraret/ nec sacramentum confir-
mationis daret. Hec.n. a solis christi membris non quibuscunq̄/
sed in magno sacerdotij.s. vel ep̄atus gradu constitutis fcā tenēt
ꝛc̄. Altius quoq̄ contēplando videbimus/ ꝛ ꝙ tanta est vis cha-
racteris baptismalis/vt etiā fides forata eius vices nō suppleat
vt patet ex hoc ꝙ p̄sbyter nō baptizatus reordinat̄: vt patet extra
de p̄sbytero non baptizato / ca.si quis p̄sbyt̄. Et ꝙ ipse character
constituit mēbrū christi/dicente innocen.eo.ti.in ca.veniens.non
solū per sacrȝ fidei/sed per fidē sacri efficitur quis ꝓculdubio mē
brū christi. Constat.n.ꝙ proprius ꝛ inseparabilis effectus sacri fi-
dei/qd̄ constat esse baptisma/est solus charact̄: vt patet cū aliq̄s
hereticus baptizat̄ secundū formā ꝛ intētionē ecclesie: nihil.n.ali-
ud recipit q̄ȝ characterē. ¶ Et si altius adhuc mētis oculos ele-
uauerimus/intuebimur ꝙ hn̄s solū fidei characterem / est simul
ꝛ fidelis ꝛ infidelis/mēbꝝ christi ꝛ ecclesie ꝛ extra mēbra christi ꝛ
ecclesie/diuersis respectibus: ꝛ propterea a doctorib⁹ diuersa ꝛ cō
traria de eo dn̄r. Hn̄s nāq̄ solū characterē fidei/quātū est ex par
te sua infidelis est ꝛ extra mēbra christi ꝛ ecclesie: qm̄ voluntarie
discredit. ex parte aūt iesu christi/q̄ characterē fidei sci̇̄ datū in-
delebilē cōseruat/est fidelis inuitus: ꝛ est mēbrum christi ꝛ eccl̄ie
velit nolit ipse: vtpote nō valens abdicare aut abijcere a se susce
ptū sci̇̄ fidei characterē. Propter quod a diuo tho.in secūda secū-
de q.10.ar.3.ad tertium: computatur talis inter fideles: cum dr̄ ꝙ
p adulterio grauí⁹ punit̄ fidelis q̄ȝ infidelis propter sacrā fidei
qb⁹ est imbut⁹: qb⁹ peccādo ꝯtumeliā facit: ꝛ in eiusdē.q.ar.5.nūe
ratur inter infideles: dum ponit heresim spēm infidelitatis. ¶ Dif
fert autem hn̄s solū characterē ab habente etiā fidē informē quo

ad officium membri christi: quia habens characterē ⁊ fidē: suscipit influxū interiorem a iesu christo capite quo ad hunc actū vitalem qui est credere: vt. s. tho. dicit in tertia par. q. 8. ar. 3. ad secundum. Habēs aūt characterē solū: non suscipit influxum alicuius actus vitalis interi⁹: sed tantum quo ad exteriorem operationem sicut brachio arido potest quis vti ad alios percutiendo vel mouendo aliquid extra. Quia ergo character fidei est primū in cōpositione mēbri christi: quod patet ex hoc: ꝙ ipse a solo baptismo cū sit solus est inseparabilis ab eo: ac per hoc proprius effectus baptismi quo efficimur primo membra christi ⁊ ecclesie: oportet ꝙ sit vltimū in resolutione mēbri christi ⁊ eccle: ⁊ cōsiter ꝙdiu character manet: nō desinit esse totaliter mēbꝝ christi. Et qꝛ nūꝙ̄ desinet character: idō sp̄ erit īra latitudinē mēbrorꝝ xp̄i: etiā cū abscissum totaliter est per dānationē in inferno. ⁊ per hoc differet a pure infidelibus dānatis: ⁊ magis cruciabitur: iuxta sniam apostoli ad heb. 10. ¶ Et hec ratio vltra tot allata testimonia: ex ꝓpria efficacia sufficit: quia scd̄m veram theologiā diuinā ⁊ humanā: attributū alicui cause vt proprius effect⁹: intelligit attribui ei scd̄m id qd̄ illi cause ꝓpriū est: vt patet in causis naturalib⁹: moralibus ⁊ ecclesiasticis inductiue. pertret. n. aliter ois certitudo moralis. Ex quo ergo attribuit baptismo vt proprius effectus: ꝙ faciat membrū christi oportet ꝙ intelligat: attributū ei scd̄m id qd̄ huic sacrali cause que est baptismus: est ꝓpriū: qui differt a ceteris. hoc aūt est pro quāto est causatiu⁹ caracteris fidei: hoc eīn sol⁹ hꝫ: hoc solū primo ⁊ infallibiliter causat solis essentialib⁹ requisitis ad sacrm ꝯcurrētibus. Quia ergo papa factus hereticus licet amiserit fidē etiā informē: quia tñ retinet sacrm fidei etiā inuitus: quo ꝯstituitur primo quis in hoc qd̄ est esse mēbꝝ christi: ideo rōnes ⁊ auctoritates que fundant sup̄ hoc ꝙ fides saltē informis requirit ad eē mēbꝝ xp̄i: non sunt efficaces ad inferēdū ipm non esse mēbꝝ christi: ac p̄ hoc ipso facto iure diuino depositū: ꝙuis ex defectu fidei informis optime inferatur: ꝙ ipse quantū est ex se: est extra latitudinē mēbrorꝝ christi: ac per hoc a mēbris christi segregand⁹ per depositionē ab officio capitis: ⁊ post per alias penas ab ecclesia puniendus: ⁊ demum curie seculari tradendus.

Sigillatim ergo rn̄dendo: autoritas imprimis dn̄i: ioā. 3. nō est ad propositū: qꝛ loquit de iudicio eterne dānationis: in quo q̄ nō credit: iā iudicat⁹ est: ⁊ ex parte dei: qꝛ nouit dn̄s qui sunt eius: vt glo. ex aug. sumpta exponit: ⁊ ex parte meritorꝝ: qꝛ habet in se cām eterne dānationis: vt chrys. dicit ⁊ ex parte clare ꝯdemnationis in vltimo iudicio absqꝫ examine: vt greg. explicat. ¶ Ad illud vero: super hanc petrā. i. fidē: dr̄ ꝙ sacrm fidei quod remanet heretico: non est extra fidē: sed primus lapis fidei edificande in quolibet. ⁊ propterea illo solo remanente lapide: super petrā fidei remanet ecclesiastica ptās in via ad ruinā quo ad illud suppositorum. ¶ Ad id aūt: ꝙ iustus ex fide viuit: si de fide informi admittat: dr̄ ꝙ sumit viuere ꝓ oppositione vitali: ⁊ non ꝓ esse: sicut sumitur cū dr̄ viuere viuentibus est esse. ¶ Ad diffinitionē fidei: fides est subiecta: ac per hoc primū dr̄ ꝙ fides habet rōnē primi sustentantis inter virtutes pertinentes ad fideles: ⁊ ideo dr̄ subiecta. Cū quo stat: ꝙ ipsius fidei sacrm primū sit ipso ordine generationis. ¶ Ad autoritatē allatā ex tertio sen. s. tho. dr̄: ꝙ doctrina. s. tho. ibidē est male intellecta: ⁊ est cōtra istos in proposito: nā ibidē appellatione infideliū n̄ veniunt: nisi hi qui nunꝙ̄ actu fuerunt de ecclesia: vt patet ex hoc quod dicit. s. respectu horꝝ christus non est caput nisi in potentia: secundum. s. ꝙ sunt visibiles corpori. Constat namqꝫ ꝙ respectu baptizatorꝝ hereticorū christus est caput aliter ꝙ̄ in potentia: qꝛ est actu caput eorꝝ scꝫ sacra fidei. nō ergo appellatiōe infideliū ibi veniūt heretici. ¶ Appellatiōe ergo fideliū peccatorꝝ ibi veniunt heretici: qui per fidei sacrm in vno numero obiecto fidei vniōnē illā ꝙ̄ vniōnē simpliciter autor nominat: retinent vtcunqꝫ velint nolint. Et hoc insinuat ex hoc ꝙ dicit: ꝙ velut mēbra arida prīt nonīn se: sed alijs sacra ministrando ⁊ docendo: hec. n. oia per hereticos nō inquantū tales: sed inquantū aliquid ipsius capitis participant: christus facit. ¶ Ad diffinitionem ecclesie dr̄: ꝙ qꝛ hereticus ex seipso est infidelis: idō simpliciter est infidelis ⁊ extra ecclesiā. Cū hoc tñ stat: ꝙ scd̄m q̄d sit in ecclesia ad tp̄s vt abiiciēdus. sic. n. manet papa heretic⁹. ¶ Autoritates oēs testamenti noui ⁊ veteris ꝓhibētes cōmunionē cū hereticis: non ꝓbant ꝙ sit depositus ipso facto sed deponendus: vt non cōicemus cū eo. sic. n. sufficienter satisfit ꝓcepto hmōi. Si eīn ipso facto vitandus preciperetur a deo heretic⁹: non dixisset apostolus ad titum. 3. ca. hereticum hominem post primam ⁊ secundam correctionē deuita. ¶ Amissio clauiū apud hereticos: intelligitur quatenus heretici sunt: ⁊ quo ad licitū vsum. ¶ Honoris ⁊ potestatis iurisdictionalis perditio ipso facto: intelligitur quantū est ex eorꝝ parte: ⁊ iuris dispōne: in his que subsunt iuri humano: ⁊ sunt in ecclesie foro heretici. sic. n. interpretanda sunt. s. tho. ⁊ aliorū in cōi loquentiū dicta. Tales. n. soli sunt excōicati: ⁊ ꝯsir priuati ipso facto saltem per suspensionē potestatis iurisdictionis: si est crimen occultū: ⁊ declarandi priuati. Papa aūt ex diuini ⁊ humani iuris dispositione: ⁊ heresis proprie exactione: est priuand⁹ humano iudicio: a quo coniunctus est papatus huic persone: vt dictū est. ¶ Officiū quoqꝫ pastorale ab hereticis in quantū heretici sunt: aug. adimit ipso facto: qꝛ impossibile est vt hereticus inquātū heretici officiū exercet: pascat oues christi. Possibile tñ ē: vt ille qui est hereticus: in seipso sit hereticus: ⁊ oues christi pascat officiū petri non heretici exercens. Sꝫ quia periculosum hoc est valde: ideo abiiciendus est ab officio pascendi oues christi. ¶ Illud demū quod ex glo. decreti affertur: ꝙ papa cadens in heresim dānatā incidit in excōicationē: fīm est. nā cū ois excōicatio: que est ecclesiastica censura: de hac eīn loquimur: sit a iure positiuo: ⁊ ius positiuū non habeat vim coactiuā in foro ecclesiastico. s. papā: ⁊ excōicatio coactionē importet in foro ecclesiastico: oportet dicere ꝙ papa in nullā incidere censuram potest. Et vsqꝫ adeo docēt hoc doctores: vt dicat. s. tho. (i. 4. sen. di. 19. q. 1. ar. 3. ad tertiū) ꝙ papa non potest cōmittere alicui: ꝙ excōmunicet ipsum. Et in eadē sniā sunt Albertus Mag. ⁊ s. Bonauen. vt dn̄s ioan. de tur. cre. de istis refert. Unde audiendi non sunt illi: qui oia hereticorū iura ad papā hereticū extendunt: dū papa. n. est: soli depositioni subiicitur: depositus aūt subiicitur iuri sicut alij. ¶ Ad ꝓbationē aūt (s. ꝙ si papa fiat hereticus: est minor quolibet catholico: sumptā ex ca. audiuimus. 24. q. 1. ⁊ s. tho.) dicēdū est: ꝙ cū hoc non possit intelligi de maioritate ⁊ minoritate meritorꝝ seu charitatis: qꝛ extra propositum esset: ⁊ prelatus nō solum per infidelitatē: sed quodcunqꝫ mortale crimen fit minor: sic ꝯsitu existente in charitate: nec de minore ⁊ maiore secundū iurisdictionē de facto ꝑditā: qꝛ scd̄m illud prelatus cadēs in heresim fit minor: scd̄m qd̄ quilibet catholicus est maior: cū ista sint correlatiua. sed qlibet catholicus non est maior scd̄m iurisdictionē: non. n. ex hoc ꝙ papa vel prelat⁹ me⁹ fit hereticus, ego q̄ [illegible] catholicus qui nihil habeā iurisdictionis iurisdictionē acquiro sup̄ eū aut alios) oportet sane verba hec intelligere ⁊ exponere tanto diligentius: quanto super his verbis s. tho. magna fabrica erigitur: ⁊ dr̄ ꝙ papa est depositus ipso facto. dicēdū est igitur aliter. ¶ Ad cuius euidentiā sciēdū primo: ꝙ cū maior ⁊ minor sint correlatiua: ꝯsns est ꝙ oportet proportionaliter minorē maiori referre: vt ⁊ in quo prelatus fit minor: subditus quilibet catholicus fiat maior. ¶ Sciēdū secundo: ꝙ cū sermo sit intelligendus secundum subiectā materiā: ⁊ ibidē sit sermo de correctione prelatorū a subditis manifeste fit cōparatio inter prelatū ⁊ subditū: non quo ad ꝑsonas puras: sed ꝯsiderato ꝓlationis officio. ¶ Pōt igitur tripliciter dictū hoc verificari. Primo vt intelligatur de maiore ⁊ minore simpliciter. ⁊ est sensus: ꝙ prelatus si labit in infidelitatē fit minor simpliciter ⁊ absolute: ⁊ quilibet subditus fidelis maior simpliciter ⁊ absolute. Et hoc est verū: quia quilibet catholicus absolute ⁊ sine limitatione aliqua loquendo est in ecclesia dei maior infideli. Cū quo tñ stat ꝙ prelatus donec deponatur aut declaretur: sit maior scd̄m quid. s. scd̄m potestatē iurisdictionis iā ꝓpe mortē. ¶ Scd̄o (⁊ sequitur ex hoc iam dicto) potest intelligi: ꝙ etiā quo ad potestatē iurisdictionis prelatus infidelis est minor: ⁊ subditus fidelis maior quantū est ex se: quia infidelis quantū est ex se extra mēbra christi est: ac p̄ hoc quātū ex ipso pendet: inhabilis est ad potestatē iurisdictionis spiritualis. fidelis aūt quilibet ex ipsa spontanea fide dispositus: est habilis ad potestatē spiritualis iurisdictionis in ecclesia christi. Et sic prelatus ob infidelitatē fit minor scd̄m potestatē iurisdictionis quantū est ex se: ⁊ catholicus subditus maior. ¶ Tertio (⁊ sequitur ex dicta expōne) pōt intelligi de maiore ⁊ minore in officio defendendi fidē: ex eo nāqꝫ ꝙ prelatus a fide deuiat: ⁊ subditus ꝑmanet in fide: minor fit ille in officio executiue defendendi fidē: ⁊ subditus fidelis econtra maior fit officio fidei defendende. Et hoc totum simul iunctū satisfacit litere decreti ⁊ intentioni sancti tho. ⁊ cōcordat cū dictis suis alibi. ¶ Accusandum denique esse ⁊ iudicandū petrū papā hereticū: nihil aliud concludit: nisi quod iudicē habet superiorē: non papā (vt isti putant) sed coniunctione papatus ⁊ petri in casu heresis: ⁊ concedimus concilium esse iudicem in tali

casu. ¶ Et per hoc pz solo allatorum etiā in ca. 18. pro quanto contra determinationē p̄sentē militant. ¶ Unum tantum superest declarandum: an. s. sola heresis sufficiat, an exigatur etiā incorrigibilitas seu perseuerātia obstinata in heresi ad hoc vt deponatur papa. quod sequens ca. declarabit.

¶ Quomodo cum papa in heresim lapso parato corrigi, agendum sit. ¶ Caput xxiij.

AD absoluendū demū motā hanc difficultatē de potestate concilij ad depositionē pape in casu heresis, scire conuenit q̄ due sunt hic extreme opiniones. Altera q̄ papa propter crimen heresis etiā confessum non potest deponi. Et fundatur hec opinio p̄mo super facto marcellini, ꝛ responsione episcopoꝝ: vt patet in. 21. di. ca. nunc autē. ꝛ sunt verba nicolai pape. Cū. n. idolatrie crimen incurrisset papa. congregatū conciliū videns cum compunctū corde, dixit. Tu teipsum iudica, p̄ma sedes non iudicabitur a quoq̄. ꝛ sic non depositus martyꝛ effectus est postmodū. ¶ Secundo super glo. in dicto ca. ꝛ in ca. si papa. di. 40. ꝛ multis doctoribꝰ. ¶ Tertio super ratione: quia cū hereticus nomen sit vitij, ꝛ papa hereticus sit deponendus, tandiu deponendus venit q̄diu hereticus seu a fide deuius est: ac per hoc si penitet eū sui delicti, non est amplius hereticus aut a fide deuius, ꝛ ꝯñr non subiacet amplius pene depositionis. Et firmatur hec ratio super dictis gratiani in decretis. 36 q. 1. de matrimonio inter raptorē ꝛ raptā: vt patet ibi in ca. nullus. ¶ Quarto super autoritate apostoli ad titū. 3. hereticū hominem post vnā ꝛ secundā correctionē deuita. Si. n. deuitatio non sequitur crimen heresis, sed secundā correctionē, a fortiori nec depositio. ¶ Altera opinio est. q̄ papa propter crimen heresis potest deponi. Et hec fundatur super hoc. q̄ reus est ꝛ obnoxius pene criminis quicunq̄ crimen illud admisit, etiā si non perseueret in illo vt patet inductiue. Qui enim semel homicidiū cōmisit, reus est pene homicidij. ꝛ simile est de adulterio, simonia, furto, blasphemia, periurio, ꝛ sic de alijs. sed papa propter heresis crimen pene depositionis reus est: vt cōmuniter doctores ex ca. si papa. 40. di. mori dicunt. Non ergo exigitur perseuerantia in heresi: sed sicut si pro adulterio deponendus foret, sufficeret ipsum adulteriū cōmisisse. ita quia pro deuiatione a fide deponendus dicitur, sufficit q̄ heresim incurrerit. ¶ Et confirmatur. Quia alij p̄elati, puta episcopi ex hoc solo q̄ damnatā incurrunt heresim, in foro ecclesie sunt ipso facto excōmunicati, ꝛ possunt declarari priuati cōstito de crimine. ¶ Et confirmatur iterū. Quia si papa paratus corrigi non pōt deponi: cū centies in veritate possit relabi ꝛ resurgere, sequeretur q̄ centies relapsus, paratus tamen corrigi, non posset deponi: quod est fatuum.

Licet aūt he due opiniones contrarie videantur: ad mediū tamen exposite discordes non inueniuntur. Unde media rationabilisq̄ sñia est, q̄ papa hereticus post duas monitiones deponendus est, ipso paulo apostolo hoc diffiniente ad titū. 3. hereticū hominē post vnā ꝛ secundam correctionē deuita. Et rationē quare non amplius sustinendus est assignans, subdit. sciens quia subuersus est, qui eiusmodi est. Ubi glo. interlinearis in verbo subuersus, exponit perditus, ꝛ in verbo eiusmodi, exponit incorrigibilis. Et est intentio litere, q̄ quia iudiciū humanū datur secundū id quod vt in pluribus inuenitur ꝛ secundū cōmunē cursum: qui ab ea quā vt verā sponte professus est fide declinat p̄mo ꝛ post vnā correctionē secundo, ꝛ post secundā correctionē tertio, abijciendus tanq̄ incorrigibilis censetur. idcirco papa hereticus post p̄mā ꝛ secundā monitionē delinquens in fide, deuitandus est depositione. Non enim possunt fideles euitare papā manentē cū ex eo post dominū iesum oīm salus dependeat: vt dicitur 40. di. si papa. ¶ Quia ergo ap̄ls heretīcū hoīez post duas correctiones delinquētē ī fide, nō sustinēdū s3 deuitādū p̄cepit: ꝯñs est p̄mo q̄ quantūcunq̄ papa hereticus post duas correctiones relapsus paratus sit corrigi, non solū potest sed debet deponi. Et merito, ne in infinitū protrahatur humanū iudiciū, sed limite aliquo terminetur. Rationabilis aūt terminus est statutus trinus error cū trina monitione. p̄ma in professione fidei, ꝛ duabus post deuiationē subiūctis ita q̄ tertio error tres monitiones contēpsit. sicut heretici relapsi post professionē, excōmunicationē ꝛ adiurationē, non amplius admittuntur ab ecclesia. ¶ Consequens secundo est, q̄ ante correctiones non est deponendus papa hereticus: qui propter heresim non est excōicatus, sed excōmunicandus depositione. Et propterea in eo ad literā seruandū est p̄ceptū apostoli de duplici correctione: quod in alijs inferioribus propter adiunctā excōmunicationē late sñie quā tulit ecclesia contra hereticos, non seruatur. Alij enim quia excōmunicati sunt post ab ecclesia statim euitantur. papa aūt quia excōmunicatus non est, sicut nec excōmunicati erāt homines heretici tēpore pauli apostoli. sed excōmunicandi, post duas correctiones deuitandus est. Duplex n. correctio a paulo concessa non abstulit potestatē humano iuri rigorosius procedendi contra hereticos subiectos humano iuri: sicut concedendo ius diuinū matrimoniū cū sorore consobrina, non ademit potestatē ecclesie inhibendi tale coniugiū. sed ostendit quid secluso humano iure seruadū est. Propter quod quia papa, vt patebit, solo diuino iure iudicandus deponendusq̄ venit, quia illi soli subiectus est, ideo in eo solo apostolica regula seruanda remansit, ceteris propter heresim ab ecclesia excōmunicatis. ¶ Nec obstat dictis, si dicatur q̄ heretici etiam tēpore pauli erant excōmunicati ab ipso ad gal. 1. Cū eīn sentētia illa se extendat ad superiores. s. angelos de celo, ꝛ constet q̄ nullus superiorem sub quacunq̄ conditione excōmunicare potest: ꝯñs est q̄ non fuit excōmunicatio sed denuntiatio, q̄ a deo anathema fieret quicunq̄ etiā angelus de celo, si contra euangeliū christi p̄dicaret. Et hoc est denunciare separatū esse a deo, ꝛ dignū excōmunicatiōe ecclesie quo ad homines. ¶ Et cōfirmatur ex. s. tho. ibidē dicēte, q̄ sententia illa ab ap̄lo data est autoritate euangelice doctrine promulgata ioan. 10. ca. sermo quē sum locutꝰ, ille iudicabit eū in nouissimo die. Constat nāq̄ q̄ excōmunicandos ab ecclesia non excōmunicatos ab eadē constituit sermo diuinus contradicens sibi.

Ad rōnes Igitur p̄me opinionis, vnico verbo dicitur q̄ papa post secundā correctionē deuius a fide, non admittitur vt paratus corrigi apud humanū iudiciū: sed tanq̄ incorrigibilis hereticus censetur. Quanq̄ apud deū semper possit corrigi, et forte in veritate sit correctus. ¶ Ad rationes autem alterius opinionis dicitur, q̄ vbi est speciale ius non oportet ex cōmuni p̄cedere iure. In hac aūt causa est speciale ius apostoli, ꝛ satis rationi consonū, ꝛ stilo ecclesie in excōmunicādis personis p̄sertim in persona tā excellentis dignitatis. De alijs āt episcopis iā reddita est rō dissimilitudinis. quia. s. non sunt in illo statu in quo erant tp̄e apostoli, p̄p superuenientē ecclesie excōicationē. qua redditi sunt statim vitandi, ꝛ p̄pea possunt ꝺclarari priuati. p̄p tñ dignitatē eoꝝ ꝛ fragilitatē humanā vnica correctio declarationē si precederet, misericordia equitatis esset. Faciunt ad predicta que scripsit diuus tho. in secunda secunde. q. 11. ar. 3. ꝛ 4. de receptione hereticoꝝ ab ecclesia.

¶ Opinio, q̄ papa propter incorrigibilitatē in quocunq̄ notorio crimine scandalizante ecclesiā, subijciatur concilij potestati, ita q̄ possit ab eo deponi. Caput xxiiij.

EXpedita Relatione pape in casu heresis ad conciliū: oportet in alijs extra heresim casibus decernere, si papa subest potestati depositiue ꝯcilij ī aliq̄ casu q̄ ī casu heresis. Et nūc quidē vere casus qui peccata sunt, tractandi sunt, postmodu de euētuū casibus sermo erit. Est igitur nonnulloꝝ opinio, q̄ papa extra casum heresis deponi a generali concilio potest. Probaturq̄ hoc ex septē capitibus. ¶ P̄mo ex ratione criminis papa potest deponi pro heresis crimine: ergo ꝛ pro aliquo alio. Probatur sequela. tū p̄mo, quia aut hoc est singulare in heresi ratione grauitatis, ꝛ hoc non: quia odiū dei est grauius peccatū heresi vt patet in secunda secunde. s. tho. q. 34. art. 2. Aut ratione damni ecclesie. ꝛ hoc non: quia plus nocet ecclesie papa omnia beneficia vendens paruos extollens, bonos deprimens, tyrannidem exercens, vitiorū lux, blasphemie, auaritie ꝛc. notorie plenus, quā si pertinaciter sentiens, q̄ spiritussanctus non procedat a filio, recte alias viuat, ꝛ hanc heresim solus teneat. ¶ Tū secundo: quia in sacra scriptura non inuenitur specifice expressum, q̄ papa possit deponi magis pro heresi q̄ alio crimine: relictū est ergo interpretationi doctorum ꝛ canonū. Et sicut bonifacius papa ꝛ martyꝛ expressit casum heresis d. 40. si papa, ita potest casus incorrigibilis notorij ꝛ scandalizātis ecclesiā criminis, excipi: vt glo. ibidē sentit. ¶ Tū 3º: quia q̄ pōt in maiꝰ pōt in minꝰ: vt dicit in ca. ex parte, extra de decimis. sed conciliū potest iudicare papā de maiori crimine, puta heresis ergo de minore. s. symonia notoria ꝛc. ¶ Secundo ex parte abusus potestatis constat nāq̄ q̄ gladiꝰ de manu furiosi pōt ꝛ d3 auferri, inuasor ꝛ occisor corporū detineri, ꝛ priuari

in proposito in custodiã poni: quãto magis seuiẽs in perditionẽ aiarũ papa gladio papalis potestatis abutens: illo priuandus est tanq̃ phreneticus ⁊ ebrius suarũ passionũ cõmotione actus. Cogit eñ alios male facere suo exẽplo: vt apostolus testatur ad gal. 2. dicens ad petrum: cogis gentes iudaizare: glo. conuersationis exemplo. ¶ Et confirmatur. quia si papa vellet mulierem opprimere vel occidere: posset ⁊ repelli ⁊ percuti ⁊ occidi: cum moderamine inculpate tutele: a fortiori si opprimit ecclesiam: si occidit animas: resistendum primo: ⁊ si opus est occidendus depositione est. ¶ Et confirmatur hoc ex ratione finis ptãtis accepte: q̃ s. ad edificationẽ est: ⁊ nõ in destructionem. ¶ Tertio ex parte obligationis ipsius Pape. tenetur eñ papa ad purgationẽ sui cum infamis est de crimine scãdaloso: vt patet de damaso accusato de adulterio: teste hiero. de viris il. lu. et de sixto: leone ⁊ simacho. secunda questione septima. ¶ Et probatur ratione: q̃ tenetur pascere oues suas. ⁊ constat ꝙ scãdalũ depascit oues. Purgationi autẽ subiectus si deficit iudicandus est. igitur papa potest ab ecclesia de alio crimine q̃ de heresi iudicari. ¶ Et confirmatur autoritate grego. in ca. si quis secunda questione septima dicentis: Si quis super hoc nos redarguere voluerit, vel extra autoritatem facere nos contenderit, veniat ad sedem apostolicam, vt ibi ante confessionem beati petri mecum iuste disceptet, quatenus vnus ibi ex nobis suscipiat sententiam suam. Nec hoc inquit Jerson ex humilitate, sed ex debito gregorius fecit. ¶ Quarto ex parte ecclesie. Quia sicut papa sponsus potest dare libellum repudij ecclesie sue sponse renuntiando papatui, ita econuerso (cum non debeant quo ad hoc impari iure censeri) ⁊ potior adducitur ratio pro ipsa contra sponsum: vel quia prostituere eam querit quantum in se est, vel tyrãnide seua laniando eam, vel placitando bona sua dissipando, vel quia abuti conatur ea in perniciem filiorum. ¶ Et confirmatur hoc. Quia ad communitatem totam spectant principis correctio vel destitutio apud aristo. in. 5. politico. si inemendabilis perseueret. Et hec potestas inauferibilis vel inabdicabilis est a communitate libera: q̃to magis hoc habebit ecclesia. ¶ Quinto ex parte diuine prouidentie. Cum enim dei perfecta sint opera, ⁊ ecclesia opus ipsius immediate sit: multo magis q̃ synagoga, cui tamen dixit, quid vltra tibi debui facere, ⁊ non feci? esaie. v.) oportet ecclesie regimini ⁊ corpori perfecte prouisum esse. Constat autem ꝙ perfectum non est corpus, quod non potest putrida a se membra abijcere vel sanare, sed cum totius dãno euidẽter emergente oportet sustinere. Et similiter non est perfecte dispositum regimen, quod non potest commune bonum ⁊ necessarium conseruare, abijciendo manifeste ⁊ notorie commune bonũ vsurpantes, diripientes ⁊c. Hec enim omnia papa notorie scandalizans, symonia, luxuria, blasphemijs, tyrãnide, promotione indignorum ⁊c. manifeste facere contra bonum charitatis cõmune ecclesie militantis ⁊ triumphantis bonum. ¶ Sexto ex parte decretorum ⁊ gestorum concilij constantiẽ. ⁊ Basiliẽ. In cõcilio namq̃ Cõstãtiẽ. depositus fuit io. xxiij. quem ipsi tenebant vt verum papam, ⁊ benedictus. xiij. de consensu sue obedientie. In cõcilio quoq̃ Basiliẽ. depositus fuit euge. iiij. ⁊ creatus felix. multiq̃ olim depositi sunt pontifices non propter heresim: vt felix, stephanus, christophorus, benedictus, greg. vj. ioan. xij. ¶ Et confirmatur locus iste autoritate multorum doctorum sentiẽtiũ idẽ quod concilia ista: vt patet de glo. in ca. si papa. di. xl. ⁊ sequacib⁹.

¶ Septimo ex parte nature iudicij humani. s. ẽm allegata ⁊ probata vel p̃sumpta iudicãtis. Quo fit, vt rõne p̃sumpte heresis papa non hereticus deponi possit in multis casibus. s. dũ p̃sumitur hereticus ꝓpter cõtumaciã: iuxta ca. cũ cõtumacia, de here. li. vj. Vel per mãsionẽ in excõicatione per annũ deficiente purgatione iuxta ca. excõicamus, extra de here. Vel dũ timore mortis actus hereticales exterius tantum fecit: vt de marcellino dicit. Vel simili timore verba hereticalia absq̃ intẽtione ꝓtulit: vel si per falsos testes conuincitur hereticus relapsus: vel dum suam excusationẽ in causa fidei probare non potuit. Ex his ⁊ similibus creditur papam in casibus pluribus incorrigibilibus subesse iudicio concilij generalis, sic vt possit ab ipso deponi.

¶ Discussio ⁊ determinatio, ad quam legem spectet determinare casus in quibus iudicio concilij subest papa. Caput. xxv.

DIcte autem Opinioni communis sentẽtia doctorum theologorum ⁊ canonistarum antiquorum obuiat, tenens ꝙ si sit catholicus papa non iudicatur a q̃cũq̃ iudice in terris: iuxta ca. si papa. xl. di. ⁊ ca. oues. ij. q. vij. ¶ Et quoniam hincinde multum disputatur, oportet primo videre in quo consistit hec difficultas, vnde scilicet questionis veritas pendet: quo ignorato veritas huius latet, ⁊ quo cognito veritas liquet. Nisi enim hoc sciatur, continget quidem aliquẽ verum assequi, sed nescire se verũ assecutũ. ¶ Sciendum est igitur, ꝙ tota difficultas pendet ex hoc, an iure diuino vel humano papa in casu criminis (quodcũq̃ sit illud) deponendus sit potestate ecclesie seu concilij. Si eñ lex diuina exigitur ad faciendam exceptionem hanc. s. ꝙ in casu criminis heresis possit ab ecclesia deponi. lex quoq̃ diuina exigitur, statuens ꝙ propter tale crimẽ, puta notorium scandalizans ⁊ pertinax deponi possit. Et si solum ius humanum sufficit ad statuendum ꝙ papa in casu heresis est deponendus, solum quoq̃ ius humanum sat est ad statuendum ꝙ papa propter notorium crimẽ deponatur. ¶ Dicẽtes ꝙ ius diuinum exigitur, fundãt se super hoc ꝙ licet petrus potestate ministeriali ecclesie sit iunctus papatui, factus iã papa diuina lege est supra ecclesiã ⁊ cõciliũ: ac per hoc nulla inferiori lege potest subijci (nec simpliciter nec in casu) concilio aut ecclesie, sed sola diuina lege. Et quia lex diuina in solo casu heresis subdidit illum ptãti ecclesie ministeriali, vel vt alijs placet autoritatiue, ideo in solo hoc casu iudicari deponiq̃ potest. Quod enim casus heresis inueniatur exceptus in lege diuina, patet ex multis inductis textibus sacre scripture, expresse separationem ab heretico quocunq̃ indicentibus. Quod autem solus sit exceptus, patet ex sententia saluatoris Matth. xxiij. super cathedram moysi sederunt scribe ⁊ pharisei: omnia ergo quecunq̃ dixerint facite, ẽm autem opera eorum nolite facere. Ubi dominus aperte statuit subditos debere audire prelatos male vite, ⁊ bone doctrine. Constat autem ꝙ doctrina ad fidem spectat, vita autem ⁊ opera ad malos mores aliorum criminum: secundum igitur sententiam domini, audiendi sunt fideles prelati q̃uis mali. ¶ Confirmatur quoq̃ eadem sententia a petro apostolo in prima epistola, ij. ca. Obedite p̃positis vestris, non tantum bonis ⁊ modestis, sed etiam discolis. ¶ Dicentes autem, ꝙ ius diuinum non exigitur sed deus relinquit hoc in manu consilij humani, sicut ⁊ multa alia fundant se super hoc, ꝙ opus pure humanum, secũdum se nec bonum nec malum moraliter, subiacet plenarie legi humane: coniũctio autem inter petrum ⁊ papatum est opus pure humanũ: quãdoq̃ bonum: quandoq̃ malum. ergo subiacet plenarie legi humane: ac per hoc lex humana disponere potest de illa coniunctione. quod quando est bona perseueret, quando mala dissoluatur. ¶ Dixi opus pure humanum, ad differentiam operationum sacramentalium que non sunt pure humane. In coniunctione autem petri cum papatu sola humana actio interuenit coniungens electionis actu vtrumq̃, supponẽdo materiam forme: vt patet ex hoc, quod si cessat a papatu (vt celestinus fecit) nihil diuini operis in se restat: sicut restat in ep̃o renuntiante, et in sacerdote degradato potestas ordinis a deo data. sine penitentia namq̃ sunt dona dei: vt dicitur ad ro. xj. ¶ Dixi secundum se nec bonum nec malum moraliter, ad differentiam actuum secundum se bonorum: vt credere, amareq̃ deum ⁊c. ⁊ secundum se malorum: vt blasphemia dei, mẽdacium, et similia: hec enim naturali diuinoq̃ iure regulantur. Coniunctio autem petri cum papatu quandoq̃ bona est: vt patet in tot sanctis Ro. pontificibus. et quandoq̃ mala: vt patet in multis eisdem sceleratis, quos vtinam nescire licuisset. ¶ Et confirmatur. Quia potestas ministerialis existens in ecclesia ad coniunctionem petri ⁊ papatus, regulatur humana lege: vt patet de actu electionis pape, qui irritus ⁊ nullus ab humana lege si non seruatur redditur. Unde sicut bonifacius papa et martyr promulgauit, quod in casu heresis potest papa iudicari et deponi, potest alia lege humana promulgari quod pro symonia in beneficio possit deponi, et sic de alijs maximis excessibus, obseruata consonantia legis humane ad naturalem et diuinam. Et etiam sine noua lege (quia in defectu manifesto humane legis locum habent gnome ⁊ epijkia) posset papa ex notorio excessu scandaloso ⁊ incorrigibili deponi, sicut pro heresi.

SIquis autem diligentius perspiciat, videbit ꝙ diuina lege opus est statuente casus depõnis pape, nec vlla lege humana põt aut potuit hoc fieri. Qd̃ ꝓbatur ex rõne humane legis breuissime ⁊ clarissime sic. Omnis lex ecclesiastica potest tolli, ⁊ mutari a papa: ergo nulla lege humana põt cõtra papã inuitũ ꝓcedi. Añs constat ex eo, ꝙ est dñs iuris positiui. Consequentia est euidẽs: quia ex quo põt tollere legem: ⁊ nõ vult sub-

bire ipsam: tollet eā: ⁊ sic cōtra eum fiet. ¶ Et licet hec ratio sufficiat: q: papa diuina autoritate hoc pōt: ⁊ nulla deuolutiōe: interceptione: inchoatione: appellatione: suspensione: aut quouis alio termino potestas sua minuitur aut impedit in his que sunt positiui iuris: attamē ex ꝓpriis rationibus ptātis ecclesiastice ꝯcurrētis ad ꝓpositū: idē ostēditur. Quadruplex nāq; ptās hic notat. ❡ Primo ptās papalis, de qua cū par in parē nō hēat imperiū: nō opꝫ solicitari. ❡ Scdo ptās ecclesie seu cōcilij vniuersalis supra papam simpliciter ⁊ absolute. Et hec nihil est: sed chimera. vnde nullū effectum in mille qngentis annis in ecclesia dei habuit: oīa eñ iura positiua subiecta sunt, ⁊ fuerūt semꝑ pape, velit nolit concilium: testante hoc vniuersalis ecclesie ꝑ orbem diffuse obseruātia. ❡ Tertio potestas autoritatiua concilij supra papam in casu criminis, puta heresis. Et hec potestas licet minus rationabiliter poni videat, verūtamē attestatur ꝓposito: q: ponentes eā in solo casu a diuina lege statuto debent eam posse exire in actum. ❡ Quarto est potestas ministerialis ecclesie, que habet pro obiecto cōiunctionē ꝑsone cū papatu. Et hec etiā attestatur ꝓposito: quia cū ipsa nō se directe extēdat supra cōiunctionē petri ⁊ papatus in facto esse, sed in fieri (q: nihil pōt supra coniunctū. s. petrum papam, vtpote superiorē iam nominatū, ac per hoc ministerialiter cōstitutū) cōsequēs est, q̄ ad ipsam nō spectat determinare dispositiōes cōiuncti. s. petri pape disponentes ad dissolutionē cōiunctionis: nā dispositiones tales adueniūt cōiuncto iā facto: ad quod nō se extēdit potestas ista. Et ꝓpterea nisi diuino aut naturali iure dispositio petri pape ad dissolutionem determinata sit, potestas ista nō potest exire in actum dissoluendi: vtpote non habens patiēs dispositū, nec potēs per seipsam illud disponere, determinando que est dispositio subijciens subiectū. s. petrum papā tali potestati. Et ex hac cōclusione. s. q̄ lex diuina exigitur statuēs casum depositionis pape, patet q̄ ignorāter ꝓcedāt quotquot ex vi canonici iuris procedūt ad ostēdendum: q̄ papa ex crimine notorio scandaloso ⁊ incorrigibili deponi potest: vt glo. super ca. si papa. di. xl. et super ca. agathius. xxiiij. q. j. nesciēs quid dicat, errauit cum tota multitudine sequacium. Oportet nanq; ex iure diuino casus inuenire subiectiōis pape ad cōcilium, ex quo iure diuino ipse absolute est supra cōcilium, ⁊ vniuersam ecclesie cōmunitatem. ❡ Et hic iacet lepus: non est hac illacq; amplius vagandum. Unde ipsamet glo. a veritate inducta, dicit q̄ papa non potest statuere, q̄ nō possit iudicari de heresi: hoc eñ ideo verū est, q: diuino non humano iure iudicium hoc in casu heresis statutū est: nam iuris humani papa est dominus.

Ratio Autē in oppositū allata nō concludit oppositū: q̄m opus humanū indifferens subijci humane legi, pōt intelligi dupliciter. primo quo ad modū fiēdi: ⁊ sic est verū. Secūdo quo ad ipm fieri ꝯm suā substantiā. Et sic est falsa: vt patet de abscissione ligni vel ferri, pręcidi siquidē pōt bene ⁊ male moraliter, ⁊ lege humana determinari potest, quando bene ⁊ quādo male: sed nō spectat ad humanā legem, si potest vel non potest pręcidi, sed ad naturalem potentiam pręcisoris, ⁊ dispositionem subiecti cedendi. Unde in proposito humane legi subijcitur modus actionis, quo coniunctio petri ⁊ papatus fit aut dissoluitur: sed si potestas ista potest exire in actum, ex altiori pendet principio. Nam non potest exire in actum coniunctionis nisi vacante sede: et tunc in subiectū dispositū: scilicet xpianū voluntariū. Depositionis vero nisi disposito subiecto, aut per recessum a christianitate, aut per recessum a voluntario: vt patet de papa heretico vel renūtiante. Propter quod non potest lex humana statuere, q̄ coniunctio papat⁹ ⁊ Petri quando est mala propter alia crimina ab heresi, dissoluatur: nō potest dico efficaciter statuere coactiue: quia papa criminosus posset illam legē tollere: cum par in parem non habeat imperium.

¶ Quot casus criminum sint diuina lege statuti, vt possit concilium papam deponere. Caput xxvj.

QUia Igitur ad solam diuinam legem spectat determinare casus depositionis pape, in ipsa ⁊ ex ipsa scrutari oportet, quot sint casus depositionis pape. Et vt probabitur, solus casus heresis est a lege diuina, in quo papa potest deponi ab ecclesia siue autoritatiua siue ministeriali potestate, non curando in ꝓposito. ¶ Probatur hoc tripliciter. s. ratione ex principijs theologicis certis: et autoritate sacrorum doctorum, et diffinitione sacre scripture. ❡ Ratio est ista. Constat q̄ secluso papa, in ecclesia est potestas electiua pape, seu applicatiua papatus ad Petrum: quōcunq; vocetur: habet pro obiecto coniunctionē personę ⁊ papatus in fieri ⁊ in dissolui: vt patet de actu electionis quo Petrus fit papa, ⁊ de actu depositionis, quo petrus papa hereticus incorrigibilis deponitur. Constat etiam q̄ ad hoc q̄ Petrus fiat papa efficaciter, ita q̄ sit papa, ⁊ consequenter ad hoc q̄ potestas illa ecclesie exerceat actum constructiuum coniunctionis efficaciter inter petrum ⁊ papatum, alique dispositiones requiruntur in petro de necessitate simpliciter, aliqua ad bene esse. Requisite de necessitate simpliciter sunt due: scilicet esse voluntarium, ⁊ esse christianum. nunq̄ enim aliquis quantūcunq; electus, est papa, nisi consentiat: ⁊ similiter non est papa, nisi sit membrum christi. Secunda dispositio exigitur de iure diuino: et quia ordo gratie presupponit ordinem nature, prima dispositio exigitur de iure nature. Requisite autem dispositiones ad bene esse, sunt boni mores scientia ecclesiastica, charitas, experientia regiminis: ⁊ huiusmodi: sine his enim petrus si est electus ⁊ acceptat est papa: q̄uis ineptus ⁊ malus. Constat etiam, q̄ quia facilius est destruere q̄ construere, duabus simul requisitis necessario conditionibus ad constructionem, quecunq; earum deficiat, dissolui potest coniunctio ista. Nāq; si petrus non vult amplius esse papa: potest renuntiatione dissolui coniunctio ista. ⁊ dissoluitur dum acceptatur renuntiatio: vt patet de celestino. Et rursus si petrus papa labatur in heresim incorrigibiliter, potest deponi inuitus, ex quo desijt quantum est ex se esse membrum christi: sicut in primo casu desijt esse volūtarius. Hec omnia certa sunt: ex quibus necessario sequitur, vt deficientibus in petro conditionibus que non sunt necessarie simpliciter, sed ad bene esse, non propterea sit dispositus, vt possit dissolui coniunctio ista, vt possit attingi petrus a potestate depositiua. Nam dispositiones ille que non requiruntur in subiecto ad hoc q̄ vniatur efficaciter forme, sed tam cum eis q̄ cum suis contrarijs vniri potest forme ⁊ constituere compositum, nō sunt tales. vt earum contrarie pertineāt ad dissolutionem cōpositi. Quod est dicere, q̄ si petrus sceleratissimus ⁊ criminosissimus, ⁊ scandalosus, ⁊ incorrigibilis, christianus tamen ⁊ consentiēs, fit ⁊ est papa si eligatur: oportet q̄ huiusmodi crimina superuenientia petro iam pape, aut perseuerantia, et si reddant ipsum malum papam ⁊ non solum malum hominē vt prius, non tamē reddunt ipsum deponibilem. Ex quo enim ad bene esse pape reqritur bonitas, ⁊ non ad esse papam, consequēs est, q̄ malitia ad male esse pape, ⁊ non ad non esse pape spectet: ac per hoc sicut non spectat bonitas ad esse, quod est effectus electionis, ita malitia non spectat ad non esse, quod est effectus depositionis. ❡ Ex his patet ratio, ⁊ potest formari breuiter sic. Sola contraria conditionib⁹ necessario requisitis ad esse pape, reddunt papam deponibilem: sed inter crimina sola infidelitas contrariatur conditionibus necessario requisitis ad esse pape: ergo sola infidelitas inter crimina reddit papam deponibilem. prima propositio patet ex hoc, q̄ depositio est nō esse pape, ⁊ vnūquodq; in suo esse perseuerat, si cōtrarium non superuenit. Nunq̄ eñ homo desineret esse, si non superueniret aliquod contrarium illi esse: et simile est in alijs. Secūda autem propositio probata est: quia cetera vitia contrariantur conditionibus requisitis ad bene esse pape. Hanc rationem vellem in statera poni: ⁊ non friuolas ⁊ apparentes, per accidentia vagantes. Hec de primo.

Autoritates Sanctorum sunt (imprimis anacleti pape ⁊ martyris: ⁊ habetur lxxix. dist. cap. electionem. Si namq; papa posset propter crimina deponi, sicut alij episcopi. frustra dixisse: q̄ electionem summorum pōtificum sibi dominus reseruauit. ❡ Deinde bonifacij pape ⁊ martyris: et habetur. xl. distin. ca. si papa. Nisi sit inquit a fide deuiauerit papa: redarguere eius culpas mortalium nullus presumit. Ubi solum infidelitatis crimen subijcit iudici, a quo papa potest iudicari: quem constat esse vniuersalem ecclesiam, seu concilium generale: ab eodem enim excipit a quo negat redarguēdum fore. ❡ Sāctus quoq; Euseb. papa (⁊ habetur. ij. quest. vij. in. c. oues) dicit: Oues que suo pastori cōmisse sunt: eum nec reprehēdere nisi a fide exorbitauerit, nec vllatenus accusare possunt. ❡ Sanctus Anterius papa ⁊ martyr (et habetur. ix. quest. iij. in cap. facta) inquit. Facta subditorum iudicantur a nobis: nostra vero iudicantur a domino. Et q̄ loquatur de factis peccatorum, patet ex eo quod subditi: deteriores sunt, qui vitam moresq; bonorum corrumpūt, his qui substātiā aliorum prediaq; diripiunt. ❡ Sanctus Beda

(⁊ habetur.ix.q.iij.ca.episcopo) tractans de iudicio peccatorum ait. Sola enim roma. ecclesia sua autoritate valet iudicare de omnibus: de ea vero nulli iudicare permittitur. ¶ Sanctus Bernar. in no.ij. scribēs inquit. Quis faciet mihi iustitiam de vobis. si haberem iudicem ad quem vos trahere possem: nam nunc ostenderem vobis vt parturiens loquor quid mihi imminet. extat quidem tribunal christi: sed absit, vt ad illud appellem vos. ¶ Sanctus tho. in iiij. sen. di. xix. q.ij. ar.ij. q.iij. ad secundum, dicit: Quāuis p̄lati sint corripiendi a subditis, non tamen est eis pena infligenda sed recurrendum est ad superiorem denunciando, vel si non habet superiorem, ad deū, vt eum emendet, aut de medio tollat. Et ibidem ad primum exceperat crimē infidelitatis, cum dicit: prelatus minor fieret, si in infidelitatem laberetur ⁊ subditus fidelis maior. ¶ Et licet he autoritates deberēt sufficere ad promulgationem diuini iuris (quia tot sanctorum sunt: ⁊ spiritusancto inspirati locuti sunt sancti dei homines: vt dicit secunde petri.j.ca.) ad maiorem tamen firmitatē debiliū adsunt simachus papa in ca. aliorum.ix.q.iij. dicēs: Aliorum hominum causas deus voluit per homines terminare: sed sedis istius p̄sulem suo sine questione reseruauit arbitrio. Et q̄ loquatur de causis peccatorū, patet ex eo qd̄ subdit dicens: voluit beati petri apostoli successores celo tm̄ debere innocentiam, ⁊ subtilissimi discussoris indagini inuiolatam habere cōscientiam. Et excludēs obiectionem subdit: nolite estimare eas animas inquisitionis nō habere formidinem, q̄s deus pre ceteris suo reseruauit examini ⁊c. ¶ Innocen.iij. in sermone consecrationis pape dicit: Intantum mihi fides est necessaria: vt quum de ceteris peccatis deum iudicem habeam, propter solum peccatum quod in fide committitur, possem ab ecclesia iudicari. ¶ Bonifa. quoq̄ viij. in extrauaganti. vnam sanctam, dicit. Si deuiat sup̄ma potestas: a solo deo iudicatur: vt superius allegatum est. ¶ Albertus mag. petrus de pal. herueus, vlricus, aug. de anch. ⁊ alij quos refert dominus ioan. de tur. crema. in lib. de ecclesia, hanc viam secuti sunt. quibus magis credendum est q̄ canonistis multis: ad quos non spectat, nisi secundario de iuris diuini rebus tractare sicut de vsura, sacramentis ecclesie, heresibus ⁊ huiusmodi. Hec de secundo.

Diuina scriptura solum casum heresis aperte excipit, dum (vt s̄. allatum est) hereticos separandos ab ecclesia instituit, et sane doctrine prelatos, malorum autem morum tolerandos constituit. Hoc enim nihil aliud est, q̄ dicere pro solo heresis crimine deponendum instituimus quantum est ex diuina lege p̄latum: ac per hoc iuri humano reliquas depositionis causas dimittimus quo ad subditos iuri humano, de non subditis enim nullus statuit. ¶ Et de heretici quidem separatione extant textus pauli apostoli et ioan. euangeliste iam dicti. ¶ De toleratione vero, imo obedientia ⁊ audientia malorum prelatorum fidelium, extat sententia domini Matth. xxiij. super cathedram moysi ⁊c. ⁊ petri apostoli. obedite prepositis dyscolis qui iam inducti sunt. Et nunc adiungitur sententia domini luc. xij. manifestans iudicium pape mali in seipsum ⁊ in proximū, agēdum per ipsum dominum, dum respondens petro ait, quis putas est fidelis dispensator ⁊ prudens, quem constituit dominus super familiam suam ⁊c. Et subdit de eodem q̄ si dixerit seruus ille in corde suo, moram facit dominus meus venire, ⁊ ceperit percutere seruos ⁊ ancillas, ⁊ edere ⁊ bibere ⁊ inebriari: veniet dominus serui illius in die qua non sperat, ⁊ hora quam nescit. et diuidet eum, partemq̄ illius cum infidelibus ponet. ¶ Ubi notandum est primo, quod ad literam loquitur de seruo constituto super familiam id est ecclesiam: vt glo. interlinearis exponit. Quod patet ex officio scilicet vt det illi in tempore tritici mensuram. ⁊ ex premio. beatus ille seruus, quoniam super omnia bona sua cōstituet eum. In quo apparet differentia (vt glo. dicit) inter subditum ⁊ p̄latum benefacientem: quia subdito promittitur q̄ p̄cinget se dominus, ⁊ transiens ministrabit illi, prelato vero q̄ super omnia bona sua est cōstituendus. ¶ Notandum est secundo q̄ distinguit manifeste crimina tria, in seipsum, in proximum, ⁊ in deum: ac per hoc cō prehendit omnia. In seipsum per gulam ⁊ ebrietatem. scriptū est enī propter crapulam multi obierunt. qui autem abstinēs est adijciet vitam ecclesia. xxxvij. In proximum, per percussionem sue cure cōmissorum vtriusq̄ sexus. In deum, per infidelitatem. Et non describit dispensatorem criminosum in deū per infidelitatem. sed in seipsum ⁊ in p̄ximū. ⁊ dicit seruum talem cōfidētē in mora dn̄i. iudicandū a dn̄o per mortem: qua diuidetur a familia: ⁊ per dānationem eternam cum infidelibus. ¶ Hec manifesta sunt in litera: vt clare ostēditur quod diximus. s. q̄ quantum est ex lege diuina, prelati de criminibus ceteris a domino iudicandi statuuntur, de infidelitate autē ecclesie iudicio dimissi intelligunt, ac per hoc si alij prelati nō subessent iuri humano, qd̄ sup appoſuit suis subditis alias causas criminum iudicandas, ab ecclesia nō essent iudicandi et deponendi, nisi pro infidelitate sicut papa: q̄ quia soli diuino iuri subest, in casibus a diuino iure toleratis, nulli subijcitur. Si em̄ sola negatio statuti casus a iure diuino quo ad papam soli diuino iuri subiectum, sufficit ad cōstituendam legem, q̄ non potest iudicari aut deponi, multo magis expressa toleratio casuum in iure diuino constituit ipsum tolerandum. alios autē tolerabiles: si a superueniente iure positiuo, cui subiecti ex diuina lege sunt, permittantur. ¶ Unde inter papam ⁊ alios quo ad casum criminis iudicandi ⁊ puniendi ab ecclesia, tantum interest, q̄ in papa locus ab autoritate diuini iuris negatiue efficacissimus est: quia soli illi iuri subiectus est. In alijs autem nec toleratio nec negatio diuine legis efficax est: quia quod superius ius nō statuit aut tolerat: inferius ius potest ⁊ statuere ⁊ punire. vt manifeste patet in cōtrahendis matrimonijs, ⁊ administratione sacramentorū: in quibus multa permissa ex diuino iure prohibita sunt ab ecclesia in sibi subditis. ¶ Et si absq̄ velamine aliquo obumbrāte, sententia dn̄i perspiciatur, apparebit q̄ propter prelatum qui nullū habet supra se nisi dn̄m (vtpote constitutum super reliqua familia domini absentis) promulgata est hec sententia. Quod etiam ex eo habetur, q̄ cōstitutus super familiam abs̄tis domini neminem timere describitur, nisi domini aduentum: in cuius mora confisus tanq̄ neminem habens supra se peccare cepit. De prelatis namq̄ habentibus superiorem p̄n̄tem in hac vita nō consonat, q̄ in sola mora domini confidant quia habent statum superiorē iudicē, quē timeant vltorem. Nōnihil quoq̄ ad hoc confert q̄ petro futuro pape hec dominus dicit. ¶ Ex his autoritatibus perspicaciter intellectis habetur q̄ pro reliquis criminibus manifestis non est papa deponendus. Docens em̄ dominus s̄m opera malorum prelatorū nolite facere, p̄culdubio de notis operibus loquebatur: de quibus dixit, a fructibus eorum cognoscetis eos. Ne autem propter adiunctam scandali rationem deponēdū putares, docuit Matth. xviij. q̄ pes, manus vel oculus, non tamen caput scandalizans amputaretur: instruens ad literam, q̄ si aliquod nobis oportunum (vt manus, pes vel oculus) scandalizans occurreret, precidendum esset: secus autem de organo habente officium capitis sentiebat: nunq̄ dicens si caput tuum scandalizat te, abscinde illud ⁊ proiice abs te. ¶ Hanc autoritatem qui credit, iesum christum dei virtutem ⁊ sapientiā omnia preuidentem ⁊ cunctis p̄uidentem, non spernet: sed reuerenter considerabit. non casu nominasse dominum manum, pedem ⁊ oculum: membra siquidem necessaria, ⁊ tacuisse caput, sed ideo non esse mandatam precisionem capitis scandalizātis, quia nec propter scādalum caput simpliciter precidēdum est. Dico autē simpliciter, ad differentiā capitis in hac vel illa ecclesia, quia quantūcunq̄ caput huius vel illius ecclesie precidatur, semper restat caput ecclesie in terris: papa. s. Patet igitur q̄ nullum extra infidelitatem crimen notorium ac scandalizans, depositionem pape inducit. Hec de tertio.

¶ In quo r̄ndetur rationibus factis in ca. xxiiij. ad p̄bādum, q̄ papa ex alio crimie q̄ heresis pōt deponi ab ecclesia. Cap. xxvij.

Manifestata sufficienter veritate, q̄ s. si papa est fidelis, nec iudicari nec deponi potest ab ecclesia pro quocunq̄ alio crimine quantūcunq̄ notorio ⁊ scandaloso: superest aliis in oppositum satisfacere. ¶ Ad primū ergo motiuum ex parte criminis negāda est sequela: quia nec maior, nec par ratio est de heresi ⁊ alijs criminibus. Et ratio iam tacta est: quia scilicet infidelitas spectat ad nō esse, alia aūt crimina ad male esse pape. Cum ergo dicitur, aut hoc est ratione grauitatis aut nocumenti: dico q̄ diuisio non est sufficiens: q: datur tertium. s. q̄ est ratione status. Infidelitas em̄ mutat statum hois: q: facit q̄ sit est ex parte hominis de christiano nō christianū. Odiū autē dei lz sit grauius peccatum, ac per hoc faciat hoiem peiorem q̄ infidelitas faciat: nō tm̄ facit de christiano nō christianum. ¶ Nec obstat q̄ hereticus restat christianus inuitus ex charactere: quia q̄ nō voluntarie hr̄, nō est ab hoie inquātū homo: vt in p̄ncipio prime secūde san. tho. dicit. Propter qd̄ fides informis saltē ⁊ character, nō sunt duo cōstituētia distinctos stat⁹ hūanos ecclesiasticos: sed

vnum ⁊ eundē statum christianitatis constituit complete concurrente vtroqꝫ altero vt humano: scilicet fide, q̄ non est, si non est voluntaria: ⁊ altero vt hominis. s. charactere: q̄ ⁊ sine voluntate acquirit (vt patet in pueris) ⁊ inuite conseruatur, vt patet in hereticis. Propter quod sublata fide mutatur status christianitatis inquantum erat humanus: quod est mutari ipsum eo modo quo per hominem mutari potest. Mutatio autem status christianitatis, extra christianos hominem ponit ex propria natura: ⁊ propterea crimē heresis non ratione maioris grauitatis, sꝫ mutationis status deponendum constituit papam, alia autem crimina non.

❡ Et licet hec responsio sufficiat etiā ad alterū mēbrum de nocumento: sciendū tamē est, ꝙ aliud est loqui de nocumēto per se annexo peccato, ⁊ aliud de nocumēto annexo per accidēs: quia scilicet est in isto hoīe sic disposito. Si enī loquimur de nocumento per se, maius nocumentū est annexū heresi ipsius pape q̄ cuicūqꝫ alteri crimini: qꝛ heresi quantū est ex se adheret doctrina heretica: q̄ in capite quātum ex se est, induceret heresim in eccl'iam vniuersalem: quo maius nocumentū inferri nequit. Si vero loquimur in isto, qui nō docet heresim ⁊ bene gubernat ⁊ dispēsat, hoc est per accidens: ⁊ ideo despiciēdum. ❡ Ad aliā probationē. s. ꝙ nō inuenitur in scriptura sacra expressum, ꝙ magis sit pro heresi papa deponendus q̄ pro alio crimine: iam patet responsio, ꝙ nō inuenitur ꝙ magis pro hoc q̄ pro alio. sed inuenitur in sacra scriptura, ꝙ pro sola heresi est deuitādus ⁊ declinandus: vt patet ex textibus inductis. Unde nō est verum ꝙ sit hoc relictū interpretationi doctorū ⁊ canonum, nisi sicut explanantibus: quo modo etiā articuli fidei sunt relicti doctoribus ⁊ canonibus sacris. Sed sicut articulos fidei declarare nō mutare possunt doctores ⁊ canones, ita legē hanc diuinam declarare non mutare addendo aut subtrahēdo possunt. ❡ Ad tertiam probationē dicitur, ꝙ illa maxima: qui potest in maius potest in minus: si philosophice discutiēda est, inuenitur falsa, tā de actu, q̄ de obiecto, q̄ de effectu. Intellectus enim qui potest in actum maiorē: scilicet intelligere, nō pōt in actum minorem, puta odorare. Similiter visus qui pōt in obiectū maius, puta lucidū, nō potest in obiectū minus, puta sonū. Uirtus quoqꝫ generatiua hominis pōt in effectū maiorē. s. hoīem (homo enī generat hominem) ⁊ tamē nō pōt in effectū minorem: puta leonem. ❡ Si autem politice discutienda est (vt innocen. iij. in dicto ca. ex parte, el. ij. inducit sub alijs verbis: scilicet cui concessum est maius, minus quoqꝫ cōcessum esse videtur) dicitur ꝙ intelligēda est ceteris paribus. modo autem cetera non sunt paria: quia in crimine heresis quod est maius crimen) subiectum mutatur christianitatis statum, in alijs vero criminibus minoribus subiectum permanet in eodem christianitatis statu. Et hec est vera responsio ex parte criminis maioris ⁊ minoris. Ex pte aūt maioris vel minoris effectus iudicij, negatur minor: qꝛ maius esset iudicare papā in statu christianitatis de adulterio: q̄ iudicare ipm a christianitate ruētē de heresi: quia in primo attingitur superior status gradus q̄ in secundo, vt patet.

❡ Ad scd'am rōnem (ex pte. s. actus) dicitur, ꝙ falacia cōsistit i hoc: ꝙ aliud est auferre gladiū, resistere, impedire, ⁊ huiusmodi, ⁊ aliud est facere ista met autoritatiue. Auferre nāqꝫ gladiū de manu furiosi, resistere tyranno, impedire oppressorē, ⁊ huiusmodi: cuilibet licet ⁊ debitū ē vt actus virtutis: sed facere ista autoritatiue soli superiori licitū est. Unde licet cuilibet liceat vim in se ⁊ in proximū vi repellere cū moderamine inculpate tutele, non tn̄ cuilibet lꝫ punire eū q̄ vim infert. Et sic q̄uis quilibet licite posset papā inuasorē, se defendendo occidere: nulli tn̄ lꝫ papā propter homicidiū punire pena mortis. Unde huiusmōi argumēta ⁊ silia nō cōcludunt autoritatē iudicis ad puniēdū: sꝫ cuiuslibet priuati debitū ad resistēdū, impediendū, defendēdūqꝫ: nisi quis adeo desipiat, vt dicat quēlibet esse iudicē cuiuslibet. Resistēdū est ergo etiā in faciē: pape publice dilaniāti eccl'iam. verbi gra. qꝛ nō vult dare bñficia eccl'iastica nisi pro pecunia aut cōmutatiōe officij: ⁊ cū omni reuerentia ⁊ obediētia negāda est possessio taliū beneficiorū his q̄ emerint, ⁊ allegāda est cā simonie etiā cū papa cōmisse. ⁊ sine dubio principes seculi ⁊ clerus gladiū de manu furiosi sic cum modestia tollerēt. ❡ Multe quoqꝫ sunt vie, quibus absqꝫ rebellione principes mundi ⁊ prelati ecclesie si vellent vti, resistentiā impedimētūqꝫ abusus potestatis afferrent. Sed qm̄ principes ⁊ prelati nō curāt, nisi q̄si somniando, cur conqueritur ꝙ nō pōt deponi? cur opponit ꝙ ptās data est in edificationē ⁊ nō i destructionē? Abusui nāqꝫ ptātis q̄ destruit, obuiā eāt cōgruis remedijs nō obediēdo i malis nō adulādo, non tacendo, arguēdo, aduocādo illustres ad increpandū, exemplo pauli, ⁊ precepto eiusdē (dicite archippo, vide ministerium quod accepisti in domino, vt illud impleas, ad Coll'. vlt. ⁊c.) ⁊ parum aut nihil abuteretur potestate. ❡ In responsione tamē ad quintum habebis vltimam satisfactionem huius argumenti.

❡ Ad tertiā rōnem ex parte ipsius pape, dicitur ꝙ etiā est falsa: nam aliud est purgatio ad remouendū scandalū, ⁊ aliud est purgatio ipsa coram iudice. Ad primam tenetur papa de iure diuino, ad secundam nō: vnde damasus nō coram gn̄ali concilio: sꝫ corā. xlij. epis se purgauit: vt pꝫ. ij. q. vij. nos si cōpetenter. ❡ Et gregorius ipse testatur, ꝙ ex humilitate exhibuit se ad iudiciū: vt pꝫ. ij. q. vij. ca. Petrus, vbi ipse greg. dicit: Petrus potestatē regēdi acceperat: ⁊ tamē idē apostolorū primus q̄rimonie cōtra eū a fidelibus facte, cur ad gētes intrasset, nō ex ptāte officij (qua posset dicere, oues pastorē suū non accusent, nec reprehēdāt) sed ex autoritate diuine virtutis qua gentiles acceperāt spiritum sanctum, i fidit: vbi apparet ꝙ ipse imitatus est petrum apostolum: non vtēdo potestate sua, ⁊ ꝙ potuisset illa vti.

❡ Ad quartā ex parte ecclesie vt sponse, breuiter dicitur. primo ꝙ papa nō pōt inuitā ecclesiam deserere: qꝛ nō pōt iuri eccl'ie renūciare: prelatus enim est propter eccl'iam, ⁊ nō ecōuerso: vt sup epl'as ad col. in fine diuus tho. dicit. ❡ Secūdo, ꝙ nō est par rō ex vtraqꝫ pte: qꝛ eccl'ia est subdita pape, ⁊ nō ecōuerso. Nec etiā i lege moysi vxor poterat dare libellū repudij viro. Nec est piculū de ipsius dilaniatione: quia scriptū est, porte inferi non preualebunt aduersus eā. ❡ Ex parte vero ecclesie vt cōmunitatis libere, breuiter dicitur, ꝙ licet sit libera libertate gr̄e, est subdita tamen sm̄ iurisdictionē pape. Unde ipsa ecclesia nō abdicauit a se ptātē supra principē: sed iesus xp̄s dn̄s ecclesie nō subiecit eam ipsius cōmunitati ecclesie, sed suo vicario: ⁊ propterea nihil pōt supra suū principē. Non sic est de alijs cōmunitatibus, de quibus affertur arist.

❡ Ad quintam (ex parte diuine prudētie, ⁊ operationis immediate, ⁊ perfecti operis) dicitur, ꝙ deus perfecte ecclesie corpus fecit, disposuit ac ordinauit: ita vt ordinatissimū optime extet, ⁊ nihil oportunum desit illi. Et cum dicitur, ergo est relictū ecclesie remedium cōtra papā fidelē criminosum ⁊c. cōcedendum est. Sed cū infertur, ergo ecclesia potest illum incorrigibilē deponere, membrū illud abscidere ⁊ huiusmodi, respōdetur ꝙ est sophisma cōsequētis ac superioris ad suū inferius assumatur: a prouisione ⁊ remedio in communi ad hanc prouisionem seu hoc remediū, ac si nō esset alia prouisio ⁊ aliud remedium. Dicendū est enim ꝙ iesus christus altioris ordinis remedium reliquit in ecclesia ad repellendum sui proprij vicarij incorrigibile scandalosumqꝫ regimen.

❡ Ad cuius euidentiā sciendum est, ꝙ sicut in naturalibus diuina sapiā inferiora per media: ⁊ media per supremas causas scd'as gubernat: ita in supernaturalibus (inter q̄ est ordo gratie fidei, ⁊ ecclesie super illā fundate) īferiora per media, ⁊ media per supremas causas secundas supernaturales gubernat. Rursus cum cause effectibus proportionalitates sint, vt superioribus effectibus superiores cāe respondeāt, ⁊ inter causas scd'as prudētia humana ecclesia autoritate fulta, inferioris ordinis cā sit q̄ oratio, q̄ in supremo ordine secundarum causarum locata est a deo (quod ex eo patet ꝙ tota creatura corporea ⁊ incorporea subiecta est illi) ⁊ prouisio supra papā fidelem sit inter supremos effectus in eccl'ia: cōsequēs est ꝙ sapientissime deus disposuit remediū in ecclesia. s. fidelem papam: nō prudentiam humanam, cui subiecit reliquū ecclesie, sed orationē. ❡ Necesst minus efficax causa secūda oratio ecclesie pro se petens necessaria ad salutē perseuerāter, q̄ prouidētia humana: cū constet ꝙ cuiuslibet particularis psone oratio pia pseuerās, petēs necessaria ad salutē pro se, est cā efficacissima ⁊ īfallibilis: vt diffuse habes in. iij. contra gen. a beato tho. ca. xcv. ⁊. xcvj. Unde si necessariū est ad salutē ecclesie, ꝙ papa talis auferatur, sine dubio oratio sic cōditionata auferet illum de medio. Et si nō est necessarium ꝙ auferatur, quid causamur bonum dominū, qui negat qđ volumus, ⁊ tribuit ꝙ mallemus. Si est necessaria eius ablatio, nō pōt nō auferri ab eo rogato, qui promisit ꝙ nihil deesset timētibus eum. Si non est necessaria diuino iudicio, ⁊ tamē iudicio humano vtilis ⁊ necessaria creditur, cur preponis te deo volens illū deponere? tu quis es, qui iudicas alienū seruum, dn̄o suo stat aut cadit iesu christi vicarius. ❡ Nō dico hoc ego, sed dn̄s, q̄ luc. xviij. docet ꝙ deus multo magis q̄ homo faciet cito vindictā electorum suorū clamantium ad se. Constat enim ecclesiam electos claudere: ⁊ vindictam hāc, qꝛ ipsi soli dn̄o reseruata est, ab ipso pre ceteris faciēdā: nō dormitat neqꝫ dormit custodiens israel, qui nauicule fluctuanti quarta vigilia noctis ex oratione surgens subuenit: qui a sennacherib

exercitu ezechiam liberauit, assueri cor mutauit, nabuchodono-
sor predicatorem suum fecit: anastasium .ij. oratione ecclesie per-
cussit, leonem etiam papam (seu liberium apud alios) hylarij ora-
tioni subiecit: qui etiam omnia temporalia bona superadijcienda
promisit: qui demum dedit nobis filium et omnia donauit cum il-
lo. Sed heu impletum quasi est illud. putasne filius hominis ve-
niens, inueniet fidem in terra: nam prouisio istius tam excelse et
tam efficacis cause secunde pro nihilo habetur. Oportet inqui-
unt prouidentia nostra puniri papam, non diuine prouidentie so-
li et orationibus relinqui. quare hoc dicunt, nisi quia prudentiam huma-
nam preferunt orationum efficacie? quare hoc dicunt, nisi quia animalis ho-
mo non percipit que dei sunt? quare hoc dicunt, nisi quia didice-
runt confidere in homine, et non in domino, et ponere carnem bra-
chium suum? Quo fit vt si incorrigibilis existimetur quandoque pa-
pa in proprijs vitijs manentes subditi quotidie murmurent de
malo regimine, nullum orationis remedium adhiberi procuran-
tes: nisi forte, vt seminantes absque fide, et facto suo adimpleant scri-
pturas (quod scilicet propter peccata populi regnat hypocrita,
officio sanctus, animo diabolus) et detur ac conseruetur rex in fu-
rore domini. Iram enim et clementiam dei in manibus orationum
nostrarum esse spiritussanctus in psalmo testatur: Benedictus deus
qui non amouit orationem meam et misericordiam suam a me. glo.
quia non est amota oratio, securus esto, quia non auferetur mise-
ricordia. Uerum ita stolidi sumus vt nolimus orare vt debemus, et
tamen velimus orationis fructum: nolimus seminare et velimus me-
tere. Aut christiani non nominemur, aut christi prouisionem am-
plectamur: et sic phreneticum, furiosum, tyrannum, dilaniatorem,
dilapidatorem corruptoremque ecclesie (cum contingeret talem
preesse) superabimus. Sed qui nosmet non superamus nostris ora-
tionibus (quia eas non vt decet agimus) quomodo conqueri
possumus, quod aliorum malorum vitam non superamus oratio-
nibus, que non solum tectum non transeunt, sed nec orantium capita pro-
pria penetrant? Et quod peius est, olim conquerebatur deus, populus hic labijs me ho-
norat, cor autem eorum longe est a me. Tempore reuelate gratie, nec labijs ho-
noratur: quoniam nihil dicitur minus intelligibiliter quam diuinum
officium. nihil tam celeriter persoluitur quam missa. Tempus diuini officij et misse,
onerosum est valde: ioci autem et negotia ac commoda secularia di-
stincte dicuntur et repetuntur, et absque temporis mensura delectant. Unde con-
cluditur, quod aut abscissio pape fidelis et incorrigibilis post humana re-
media est in veritate necessaria ad salutem ecclesie: et oratio fit sine
intermissione ab ecclesia. et sic habetur certa, et multo celsior ac efficaci-
or prouisio quam si authoritas deponendi humane esset prouiden-
tie delegata. Aut non est necessaria, vel non fit oratio vt decet: et tunc nullus est quere-
le locus, si scilicet necessarius abest prouisio exterminatiua: quoniam nec huma-
na prudentia extra veram necessitatem deberet illa vti authoritate, si
eam haberet, vel si nosipsi concesso remedio efficaci nolumus vti. Quamuis
enim non sit abbreuiata manus domini, vt non possit saluare citra omnimodam
necessitatem: nec aggrauate sint aures eius, vt non exaudiat citra ne-
cessitatem. sed iniquitates nostre sunt que diuidunt inter nos et deum nostrum, et mul-
tas malas actiones in rectoribus nostris procurant: vt hiero. in ca.
audacter. 8. q. 1. et greg. 7. q. 1. ca. ex merito dicunt. Et si contra
hec instetur. Quia oratio commune est remedium omnibus occurrentibus malis: in
hac autem re proprium queritur remedium, sicut in ceteris rebus, vltra communem
causam propria assignanda est. Respondetur, quod supreme cause quamuis sint cause communes re-
spectu inferiorum, sunt tamen proprie respectu superiorum effectu-
um. et propterea oratio que est inter supremas causas secundas supernaturales respectu
inferiorum est causa communis: respectu autem summorum effectuum (qualis est extermina-
tio pape fidelis, vt pote effectus reseruatus deo) est causa propria et remedium pro-
prium, vltra quod sunt mille alia humana adminicula, que scripsit dominus ioan.
de tur. cre. in li. 2. de ecclesia ca. 106. Cum his tamen omnibus memento quod
pessimus papa fidelis toleratus a deo, non potest totum corpus ecclesie in-
ficere, aut in perniciem ducere et huiusmodi. vt argumenta autumant in
similitudinibus corporum et huiusmodi. Nam deus non potest seipsum nega-
re: de quo scriptum est, fidelis deus, qui non permittet vos temptari supra
id quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione prouentum.

Ad sextam. quantum ad gesta concilij constantiensis, iam dictum est, quod concilium
perfectum secundum presentem statum ecclesie potest deponere
incertum papam: nullus enim fuit illo tempore certus papa. Quantum ad ge-
sta concilij basiliensis, respondet vniuersalis ecclesia, que eugenium a concilio depositum
adorauit et adorat vt papam, olim in persona sua, et post in succes-
sore nicolao, quem ipse eodem anno creauerat cardinalem. et sic
deinceps. Et hec responsio facti testatur quantum delirent, qui
papam concilio submittunt. Ad priscorum temporum gesta dici-
tur, quod licet multi legantur depositi pontifices summi, aut non
erant indubitati pontifices summi, aut de facto non legitime de-
positi sunt: vt in ca. 103. secundi libri de ecclesia dominus ioan. de
tur. cre. manifestat diffuse. Ad authoritatem glose, et plurium ca-
nonistarum sequentium illam, dicitur quod glosa est contra textum.
quia textus excipit solam heresim. et ipsa leui ratione mota, exten-
dit ad omne crimen notorium scandalizans incorrigibile: quia sci-
licet contumacia est heresis. Constat enim quod lato vocabulo contuma-
cia heresis dicitur, sicut et simonia: nec equiparanda est vere here-
si, que mutat statum christianitatis. Et quamuis glo. quia sobrie
loquitur dicens, credo etc. mereatur veniam: assertores tamen il-
lius documenti super illam se fundantes, quia contra antiquam
fidei doctrinam tam leuiter mouentur: nescio excusare. Canoni-
starum autem authoritas in re hac (quia principaliter est theolo-
gica) parua est. nec maior ratione super qua se fundant. non sic est
de authoritate sanctorum, qui spiritusancto inspirati loquuti cre-
duntur. Rursus secundum ipsosmet canonistas, in materia fidei
magis standum est antiquorum quam modernorum authoritati,
licet in his que iuris sunt, quanto iuniores tanto perspicaciores.
Cum igitur hec sit materia fidei (quia immediatum opus dei non
ratione naturali, sed sola diuina reuelatione scibile, in questione
est) consequens est, vt sanctorum authoritas sacre scripture inixa
omnibus concilijs et theologorum vniuersitatibus, ac canonistis
posterioribus, immo quasi modernis ponenda sit. Ad septimam ex parte
iudicij humani. dicitur quod conditiones iudicij humani sunt duplices: que-
dam ex naturali iure vel diuino determinate, quedam a iure positiuo.
Inter quas hec est differentia: quia ille que sunt ex iure posi-
tiuo, non possunt in inuitum papam exerceri, quia non subest
positiuo iuri. ille vero que sunt a naturali vel diuino iure,
habent etiam locum in papa. Ex iure autem diuino statuta est
forma iudicij humani circa hereticum, vt post primam et secun-
dam monitionem euitetur: ac per hoc (vt dictum est) potest con-
tingere vt papa fidelis nunc, sed bis relapsus deponi possit et
debeat. Ex iure etiam nature est, vt homo videat que foris sunt,
ac per hoc propter actus manifeste hereticales et verba mani-
feste serio heretica cognita etc. sic facta et dicta, vt humano iudi-
cio corde consentiente facta sint et dicta, iudicetur quis hereti-
cus. Ex ipso quoque diuino iure est, vt in ore duorum vel trium
stet omne verbum: vt patet matth. 18. Et ex iure nature vnicuique
que contra se creditur si est sani capitis etc. Unde ex non suspe-
ctis etc. testibus conuictus quis de damnata et nota etc. heresi, here-
ticus iudicabitur. et similiter si sua sponte se confitetur hereticum
quamuis coram deo mentiatur, iudicabitur hereticus. Ex iure autem
positiuo contumax et perseuerans per annum, si quis alius est eius-
modi, presumitur hereticus. Unde primi duo casus non habent lo-
cum in papa qui non potest excommunicari, nec iuri positiuo su-
bijcitur: sed seruanda est lex ab apostolo paulo in sacra scriptu-
ra tradita. Similiter si timore mortis: certo vel probabili secun-
dum humanum iudicium absque interiori consensu gesta vel ver-
ba hereticalia habuit, non deponitur papa. vnde petrus apostolus, qui
solo verbo negauit christum, quia fides eius non defecit sed charitas (teste
iesu christo dicente, ego rogaui pro te, vt non deficiat fides tua) con-
uersus a peccato negationis cum periurio quo perdidit charitatem,
confirmaturus instituit fratres suos, non deponendus. Et hunc imitati patres
marcellinum (qui etiam solo exteriori actu peccasse videtur) deponendum
non censuerunt. di. xxi. nunc autem. Ex casibus autem in quibus
propter conditiones humani iudicij iure diuino vel naturali determinatas pa-
pa in corde fidelis, coram ecclesia vt infidelis deponitur, non consti-
tuitur alius casus quam casus infidelitatis. Nam nihil refert esse et appa-
rere sufficienter quod ita sit secundum humanum iudicium coram
ecclesia, que non videt nisi que foris sunt. nec verius iudicium ab ecclesia
exigit deus, qui naturam hominis insque diuinum condidit. Unde ex his nulla
alia subiectio pape ad concilium habetur, sed illa sola que dicta
est, scilicet in casu heresis, propter supra. Et sic: Si sit catholicus, pa-
pam non iudicat vllus.

An in euentu aliquo papa sine culpa sua subsit ecclesie, ita quod
possit deponi. Cap. xxviij.

VT promissa perficiantur, superest discutere: an in aliquo euentu sine
culpa pape, subsit papa ecclesie seu concilio vniuer-
so ita quod possit deponi. Inuenio siquidem nota-
tos sex casus, in quibus ecclesia sine culpa quidem
pape, sed non sine causa deponere potest papam. Primus est

cum coram vniuersali ecclesia testibus cõprobaret, q papa q diu detentus erat a saracenis iam obijt, ⁊ concilium determinat noui pape electionẽ: ⁊ sic fit, decernendo q pro bono ecclesie etiã si viueret, iste nouus sit papa, potest enim ipsum captiuũ sine spe reditus deponere. Secũdus est, cũ propter indispositionẽ corporalem (puta dementiam) esset inutilis, ⁊ conciliũ per eũ cõgregatum dũ sane mentis esset, decerneret alterũ papã creãdũ. Tertius est, qñ cardinales oẽs statim post canonicam electionẽ petri in papam morerentur: ita q nõ possent publicare electionẽ: tunc ecclesia cum nõ teneatur istum acceptare, alium eliget: ⁊ sic istum deponet: quia duo simul esse non possunt. Quartus est, quando cardinales etiã viuentes nõ possunt facere fidẽ de electione sua canonica in vnũ: vt videtur accidisse in scismate magno ab vrbano. vj. vsq ad martinum. v. tunc ecclesia deponit nolentes renunciare: vt in cõcilio constan. factum est. Quintus est, quãdo propter cõmunem errorem aut estimationem subditorum aut ipsorũ malitiã generalẽ, presumitur q nunq̃ prestabũt obedientiã tali qui fuit rite electus in papam, alteri tamẽ nouiter eligendo parati sunt obedire: vt si forte greci vellent ad vnitatem ecclesie redire, dummodo tolleretur papa iam existens, ⁊ nouus rite canonice crearetur. Et confert hoc ex autoritate iuristarũ, dicentiũ religiosum professum posse vxorẽ ducere pro salute magne gentis aut conuersione ad fidem. Sextus est, quando papa verus iuramento vl' voto seipsum ad cessionẽ obligasset, sed differret adimplere in scandalũ populorũ putãtium ex tali facto pape, q nec ipsi votis aut iuramentis proprijs obligant: vt iohã. xxiij. cõtigisse vr in principio cõcilij cõstantiensis.

Sed ex nullo euentu cõcilium posse deponere papam. Quis ex hoc haberi posset quod supra dictum est: scilicet q euentus locum habent in his que humani iuris determinationi subsunt: non in his que solius diuini sunt iuris (qualis est autoritas immediate a christo tradita, que ad depositionem fidelis pontificis exigitur) examinando tamen singulos idem apparebit inconcussum permanere. ¶ In primo itaq euentu de papa captiuo, duo tanguntur. primum retrogrado ordine est, q nulla existente spe reditus, ⁊ nullo patente accessu, potest per concilium deponi. Quod primitiue ecclesie gestis non consonat: quia petro seruato in carcere, ⁊ sine humana spe reditus ac accessus ad eum (quia inter tot milites vinctus cathenis, post tot custodias erat) non depositio tractabatur, sed oratio fiebat sine intermissione ab ecclesia ad deum pro eo: ⁊ sic per ecclesie orationem liberatus est. Secundum, q constito per testes de morte, licet non ita fuerit, potest eligi alter. Et hoc non aliter verum est, q̃ q constito per testes q martius marthe mortuus est, licite ipsa martha nubit alteri, filiosq generat: ⁊ tamen adueniente primo marito, qui reuera non erat mortuus, ad primum maritum (qui solus est vere maritus) redire eam oportet, alioquin adultera esset. Sic namq esset in casu hoc: redderetur quippe pape viuo sponsa sua, etiam non veniente (quia vbiq presens est) ⁊ ex humano errore electus papa cessaret. ¶ In secundo euentu de dementia perpetua, dicitur q papa non potest deponi: sed si constat de dementia perpetua, cum sit mortuus vita rationali, secundum quam homo est subiectum papatus, sine concilio generali possunt cardinales procedere ad alterius electionem: vtpote sede vacante in veritate non minus quam cum sedes vacat per renuntiationem. ¶ In tertio euentu de morte omnium cardinaliũ dicitur quod cum ecclesia videat solum que foris sunt, si electio pape non constat ecclesie sufficienter, tunc nullus est papa certus ecclesie et propterea ecclesia non deponit papam in foro suo, licet deponat papam in foro conscientie. Hoc autem non solum posse, sed debere ecclesiam facere, ex eo patet, quod ille posset eam decipere dicendo se electum, ⁊ tamen non esset. Unde euentus iste et quartus de defectu probationis, nihil aliud inferunt nisi quod papa incertus ecclesie potest deponi: quod gratis conceditur. Sed non est questio de hoc, sed de papa certo: paria enim apud ecclesiam sunt, non esse et non apparere. ¶ In quinto euentu rebellionis communis, dicitur quod quia non sunt facienda mala vt eueniant bona, nec periculis humanis subueniendum est vsurpatione diuine authoritatis, nec debent mali ex iniquitate reportare commodum cum iniuria innocentis, non potest papa deponi. Si enim boni faciant quod in se est: et orationi vacẽt sine intermissione omnem solicitudinem suam in eum proijcientes, cui est cura de ecclesia, impossibile est vt desit diuinum adiutorium: scriptum est enim: timete dominum omnes sancti eius, quoniam nihil deest timentibus eum. ¶ In sexto euentu dilate cessionis post votum et iuramentum, breuiter dicitur, quod licet ipse teneatur ex voto et iuramento cedere: ecclesia tamen non potest ipsum ad hoc cogere inuitum, quia potestatem coactiuam super fidelem papam non habet. Et bene hic caue: quia non valet argumentum: papa tenetur ad hoc, ergo potest ad illud per ecclesiam cogi. patet namq quod tenetur ad solicite vigilandum, ad non fornicandum, et infinita alia, et tamen non potest cogi ab ecclesia: vt in ca. si papa. di. 40. patet. Quibus autem scandalum prebetur de suo periurio et voto facto et alijs huiusmodi preueniens dominus dixit: super cathedram moy si sederunt scribe et pharisei: que dicunt facite, secundum vero opera eorum nolite facere. ¶ Et sic patet, quod papa ordinaria potestate a iesu christo tanta donatus est, cum ipsius est institutus vicarius, vt ei apostoli, ecclesie singula membra et communitas subiecta sit, ipse vero soli ipsi iesu christo subiectus viuat, sicvt in nullo euentu nulloq casu nisi heresis proprie sumpte iudicari aut deponi possit, nisi ab ipso domino iesu christo. Pro cuius fide, ecclesia et apostolica sede hec ipso donante scripsi Rome die duodecimo octobris anno salutis. 1511. etatis vero mee. 43. Rogoq lectores omnes, vt soli veritati intenti, passiones, sectas, paternas traditiones, casus, voluntarias glosas, omnemq nebulam a mẽtis acie abijciant: ⁊ sic censores se exhibeant rectos. Ad dei, ⁊ gloriose virginis marie, et apostolorum petri et pauli laudem et honorem. Amen.

¶ Tractatus Thome de Uio Caietani: Cardinalis. s. Xisti de comparatione authoritatis pape ⁊ concilij finis.

¶ Ad Nicolaum a Flisco episcopũ cardi. sabiñ. Thome de vio caietani, cardinalis. s. Xisti: de cõparata authoritate pape ⁊ concilij apologia.

¶ Prologus: in quo ratio, intentio ordoq operis est.

Charitas Jesu christi, sancteq eius ecclie, romane in christo pater, protector ⁊ dñe, cogit me virum periculosum, eneruatorem ecclesiastice potestatis, falsarium, adulatorem atq blasphemum, ad hec quidem exemplum illius sequi, qui cum malediceretur nõ maledicebat, ad obiecta autem contra doctrinam in opusculo de comparatione autoritatis pape et concilij per me edito, tueq romane dominationi dicato contentam, pro veritate respondere. ¶ Et licet plura obiecta sint: que a viris doctis (pro quibus solis opus illud scripsisse me ibi sum contestatus) facile soluerentur: quia tamen sapientibus et minus sapientibus debitores sumus, qui parati esse debemus omni poscenti nos rationẽ reddere de ea q̃ in nobis est fide, ideo responsiones iuxta obiectorum amplitudinem extendende sunt. Uisus est autem conueniens ordo: si obiectiones iuxta ordinem capitulorum illius libelli afferantur atq soluantur, erunt siquidem hec velut commentaria illius. ¶ Rogo igitur imprimis omnes: vt meminerint sermonis formalis ⁊ subiecte materie: mediteturq diutius, anteq̃ sententiam proferant: ne multiplicatis argumentis pro gloria ingenij, res tanta de qua agitur, in disputationem dialecticam aut etiam sophisticam deducatur. ¶ Et quoniam communia singulis, et radices ramis preponi debent: ideo et latius et altius sm vires repetenda sunt rei huiusmodi fundamenta. Sciendum itaq est, q cum iura positiua ab ecclesiastica sint condita potestate, ⁊ in q̃stionẽ vertet ipsius autoritatis ecclesiastice subiectũ: nõ ex iure positiuo, sed naturali vel diuino, aut vtroq veritas pẽdet vt ex causa, a positiuo aũt iure vt a teste. Et sm luminis mihi cõcessi facultatẽ duo sola sunt fundamẽta (alterũ iuris naturalis, alterũ iuris diuini) in quibus vniuersa moles doctrine extollẽtur

communitatem ecclesie supra papam in potestate, sic ꝙ papa sit illi subditus, sustinetur: que si euulsa fuerint, ruent omnia. Primo igitur hec tractanda sunt sex capitulis: deinde singillatim singulis iuxta propositum ordinem respondendum.

❡ In quo fundamentum iuris nature examinatur. Caput .i.

Ex naturali igitur iure stabilitur autoritas cōmunitatis ecclesie supra papā: in hoc ꝙ de iure nature est, ꝙ cōmunitas pfecta ⁊ libera est, ad quā spectat prouidere sibi de principe: ⁊ tueri se cōtra eum qñ in destructionem vtitur potestate, et cogere, punire ac amouere illum qñ demeretur. Huic eñ principio si adiungatur, ꝙ ecclīa vniuersalis est cōmunitas pfecta ⁊ libera: ⁊ ꝙ ordo gratie institutus a iesu christo non tollit sed perficit naturam: manifeste concluditur, ꝙ ad ecclesiam vniuersalem spectat prouidere sibi de papa, ⁊ tueri se contra eum, ⁊ punire, ac etiā deponere illum, ⁊ vniuersaliter esse supra illum.

Hec ratio q̄uis in ca.27. soluta sit, ex eo ꝙ dñs iesus ecclesiam nō reliquit in hoc liberā: altius tñ eadē tractādo dicimus, ꝙ natura regiminis cum sit multiplex ex ipso nature fonte (nā quoddā naturaliter in vno, q̄ est naturale caput cōmunicationis illius, residet: vt patet in regimine domus: cuius autoritas naturaliter in patrefamilias est. quoddam vero naturaliter in ipsa cōmunitate multitudinis manet: vt patet in regimine ciuitatis secluso omni superaddito dño) ecclīasticū regimen cū domesticū ⁊ ciuile cōplectatur (iuxta illud apl̄i ad eph.4. estis ciues sctōrum ⁊ domestici dei) ac p hoc alius q̄d sit, non ex diuine potentie immēsitate, nec ex diuine sapiētie, iustitie aut bonitatis decētia (qm̄ non est impossibile apud deū omne verbum, nec dedecere deū potest quicq̄d vult) qualis nature sit, sꝫ ex ipsa natura facti cōtemplandū est. Sicut eñ domesticū regimē ⁊ politicū ex ipsis diffinimus, ita oportet ecclīastici regiminis naturā ex seipso speculari. ❡ Et qm̄ naturalis ppagatio regiminis sicut ⁊ aliarū rerū, orte rei naturā ostendit, libet intueri ꝙ ecclīa nō a singularibus aut a cōmunitate, sꝫ a capite homogeneo iesu xpo initiū sumpsit originis, pfectionis ⁊ potestatis, propter qd̄ ecclesie sue dixit ioā.15. nō vos me elegistis, sed ego elegi vos. ❡ Natura igitur ecclīastici regiminis ab ipsa sua natiuitate est: non vt in cōmunitate sit, nec vt a cōmunitate ad vnū vel plures deriuetur (quēadmodum accidit in regimine ciuili humano) sed vt in vno certo principe suapte natura sit. Et cum princeps iste vnus atqꝫ idem dñs iesus heri hodie ⁊ in secula viuat ⁊ regnet, s̄m naturalis iuris consequentiam oportet, vt ad ipsum principē nō ad communitatē ecclesie spectet in sua absentia ordinare de vicario: non cōmunitatis ecclesie (que vtpote serua nata principandi iure caret) sed ipsius principis naturalis dñi communitatis ecclesie. Et hoc ipsum saluator noster per semetipsum exequi dignatus est, dū petrum apostolum solū instituit suū vicarium post resurrectionem anteq̄ꝫ celos ascenderet: vt patet ioan.vlti. Relinquitur igitur ꝙ sicut princeps ecclesie nō a cōmunitate ecclesie naturaliter autoritatē habet, ita illius vicarius non ab ecclesie cōmunitate, sed a iesu christo autoritatē naturaliter habet. ❡ Patet ergo primo, ꝙ ecclesie cōmunitas s̄m propriā naturam considerata, nō est talis nature, vt ad ipsam spectet prouidere sibi de principe: ac per hoc nec ad ipsaꝫ spectat suapte natura punire, deponere ⁊ alia huiusmodi contra principē suum: qr serua (vt dictum est) nata est. ❡ Patet scdo, ꝙ ecclesie cōmunitas s̄m propriā naturā sumpta non est talis nature: vt ad ipsam spectet instituere aut destituere vicariuꝫ sui principis, qui vocatur papa. Et si ecclesie communitas potestatem aliquam habet in disponendo de vicario principis, quecūqꝫ sit illa, non habet illam ex sua natura, sed aliunde.

Ex his autē facile patet euulsum esse fundamentum iuris naturalis pro potestate ecclesie supra papā. qm̄ falsum assumit dicēdo ecclesiaꝫ esse cōmunitatem liberā quo ad ius principandi, licet sit summa libera libertate gratie: quin potius ex ipso nature iure supposita ecclesie natura, quam deus illi statuit, oppositum sequi monstratum est. Unde ordo gratie non tollit in ecclesia nature ordinem: qui ibi natus est esse. Non enim in ecclesia natus est esse ordo talis: vt eius sit ius principatus: ⁊ a gratie ordine tollitur: sed in ecclesia ex sua natura natus est ordo talis, vt ius principatus sit non in se, sed in dño suo naturali. Et hunc nature ordinem in ecclesia, consequens est ꝙ gratia non tollat sed perficiat: et iesu christi sapientia disponens omnia suauiter complectatur. ❡ Facillime quoqꝫ patet ex hac radice prouenire, ꝙ omnia que inducuntur conuenire alicui corpori mystico ad ius principatus spectantia: non spectant ad communitatem ecclesie ex sua natura. Dico autem ad ius principatus spectantia: propter ea que ad priuatas personas spectant: vt vim vi repellere cum moderamine inculpate tutele, ⁊ auferre gladiuꝫ de manu furiosi, ⁊ siquid eiusmodi est. hec siquidem discernendo non fallemur. ❡ Signum autem infallibile seruitutis ecclesie communitatis quo ad ius principatus est: ꝙ non potest sibiipsi regimen retinere, nec duobus aut tribus committere, hec enim posse communitatem liberam, manifestum est. Potest enim ⁊ per seipsam regere, potest et triumuiratum instituere, et alia huiusmodi, etiam supra regem quem eligunt, quod ecclesiam non posse manifeste liquet: alioquin posset aut in pluribus simul locare potestatem iurisdictionis pape, aut officium aliquod supra papam quo ad iurisdictionem et regimen ecclesie instituere in vno vel pluribus suppositis, sic ⁊ a talibus nominandis, quod loco ipsius communitatis ecclesie ecclesiam ⁊ papā regeret. Quia igitur naturale ius fundatum supra ipsam ecclesie naturam, non instituit ecclesiaꝫ supra iesu christi vicarium: perscrutandum est, an aliunde ex iure .s. diuino ecclesie communitas hoc habeat ius.

❡ In quo fundamentum iuris diuini examinatur: ⁊ pro quo ecclesia sumitur, cum dicitur, dic ecclesie. Caput .ij.

Et licet hoc a multis affirmetur: et in constantiensi atqꝫ basiliensi conciliis diffinitum sit, ꝙ ab ipso principe iesu christo ecclesie communitas habet immediate potestatem supra papam ipsius principis vicarium: nullibi tamen in sacra scriptura (in qua ius diuinum promulgatur) hoc haberi asseritur: nisi matthe.18. vbi dominus ait: Si peccauerit in te frater tuus 2c. et subdit: Dic ecclesie: ⁊ si ecclesiam non audierit: sit tibi sicut ethnicus et publicanus. Amen dico vobis quecunqꝫ solueritis super terram, erunt soluta ⁊ in celo: et quecunqꝫ ligaueritis super terram, erunt ligata ⁊ in celo. In his enim verbis patet ꝙ ecclesie, non alicui eius membro (ecclesia enim non aliquod membrum, sed collectionem eorum significat) datum est vt audiat, excommunicet, liget soluat omnem fratrem: et quecunqꝫ super terram. Pluraliter quippe subiectum est, quecunqꝫ solueritis: ad ostendendam ecclesie autoritatem. ❡ Ex hoc textu apparet primo, ꝙ ecclesia habet immediate autoritatem a domino iesu christo. Per seipsum quippe hoc dixit ecclesie, non minus q̄ꝫ petro cum dixit: pasce oues meas ⁊ quicquid solueris super terram 2c. ❡ Apparet secundo, ꝙ quum vicarius principis huius sit frater cuiusqꝫ fidelis (iuxta illud matthe.23. omnes vos fratres estis) ꝙ si peccauerit in me, potest denunciari ecclesie: et procedi secundum subsequentia. ❡ Apparet tertio, quia eiusdem potestatis est esse ordinarium iudicem vicarij principis et aliorum singulorū membrorum ecclesie ⁊ ordinare de illis, ꝙ ex hoc eodem textu ecclesie communitas instituta est simpliciter superior ad ordinandum de vicario dñi ⁊ alijs ecclesie membris.

Hec ratio q̄uis in capitulo.9. illius libelli multipliciter tractata ac soluta sit: altius tamen et latius (si fieri a me potest) repetenda est: quia hinc omnia pendent. Et quoniam principia cognoscimus ex terminis: examinemus primo quomodo oportet hic sumi ecclesiam quum dicitur, dic ecclesie: et si ecclesiam non audierit 2c. Oportet namqꝫ sermonem hunc verificari de ecclesia, aut vniuersaliter .i. de omni ecclesia: aut singulariter de ecclesia vniuersali: seu de ecclesia simpliciter, aut de aliqua determinata ecclesia, aut de ecclesia indistincte non determinando hanc vel illam. Cum enim sermo sit de ecclesia in actu audiendi ⁊ iudicandi, alius modus esse nō potest, quo de ecclesia hoc verificetur. Oportet enim aut omnibus, aut alicui ecclesie, aut toti vniuersali ecclesie competere iudicium hoc a domino traditum. ❡ Et quidem ꝙ non singulariter de sola vniuersali ecclesia sermo sit, ex hoc conuincitur: ꝙ preceptum hoc domini de denunciatione peccantis proximi in me, non me obligat ad recurrendum ad vniuersalem ecclesiam. Non enim oportet vt peccante in me fratre meo, et post adhibitos testes incorrigibiliter pernicioso, dicam concilio vniuersalis ecclesie: vt patet. Et tamen si sermo iste esset de sola vniuersali ecclesia, preceptum domini ad hoc obligaret: quia obligat ad dicendum ecclesie vniuersali iuxta hunc sensum.

Esset enī sensus.si peccauerit in te frater tuus ₇c.dic ecclesie vñ.
⁋ Amplius.Si in hoc textu data est potestas ecclesie vniuersali,
cū non sit ei data maior intensiue ptās q̄ȝ petro,vtriqȝ enim eadē
potestas data est:dū vtriqȝ dicitur:q̄ȝcunqȝ ligaueris vel solue-
ris super terram ₇c.)q̄uo ecclesie cōitas maiorē sibi q̄ȝ petro po-
testatem iurisdictionis vsurpat?Q̄uo rursus christus eterna sa-
pientia duas equales intensiue potestates in ecclesia absqȝ tertia
supra ambas instituit:mutuo enī se impedient:cum par in parem
non habeat imperiū.Q̄uo perplexas reliquit oues,vel libertas:
vt aut obediant cui volunt,aut neutri:aut vtriqȝ precipienti con-
traria simul?Nō igitur est sermo p̄fitus textus de sola ecclesia vñ.
⁋ Et p idē patet,ꝙ nō est sermo de ecclesia simpliciter:vt distin-
guitur contra ecclesiam talem(vtputa mediolanensem,bononien
sem ₇c.)hoc enim nihil aliud est dicere,q̄ȝ ꝙ est sermo de ecclesia
vniuersali,qd̄ exclusum est.Et qꝛ nō est maior ratio de vna eccle-
sia q̄ȝ de alia,ideo patet ꝙ nō est sermo de aliqua ecclesia deter-
minate,nec de omni collectiue aut distributiue,pp̄ter p̄dictam rō
nem:quia nō teneor denūciare oībus ecclesiis peccātē in me frēȝ.
Sed sermo est de ecclesia indistincte seu indefinite:ita ꝙ ecclesie
datū est iudicium fratris peccātis nō determinādo hanc vel illā.
Et qm̄ actiones sunt singularium:₇ actor sequitur forū rei:deter-
minatur in quolibet ecclesia a fratre peccante:ad ecclesiā.s.fra-
tris peccantis.⁋ Ita ꝙ sensus literalis illius tex.est si peccauerit
in te frater tuus,dic ecclesie illius:₇ si illā non audierit ₇c.Et ad
hoc proculdubio obligat preceptum absqȝ vllo incōueniēti,₇ cōi
animi cōceptione ac cōsuetudine ecclesie roboratur:disponit nāqȝ
sic intellecta doctrina dñi,omnia suauiter.Nec fallaris male intel
ligendo ecclesiam peccantis fratris:qm̄ ecclesia illius est nō sola
sua propria,sed queciqȝ alia iurisdictionē h̄ns super illā:vt patet.
⁋ In quo discutit̄ qd̄ significet ecclesia cū dr̄,dic ecclesie.Ca.iij.

DE hoc Rursus vocabulo ecclesie vidēdum est
quid significet in hoc textu,quum dici-
tur,dic ecclesie.Et ne in multitudine expositionum
vagi estimemur,admittatur ecclesiam proprie sumi
pro conuocatione seu collectione fidelium.⁋ Aiunt
autem isti ꝙ ecclesia hoc in loco significat cōmunitatē fidelium
non in seipsis,sed in prelatis eorum,siue papa intersit siue non.
⁋ Sed ꝙ hic non sit sensus literalis,ex eo patet ꝙ in vna ₇ eadeȝ
significatione oȝ intelligere in hec textu ecclesie nomen respectu
cuiuscūqȝ peccātis ecclesia sit.Quum enī vt ex dictis patet,indi-
stincte dictum sit,dic ecclesie peccātis fratris(quam ille tenetur
audire)₇ nō magis de vniuersali q̄ȝ particulari aut econtra,opor-
tet vniuoce significare ecclesiam quum applicatur ad vniuersalē
₇ quum applicatur ad particularem:vt patet.Cōstat autem ꝙ cū
denunciandus est frater ecclesie mediol̄.siue ecclesie,non p̄cipi-
tur a domino ꝙ dicat ecclesie illius.i.communitati,siue ep̄s inter
sit siue nō.Ergo cum p̄cipitur dicendum ecclesie indistincte,nō
intelligitur cōitas,siue caput velit esse siue non.⁋ Unde sciendū
est,ꝙ lȝ ex vi vocabuli dic ecclesie,siḡficet dic,conuocationi pro-
culdubio fideliū:ex contextu tn̄ litere(qꝛ subdit̄ amen dico vobis
q̄cunqȝ solueritis sup terrā ₇c̄.)sumit̄ ꝙ nō de quacunqȝ conuoca
tione fideliū,sed de autoritatiua intelligitur:alioquin conuocatio
fideliū mediolañ.sine eius p̄lato haberet a dño potestatē iudican
di ₇c̄.Perinde ergo est dic ecclesie,₇ dic autoritatiue conuocatio-
ni.Cōstat aūt inductiue in singulis ecclesiis,ꝙ autoritatiua cōuo
catio nō est,vbi p̄latus illius cōuocationis deest:igit̄ nec autori-
tatiua cōuocatio oīm fideliū est,vbi oīm fideliū pastor ₇ rector q̄
est papa,deest omnino.s.tā per se q̄ȝ p aliūm.Et est sermo de auto
ritatiua conuocatione seu ecc̄lia simpliciter ₇ absolute,₇ non ƀm
q̄d,seu respectu huius:puta pape heretici deponēdi,vel electiōis
future ₇c̄.inq̄rimus siquidē nūc sup autoritatē simpliciter ₇ absolute.
⁋ Explanatur aūt amplius qd̄ dicimus.s.ꝙ in noīe eccl̄ie in hoc
textu claudit̄ illius eccl̄ie p̄latus.Qꝛ si nō includit̄ p̄latus illius,
oportet alterū duorū dicere:aut ꝙ cōmunitas fideliū in eccl̄ia ali
qua particulari habeat etiā inuito ep̄o a dño iurisdictionis pote-
statē excōmunicandi ₇c̄.aut ꝙ nō de cōmunitate sit dictū,dic ec-
clesie,₇ similiter ꝙ nō est ei dictū.q̄cunqȝ solueritis sup terrā ₇c̄.
Sequela patet:qꝛ eccl̄ie data est autoritas,₇ si noīe eccl̄ie intelligit̄
cōmunitas,ipsa cōmunitas velit nolit,ep̄i autoritatē habet:et si
nō habet,relinquit̄ ꝙ ipsa nō significatur eccl̄ie noīe hoc in loco.
Primū aūt horū affirmari nō potest:secundū igit̄ est verū.In cu
ius signū,sacrorū doctorū et cōsonat glosa,dic eccl̄ie.i.p̄lato vt
capiti cōuocationis.Iuxta hūc etenī sensum etiā ipse q̄ est papa,
dicere potest crimē alterius eccl̄e.i.autoritatiue cōuocationi:vt
nicolaus papa.xj.q.iij.ca.p̄cipue,lothario regi cōmminādo scri-
bit.Nec obstat ꝙ ipsemet sit illius caput:qꝛ hoc est p accidēs.s.ꝙ
denunciās ₇ p̄latus cōuocationis coincidāt in vnā ₇ eandē perso
nā.⁋ Et si bene cōtextus euāgelij notet̄,vbi vult dñs autoritatiuā
cōuocationē adhiberi,in qua ex pluralitate cōuocatorū cōcilij vi-
gor,ex autoritate aūt prelati autoritas iudicij inueniret̄.Propter
qd̄ etiā conuertit sermonē ab ecclesia ad p̄latos:cum enī prius de
eccl̄ia dixisset,dic eccl̄ie:₇ si illā nō audierit ₇c̄.nō subdidit,amen
dico vobis,quicq̄d soluerit eccl̄ia sup terram:sed subdidit,amen
dico vobis,quicq̄d solueritis,insinuās p hoc cōmunē quidē con-
uocatiōis cōcilio correctionē tractandā:p̄latorum aūt autoritate
soluendū ligādūqȝ(iuxta cōclusa)p eccl̄iam esse.⁋ Pluraliter aūt
dixit solueritis,vel propter pluralitatē conuocatorū ad tractandū
₇ concludendū,vel propter pluralitatē capitū in pluralibus eccle
siis,de quibus indistincte dixerat:dic ecclesie.
⁋ In quo discutit̄,an dñs per illa verba matth.18.dederit imme
diate potestatem ecclesie:₇ q̄ȝtam ei dederit. Caput quartum.

QUamuis Aūt ex eccl̄ie in hoc textu suppo-
sitione ₇ significatione:manifestū
sit,ꝙ ad eccl̄iam vniuersalē nō restringit̄ pres nō lite
ra,sed ꝙ indistincte de ecclesia est sermo:adhuc ta-
men obscurū remanet:₇ pp̄terea declarādū:an dñs
immediate dederit potestatē iurisdictiōis eccl̄ie indistincte,₇ q̄ȝ-
tā autoritatē eidē dederit.⁋ Est autē ratio obscuritatis in primo:
qꝛ si dñs dedit immediate potestatē iurisdictionis eccl̄ie fratris
peccantis in me:quū quelibet eccl̄ia sit talis,sequit̄ ꝙ q̄libet ec-
clesia habeat immediate ptātem iurisdictionis a domino:quod
non bene sonat:si autē nō dedit omni ecclesie fratris peccantis
in me:quum non sit maior ratio de vna q̄ȝ de reliqua:nulli dedit
in hoc textu:quod non admittitur.⁋ Nō autē obscuritatis in se-
cundo est:quia equalem potestatem cōtinent verba dicta in hoc
textu ecclesie:₇ verba dicta petro,scilicet quecūqȝ ligaueritis su
per terram,erunt ligata ₇ in celo:₇ quecunqȝ solueritis super ter
ram,erunt soluta ₇ in celo.Non consonat autē equales esse in ec-
clesia dei potestates iurisdictionis non habentes in eadem ali-
quam tertiam supra se:principatuum enim pluralitas mala est.

PRincipiū Autem huius claritatis sumēdum puto a
destructiōe sensus opinati:vt vel sic veri-
tas elucescat.⁋ Dicēdū est ergo primo,ꝙ ipm dñm dare imedia-
te potestatē illam,quecūqȝ solueritis,cōmunitati vniuersalis ec-
clesie,repugnat ordini inter papā ₇ eccl̄iam:qꝛ(vt dictum est)po
nit duas equales intēsiue ptātes iurisdictionis in ecclesia,nō ha
bētes tertiā supra se in eadē ecclesia:a dño immediate ordinatas:
scilicet cōmunitatis ecclesie vniuersalis:₇ pape.Patȝ seq̄la ex tex-
tu matth.xvj.₇ matth.xviij.vbi(vt dictū est)eadē v̄ba vtriqȝ dicta
legunt̄.⁋ Et licet hoc sit ƀm se incōueniēs:maius tn̄ ostenditur:
si attendamus q̄uo xp̄s eterna sapientia,principatuum pluralitatē
in ecclesia istituit,q̄uo mutuo sese impedirēt due potestates:q̄uo
perplexe essent oues christi,vel libere cōtraria p̄cipientibus:vt aut
obedirent alteri ad libitum,aut neutri,aut vtriqȝ ad contraria,
quod est impossibile.⁋ Et quod amplius est,si hec etiam ponere-
tur data immediate potestas vniuersali ecclesie,vnde sibi pote
statem supra papā habētem equalē cōmunitas ecclesie,vēdica-
ret:cū par in parē nō habeat imperium.Quū enī ptās intensiue
equa sit,qua rōne eccl̄ia supra papā,qꝛ mēbrū eius iurisdictionē
haberet,qꝛ dictū est:si peccauerit ₇c.dic ecclesie:eadem ratione:
quia ecclesia est ouile pape,qꝛ dictū est:fiet vnum ouile,₇ vnus pa
stor,papa supra ecclesie cōitatem iurisdictionē haberet,aut neu-
ter sup alterū. ⁋ Dicendū est scd̄o,ꝙ ipm dare immediate pote-
statem illā:q̄cūqȝ solueritis ₇c.cōmunitati cuiuscūqȝ eccl̄ie,repu
gnat consuetudini eccl̄ie(₇ est semp sermo de cōitate eccl̄ie vt ad-
uersarij intelligunt:scȝ siue p̄latus adsit,siue nō omnino).Patȝ hoc
ex cōi ecclesie consuetudine,qua talis cōitas inuito suo ep̄o ₇ pa-
pa nō pōt absoluere ₇ ligare:que tn̄ posset,si a dño immediate ha
beret potestatē cōitas cuiusqȝ eccl̄ie.⁋ Dicendū est tertio,ꝙ ipm
dare immediate illā ptātē:q̄cunqȝ solueritis sup terrā,erit ₇c.in
sua amplitudine vt sonat,cuicumqȝ ecclesie autorizate pp̄rio capi
te,nisi cuius proprium caput est papa repugnat ecclesiarum ordi
ni essentiali:₇ earum professioni.Ordini quidē:quia si ex hoc lo-
co summa autoritas cuicumqȝ ecclesie autorizate proprio capite
(vt dominus loquitur)indistincte data asseritur a domino imme
diate,oportet dicere duo,primo ꝙ q̄libet eccl̄ia immediate haber

autoritatē a dño. secūdo, ꝙ q̄libet ecclesia habet equalē intēsiue a dño potestatē iurisdictionis: q̄uis extēsiue vna excedat alterā, ⁊ vniuersalis ecclesia oēs. Et cōuincit̄ sequela vtriusq̄: q: ecclesie indistincte, immediate ⁊ equaliter datū est (vt patet in litera et ex dictis) ⁊ nō magis vni q̄ alteri: vt patet ibidē. Et ex hoc sequitur vltertius vtraq̄ pars contradictionis. s. ꝙ vna eccl'ia est superior simpliciter ⁊ nō est supior simpliciter altera. Nā ex eo ꝙ q̄libet ecclesia habet a dño in suos potestatē, sequit̄ ꝙ eccl'ia vna, puta vniuersalis est superior simpliciter qualibet eccl'ia particulari (vtpote eius mēbro) ac ꝙ hoc potest disponere ⁊ ordinare de illa: ⁊ ordinare aliq̄d de illius potestate, irritādo si secus factū fuerit. Ex eo vero ꝙ q̄libet ecclesia habet a dño immediate potestatē equalē intēsiue, sequit̄ ꝙ eccl'ia vniuersalis nō potest aliquid subtrahere potestati iurisdictionis eccl'ie particularis: potestas. n. data alicui a principe, nō potest ab inferiori auferri. Et cōsequēter sequitur, ꝙ eccl'ia vniuersalis nō est simpliciter superior s̄m potestatē iurisdictionis respectu eccl'ie particularis: supioris. n. potestatis iurisdictiōis simpliciter est posse irritare inferioris actū, si hoc faciat. Reliqua incōuenientia q̄ sequunt̄ ex equalitate intēsiua potestatis iurisdictionis in qualibet eccl'ia (vtputa ꝙ subditus non tenet̄ magis vniuersali q̄ particulari obedire, ꝙ par in parē habet imperiū, ꝙ q̄cq̄d ab vna fit, a reliqua potest impediri, ⁊ reliqua) viris mediocriter doctis relinquo deducenda. ¶ Professioni a sit ecclesiarum hoc repugnat: q: papa reseruante vel prohibente ⁊c. ecclesie reliquę potestatem iurisdictionis in reseruatis prohibitis ⁊c. se non habere confitent̄: quod non vere dicerent si illam potestatem a dño immediate accepissent. Et est sermo semper in huiusmodi de dare ordinario iure potestatem.

Ex quibus oībus collige, quū hec potestas tam ampla soli petri eccl'ie cōueniat, ⁊ hec verba nō soli petri eccl'ie dicta sint, ꝙ p hec verba aut nulla ordinaria potestas iurisdictiōis data est, aut nō tā ampla vt est illa data petro. Et vere sic est. Uerba siq̄dē dñi manifeste cōtinēt potestatē iurisdictiōis in eccl'ia (nec hoc vertēdū est in dubiū) sed nō cōtinēt ꝙ p ipsa data sit a dño talis potestas: vt discurrēdo p singula, ⁊ ratione manifestat̄. ¶ Discurrēdo q̄dē p singula: nā p illud v̄bum, dic ecclesie, nulla dat̄ ptās, sz p̄cipit̄ denuntiatio. pinde. n. est, dic ecclesie, ac dic iudici: vbi pz non dari iurisdictionē, sed p̄cipi denunciationem. Per illud vero, si eccl'iā non audierit, sit tibi sicut ethnicus ⁊ publicanus: quum pinde sit, ac si iudicem non audieris sit tibi sicut ethnicus ⁊ publicanus: manifeste pz nullam dari potestatem, sed in casu pertinacie euitationē illius a dño indici. Per illud demū, amē dico vobis, q̄cunq̄ solueritis ⁊c. nullā etiam dari tunc potestatem ex eo patet, ꝙ nec petro ex eisdē verbis (s. quicquid solueris ⁊c.) vlla data est tunc potestas: sed post resurrectionem dñi, quum dictum ei est: pasce oues meas.

¶ Ratione aūt. Nam potestas iurisdictionis contenta in his dñi verbis, aut est data tunc ecclesie, cui dñs loquitur, aut non est data tūc: inter hec. n. cū contradictorie opponant̄, non dat̄ medium. Si non, habet̄ intentū. Si est data tunc ecclesie, ergo cuilibet collectioni seu conuocationi fideliū, cui ecclesie nomē vere cōuenit, data est a dño immediate potestas illa iurisdictiōis: hoc autē spectat ad heresim pauperū de lugduno, dicentiū ꝙ vbi sunt fideles congregati in noīe dñi, ibi est potestas, eo ꝙ potestas sequit̄ scritatem psone: solū. n. differt ab ea s̄m vnum ⁊ multa. Sequela autē patet: q: dñs indistincte de ecclesia loquens, ad q̄cunq̄ eccl'iam peccātis fratris preceptū sententiamq̄ extendit. Cōstat aūt collectionē seu conuocationē fidelium sine prelato aliquo inter eos ecclesie nomē vere habere. ¶ Et confirmat̄ ꝙ de talium collectione oporteat istos concedere ecclesiā ibi dici: q: quod est, non fit, ⁊ habenti non dat̄ qđ habet. si ergo ecclesia per hec fit habens potestatem, ipsa non habet illā. ergo illa collectio in sermone est q̄ non habet autoritatem, sed hinc accipit. Et cum non sit maior ratio de vna q̄ de alia: sequitur idē qđ prius. s. ꝙ quelibet fideliū collectio a dño hinc habuerit autoritatem iurisdictionis. ¶ Si dicatur, ꝙ ecclesie nomine intelligitur hic collectio fidelium autorizata: tūc currit ratio prius dicta de ordine essentiali ecclesiarū. Et obstat ipsum dare: quia habenti non datur: ⁊ quod est potestatē habens, non fit potestatem habens.

Quia igitur ex predictis patet, ꝙ autoritas iurisdictionis in verbis dñi continetur: ⁊ non est per hec verba data: dicendum est, ꝙ per hec verba dñs vltra preceptum de correctione fraterna, denuntiatione illiusq̄ ordine, efficaciam ecclesiastice potestatis iurisdictionis ad literam expressit per illa verba, si ecclesiam non audierit ⁊c. ⁊ quecunq̄ solueritis super terram ⁊c. ostendit. n. tāte efficacie ecclesie esse sententiā: vt indubie a nobis seruanda, ⁊ in celo rata sit. Et hoc solum p illa verba dñs fecit: potestatem. n. ecclesie al's supponebat. ¶ Et potest admitti ꝙ pmisit illā per illa verba, q̄cunq̄ solueritis. sed ad vtrūq̄ horum. s. ꝙ potestas supposita est ⁊ promissa, sat est, si q̄nq̄ data est. et similiter quo ad modū, si mediate vel immediate data est. Petro siquidē, ac p hoc eius eccl'ie immediate potestatē dedit post resurrectionem dicens: pasce oues meas, reliq̄s vero ecclesijs mediante petro s̄m cursum ordinarium: q̄uis dispensatiue mediantibus alijs apl'is: q̄bus potest cōcedi hoc esse pmissū. ¶ Est ergo sensus literalis verborū dñi, ꝙ tanta esset futura ecclesie cuiusq̄ autorizate potestas in sibi subditis vt sic: vt sententia eius ⁊ coram hominibus ⁊ in celo esset valida. Et hic sensus est amplectendus: vtpote cui omnia consonant: ⁊ series textus, ⁊ sensus verborū, ⁊ autoritates sanctorū, ⁊ consuetudo ecclesie, ⁊ euitatio omniū inconuenientium: q̄ omnia propter iam dicta hic ⁊ in libello illo prosequenda omitto. Satis eñ patere puto hec: ⁊ ꝙ promissioni dñi sufficiat exhibitio quam mediante petro ordinarie: et mediantibus alijs apostolis per viam legationis omnibus ecclesijs fecit.

¶ Quomodo ecclesia habeat potestatem iurisdictionis que in verbis domini continetur: an scilicet ratione sue totalitatis, an ratione partis. Caput quintum.

Qualia autem constat ecclesiā: de qua dñs loquitur, habere potestatē iurisdictionis: q̄uis tamē eā p illa verba non sit ei data, ⁊ varijs modis intelligi hoc potest: oportunum videtur discutere modum, quo potestas iurisdictionis est in ecclesia. ¶ Sciendum igitur est, ꝙ dupliciter potest intelligi ecclesia ad literam cui peccatum fratris peccantis dicendum mandat dominus, habere potestatem iurisdictionis in foro exteriori (de quo est sermo) iuxta duos modos quibus de ecclesia, q̄ quoddam totū significat, aliquid verificatur. Primo ratione partis. secundo ratione ipsius totalitatis seu totius. Sicut de homine, qui etiam quoddā totū est, dicimus ꝙ videt ꝙ audit ⁊c. ⁊ verificatur ratione partis: q: videt per oculū, audit p aurem ⁊c. ⁊ rursus dicimus de eodē, ꝙ pfectiuum est aialium: ꝙ est animal politicum ⁊ huiusmodi: ⁊ verificatur ratione ipsius totius: vt patet. Et quidem ꝙ de ecclesia ratione partis (puta capitis verificatur ꝙ habet potestatem iurisdictionis soluendi ⁊ ligandi in foro exteriori, dubiū non est, ⁊ sic solū (vt probabit̄ amplius) ad literam verificari potest sermo euangelij, ꝙ ecclesia habeat potestatem. Qđ autē de ecclesia ratione ipsius totius hoc verificet̄, multipliciter imaginari potest. Primo accipiēdo ecclesiam quasi totum homogeneū. i. similis nature p totum. prout ecclesia est collectio fidelium: oēs eñ fideles inq̄tū fideles, vnius sunt nature. Et sic esset sensus, ꝙ ecclesia. i. collectio fideliū habet potestatē iurisdictionis ⁊c. Et si in hoc sensu intelligat̄, dic ecclesie, sequit̄ ꝙ cū in fide nō sit differentia sexus ⁊ status, ꝙ ecclesia laicorū ⁊ feminarū haberet iurisdictionē in foro exteriori. Et tenet sequela, tum q: oēs fideles sunt eiusdē nature, tum q: si contingat in aliqua eccl'ia mori clericos oēs, remanet ibi vere ecclesia in hoc sensu. i. collectio fideliū: ⁊ consequēter s̄m istā phātasiam illa haberet potestatem excommunicandi. Imo si bñ considerat̄ sumendo ecclesiā vt totū homogeneū: q̄ñ fides sola est eius natura, accidit illi toti, ꝙ aliqua eius pars sit status clericalis: q: in illo toto vt sic potestas ponit̄. secūdo ergo, potest intelligi sumendo ecclesiā vt totū etherogeneum. i. dissimilis nature: prout ecclesia constat ex oībus membris officialibus (puta ep̄o, sacerdote diacono, vel alijs quomodolibet assignandis membris) hoc eñ totū est quasi corpus constans ex oculis, manibus ⁊c. Et sic esset sensus, dic ecclesie. i. conuocationi integre mēbrorum ecclesie. Et si in hoc sensu intelligat̄, ꝙ ipsum totum ratione sue totalitatis habet potestatē iurisdictionis, obstant tria. primo ꝙ equalis potestas intensiue poneretur in qualibet ecclesia: q̄ñ vna tñ potestas a dño nominata est: ⁊ non magis de vna q̄ de alia ecclesia: vt patet in litera: ⁊ ex antedictis. secundo ꝙ esset maior intensiue potestas in ecclesia quam illa, quodcunq̄ ligaueris super terram ⁊c. Et tenet sequela: ꝙ potestas totius ecclesie ratione sue totalitatis ponitur superior, etiam respectu papatus. Falsitas autem consequentis patet etiam ex verbis domini eadem verba replicantis, que Petro dixerat: scilicet quecunq̄ solueritis super terram. tertio quod non esset data

a xpo imediate Matth.xviij.qd tñ est totum fundamētū istoꝝ. Et tenet seq̄la: q2 tunc non erat institutū sacramentū ordinis: ꝙ cōstat esse institutum simul cum eucharistie sacramento, pridie ꝙ dñs pateretur. Nō igitur dedit dñs tunc ecclesie .i. communitati sacerdotum, diaconorum ⁊ epōrum (qui integrant generale conciliū) potestatem iurisdictionis: q2 nō erāt sacerdotes, nec diaconi, nec episcopi, nec clerici: nō enim autē nihil datur. ❡ Et si dicatur ꝙ dñs tunc non dedit: sed promisit se daturum in illis verbis: quecunq; alligaueritis ⁊c. Habeo intentum ꝙ nullibi in sacra scriptura habetur, ꝙ dñs per semetipsum immediate ecclesie cōmunitati potestatem iurisdictionis dedit. ❡ Et si instetur: q2 quod promisit seruauit. Patet responsio, ꝙ non promisit per semetipsum immediate se daturum (vt patet in litera) ⁊ ideo non oportet, ꝙ hoc obseruauerit: satis namq; fecisset promissioni sue, sicut in veritate de facto verificauit illa verba sua mediante petro in vniuersis ecclesijs ❡ Qz igitur de ecclesie communitate quomodolibet sumat, non verificantur ratione sue totalitatis verba dñi matth.18. in q̄bus totum fit fundamentum ex autoritate scripture, ⁊ tota aduersariorum opinio stat in hoc, ꝙ communitas ecclesie ratione sue totalitatis habet potestatem immediate a dño: consequens est vt verba domini verificentur de ecclesia ratione partis (puta capitis) vt predictum est. Et propterea communis animi conceptio fidelium est, dic ecclesie .i. prelato ecclesiastico ratione cuius ecclesia ipsam potestatem habet.

❡ Quomodo potest (condescendendo multorum sensui) intelligi ꝙ ecclesia ratione sue totalitatis habere potest ⁊ habet quandoq; potestatem aliquam iurisdictionis. Caput .vj.

Obseruandum quoq; est, ne fallamur, vidētes quandoq; autoritatem iurisdictionis ecclesiastice in ecclesia ratione sue totalitatis: ⁊ propterea falsa iudicemus predicta. Non enim docuimus aut docemus nō conuenire ecclesie potestatē quandoq; ratione sue totalitatis: sed sic non esse datam ei a dño iesu christo immediate per illa verba matthe.18. Non nego enim ꝙ episcopi orientales conuenientes, possint simul quasi vnum corpus ⁊ vnam autoritatem ex suis conficere, se etiam singulos subijciendo illi: ⁊ sic illa potestas in toto illo corpore ratione sue totalitatis existens, statuet supra illas ecclesias, actusq; iurisdictionis exercebit. Sed tamen nihil poterit illa potestas, nisi quod ex potestatibus singulis ⁊ illarum subiectis consurgere potest. Propter quod si esset aliquid reseruatum ro. pontifici, non posset potestas illa absoluere ab illo. ❡ Et similiter omnes vniuersi orbis prelati, mortuo summo pontifi. vel sine illo, si conuenirent communicando in vnum corpus ⁊ vnanimes in constituendo, constituerent in tota synodo illa potestatem vnam super omnes ecclesias, his tamen exceptis, que summi pontifi. sunt propria. Simili quoq; modo quum papa cum reliquis prelatis orbis concilium celebrando simul cum eis constituit, absoluit dānat ⁊c. communicando cum alijs quasi vnus ex eis facere videtur. In his enim omnibus ⁊ similibus non est aliqua potestas immediate data a domino iesu christo ipsi communitati primo nec est aliqua extranea potestas a potestatib⁹ ptialibus: sed velut potestas totalis consurgēs ex partialibus. ❡ Quemadmodū eñ in naturalib⁹ inuenitur differre forma a forma dupliciter: scilicet vt vna forma separata ab alia: vt forma solis a formis mixtorum: et vt forma totius a forma partis, vt humanitas ab anima hominis, ita potestas pape differt ab alijs primo modo: et potestas synodi differt ab his ex quibus accumulatur, secundo modo. Et ista potestas in tota synodo p viam cōmunionis seu accumulatiōis in cōmuni a singulis ptibus liberalius vel minus liberalr, prout partibus ⁊ precipue principi videtur, qui nūq; totam suam autoritatem accumulare in communi intelligit, sed q̄tum ad illa tractanda expedit. In cuius signum non intelligit se subijcere synodi potestati coactiue: q̄tuncunq; statutis synodi consentiat, communibus omnibus ecclesie personis. ❡ Et ex hoc patet, ꝙ si tota ecclesia secluso papa aliquem preficeret cure ecclesie, ille esset subditus pape, nec posset a casu papali absoluere: quod non esset: si ecclesia haberet vniuersalem ⁊ plenam potestatem immediate a christo ratiōe sue totalitatis secluso papa. Et similiter papa potest q̄tum est ex potestatis autoritate, tollere statuta concilij generalis etiam de consensu ⁊ autoritate sua facta: quod non esset, si ecclesia integra ratione sue totalitatis haberet potestatem vniuersalem ⁊ plenam a domino Jesu christo. ❡ Ex omnibus autem dictis euulsam iam esse radicem ex iure diuino opinatam potestatis ecclesie supra Papam, liquido apparet.

❡ Apologie secunda pars.

Et sic cum vtriusq; iuris: naturalis scilicet et diuini fundamentum ademptum sit: ad singula obiecta descendendum est. Caput j.

Dixi in capite tertio illius libelli dominum ordinasse sic ecclesie regimen: vt petrum summum pontificem instituerit, a quo via ordinaria in reliquum ecclesie potestas deriuaret: et ꝙ ipse dominus via preuentionis gratuite apostolis alijs potestatem dedit.

Obijcitur contra. In ecclesia fuit potestas electiua pape: antequ petrus fuerit papa: ergo cum maiori apparentia diceretur christum cum fecit petrum summum pont. preuenisse ecclesiam: et id ex gratia Petro contulisse quod ecclesia potuisset ordinare ex christi institutione, q̄ ꝙ preuenerit petrum dando apostolis potestatem. Antecedens probatur: quia potestas electiua est in ecclesia a christo Matth.xviij. ⁊c.

Respondeo Quod assumptum est falsum: nam cum electio pape sit vicarij principis electio, et ordinarie electio vicarij vniuscuiusq; principis viui et presentis spectet ad ipsum principem, consequens est, vt cum dominus vsq; in diem ascensionis vt princeps presens fuerit in ecclesia, ad ipsum ordinarie spectabat tunc electio sui vicarij. ❡ Nec vnq̄ inuenitur quod in Matth.xviij. nec alibi dominus dederit ecclesie ius eligendi suum vicarium ipso presente. Unde dominus non preueniendo, sed instituendo ⁊ exequendo qd promiserat Matth. xvj. tibi dabo claues regni celorum ⁊c. ⁊ ioan.x. fiet vnum ouile et vnus pastor, petrum papam et papatum simul instituit. Rursus (vt per antedicta patet) Matth.xviij. potestas electiua pape non est data ecclesie. Quomodo autem et vnde potestas electiua pape sit in ecclesia, inferius in ca xxij. dicetur. ❡ Et aduerte hic, quod preuentio quam, ego dixi, super ipsius ecclesie et sanctorum determinatione fundatur. Quod enim a petro ordinarie potestas in reliquum ecclesie corpus deriuanda sit, leo in ca. ita dominus di.xix. manifestat. Quod etiam dominus ipsum ordinaria via instituerit, ex hoc quod non ipsum solum: sed in ipso omnes successores suos instituit habetur: hoc enim statuentis non preuenientis est: sicut per oppositum, quia reliquos apostolos in proprijs tantum personis: ⁊ non in successoribus suis legatos vniuersales fecit, ad preuentionem gratuitam spectat. Hec enim ecclesia fatetur, petri solius successorem vniuersali potestate cognoscens. ❡ Et per hoc etiam patet non fuisse in ecclesia ante institutum petrum papam, potestatem electiuam pape. Nam tantam potestatem habet nunc q̄tam tunc: quum papa non possit illam auferre, et dominus qui instituendo dederat, eam statim non diminuerit preueniendo secundum illos in institutione petri. Quemadmodum igitur poterat tunc quemlibet alium episcopum in papam eligere, ita mortuo petro qui ex gratia factus fuerat a principe, potest alium episcopum q̄ romanum papam instituere. Et sic ro. pontifex recognoscere debet se prelatum ceteris ab ecclesia, hoc illi concedente, non auferendo saltem: cuius tamen oppositum docet pelagius in ca. q̄uis. distin.xxj. Sancta ro. ecclesia catholica et apostolica, nullis synodicis constitutis ceteris ecclesijs prelata est, sed euangelica voce domini et saluatoris primatum obtinuit. ❡ Amplius. Si dominus immediate dedit hanc potestatem electiuam pape vniuersali ecclesie, qua presumptione clerus romanus et populus eius ⁊c. vsurpauerunt sibi hanc potestatem electiuam pape tanto tempore antequ institutum aut approbatum fuerit per generale concilium de electoribus: qua conscientia tot sancti viri, electionem toti ecclesie a christo commissam irrequisitis alijs a paucissimis tractauerunt, fecerunt, acceptauerunt, exercuerunt. Sed de his latior erit sermo. Hec autem dicta sunt ad ostendendam falsitatem assumpti in hac obiectione.

Diri in ca. q̃rto eiusdē, ꝙ ꝓualuisset sñia ioã. ⁊c. Sed obio ꝯdictiõis ꝑprie in cap. 13. tractabitur. ¶ Cap. ij.

Dixi in ca. sexto eiusdē, papã esse caput eccl'ie vniuersalis: nõ solum singulorum membrorũ: vt inimici veritatis glossant.

Obijcitur contra hoc dupliciter. Primo, q: falsum est papã eẽ caput ecclesie vniuersalis collectiue sumpte. ¶ Tum. qm̃ ecclesia non est petri, sed christi: iuxta illud math. 16. super hanc petram edificabo ecclesiaꝫ meã. non tuã. Tũ, quia papa est minister ecclesie, non dominus: ecclesia autē est cui ministratur: ac per hoc maior: iuxta dictũ saluatoris. maior est qui recumbit, quã qui ministrat. ¶ Tum, quia omnes autoritates dicentes papã esse caput ecclesie, intelliguntur de ecclesia pro singulis ecclesijs particularibus, respectu quoꝝ est caput ministeriale: ⁊ nõ pro tota eccl'ia collectiue. ¶ Secundo, quia licet concedatur petrũ esse caput ministeriale etiã totius ecclesie vniuersalis: non tñ oportet omnē proprietatē capitis in eo saluari: ⁊ specialiter superioritatē in autoritate respectu tot⁹ residui. Et hoc precipue, quia tota ecclesia non dicitur corpus petri: sed corpus christi: vt patet ad rom. 12. ¶ Et confirmatur hoc, quia rex dicit̃ caput regni: non tñ propterea est regno congregato superior, sed qualibet eius parte.

Rñdeo. Et ad primũ quidē probationē primã, ꝙ ecclesiã non esse petri sed christi, non arguit petrũ nõ esse caput eius: sed petrũ non esse caput illius ex se, sed loco christi: vt patet. ¶ Ad secundã vero probationē, ꝙ petrũ esse ministrũ ecclesie vt cui ministrat, non est esse inferiorē potestate, sed exercitio: vnde ipse dominus de seipso dicit, ꝙ venit ministrare: ⁊ papa vocat se seruũ seruoꝝ dei: ⁊ sic est in veritate. Ecclesiã autē esse maiorē papa vt finis est maior eo quod est ad finē, verificatur ꝙ est esse melius: in his eñ que nõ mole magna sunt, idē est maius qḋ melius secundũ august. papatus siquidē est propter ecclesiã, ⁊ nõ econtrario. Unde ex hoc, ꝙ papa non est dominus sed minister, ⁊ ecclesia maior bonitate ⁊ nobilitate nihil habetur contra potestatē capitis, contra quã tenditur. ¶ Ad glossam demũ cõmunē, dicitur ꝙ licet multe autoritates possent sic glossari, non omnes tamē sunt illius capaces: vt in libro ostensum est. ¶ Ad secundũ autē dicitur, ꝙ ecclesiã non esse corpus petri, sed christi, verũ est: quia christus non solũ caput mysticũ eius, sed mysticuꝫ suppositum ipsius est: vt patet ad ephe. 1. Ubi de christo duo dñr. s. ꝙ est caput ecclesie: ⁊ ꝙ ecclesia est corpus eius. Et prime ad cor. 12. expresse dicitur. sicut. n. vnũ corpus est, ⁊ multa mẽbra habet, omnia autē mẽbra corporis cũ sint multa: vnũ tamen corpus sunt: ita ⁊ christus. Ex hoc aũt, ꝙ ecclesia est corpus christi ⁊ non petri: non sequitur ꝙ petrus non sit caput loco christi: sed ꝙ petrus non sit ille qui operatur per mẽbra huius corporis, sed christus: qui per petrũ ⁊ ceteros operatur. Et similiter non sequitur: ꝙ illud caput loco christi non sit superius autoritate residuo corporis christi: vt manifeste liquet. ¶ Ad confirmationem dicitur dupliciter. Primo ꝙ nullus dicit: ꝙ ex esse qualitercunqꝫ caput alicuius multitudinis, sequatur potestas iurisdictionis super illa multitudine: cũ multipliciter aliquid possit dici caput alterius metaphorice. Papa aũt est sic caput, ꝙ est pastor, episcopus, ⁊ rector totius ecclesie: ⁊ non solũ singularũ: vt autoritatibus ⁊ ratione ibi probatũ est. ¶ Dicitur secundo, ꝙ sicut rex est caput regni: ita superior eo. ⁊ propterea rex qui dependet a regno collectiue, non est caput illius: ⁊ ideo non est superior eo, sed singulis partibus. Rex autē qui etiã a regno collectiue non dependet (vt est rex regum) est caput etiã totius congregati, ⁊ superior eo. Unde arguere ab esse caput in rege dependente a regno, ad esse caput in papa, non est rectũ, eo ꝙ papa non dependet a regno ecclesie, nec vices ecclesie gerit sicut rex talis vices regni: sed solius iesu christi vicarius est.

Diri in eodē ca. 6. ꝙ potestas electiua ipsius pape in pape potestate est. Sed q: in ca. xxij. latius tractatur: ibidem obiecta soluentur.

¶ Caput tertium.

Dixi in eodē ca. 6. ꝙ non est maioris autoritatis cõcilium autorizatũ a papa, quã ipse papa.

Obijcitur cõtra. Primo ex glossa i ca. legimus, 93. di. Statuta concilij generalis preiudicant statutis pape, si contradicant. ¶ Secundo, quia constitutio calcedonensis concilij preualuit reclamationi leonis de constantinopolitana sede: vt patet in ca. antiqua. de priuilegijs. ⁊ 22. di. renouantes. ¶ Tertio, quia consuetudo generalis ecclesie pontificale statutũ abrogat.

Respõdeo. Et de glossa primo dico, ꝙ ipsamet nõ assertiue dicit illã sententiã, sed argumētũ ad illã dicit: vt patet etiã ex seipsa in ca. nemo. q. 9. ad quã se remittit. ¶ Secundo dicitur, ꝙ verificatur de statuto concilij superuenientis statuto pape: quoniã quẽadmodũ ipsemet papa ius condendo priori contrariũ illud tollit (vt patet in ca. licet in sexto) ita etiã cõcilij autorizati a papa constitutio, pape constitutionē priorē cõtrariã tollit. ¶ De vigore autē concilij circa sedē constantinopolitanã, dicitur ꝙ non concludit superioritatē concilij supra papã: sed tolerantiã pape. Uidemus enim continue prelatos cedere multitudini magnatũ: quãuis si potestate vti vellēt, cõpescere possent. ¶ Quãuis de reclamatione leonis nihil in capitulis illis habeatur: imo ibi humilis est loquutio dicentiũ, petimus ⁊c. ¶ De vi autē consuetudinis vniuersalis: dicit̃ ꝙ si hoc concluderet ecclesiam supra papã: concluderet etiã eccl'iã supra seipsam ecclesiã: quoniam etiam statutum vniuersalis ecclesie, generalis consuetudo abrogat: vnde abrogatio istiusmodi non fit potestatiue: sed executiue ex parte ecclesie: ⁊ negatiue ex parte principis: quia scilicet non cogit.

¶ Caput quartum.

Dixi In eodem sexto ca. ꝙ si ecclesia: hoc est communitas ecclesie secluso papa haberet potestatem supra papam: ꝙ ecclesie regimen esset democraticum ✱ seu populare: in quo tota autoritas apud nullum residet: sed in tota communitate.

Obijcitur Contra sequelã: q: non dicit̃ regimē regale, in quo sit vnicus toto residuo superior, quia tunc non esset in ciuilibus aliquod regimen regale, sed quia est vnicus: qui totius populi vices gerit quolibet particulari superior.

Respondeo Q: sequela est optima formaliter intellectis terminis: quia si in tota communitate sola est autoritas: ergo vt sic constituit regimen populare: quantuscunqꝫ magistratum aliquem vnum preficit: constituat aliam speciem regiminis. ¶ Rursus sequela est optima de supremo regimine ecclesie: de quo est questio: quoniam si in tota communitate ⁊ sola est vniuersalis ecclesie potestas: summum regimen: summumqꝫ tribunal eiusdem ad quod omnia resoluenda sunt: esset populare: vt patet: quicquid esset de regimine medio ꝓ vnuz. Unde si in regno aliquo populus est supra regem: manifeste sequitur et ꝙ communitas populi vt sic regimen est populare: et ꝙ summum tribunal est populare: quantuscunqꝫ exerceat per aliam regiminis speciem (puta per regale) supra alios iurisdictionem suam communiter. Nihil igitur obstant obiecta dictis: quoniam cum regimine regali medio: stat supremum populare: de quo est questio: et formalis sermo.

¶ Caput quintum.

Dixi In ca. septimo: ꝓbãdo ꝙ papa eēt supra cõmunitatē totius relique eccl'ie: ex illa autoritate: pasce oues meas ⁊c. ꝙ papa est pastor vniuersalis ecclesie: ⁊ non solum singularum ouium.

Obijcitur Respõdēdo dupliciter. Primo per interemptionem negando. s. hoc. Scdo per limitationem: ꝙ papa est pastor totius ecclesie quãtum ad administrationem pabuli spiritualis verbi dei ⁊ sacramentorum. Hec. n. non exercentur per communitatem sicut actus iuridici.

Respondeo. Et negatio quidem, irrationabilis inferius in 7° ca. ratione monstrabitur: nũc autoritate inducta ostēditur. Quum dñs dicit: pasce oues meas: illimitate admittitur: ergo non est limitandum ad singulas ⁊ non omnes: vt negatio ista limitat: nã singule ⁊ omnes sue oues sunt. ¶ Secunda autem responsio aut nihil dicit: aut seipsam interimit. Nam dupliciter potest intelligi concessum: ꝙ papa est pastor totius ecclesie quantum ad ministrandum verbum dei ⁊ sacramenta. primo autoritatiue, secundo ministerialiter, respectu totius ecclesie. Si autoritatiue: ergo ipse vere superior tota ecclesie communitate est: nam autoritatiue pascere verbo dei et sacramentis: est actus superioris absolute respectu illius qui sic pascit̃: vt patet inductiue. et sic responsio interimit seipsam. Si autem ministerialiter: ergo non habet papa ex se in pascēdo plus quam in actibus iuridicis: potest siquidem et actus iuridicos omnes vt minister ecclesie cõmunitatis apud istos: ⁊ sic responsio nihil dicit.

¶ Est ꝙ papa vere pastor autoritatiue vniuersalis ecclesie ⁊ singularum personarum eius in iudicio ⁊ iustitia ⁊ verbo dei ⁊c. vice illius qui pascit omnes in innocentia cordis.

¶ Capitulum vj.

Dixi in eodem septimo ca. ex illa autoritate. fiet vnum ouile ⁊ vnus pastor: quod papa est pastor illius ouilis: ⁊ non econuerso.

Obijcitur quod christus dixit petro: pasce oues meas: non tuas: ⁊ quod christus dedit potestatem ouili supra pastorem.

Respondeo quod petrum esse pastorem ouium non suarum sed christi: concludit ipsum esse pastorem non ex se: neqꝫ loco ecclesie communitatis: vt obijcientes dicunt: quoniam oues nec sunt petri: nec sunt communitatis ecclesie: sed loco iesu christi: cuius solius sunt oues proprie. Unde ex hoc nihil aliud habetur: nisi quod petrus preest ouili non suo: sed christi: non ex se, sed loco christi. ¶ Quod autem additur christum dedisse autoritatem ouili supra pastorem: voluntarie dicitur: ⁊ ipsis verbis domini dissonat ⁊ repugnat. Dissonat quidem quia ouile illius pastoris ecclesiam constituit. regulare est autem vt pastor presit ouili: ⁊ non econtra. Repugnat autem, vt ibidem deductum est: quia non fieret vnus pastor iuxta verbum dñi: sed duo: scꝫ petrus: ⁊ ipsum ouile. Et qꝛ de petro voce dñi constat dicentis: pasce oues meas: ⁊ quod vnus tantum sit: eiusdem autoritate dñi patet: ꝯñs est vt alter pastor fictus sit contra dñi sniam.

Capitulum vij.

Dixi in eodem septimo ca. ꝙ non minus papa est episcopus ecclesie catholice quam quilibet episcopus sue ecclesie: ex hac propositione inferendo superioritatem eius super ecclesiam catholicam: ⁊ non solum super singula membra: sicut est in alijs episcopis respectu suarum ecclesiarum.

Obijcitur contra similitudinem. Tum quia episcopus particularis gerit vices vniuersalis ecclesie: q̄ est supra suam communitatem. ¶ Tum quia ecclesia particularis cui pficit episcopus: hꝫ superiorē in terris: q̄ preficit illū episcopū.

Rñdeo. Et primo ꝙ ratio non fundatur super similitudine: sed super proprietate huius sententie: papa est episcopus ecclesie catholice: quāuis declaret ex simili: imo eadē ratione in alijs episcopis: ambros. est episcop⁹ ecclesie mediolañ. ⁊c. Unde cū ex ista propōne formaliter intellecta: papa est episcopus ecclesie catholice: sequitur ipsum esse episcopū cōitatis ecclesie: satis habetur intentum. ¶ Obiecta aūt afferunt dissimilitudinem in non causa vt causa. nam in eo quod est esse episcopū catholice vel talis ecclesie: pōt considerari quid importet esse epm: ⁊ potest considerari a quo fiat episcopus. Et obiecta quidem procedunt considerando a quo fiat vel fieri debeat episcopus: nō aūt procedit considerando quid est esse episcopū. Constat aūt ꝙ ad iudicandum de naturis rerum: causa formalis ⁊ ꝙ quid est: concludit efficaciter vndecunqꝫ fiant effectiue: siue. n. hō fiat a deo, vt adā, siue ab alio homine: vt nos: vnius nature sum⁹. Et similiter siue episcopus sit a papa: siue ab vniuersali ecclesia: siue habeat superiorē siue non: vnius nature est inquantū episcop⁹: q̄uis alter⁹ nāe sit inq̄tū subdit⁹. Ut si vt vnico verbo dicatur: rōe de episcopo vt sic loquitur: obiectiōes aūt de epō inq̄tū subdit⁹ alteri ⁊ alterius ⁊ ab altero. Propter quod cum papa sit vere episcopus ecclesie catholice: sequitur vt ibidem dixit, ꝙ est primo episcopus ipsius ecclesie catholice: ⁊ secundario singularū. Tū quia nō minus est ipse catholice ecclesie episcopus q̄ ambros. episcopus ecclesie mediola. esset. n. longe minus: si non esset episcop⁹ tot⁹: sed singulorū mēbrorū tantū. Tū quia actus proprius episcopi, q̄ est superintendere: primo fertur super bono ipsius catholice ecclesie ⁊ secūdario super bono singulorꝫ: vt patet ex hoc ꝙ papa ad hoc tenetur sub peccato mortali ex hoc ꝙ est papa. constat aūt potestates per actus proprios cognosci. ¶ Nec ad hoc video rñsionē: nisi diceret ꝙ papa habet hūc actū inq̄tū gerit vices vniuersalis ecclesie: cui primo conuenit iste actus: ⁊ ex eius cōmissione cōuenit pape. Sed hec rñsio potest 2r intelligi. Primo ꝙ papa habeat hūc actū dependenter ab ecclesia: sicut rex creatus a regno. ⁊ in hoc sensu falsa est: quia sic papa esset vicarius ecclesie: ⁊ non immediate ipsius iesu christi: q̄ ō monstratū est esse falsū: ⁊ amplius mōstrabitur. Secundo potest intelligi: ꝙ papa habet hunc actū ex suo officio: supplendo id quod ecclesie conueniret: si non esset subdita. Et in hoc sensu est vera rñsio: sed nihil obstat rōni: vt patet.

Capitulum viij.

Dixi in eodem septimo ca. ꝙ papa habet supremam potestatē in ecclesia dei: ⁊ ex hoc deduxi ipsuꝫ esse supra vniuersalem ecclesiam.

Obijcitur glosando: primo ꝙ potestas pape dicitur suprema respectu potestatū particulariū: non aūt respectu potestatis cōmunitatis totius ecclesie. ¶ Dicitur secundo ꝙ ex hoc ꝙ ponitur suprema potestas in papa: ⁊ suprema potestas in ecclesia: non sequitur quod sint due supreme potestates in ecclesia dei: quia potestas pape est propter ecclesiam: iuxta illud: posuit vos deus regere ecclesiam. vbi autem vnum propter alterum: ibi vnum tantum: vt patet in topicis.

Respondeo. Et glosa quidem allata repellitur ex magna differentia inter secundū quid ⁊ simpliciter. De papa asseritur simpliciter: ꝙ habet supremā potestatem in ecclesia dei: vt patet in tex. allato ibi. glosa autē ponit papā habere potestatē supremā secūdū quid: quia in respectu ad aliquas: ⁊ non ad omnes potestates in ecclesia dei. ¶ Repellitur quoqꝫ ex literali expositione illius superlatiui supremā: potest. n. exponi negatiue ⁊ positiue. i. non habens superiorē: ⁊ omni alia superior. ⁊ vtroqꝫ modo repugnat glose illi. ¶ Quod autē obijcitur sequele: nihil est: quoniā si cōmunitas ecclesie est tante potestatis ꝙ papa subest ei: oportet ꝙ obiectū propriū potestatis ecclesie ⁊ obiectū propriū potestatis pape se habeant secundū supra ⁊ sub proportionaliter, sicut ipse potestates. Et hoc etiā est manifestū: ex eo ꝙ cōmune bonū ecclesie totius est propriū obiectū potestatis cōmunitatis ecclesie: bonū autē singulorū est propriū obiectū potestatis pape ꝯñr loquendo: quia potestas sua propria secundū illos est primo respectu singulorꝫ: ⁊ respectu boni cōmunis tot⁹: papa nō intromittit se nisi vt vtēs potestate ecclesie vt instrumentū illius. essent ergo verissime due potestates supreme: ⁊ subordinate simul: qđ est ridiculū. ¶ Ad id vero qđ dr: potestas pape est pp ecclesiā. dr ꝙ scđm veritatē est verū: ⁊ nihil iuuat: sed scđm hypothesim eorꝫ non esset propter ecclesiā eodē modo formaliter sumptā: propter quā esset potestas illa ecclesie: quia ista propter ecclesiā collectiue: illa vero propter ecclesiā distributiue. Unde cū regula ex vnitate obiecti non obstet: ⁊ potestas non sit pp potestatē sed sub potestate: non video quomodo obstet regula topica.

¶ Capitulum ix.

Dixi in eodem septimo ca. ꝙ papa est proximus ⁊ immediatus vicarius christi: ergo nullam habet in terris potestatem priorē se: ⁊ inde intuli ecclesiam non habere immediate ordinariam autoritatē a christo: ⁊ papam non mediante ecclesia habere autoritatē ⁊c.

Obijcitur glosando, ꝙ papa dicitur immediatus vicarius christi: quia potestas vicariatus sui: est immediate instituta a christo ⁊ ecclesie collata: ⁊ nō propterea ꝙ habeat a christo non mediante ecclesia. ita ꝙ papa est immediatus vicarius christi: sicut apud apostolum reges sunt ministri dei in vindictam malefactorum: qui tamen mediante populo fiunt.

Respondeo. Et glosa quidem repellitur ex dña inter medium in instituendo principatū: ⁊ medium in principando: differunt. n. hec sicut celum ⁊ terra. Et esse immediatum vel mediatum vicarium: non attenditur secundum institutionem solam: sed secundum ipsum principari. ¶ Declaro singula breuitatis causa in exemplis. christus instituit absqꝫ medio potestatem episcopalem ⁊ sacerdotalem: instituit mediante ecclesia potestatem ordinum minorum: ⁊ subdiaconatus secundū aliquos: in istis est medium in instituendo: in illis non. Papa instituit legatum: qui committit vices suas alteri. legatus principatur sub papa absqꝫ medio: vicarius autem legati cum medio in principando: dependet enim principari huius a principatu legati ⁊ non sola electio ipsius. ¶ Ex his autem liquet quale medium negetur: quum absolute dicitur aliquis immediatus vicarius alicuius principis: quod scilicet negatur medium in principando: vt patet inductiue. Unde cum papa absolute ⁊ absque limitatione aliqua asseratur proximus ⁊ immediatus Christi vicarius: negatur medius principatus inter Christum ⁊ papam inferior Christo ⁊ superior papa: cuius vices gerit Papa. Si enim medius principatus talis est: vt isti concedunt: ponentes ecclesie totius communitatem esse talem principatum: licet papa posset dici

vicarius christi: non tamen potest vere dici simpliciter ꝛ absolute immediatus vicarius christi: sꝫ immediate vicari⁹ eccle: ꝛ mediate ipsius chri. ❡ Immediatio aũt institõnis ptãtis pape a chro nõ facit ipsum papam christi vicarium immediatum nisi secundum quid. s. secũdum potestatis sue institutionem. Sic. n. quilibet eps potest dici immediatus vicarius christi: quia cuiuslibet potestas immediate est instituta a christo. constat autem: ꝙ aliud intendit determinatio ecclesie ꝛ sancti patres: cum asseritur papam immediatum esse vicarium christi. Unde ratio stat in suo robore ❡ Ad id vero quod additur de simili in regibus dicitur ꝙ non dñr proximi ꝛ immediati ministri dei: sed vices multitudinis gerendo: dei ministri proculdubio sunt. Longe autẽ aliter est de papa: qui non gerit vices multitudinis: sed iesu christi. ❡ Et scito ꝙ inter regem creatum a populo: vt saul: vt stando in naturali iure fit: ꝛ regem datum a deo: vt dauid: ꝛ papam factum a christo: vt petr⁹ ꝛ papam electum ab ecclesia: vt reliqui: tanta est in representando populum differentia: ꝙ rex tam creatus a populo quam datus a deo populum ꝛ eius potestatem representat: licet namqꝫ in fieri differãt inter se: quia alter a pplo alr a deo preficitur: in natura tamen officij ꝛ potestatis non distinguuntur. Nam quemadmodum organum naturale: puta manus: si sit a deo miraculose: perinde est ac si esset a natura: ita organum politicum: puta rex: cum est a deo: perinde est ac si esset a populo. ꝛ propterea eius potestatem vtroqꝫ modo factus representat ꝛ exercet: illiusqꝫ vices gerere dicitur: ꝛ non dei immediate. Papa autem siue a christo immediate: siue ministerio ecclesie mediante factus: eiusdem etiam est nature ꝛ potestatis: ꝛ non repñtat potestatem populi ecclesiastici: nec ipsum: sed dominum iesum christum immediate: ꝛ illius solius vices gerit immediate. ❡ Et ratio diuersitatis in rege ꝛ papa est: quia potestas regia naturali iure est in populo primo: ꝛ ex populo deriuatur ad regem: potestas autem papalis supra naturam est: ꝛ diuino iure in persona vnica: non in communitate primo est. statuente christo ioan. 10. formam supremi ecclesiastici regis in vnica persona: cum dixit: alias oues habeo: ꝛ illas oportet me adducere: ꝛ fiet vnum ouile ꝛ vnus pastor. ꝛ determinante eodem talem formam ad personã petri sua in perpetua successione ioan. vlt. cum dixit illi: pasce oues meas. Unde papa solius christi vicarius est: ꝛ non ecclesie. ꝛ propterea diffinitum est per ecclesiam: ꝙ papa in beato petro officiũ suũ vniuersale suscepit: vt patet ex allatis in libello ꝛc.

❡ Capitulum 10.

Dixi in eodem 7° ca. conclusionem hanc pape potestas est supra ecclesiam vniuersalẽ ꝛ concilium generale vt distinguitur contra papam.

Obijcitur primo autoritate aug. in epistola ad glorium eleusium: felicem grammaticum ꝛc. que inter epistolas est 162. vbi loquens de depositione ceciliani carthagin. episcopi: dicit: Ecce putemus illos episcopos qui rome iudicarunt: non bonos iudices fuisse. restabat adhuc plenariũ ecclesie vniuersale concilium: vbi etiã cum ipsis iudicibus causa posset agitari: vt si male iudicasset cõuicti essent: eorum sententie soluerentur ꝛc. Et inter episcopos rome iudicantes: comprehendit melchiadem papam: vt patet ex epistola illa. ❡ Ex quibus verbis manifeste sequitur: ꝙ a papa ꝛ concilio simul particulari: pt appellari ad concilium vniuersale: ꝛ sententia eiusdem solui. ❡ Secundo autoritate octaue synodi: canone. 21. cuius pars habetur. 22. di. in ca. diffinimus. vbi dicit: Uniuersalis synodus cũ conuenienti reuerentia: quamlibet questionẽ de rom. sede exortam audire tenetur: ꝛ in ea proficere: non tamen audacter sentẽtiam in romanum pontificem dicere. ❡ Ex quo patet ꝙ licet omnem questionem de romana sede diffinire habeat synodus: id tamen cum reuerentia propter illius eminentiam facere debet. ❡ Tertio autoritate damasi pape: que ponitur inter epistolas ambrosij: epistola. 72. vbi damasus dicit respondendo. Cum huiusmodi fuerit concilij capuẽsis iudicium: vt finitimi Bonoso atqꝫ eius accusatoribus iudices tribuerint aduertimus ꝙ nobis iudicandi forma competere non posset. nam si integra esset hodie synodus: recte de his que vestrorum scriptorum comprehendit series decerneremus. Uestrum est igitur qui hoc recepistis iudicium: sententiam ferre: vicem. n. synodi recepistis: quos ad examinandum synodus elegit. Et infra. Uos enim vt scripsimus: totius synodi vice dei decernitis: nos quasi ex synodi autoritate iudicare non conuenit. ❡ Ex quibus manifeste patet primo ꝙ papa dicit se non posse de illa causa cognoscere: de qua posset: si synodus adhuc esset integra. i. nihil commisisset. ❡ Secũdo: ꝙ papa confitetur non solum concilium esse eo in iudicãdo superius: sed etiã deputatos per concilium: in ea causa in qua deputati sunt. Quarto autoritate canonis in ca. si duo. di. 79. vbi dicitur: ꝙ si duo contendunt de papatu: concilium est iudex: ergo habet superioritatem in vtrũqꝫ: nullus enim est alterius iudex ordinarius: quin sit iurisdictione superior. ❡ Quinto ratione. Papa ꝛ reliqui prelati quicquid iudicant ꝛc. faciunt vt ministri ecclesie: non solum finaliter (id est: propter ecclesiam) sed effectiue autoritate ecclesie: ergo in ecclesia est primo autoritas. Antecedens probatur: quia agere dicuntur secundum intentionem ecclesie. Sequela autem est manifesta. ❡ Et confirmatur. Quia suffragia quibus priuatur excommunicatus: ꝛ indulgentie non sunt prelatorum sed ecclesie. ❡ Et confirmatur iterum. Quia sicut deus cõdens humanum genus: dedit potestatem regiminis ciuilis ad finem naturalem: non vni: sed communitati ꝛc. ita regenerans idẽ ad finem supernaturalem: dedit potestatem spiritualis regiminis ad illum finem communitati ecclesie ꝛc. Et sicut quandoqꝫ prouidit populo: dando principem: vt Moysem: ita prouidit Ecclesie: dando Petrum. ❡ Et confirmatur tertio. Quia aliter politia ecclesiastica non esset ita bene ordinata sicut ciuilis: nam ista potest prouidere sibi: principe potestate abutente in destructionem: ecclesia autem non posset: si non esset superior papa. ❡ Et confirmatur quarto. Quia ipse papa esset miserabilior ceteris: si a malo compesci non posset. ❡ Et confirmatur quinto. Quia papa est ecclesie filius ac per hoc subditus. Antecedens patet ex ambros. in libro de symbolo: non habebit ibi deum patrem: qui noluit habere ecclesiam matrem. Sequela patet prouerb. 10. stultus despicit matrem suam. ❡ Sexto etiã ratione. Si papa habet potestatem super totum residuum ecclesie collectiue: ergo potest aliquem actum iurisdictionis in illud totum etiã inuitum exercere. sed hoc est falsum: quia non potest illud totum excommunicare aut interdicere: nec ad aliquid ipso renitente obligare: vt patet per illud august. Leges instituuntur cum promulgantur: firmantur cum moribus vtentium comprobãtur. di. 4. cap. in istis. ❡ Septimo. Quia potestas ecclesiastica prius tempore est in ecclesia quam in aliquo summo ponti. quia illa fuit instituta ꝛ ecclesie collata Matth. 18. ista autem ioan. vlti. petro data est. Et ideo si christus petrum papam non instituisset: potuisset hoc ecclesia facere: committendo ei suam potestatem: nec potuisset illam ab eo auferre: nisi ex causa rationabili: sicut populus potest respectu Regis.

Respondeo. Ex autoritate illa augustini nõ sequitur concilium esse supra papam: sed dupliciter argumẽtum ex illa deficit. ❡ Primo. Quia equiuocat de concilio. nam questio nostra est de concilio distincto contra papam seu seclusio papa: quod est concilium acephalum. Augu. autem loquitur de vniuersali concilio cũ papa: vt patet ex hoc: ꝙ posuit presentiã iudicum. i. episcoporum qui iudicauerant. Constat autem ꝙ non licet arguere a concilio: ad concilium acephalum. ❡ Secũdo deficit. Quia ex hoc: ꝙ restabat refugiũ cõcilij vniuersalis: infertur superioritas: ꝛ est enim hic sophisma consequẽtis. Potest enim recursus iste haberi propter multas causas. s. exclusionẽ suspitionis: pleniorem discussionem: maiorem sapientiam: personalem tractatum: ꝛ quicquid eiusmodi est: vt patet ex continua cõsuetudine appellantium ad eundem iudicem (puta papam) plenius informandum: ꝛ causam per alios tractaturum iudices ꝛc. ❡ Et hoc consonat literali sensui augustini. vbi propter presentiam omniũ prelatorum potuisset causa ita discuti: vt etiã iudices qui primo in partibus ꝛ qui secundo rome iudicarunt: personaliter presentes rationes iudicij cõferre potuissent: ꝛ vniuersali oim iudicio decerni: ꝛ etiã dissolui prius male iudicatum. Ad nihil. n. horꝫ exigitur maior autoritas intensiue quam pape: sed sua sufficit cum maiori discussione sapientia ꝛc. vt quotidie videmus. Est etiã cum his omnibus in cõcilio vniuersali maior autoritas extẽsiue: ꝛ maior solẽnitas iudicij: que omnia sententiam eius omni exceptione maiorẽ reddere vñr. ❡ Ad secundam ex autoritate octaue synodi: dicitur ꝙ male exponuntur verba synodi: dẽo quod synodus negat modum iudicandi papam (s. audacter) ꝛ non iudicium ipsum. Et quod hec expositio sit mala probatur: quia ly audacter: aut importat vitium audacie: aut importat autoritatem. Si primum cum illud sit vitandum respectu cuiuscunque; ꝛ non solum respectu

pape

pape, ridicula esset decisio synodi, ꝙ ipsa non debet vitiose vel ex
passione iudicare papā ⁊c. Si secundū, haberet̄ cōtrariū expositionis allate. ¶ Unde literalis sensus est, ꝙ dicere sententiā in romanum pōtificem est audacie vitiū: illa siqdem negatio ꝑposita non
modum solū, sed totū negat. Dicēdo igit̄ non tm̄ audacter dicere
sententiā in romanū pontificē, significat ꝙ nō nisi audacter dicere potest sententiā in romanū pontificē. Sicut cū dicimus, ꝙ de
manifestis licet nobis iudicare, de cordis aūt occultis nō licet nobis temere diffinire: nō intēdimus negare modū diffiniēdi tm̄ (puta temere) sed intēdimus determinare ꝙ ipsa diffinitio de occultis cordis est temeraria. Determinat ergo ly audacter naturā iudicij in papā: sicut ly temere in exēplo dato naturā iudicij in cor. Et
propterea ex hac autoritate habetur oppositū eius qd̄ arguentes
intendūt. In cuius signū synodus dicit sibi cōpetere audientiā ⁊
progressum in q̄stione de papa cū reuerētia, ⁊ de sententia subdidit illā negatiuā: quam nō subiunxisset, si etiā sententia cū reuerētia sibi cōpeteret. ipsa quippe distinctio expositionis cōfutate defectū ostēdit. ¶ Cū aūt legeris hec, memēto ꝙ sermones morales
de ijs sunt q̄ regulariter accidūt. In casu quippe heresis ptinacis
in papa, synodi iudiciū depositiuū pape absq̧ audacia eēt. ¶ Ad
tertiū ex autoritate damasi, dicit̄ ꝙ neutrū deductorū ex illa autoritate sequit̄. Nā in illis verbis nō negat potentiā, sed formā iudicandi sibi competere posse. Et huius negationis causam reddit,
nō impotentiā aut subiectionē suā, sed indecentiā: vt patet in illis
verbis. hoc aūt familiare est principibus. Quin etiā si dixisset se
nō posse iudicare, verū dixisset, ⁊ a cōsuetudine principū nō recessisset: q̄ ea se negāt posse facere, q̄ indecenter facerēt si exaudirēt.
Cōstat aūt ꝙ indecens est determinationes cōcilij etiā prouincialis soluere, quāto magis cōcilij generalis: quorū decreta etiā papam in foro conscictie ligant, nō minus q̄ꝫ propria, vnde ⁊ fm̄ sacros canones ad romanū pontificē precipue spectat seruare statuta patrū. ¶ Et si notaueris eandē autoritatē, contra arguētes facit: pro quāto insinuat excellentiā suam tantā, ꝙ eū quasi ex synodi autoritate iudicare nō conuenit. ¶ Ad quartū ex autoritate canonis, dicit̄ ꝙ gratis cōcessum est ꝙ papa incertus subdit̄ concilio. Duobus eñ contendentibus incertis, iudicat ecclesia: sed si
alter esset certus ⁊ indubitatus, eccl'ia non iudicaret. sed adiuuaret certū, obediēdo, condēnando antipapā ⁊c. ¶ Ad quintum ex
ratione, q2 p̄lati sunt ministri eccl'ie, dicitur ꝙ prelati dicunt̄ ministri christi ⁊ ecclesie. Christi quidē ⁊ effectiue (q2 ab illo habēt suā
potestatē effectiue) ⁊ suppositaliter, mystice tñ, q2 oēs prelati sunt
velut mēbra christi: iuxta illud augu. sup ioan. si prepositi ecclesie
pastores sunt, quomodo vnus pastorem. nisi q2 sunt illi oēs vnius
mēbra pastoris. Ecclesie aūt integre (id est cū capite suo, qd̄ christus est) ministri etiā dupliciter dici possunt. s. effectiue ratiōe partis. s. capitis, a quo habent prelati autoritatē, ⁊ integraliter: q2 sunt
membra ecclesie reliquę a capite, non vt suppositi, sed vt corporis
mystici partes integrales. Et hec dicimus loquēdo de p̄latis ecclesie absolute, nō de isto ordinato ⁊ instituto ab illo: sic enim esset
questio de illo ⁊ alio: ⁊ sic de alijs. ¶ Ex quibus patet, ꝙ p̄lati ecclesie proprie loquendo nō sunt ministri ecclesie effectiue, nisi ratione capitis. s. christi: ⁊ consequenter non sunt ministri eccl'ie vt dn̄e,
nisi ratione capitis, propter qd̄ paulus dicit: Siquid ego donaui
in persona christi. ⁊ rursus, Sic nos existimet homo vt ministros
christi. Ex hoc aūt ꝙ ministri ecclesie dicuntur agere fm̄ intētionem ecclesie, non plus habetur q̄ꝫ dictum est: q2. s. agunt fm̄ intentionē ecclesie in capite, ⁊ in corpore ab ipso capite diffusam. Quāuis hoc possit etiam intelligi fm̄ intentionem ecclesie. i. fm̄ intentionem ecclesiastico officio debitā: hac enim intentione confici et
conferri dicuntur sacramenta ⁊c. ¶ Ad primam confirmationem,
q2 suffragia sunt non prelatorum sed ecclesie, dicitur ꝙ falsum est
suffragia nō esse prelatorum vt dispensatorum: q̄ꝫuis sint ecclesie
vt integre vt proprietarie: sed hoc nihil aliud concludit. nisi prelatos
ab ecclesia integra ratione capitis potestatem habere. Unde oīa
deficiunt ob equiuocationem ad propositum ab ecclesia integra
ad ecclesiam vt distinctam contra caput. ¶ Ad secundam confirmationem de similitudine conditionis ⁊ regenerationis generis
humani, dicitur ꝙ apertissime constat falsum assumi. ⁊ dissimiliter
deum instituisse. Nam in ordine ad finem naturalē potestatē communitati indidit, ⁊ non vni: in ordine autem ad finem supernaturalem, potestatem dedit vni. ⁊ non communitati. prefecit enim iesum christum fm̄ ꝙ homo est, in principē ⁊ caput omnis ecclesie:
vt patet, ⁊ hoc non ꝑueniendo sicut in ciuilibus. sed instituēdo: vt
patet. ¶ Et scito, ꝙ argumentū deficit ex eo ꝙ non attēdit ordinē
primariū regenerationis humane sicut attendit primariū ordinē
conditionis humane: sed declinat ad ordinem secundarium ecclesie, qui est in tp̄e absentie principis, qui abijt in regionem longinquam accipere sibi regnum ⁊ reuerti. Que declinatio manifeste defectiua est: q2 primario in vno, primarium in altero reddendum proportionaliter est. Nisi autem secundarius ordo in ecclesia naturam si sequit̄ principalis, absq̧ omni contradictione optimus videtur. Sic autem potestas in vno principis vicario non in
communitate locāda est, ⁊ locata ab ipso principe in petro. Unde
patet ꝙ non preuenit princeps ecclesiam: sed suapte natura ordinem regiminis spiritualis prosecutus. in petro ⁊ eius successoribus vicariatum suum locauit. ¶ Ad tertiam confirmationē, iā patet ꝙ optime prouisum est politie spirituali in suo naturali principe, qui peccare non potest: in ordinatione autē vicarij illius optime quoq̧ prouisum est, dū suauis dispositio seruata est. Supnaturale nāq̧ regimē (quale est papatus) suapte natura supnaturalem defensionē ⁊ remediū sibi vendicat: quale dn̄s iesus christus
sibi autoritatiue reseruādo electionē, ⁊ ecclesie reliquę ministerio
orationū instituit. Hoc eñ suaue ⁊ efficax est remediū: vt in loco
suo inferius amplius monstrabit̄. Unde falsum est dn̄m iesuꝫ christum minus bene ordinasse politiā ecclesie etiā sub suo vicario, q̄ꝫ
politiā ciuilem in humanis: q̄ñ vtrobiq̧ non idē, sed proportionale remedium contra malum principem datum est. Ità ꝙ ecclesia
potest se ⁊ contra illum tueri, ⁊ deponere votis ⁊ operibus ecclesie
proportionatis. s. orationibus, ieiunijs, elemosynis. hec eñ efficaciora sunt ceteris causis secundis: q2 superiores sunt reliq̄s, ⁊ ꝓprie vniuersali saluti ecclesie, sed non oēs capiunt verbum istud.
¶ Ad quartā confirmationē, dicitur ꝙ immediate susceptus sub
cura christi viuēns, ⁊ specialiter de ipso curā habentis, non est miserabilior cūctis. nisi ratione seruitutis vniuersalis. ⁊ periculi maximi, ⁊ huiusmodi. talis autem est papa: q̄ non potest coactiua pena puniri, sed tenet̄ ex amore libere operari. Felicitatis eñ quedā
inchoatio est non miserie, esse in statu in quo non sicut seruus sub
lege, sed sicut liber in gratia cōstitutus homo adhuc mortalis est
positus: vt in papatu contingit. ¶ Ad quintam dicitur, ꝙ papa inquantuꝫ singularis persona est filius ecclesie: quia regeneratus,
nutritus et instructus ab ecclesia sicut ceteri: inquantum autem
papa. est filius ecclesie integre, hoc est cum suo capite, ⁊ pater nō
filius reliquę ecclesie. Sed in his ⁊ similibus aduerte tu, cui hec
⁊ similia obijciuntur, ne equiuocatio de ecclesie vocabulo te fallat, vt ea que dicuntur de ecclesia integra (siue cum capite, siue
cum vices capitis habente) ad ecclesie communitatem secluso capite applicata suscipias: hec enim te deciperent. ¶ Ad sextuꝫ argumentum principale dicitur cum apostolo, ꝙ omnia mihi licent
sed non omnia expediunt: ⁊ rursus omnia possum, sed non omnia
edificant. Conceditur igitur, ꝙ papa potest quantum ex potestatis sue autoritate est, actum iurisdictionis etiam in inuitam ecclesiam reliquam exercere: sed non expediret, si non edificaret. Nec
valet argumentum: non potest illam excommunicare, ergo non
potest aliquem actuꝫ iurisdictionis in inuitam exercere: vt patet.
¶ Ad probationem autem ex autoritate aug. dicitur ꝙ potius ꝓbat oppositum. Si enim leges instituuntur cum promulgantur,
papa promulgando. legem in totam ecclesiam instituit absq̧ ecclesie consensu: potest igitur ipse solus instituere legem in illam.
Firmitas autem ex consensu vtentium. non ex parte autoritatis,
sed exequutionis se tenet. Quod conuincitur ex eo, ꝙ statutū vniuersalis concilij integri etiam consensu vtentium firmatur, ita ꝙ
nō ligat q̄ñ est a dissensu vtentium infirmatū: ⁊ tñ nullus dubitat
vniuersale conciliū integrum firmitatē autoritatis legibus suis
dare. Prouenit autem hec leguꝫ infirmitas ex dissensu vtentium
etiā ab ipsis legislatoribus negatiue: pro quanto tolerando dissimulant, ⁊ implicite reuocant qd̄ fecerunt. Et merito: q2 lex (vt dicitur di. 4. cap. erit) debet esse patrie loco tpīq̧ conueniens. ¶ Ad
septimū dicitur, ꝙ falsum assumit̄: nam potestas ecclesiastica primo fuit in primo summo pōtifice dn̄o iesu christo, qui pōtifex assistens futurorum bonorū eternam redēptionem inuenit. ¶ Falsum
quoq̧ monstratum est esse ꝙ dominus per illa verba que habentur matthe. 18. potestatem ecclesiasticam dederit ecclesie. q̄ꝫuis
promiserit ei super suos subditos: vt superius diffuse discussum
est. ¶ Equiuocatio demum incidit iam dicta, ab ecclesia ad ecclesiam secluso capite declinando. ¶ Reliqua autem que arguendo
afferuntur (s. ꝙ ecclesia potuisset instituere petrum papam) q̄ꝫ
falsa sint ex supradictis patet, quia si potuit ecclesia vnq̄ꝫ instituere papatū in vno ⁊ eius successore, vt christus fecit. posset quoq̧ illū instituere in in triumuiratu, vel aliquo huiusmodi: q2 eiusdem est instituere, ⁊ instituta mutare pro loco ⁊ tempore. Cap. xj.

Dixi in .viij. ca. ꝙ concilium cõstantiẽ. pro illo tẽpore primo quo fecit illa decreta de potestate synodi. non erat verum concilium vniuersalis ecclesie. Et ꝙ basilieñ. errauit illud sequendo.

Obijcitur dupliciter. ¶ Primo. ꝙ blasphemaui. ¶ Secundo. quia concilium constantiẽ. sub obedientia ioan. xxiij. erat verum concilium vniuersale: quia succedebat concilio pisano in quo fuerat vnio ecclesie, deposito vtroq̃ papa (scilicet gregorio .xij. ⁊ benedicto .xiij.) ⁊ electus alexander quintus, cui successit ioannes .xxiij. qui congregauit illud constantieñ. concilium.

Respondeo. Et primo quoad constantieñ. conciliũ. si ego blasphemo. quare grego. xij. qui expresse recusauit in actu vnionis ecclesie. recognoscere concilium illud pro tunc vt concilium illud. non blasphemus sed vir pacis ⁊ ecclesie amator habitus est: vt patet in gestis eiusdem concilij sessione .xiiij. Quare obedientia benedicti .xiij. inter federa vnionis, ⁊ in actu vnionis ecclesie recusationem talis pro tunc concilij volens ⁊ faciẽs, non blasphema sed catholice vnitatis studiosa est habita: vt patet in sessione .xx. ⁊ .xxij. Quare sigismundus imperator, qui presedit illi concilio vt satisfieret recusationi illius concilij. nõ blasphemus sed defensor ecclesie habetur? Quare demum ipsummet tũc constantiẽ. concilium, cum negauit facto seipsum esse concilium non semel sed bis (primo in acceptando presidentiam imperatoris ⁊ autorizari se in concilium a gregorio .xij. secundo in acceptãdo se conuocari ab obedientia benedicti .xiij. ⁊ conuocare illam) non blasphemauit? Et si potius scandalum permitti debet a qualibet singulari persona q̃ veritas deseratur, quomodo concilium vniuersale a spiritu sancto rectum, potius veritatem deseruit seipsum facto negãs, q̃ scandalum permittere voluit tam notum? ¶ Ex his autem recte consideratis patet, ꝙ concilium illud non reputauit seipsum certum ⁊ indubitatum concilium illo tempore. ⁊ propterea huiusmodi negõnes admittebat, dans operam vt vnũ certum ⁊ indubitatum concilium fieret cum indubitato capite: vt tandem fuit. In quo igitur ego erro, si dubia ⁊ incerta pro dubijs incertisq̃ habui? nihil enim dixi aliud in sententia. Nam dubia ⁊ incerta pro verã autoritate refutari constat. veritatisq̃ autoritatẽ eis tribuere nephas est. ¶ Ad secundam obiectionem de successione ad concilium pisanum, dicitur ꝙ nec illud concilium constat fuisse certum ⁊ indubitatum: vt ceteris omissis patet ex duobus. ¶ Primo. Quia assertio ista renouaret antiquum scisma: quid enim aliud est dicere, concilium illud pisanum cum alexandro .v. certum ⁊ indubitatum, q̃ certe ⁊ indubie damnare gregoriũ .xij. ⁊ benedictum .xiij. cum suis obedientijs? Hoc autem est redire ad illud scisma. ¶ Secundo. Quia ipsum constantieñ. conciliũ sub obedientia ioannis .xxiij. licet crediderit se esse vniuersale concilium succedens pisano, non tamen hoc pro certo ⁊ indubitato se tenere se contestatum est facto suo: vt patet ex dictis. ¶ Accedit ad hec, ꝙ sine papa diffiniuit. ⁊ propterea si fuisset etiam tota reliqua ecclesia representatiue potuisset errare. nec fuisset concilium generale perfectum simpliciter: vt patet in libello. ¶ Quo ad concilium vero basilieñ. vniuersalis ecclesie responsionem replico: que eugenium adorauit. conciliũ florentie vniuersale ex orientali etiã ecclesia celebrauit in materia fidei ⁊c. Si ego blasphemaui, quis excusat ecclesiam a blasphemia?

¶ Cap. xi.

Dixi in ca. ix. glosando verba aug. petrus quando claues accepit. ecclesiam significauit. ⁊ similia: ꝙ in hec sensu dicta sunt, quia officio capitis perpetuo, in petro ⁊ successoribus data hec sunt: ⁊ propterea in persona ecclesie dicit petrus suscepisse hec.

Obijcitur ꝙ non sit iste sensus intentus ab aug. ꝙ sequeretur claues datas esse ecclesie finaliter, ⁊ nõ formaliter: cuius oppositum vult ibi augu.

Respondeo ꝙ sequela non tenet. Imo sequitur ex illo sensu claues esse datas ecclesie formaliter. tum quia quod datur capiti formaliter, vere etiam datur corpori cuius est illud caput formaliter. tum quia datum capiti et corpori formaliter, q̃uis corpori mediante capite, constat datum esse toti formaliter: sic autem est in proposito, vt patet. Sed argumentum preter hoc fallitur in equiuoco de ecclesia: ab integra ecclesia in terris, capite scilicet et corpore (de qua loquitur aug.) ad ecclesiam pro corpore tantum, vt quoddam vnum integrum, cuius papa sit vicarius. quod est fictitium. ¶ Firmatur autẽ sensus a me assignatus. ex eo ꝙ exposui aug. ex ipsomet aug. inquit enim in lib. de agone christiano, Non sine causa inter apostolos. ecclesie catholice personam sustinet petrus: huic enim ecclesie claues date sunt cum petro date sunt. ⁊ cum ei dicitur ad omnes dicitur: amas me. pasce oues meas. Hec ille. Constat enĩ ꝙ petro vt distincto ab alijs. ⁊ pro se ⁊ successoribus datus est papatus, per illa verba, pasce oues meas ioan. vlti. Et aug. idem iudicat de hoc actu, ⁊ de acceptione clauium: ratione igitur officij capitalis et perpetui in ecclesia diffusi aug. dicebat ꝙ personam ecclesie gerebat.

¶ Cap. xij.

Dixi in eodem ca. ix. ꝙ papa nõ potest errare errore iudiciali in fide. q̃uis possit errare personaliter: quia ad ipsum spectat finalis determinatio de fide: vt decre. primo: ⁊. s. tho. post dicit. ⁊ probat ratione ⁊ autoritate cyrilli ⁊ maximi.

Obijcit primo. Quia duo summi pontifices determinauerunt contraria in his que fidem tangunt: ergo alter eorum errauit errore iudiciali in fide. Assumptum patet de ioan. xxij. ⁊ nicolao .iij. quorũ vnus determinauit iudicialiter christum ⁊ apostolos nihil habuisse in communi nec in particulari. alter oppositum: vt est videre in eorum extrauagantibus. ¶ Secũdo. Quia innocentius tertius, ⁊ celestinus determinauerunt contraria super illa propositione. vno coniugũ ad heresim transeunte, alter qui remanet in fide potest ad secunda vota transire: vt patet in ca. quanto, de diuortijs ⁊ glosa ibidem. ¶ Tertio. Quia aliqui statuerunt contra euangelium: vt pelagius, qui constituit vt subdiaconi sicilie a suis vxoribus abstinerent quas in minoribus duxerant aut ab officio cessarent: quam constitutionem quia erat impia ⁊ contra euangelium, retractauit beatus gregorius primus eius successor: vt patet in di. xxxj. ca. ante triẽniũ. in textu ⁊ glosa. sicut enĩ potuit iudicialiter statuere contra euangelium. ita ⁊ diffinire. ¶ Quarto. Quia sequeretur ꝙ summus pontifex non posset fieri hereticus circa ꝓpositiones nondũ determinatas: vt erat articulus de processione spiritussancti a filio. Et tenet cõsequentia: quia non posset esse pertinax contra suipsius determinationem. ¶ Sequeretur etiam ꝙ determinatio etiam solius summi põtificis ligaret suum successorem. ¶ Sequeretur etiam, ꝙ papa vere hereticus male iudicari posset: quia decideret obiecta contra eũ esse intelligenda in aliquo sensu sue assertioni cõsono. ¶ Quinto arguitur ad hominem. Quia ego contradico mihimet in hoc eodem libello. nam in fine quarti capituli dictum est ꝙ sententia ioannis euangeliste preualuisset sententie clementis pape in doctrina fidei, ⁊ nunc dicitur ꝙ papa non potest errare in iudicio fidei. hec enim contradicũt: q2 non preualuisset sententia ioannis. sed tantum fuisset standum sententie clementis pape quantũ sũie ioannis. imo ⁊ plus: quia apud clementem fuisset vltima decisio fidei iuxta hic dicta, sicut apud petrũ, si adhuc superuixisset. ¶ Sexto. Quia frustra fuissent congregata quatuor concilia generalia principalia cõtra quatuor heresiarchas: puta nicenum, constantinopolitanũ, ephesinũ: ⁊ calcedonẽ. Et tz consequentia: q2 suffecisset solius pape decisio: imo apud aduersarium tante est potestatis solus papa in diffiniendo, sicut aggregatum ex ipso ⁊ residuo. ¶ Septimo ex ockam. Quia innocentius tertius (vt habetur extra qui filij sint legitimi) in ca. per venerabilem, dicit: Cum deuteronomium secunda lex interpretetur, ex vi vocabuli comprobatur vt quod ibi decernitur in nouo testamẽto debeat obseruari. Que verba si vniuersaliter secundum literalem sensum intelligantur, heresim sapiũt: quia cerimonialia ibidem in ca. xiij. ⁊ xiiij. nõ sunt seruanda. Si vero mystice intelligantur, nihil speciale de deuteronomio dicunt: quia omnia mystice seruanda sunt: vt legitur di. vj. ca. his itaq̃. ¶ Octauo ex eodem. Quia nonnulli summi pontifices inueniuntur diffiniuisse se in temporalibus habere supremam potestatem. ceteri vero oppositum. ¶ Nono. Quia non est verisimile, ꝙ homini potenti in ijs que sunt fidei errare, commiserit deus vltimam fidei decisionem.

Respondeo. Et ad primum quidem dicitur, ꝙ falsum assumitur scilicet ꝙ vnus papa scilicet nicolaus determinauit iudicialiter christum ⁊ apostolos nihil habuisse in communi. Nam manifeste nicolaus (vt patet in .vj. de verborum significatione. exijt qui seminat) dicit: Egit namq̃ christus ⁊ docuit perfectionis opera: egit etiam ⁊ infirma. sicut interdum in fuga patet ⁊ loculis: sed vtrumq̃ perfecte perfectus existens, vt perfectis et imperfectis se viam salutis ostenderet. Hec ille. Ubi manifeste patet, ꝙ nicolaus asserit christum habuisse aliquid. valet enĩ sequela nicolaus asserit christum habuisse aliquid. vt imperfectis se viam salutis ostenderet ergo asserit christum habuisse aliqd. Ioannes ergo .xxij. qui determinauit hereticum esse tenere quod

christus ⁊ apl̃i nihil habuerũt in cõmuni, q̃ cõtradicit sacre scripture, veritatẽ fidei determinauit: cuius cõtrariũ nõ determinauerat nicolaus. ¶ Ad secundũ dicit̃, ꝙ neuter illorũ põtificũ diffinitiue determinauit. Nã de celestino in ca. quãto de diuortijs, innocẽtius dicit, licet quidã predecessor noster sensisse aliter videatur, ⁊ de seipso subiũgit respõdendo oppositũ: nõ credimus ꝙ in hoc casu is qui relinquit̃, viuente altero, possit ad scd̃as nuptias cõuolare. Ubi verba ipsa (videlicet, videt̃ aliter sensisse, ⁊ nõ credimus) ostendũt ꝙ non diffiniendo in materia fidei loquuti sunt. ¶ Ad tertium dicit̃, ꝙ pelagius si statuit illud, nihil cõtra sed supra euãgeliũ statuit. Qd̃ manifeste patet ex hoc, ꝙ statutũ illud suos obseruatores aut in bono supererogationis locabat, si continerent, aut in nullo malo, si non continentes se suspendebãt ab officio: vt quidã subdiaconus fecit. ¶ Est aũt hic aduertẽdũ, quãtũ crescat infamia p diuersa ora paulatim, nã sanctus gregorius de hoc statuto loquens dicit, ⁊ ꝙ diaconus autoritate tñ pape hãc ꝓhibitionẽ fecit (vt patet. 27. q. 2. cap. multorũ) ⁊ ꝙ sibi durum ac incõpetens videt̃: vt patet in ca. añ triennũ, di. 31. Glossa vero ibidem auget, dicẽs ꝙ pelagius hoc fecit, ⁊ ꝙ illa constitutio fuit iniqua, arguẽs aũt amplius auget, dicẽs ꝙ romanus põtifex statuit cõtra euangeliũ. ¶ Ad quartũ dicitur. Negando primam sequelam. s. ꝙ papa nõ possit esse in non decisis hereticus. Nam si ille q̃ est papa, tenuisset ptinaciter spm̃sctm̃ nõ procedere a filio, etiam si ab ecclesia sic determinaret̃, fuisset hereticus. Per accidens autem est, ꝙ ab ipso vel alio determinatio ecclesie fieret. Standũ est em̃ in formalibus ⁊ p se, ⁊ nõ declinandũ ad ea q̃ sunt p accidens in quacũqʒ scientia. ¶ Et ex hoc patet respõsio ad scd̃am sequelaʒ. Nã determinatio vnius pape in materia fidei ligat per se omnes psonas ecclesie, quarũ sunt actus credẽdi. ⁊ sic psona propria et successoris ligat̃ ad tenendaʒ determinationem semel factam de fide. ¶ Ad tertiam aũt sequelã dicitur, ꝙ cũ id qd̃ imputaret̃ pape pro heresi, nõ esset decisum adhuc p ecclesiam, ⁊ ipse non teneret hoc ptinaciter, sed defenderet esse consonũ sacre scripture ⁊ fidei ecclesie, nõ esset hereticus formaliter, etiã si materialiter erraret in his que sunt fidei. Et propterea nõ sequitur, ꝙ papa male posset iudicari de heresi in casu quo iudicandus est. s. de heresi formaliter: in his enim nõ habet locũ interpretatio ad istũ vel illum sensum. ¶ Ad quintum dicitur, ꝙ nulla est contradictio in dictis meis allatis. Nã bene simul stat tam ioannẽ q̃ʒ clementẽ nõ posse errare, ⁊ tñ alterũ esse supra alterũ: possunt em̃ esse duo oĩno recta subordinata: vt patet apud oẽs de ecclesia vniuersali presenti, ⁊ de sacra scriptura. Dicendo autẽ ꝙ sententia ioannis preualuisset sententie clementis pape, nihil aliud dixi, nisi ꝙ clementis sententia subordinata erat sentẽtie ioannis. ¶ Ad id vero qd̃ adiũgitur, ꝙ sequeret̃ oppositũ huius, negat̃ sequela. Nã cum dicit̃, ꝙ ad papã spectat finalis determinatio de fide, intelligit̃ in ordine ⁊ gradu suo. s. sub sacra scriptura, cuius autor est spiritussctũs. Et q̃ ioannes euangelista in doctrina fidei locuʒ sacre scripture tenebat (sicut euangelium suum hodie tenet) ideo non sequitur ꝙ magis clemẽtis q̃ʒ ioannis esset standũ sententie, sed econtrario. ¶ Et ex hoc patet responsio ad simile allatũ arguendo de clemente ⁊ petro, ꝙ. s. non est eadẽ de vtroqʒ ratio: q̃ petrus non ratione papatus sed apostolatus, locũ etiaʒ sacre scripture tenebat sicut nunc tenent epistole eius, ⁊ hunc sensum expresse aperui in libelli illius loco allegato dicens: Preualuisset sententia ioannis sententie clementis pape in doctrina fidei: sicut modo preualet euangelium ioannis sententie cuiuscunqʒ pape ⁊ totius ecclesie. ¶ Ad sextum negat̃ sequela: ꝙ. s. frustra fuissent concilia illa principalia in materia fidei congregata. Concilia enim non propter potestatem intensiuam, sed extensiuam, ⁊ propter discussionẽ ⁊ collationẽ cum multitudine vniuersali sapientum in fide, ⁊ propter indubitabiles ⁊ acceptatos ab omnibus iudices omni exceptione maioris, congregant̃ in materia fidei. Probatio autem sequele procedit, ac si propter habendam solam autoritatem intensiuam concilium congregandum esset: qd̃ falsum est. Nã licet papa solus tante intensiue sit autoritatis quãte ipse cũ residuo: non tñ tante extensiue, nõ tamen tante sapientie, non tñ tante acceptationis indubitate ab oib; q (vt patet de ipsis oppositum sentientibus) non tñ tante solennitatis (que animos humanos communiter multũ afficit) non demum tante bonitatis ⁊ gratie corã deo: que apud multitudinem hominum multum valet ad persuadendum ꝙ a spiritusancto regitur ⁊ errare non potest. Oportet enim ea que totam ecclesiam tangunt, in singulis sic fieri vt acceptabilia facillime omnibus sint: ⁊ ad hoc multum valent vniuersalia concilia a ꝑbis precipue prelatis celebrata. ¶ Ad septimum dicitur, ꝙ quia due sunt leges diuine (scilicet vetus ⁊ noua) et noua est secunda ordine generationis, ideo vocabulum illud. s. secunda lex, noue legi conuenire ex vi vocabuli dicitur: ⁊ argumentum ex conueniẽtia vocabuli sumpsit innocentius. Et hoc expressit, ne intelligeretur ꝙ absolute concluderet, sed quantum est ex vi vocabuli. Et hoc diminuit argumentum, non auget (vt patet) quoniam in voce vna latent multa. ¶ Unde ex hac conuenientia quandam persuasionem intendebat, quia mandata in deuteronomio, non ad literam, sed proportionabiliter ſm conuenientiam ad tempus gratie seruanda erãt, quando vbi ⁊c̃. expediret. Unde ipse mandatuʒ vnum iudiciale ex deuteronomio assumens ⁊ tractans, non ad literam, sed iuxta conuenientiam ad sacerdotium petri exposuit. ¶ Nec obstat ꝙ omnia veteris testamenti hoc modo seruari possunt: conceditur enim ꝙ nihil speciale de deuteronomio intendebat, nisi persuasionem ex conuenientia nominis. ¶ Ad octauum dicitur, ꝙ quia potestas pape directe est respectu spiritualium ad supremum simpliciter finem humani generis, ideo sue potestati duo conueniunt, primo ꝙ non est directe respectu temporalium: secundo, ꝙ est respectu temporalium in ordine ad spiritualia: hoc enim habet ex eo ꝙ ad supremum finem omnia ordinari debent, etiam temporalia, ab eo proculdubio cuius interest ad illum finẽ omnes dirigere: vt est christi vicarius: primum autem ex natura sue potestatis consequitur. Ex his autem sequitur, ꝙ vtrũqʒ vere potest determinari de papa, ⁊ ꝙ habet supremam potestatem in temporalibus, ⁊ ꝙ non habet supremam potestatem in temporalibus quoniam vtrumqʒ verum est ad sanum intellectum. Affirmatio namqʒ est vera in ordine ad spiritualia: negatio vero est vera directe, seu ſm seipsa temporalia. Unde nihil ex vtraqʒ decisione erroris accidit. ¶ Aduerte tamen, ꝙ quia aliud est determinare de fide formaliter, et aliud de eo quod est fidei materialiter (nam primum importat determinare quid credendum vel non credendum est: secundum autem determinare de questionibus que in rebus creditis accidunt) ⁊ constat ꝙ cum determinatur q̃stio aliqua secundo modo, non determinari dicitur de fide, sed de tali vel tali materia: ideo cum dicitur, ꝙ papa non potest errare in iudicio fidei, non accipio dictum esse nisi de iudicio fidei formaliter, quando. s. determinatur quid credendum vel non credendum. Contra quod nulla harum obiectionum procedebat, nisi prima apparenter. ne tamẽ fugere videar, singillatim solute sunt omnes. ¶ Ad nonum dicitur, ꝙ non verisimile sed verum ⁊ humane diuineqʒ rationi ⁊ autoritati consentaneum est, vt homini potenti errare ſm seipsum, non autem vt directo a spiritusancto, deus vltimam fidei decisionem sub sacra scriptura committeret. Cum enim non sit differentia apud deum in vno ⁊ in multis saluare, ⁊ omnes in concilio presentes ſm se ⁊ proprias vires considerati, possint errare male determinando de fide: ob ignorantiaʒ vel aliquẽ alium defectum, ac per hoc ad assistentiam spiritussancti recurratur, magis attestatur assistentie spiritussancti ⁊ eius virtuti, salus fidei per vnum q̃ʒ per totum concilium: hoc enim humane sapientie opus esse videtur (propter omnium patrum concursum) illud autem solius dei opus est ⁊ apparet. Unitas quoqʒ fidei vnitatem quoqʒ iudicis qui preest toti ecclesie exposcit: vt in secunda secunde. q. 1. articulo vltimo diuus tho. affert.

¶ Caput decimumquartum.

Diri In eodem. 9. capitulo rationes quare papa non potest errare in iudicio fidei, quia hic error esset error vniuersalis ecclesie, quia tenetur sequi diffinitionem pape in fide: afferens ad hoc autoritatem sancti thome, et post decretalis in capitulo maiores: et iesu christi, ego rogaui pro te petre.

Obijcitur Negando ꝙ ecclesia de necessitate tenetur credere sententie diffinitiue pape in materia fidei: et dicendo ꝙ sicut pape precipienti contra euangelium non est obediendum, ita nec sententie erronee in fide. De autoritate sancti thome, non est cura. ¶ Ad capitulum maiores, dicitur dupliciter, primo: ꝙ non pro vltima et necessario credenda determinatione habenda, sed regulariter ad papam est recurrendum, quia regulariter non est ecclesia congregata. ¶ Secundo (et in idem redit) ꝙ referende sunt summo pontifici cause fidei vt conuocet concilium: quia ad ipsum spectat congregare illud. ¶ Ad verbum domini, ego rogaui pro te petre, dicitur ꝙ non pro sola persona petri aut successoribus orauit christus ne deficeret fides eius: sed pro vniuersali ecclesia per petrum representata.

Respondeo. Negationem illam consuetudo ecclesie autoritatesqʒ sanctorum confutant, et

signis experientia comprobaret. si quis non teneret quod sola ro. ecclesia determinaretur hereticum esse: vt patet extra de hereticis. ad abolendam in tex. ⁊ glosa. ¶ Et hec responsio manifestat, ad quid fateantur ipsimet se declinare oportere: defendendo subiectionem pape reliquo corpori ecclesie vel concilii. ¶ Quod autem additur quod sententie erronee sicut nec precepto diabolico adherendum esset, verissimum est. sed nihil obstat: quoniam ex his nihil aliud q̃ conditionalis veritas habetur scilicet si determinaret erronee si preciperet contra euangelium. non audiretur. Hoc enim non solum de papa sed de angelis sanctis verissimum est: iuxta illud: si angelus de celo euangelizet aliud ⁊c. anathema sit. Ex his enim non sequitur q aīs aut consequens possit esse verum: vt patet. ¶ Quod autoritas. s. tho. paruifiat, nonnihil est: quoniam ecclesia non paruifacit. Sed esto, q. s. tho. paruifiat, cyrillus et maximus ibidem allegati etiam paruifient. Hiero. quoque dicens ad damasum (vt habetur. xxiiii. q. i. ca. hec est fides) si hec nostra confessio apostolatus tui iudicio comprobatur, quicunque me culpare voluerit se imperitum vel maleuolum vel etiam non catholicum non me hereticum comprobabit. manifesteque in his verbis contestans quod ex approbata fidei cōfessione a papa aliquis obstans non catholicus sit, paruipendendus erit. ¶ Ad expositionem vero dictam de ca. maiores dicitur, q litere contradicit. Nam textus causam quare ad petri sedem sit recurrendum, assignat veritatem petri in confidendo fidem ⁊ indefectibilitatem eius in eadem propter orationem christi. Ex hac enim causa manifeste sequitur, quod ideo ad papam referēdas esse maiores causas dicitur, quia ipse constitutus est indefectibilis iudex in fide. Et quia eum qui certus est amplius certificari non oportet. sequitur quod sententia pape in fide est finalis determinatio ⁊ necessario credenda secundum illam decretalem. ⁊ sic vtraque expō ruit. ¶ Quod autem de oratione christi pro petro dicitur, potest bene ⁊ male intelligi. Male quidem. si intelligatur q christus pro ecclesia siue cum papa siue sine papa orasse se dixerit: quoniam expresse christus dixit hec verba petro vt distincto ab aliis: vt patet ex contextu. inquit enim luce. xxii. simon ecce sathan expetiuit vos, vt cribraret sicut triticum: ego autem rogaui pro te vt non deficiat fides tua: ⁊ tu aliquando conuersus confirma frēs tuos. Ubi manifeste patet quod distinguit tentationis actum ab oratione quo ad hoc, quod communiter expetiti erant: ⁊ tamen ipse, singulariter pro petro rogauerat dicens, expetiuit vos, ego autem pro te rogaui. Apparet quoque idem ex eo quod petro commisit vt confirmaret alios, tanq̄ diceret. ego tui, tu autem aliorum curam habeas. ¶ Bene autem si intelligatur dominum orasse pro petro et aliis: diuersimode tamen. pro petro quidem immediate. pro aliis autem mediante petro: pro petro in seipso petro, pro aliis autem in petro ipsorum capite. Et in hoc sensu magis confirmatur intentum nostrum: vt patet. ¶ Et vt vnico verbo dicam. si hec autoritas de petro ⁊ successoribus verificatur (vt dictum ca. maiores affert) satis habetur intentum q petri sedes non potest errare in fide propter christi orationem. Et cum hoc non sit verum de errore personali, sequitur q verificatur de errore iudiciali.

¶ Capitulum. xv.

Dixi In eodem. ix. ca. exponendo illud hiero. si autoritas queritur, orbis maior est vrbe. q verū est quo ad multa: puta merita, virtutem. scientiam. et in proposito vigorem consuetudinis ⁊c.

Obiicitur. Tu glosas de maioritate meritorū. ⁊ hiero. non dicit, si merita querantur. sed si autoritas queritur: ⁊ sic de maioritate potestatis non meritorū loquitur.

Respondeo. Satis diminute glosa mea adducitur: nam (vt patet in libello) ego dixi q dictū hiero. verum erat quo ad multa: puta, meritum, scientiam ⁊c. ⁊ q in proposito ad literam hiero. loquitur de vigore consuetudinis: ⁊ obiectio in solis meritis se ponit. Propter quod etiam addo q merita ad autoritatem consuetudinis plurimum valent: quoniam consuetudo non virorum malorum sed virorum sanctorum, maxime, est in ecclesia dei autoritatis, ⁊ proponitur imitanda. Et propterea stando etiam in meritis hiero. textus optime intelligitur: vt quia orbis maior est vrbe in autoritate consuetudinis, propter maiora merita orbis q̃ vrbis, ideo consuetudo orbis qua diaconi subesse non preesse consueuerunt imitanda est. Et sic dicendo si autoritas quereretur, ratione materie de qua erat sermo scilicet de loco diaconorum maioritatem meritorum nō potestatis in causam autoritatis afferebat. ¶ Facile tamen contendentibus in verbis dici potest, q orbis autoritas maior est extensiue nō intensiue autoritate vrbis, ⁊ similiter potestas.

¶ Cap. xvi.

Dixi In eodem ca. ix. multas autoritates ex lib. decretorū. q papa nō habet superiorē in terris.

Obiicitur Duabus glosis. Prima est q intelligitur hoc in criminibus non scandalosis ecclesie. ¶ Secunda est quod intelligitur hoc regulariter: quia regulariter ad superiorem summi pōtificis concilium. s. recursus haberi non potest.

Respondeo Qd̄ prima glosa est volūtaria ⁊ falsa. Uoluntaria quidem: quia ecclesie canonum aut sanctorum autoritate non roboratur. Falsa autem, quia fit exceptio de solo crimine fidei. constat enim q ab vniuersali cū vna exceptione facta non nisi falso alia exceptio fit. Cum ergo solum fidelitatis crimen exceptū ab vniuersali sit, restat vt alia crimina omnia inclusa sint. ¶ Secunda autem glo. manifeste falsa cōuincitur ex eo q etiam de crimine heresis papa diceretur non habere superiorem: quoniam regulariter cōcilium nō est congregatum. ¶ Tertia autem glo. q autoritates iste sunt summorum pont. qui vt in pluribus fimbrias suas nimis extendētes sibimet tribuerūt quod ecclesie est proprium: quia non procedit de theologie aut sacrorum canonum ⁊c. autoritate q̃ bene sonet, aduertat. qui notat in quanta veneratione decretales summorū pont. in ecclesia sunt. Et tanto plus quanto multorū sanctorum pōtificū autoritates refutande sic essent: vt pz de bonifacio antherio, eusebio, ⁊ aliorum sanctorum in libello allatorum. ¶ Taceo de tot doctoribus in theologia ⁊ in iure illustribus ibi allatis.

Cap. xvii.

Dixi In ca. xi. quod ecclesie dei seclusa papa non est data potestas papalis. aut superior papali in euangelio math. xviii. ⁊ q in ecclesia huiusmodi non est talis potestas.

Obiicitur Qd̄ dominus ibidē dixit si ecclesiam nō audierit ⁊c. per hoc enim ecclesie iurisdictionē ostendit in effectu scilicet in pena excommunicationis, ⁊ subdidit in plurali numero, quecūque solueritis ⁊c. per hoc, enim ostendit, q pluribus in ecclesie nomine contentis dabat illam p̄tē. ¶ Affertur etiam ad hoc visus primitiue ecclesie, quando act. xv. diffinitū est ab ecclesia: visum est spūisancto ⁊ nobis, nihil amplius oneris vobis imponere ⁊c. ¶ Affertur tertio autoritas gregorii. que ponitur in ca. sicut sancti. vbi gregorius fatetur se quatuor concilia illa scilicet nicenum. constantinopolitanum, ephesinum ⁊ calcedonen. tenere sicut euangelium. ⁊ subdit causam: quia dum vniuersali sunt constituta consensu, se ⁊ non illa destruit quisquis presumit absoluere quos ligant, aut ligare quos absoluunt. Ecce qd̄ non dicit quod summi pont. sed vniuersali consensu: nec quos pōtifex ligat sed quos illa ligant. ¶ Quarto ad hoc est capitulum decreuit. lxx. di. vbi dicitur: decreuit scā synodus. ⁊ non dicit, decreuit summus pontifex. ¶ Quinto capitulum nimis, de iureiurando: vbi autoritate sacri concilii non propria summus pontifex precipit. ¶ Sexto. Ecclesia potest elargiri indulgentias. ergo habet claues iurisdictionis. Probatur antecedens: quia dantur indulgentie de thesauro ecclesie ⁊ non pape: ergo a fortiori ecclesia potest dispensare. ¶ Septimo. Ecclesia potest condere canones late sententie, depositionis, excommunicationis ⁊c. ergo. Antecedens patet de concilio carthaginen. in ca. placuit. viii. q. i. ⁊ habetur extra de clericis non residentibus. in ca. ex gestis.

Respondeo. Et vt his et similibus respondendi via detur, quatuor puncta pre oculis semper habenda in hac materia et in huiusmodi autoritatibus assigno. ¶ Primum est. Aliud est ecclesiam seu synodum habere potestatem plenariam ratione partis (puta capitis: sicut homo videt, audit ⁊c.) et aliud est, ecclesiam seu synodum habere eandem ratione sue totalitatis. Et propterea cauendum est, ne a primo in secundum oratio declinet. ¶ Secundum est. Aliud est ecclesiā seu synodum habere potestatem plenariam: ⁊ aliud est eam habere immediate a domino iesu christo. Et propterea cauendum est, ne a primo in secundum oratio declinet. ¶ Tertium est. Aliud est ecclesiam seu synodum habere plenariam potestatem: ⁊ aliud est eandem habere potestatem talem scilicet coactiuam respectu talis scilicet vicarii principis sui: potentia enim actiua cum dicatur non absolute, sed respectu passiue (vt patet. v. ⁊. ix. meta.) plenaria potestas plenissime est, quando respectu subiectorum omnia potest. Cauendum est propterea, ne a primo in secundum oratio declinet. ¶ Quartum est. Aliud est ecclesiam seu synodum habere potestatem plenariam: ⁊ aliud est ecclesiam seu synodū acephalā seu trūcā habere eandē. Et ppea cauēdū est, ne a primo in secundum

oratio declinet. ¶ Ex his siquidem quattuor sapienter dispensatis, vniuersa questionis istius argumenta facile elucescent: sic vt nullum forte obscurum relinquatur. Ad singula tamen descendendo respondetur. Et ad verba dñi matth. 18. dicitur (vt iã probatum est) ꝙ dñs non dat ibi ecclesie autoritatẽ, sed significat eã habituram potestatem: non explicando ibi quomodo habitura sit, ⁊ an ſm se totam primo, an ratione partis: hoc enim non negamus, sed docemus. Verba quoq; illa in numero plurali non cogunt ad autoritatẽ ecclesie ratione sue totalitatis: imo absq; determinatione ad hunc vel illum modum potestatis ecclesie. s. ratione totius vel partis oportere intelligi, ex hoc conuincitur, ꝙ vtroq; modo verificari possunt: vt patet ex dictis. constat em̃ euidenter ꝙ commune duobus abstrahit ab vtroq;. Potest igitur ille numerus pluralis referri ad pluralitatem ecclesiarum futuram, et ad pluralitatem conuenientium in ecclesia, ad conferendum, discutiendum, probandum ⁊c. ⁊ ad pluralitatem accumulantium suas autoritates in communi: propter quod ex illa litera nihil habetur obstans dictis. ¶ Ad secundum ex primitiua ecclesia, dicitur ꝙ gratis conceditur ecclesiam statuisse: sed an potestate partium (puta trium apostolorum) an communitatis per accumulationem in communi, an aliquo alio modo (puta a christo immediate, vt isti falso putant) nihil ibi exprimitur. Et propterea ex ista autoritate, ⁊ ceteris subiunctis, ⁊ similibus, nec habetur ista affirmatiua. s. ecclesia seu synodus habet immediate a christo potestatem: nec habetur ista negatiua, synodus non habet potestatem a domino mediante papa. Et de affirmatiua quidẽ exeo constat: quia cum multipliciter possit verificari synodum habere potestatem (vt patet ex dictis) et ex his nihil aliud habeatur, nisi ꝙ synodus habet potestatem, oportet hoc sic communiter intelligi, vt a singulis huiusmodi sensibus determinate abstrahat. De negatiua autem ex eadem radice constat: quia. s. synodum habere potestatem, non oportet ꝙ intelligatur determinate ad illum modum quo excludatur habere potestatẽ a dño mediante papa (vt contingit quando per accumulationem ecclesia habet potestatẽ) quia omnes partiales potestates sunt a petro: ⁊ cõmunicatio potestatis sue cum alijs ab eodem est, qui solus a dño vt pote eius vicarius immediate potestatem habet: ⁊ ratione eius solius synodus integra potest vere dici, ꝙ habet immediate potestatem a christo domino. ¶ Ad autoritatem greg. dicitur, ꝙ causa reddita a gregorio manifeste fauet intento nostro: qñ non reddit pro causa autoritatem immediate datam a christo. sed vniuersalẽ consensum: ac per hoc etiam ipsius summi pontificis, qui caput est: ⁊ propterea seipsum negaret papa, illa negãs: vt ibi dicitur. Ex hac quoq; gregorij ratione habetur quod diximus, ꝙ autoritas synodi includit caput: alioquin non faceret vniuersali consensu que facit. Et innuitur ꝙ potestatem habet a suis partibus: ad quarum negationem deducitur negans illam. Et rursus ex hac autoritate nihil aliud habetur, nisi ꝙ synodus habet potestatem diffiniendi ⁊c. Et per hoc patet responsio ad quartum. ¶ Ad quintum vero dicitur, ꝙ cum synodus integra habeat potestatem vniuersalem quocunq; illi modo contingat, ⁊ autoritas que est ipsius pape absolute ⁊ vt propria sit ipsius synodi pro tunc ⁊ vt communicata: quemadmodum quilibet alius posset vere dicere autoritate sacri concilij, statuto ⁊c. ita ipse papa: cum non sit deterioris conditiõis alijs. Neq; enim per hoc qd̃ affirmat se synodi autoritate facere, negat sua se autoritate facere: imo potius affirmat hoc: qr autoritas synodi de necessitate claudit in se autoritatem capitis. Neq; rursus per hoc, ꝙ affirmat synodi autoritate se facere, affirmat se aliena autoritate facere, licet enim synodus sit aliud a papa, sicut ecclesia alicuius episcopi differt ab episcopo: non tamen oportet, ꝙ potestas ecclesie sit aliud a potestate episcopi, sed vna ⁊ eadem potest esse vtriusq; diuersimode: episcopi vt propria, ecclesie vt communicata. Et per hoc etiã patet, ꝙ per hoc ꝙ affirmat se sacri concilij autoritate facere, nõ propterea affirmat se minorem in autoritate. Et quius hec satisfaciant, verumtamen condescendendo multorum sensui, scito ꝙ dupliciter papa potest dici minor synodo ſm potestatem. s. extensiue. ⁊ quasi intensiue ſm qd. Extensiue quidem qr synodus integratur ex tot potestatibus tante multitudinis. Intensiue vero ſm quid: hoc est ſm illam partem potestatis, quam communicat papa concilio, quasi pro portione sua. Papa enim presens synodo non intelligitur (vt predictum est) totam suam potestatem totaliter synodo communicare: sed tantũ sue potestatis quantum ad decernendum ⁊c. oportet, ⁊ sic ex eo potestatis pape ⁊ reliquis potestatum aliorum fit vna potestas, quasi intensiue maior q̃ id potestatis papalis solum esset. Et hec maior potestas intelligitur esse in tota synodo tanq̃ in subiecto. Dixi autem quasi intensiue: quia potestas illa papalis eo ꝙ communicatur vt limitata: sic vt cum alijs potestatibus possit velut quedã singularis potestas accumulari: intelligitur ⁊ superari a tota, pro quanto tota potest vniuersale statutum condere, diffinire ⁊c. qd̃ illa vt sic non potest per seipsam solam. Sed quoniam tota potestas synodi non plus potest q̃ ex singulis huiusmodi potestatibus habeat, ideo non simpliciter sed quasi intensiue maiorem appellaui. Et ne putes me hanc portionem papalem fingere, contemplare potestatem legatorum pape in synodo, quãdo per legatum papa synodum celebrat: ⁊ videbis clare, ꝙ qr papa tunc non erigit legatum illum in papam, sed potestatem committit quantam oportet pro synodo haberi, ex sola presentia pape in synodo nõ habet ꝙ plus sue potestatis synodo impartiatur q̃ oporteat, quius maior dignitas, ⁊ infallibilis assistentia spiritussancti in synodo quo ad ea que sunt fidei, presentiam pape per seipsum consequantur. Unde quius non cogamur, possumus tamen dicere ꝙ papa tanq̃ minor extensiue ⁊ ſm quid intensiue synodo, autoritate sacri concilij dicitur facere, quod tamen de plenitudine sue potestatis posset ⁊ facere ⁊ tollere. Et quoniam verba predicta (s. facere autoritate synodi vel concilij in papa habẽt speciem minorationis) ideo a sacris canonibus non sunt extensa: sed more similium locutionum sunt pie interpretationi relicta, ⁊ quasi correcta, dum papa in concilio dicit, statuimus sacro approbante concilio: approbare enim commune est potestati, sapientie, consensui: nec superioritatẽ, nec equalitatem potestatis in approbantibus exigit: vt patet. ¶ Ad sextũ dicitur, ꝙ licet ecclesia integra possit dare indulgentias ⁊c. ⁊ eius sit thesaurus meritorum vnde fiunt indulgentie: vt propter cuius vtilitatem est, non tamen eius sunt vt dñe: quoniam ipsa est serua dñi iesu, ⁊ quicquid acquirit seruus, acquirit dño suo, ⁊ ipsi dictũ est, cum feceritis quecunq; mandauero vobis, dicite quod debuimus fecimus, serui inutiles sumus. Unde non magis ad ecclesiã, sed ad vicarium domini spectat dispensatio thesauri in vtilitatem ecclesie, pro qua est. ¶ Ad vltimum iam patet, ꝙ gratis concedimus synodum, que vere synodus est. s. integram potestatem habere deponendi, excommunicandi ⁊c. De hoc enim non est questio, sed de modo habendi: vt patet ex dictis. Et hec sufficiant ad similia.

¶ Caput decimumoctauum.

DIri In eodem. xj. cap. ꝙ ex hoc ꝙ apostoli miserunt petrum ⁊ ioannem ad samaritanos, nõ potest inferri eos subditos esse apostolis: quia ex missum esse, non sequitur subditum esse: vt patet de spiritusancto.

Obijcitur. Ista consequentia est optima: spiritussctũs mittitur a filio, ergo est ab eo, vel eo īferior: ⁊ sic oportet fateri, ꝙ petrus est ab ecclesia, ex quo nõ est inferior.

Respondeo Qr consequentia illa que vocat̃ optima, non est vere optima, cum nõ sit bona nisi gratia materie: quoniam spiritussanctus mittitur a seipso, vt patet in primo sen. di. 16.) ⁊ tamen non est a seipso, nec inferior seipso. Et similiter filius mittitur a seipso, imo etiam filius mittitur a spiritusancto, qui est a filio: vt patet in eodem lib. dist. 15. Et quia consequẽtia non est bona de forma, ideo non infert, ergo petrus est inferior ecclesia vel est ab ecclesia.

¶ Caput decimumnonum.

DIri In eodẽ ca. xj. ꝙ ex 36. q. 2. ca. placuit: iuncto ca. tria: habetur ꝙ hieronymi autoritas inniza sacre scripture preualuit concilio.

Obijcitur Qr hieronymus ⁊ dictũ concilij intelliguntur pro diuersis temporibus: et ꝙ verba gratiani ibidem inter paleas computanda sunt.

Respondeo Qr licet certũ sit ꝙ hieronymus absolute ⁊ non ſm hoc vel illud concilium futurum loquatur, ⁊ ꝙ concilium generale posset prohibere quod non est absolute prohibitum: verba tamen concilij non tanq̃ constituentia sed declarantia iis sumpta hieronymi autoritati non preiudicant, ⁊ hoc intendit gratianus, ⁊ non ꝙ non posset statuere. Verumtamen quicquid de hoc sit, sano habeo intentum meũ ibidem: dũ ex illo loco habetur siue autoritate gratiani, siue quacunq; alia, ꝙ hieronymi autoritas preualuit concilio: ⁊ ita hodie iuxta hieronymi, non iuxta concilij autoritatem seruat ecclesia. Quod autem computentur verba gratiani inter paleas ab arguentibus, nihil obstat: quia oportet ꝙ ab alijs ⁊ non ab ipsis solis inter paleas computentur.

¶ Caput vigesimum.

Jri In eodem ca.xj. ex autoritate decretalis de electione in ca.significasti:q concilia a papa autoritatem habent.

Obijcitur Dicendo,quod illud est intelligendum de concilio q̄tum ad suum congregari:quia regulariter autoritate romani pontificis congregatur:sed ex quo congregatum est,siue autoritate romani pontificis,siue alias habet immediate autoritatem a christo.

Respondeo Quod expositio ista repugnat textui. Nam ibi duo dicuntur habere concilia a ro.ecclesie autoritate quod facta sunt.et quod robur acceperūt. et primum vt patet,refertur ad ipsum congregari.secundum autem nisi superfluat,ad autoritatem congregati. Et conuincitur hanc esse absq3 omni ambiguitate intentionem litere illius: quia reddit rationem,quare conciliorum legibus apostolica sedes nō subest. Si enim dependerent concilia tantum in congregari a papa, ex quo leges faciunt postq̄ congregata sunt nihil valeret ratio assignata ad intentum inferendum. Patet namq3 manifeste quod ex hoc quod concilia regulariter non congregantur nisi per papam,non sequitur,ergo non prefigunt legem pape:quia stat,quod congregata prefigant legem si congregata non pendent ab ipso.

Capitulum.xxj.

Jri In eodem.xj.ca.quod concilium vniuersale legitime congregatum errare potest diffiniendo papa absente.aut non consentiente:et quasi dixi quod potest errare eodem modo in his que sunt fidei.

Obijcitur: Quia ad concilium generale spectat determinatio eorum que sunt fidei:et ipsi promittitur quod docebit vos spiritussanctus omnem veritatem. In cuius signum act.xv.ponitur spiritussanctus presidens concilio apostolorum,cum dicitur.visum est spiritui sancto et nobis:et non dixerūt visum est petro et nobis. Hoc satis innuere videtur aug.euangelio non crederem,nisi me autoritas ecclesie admoneret. Et in sexta synodo(vt patet di.xvj.ca.placuit)dicitur:Placuit huic sancte synodo,vt ammodo confirmata et rata sint canonum apostolorum.83.capitula. Hoc quoq3 deduci potest ex illo:ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsq3 ad cōsummationem seculi:hoc enim successoribus apostolorum dicitur.concilium enim generale representat concilium apostolorum et seniorum. Hoc idem patet ex eo quod quilibet fatetur se credere in vnam sanctam ecclesiam catholicam:ex hoc enim sequitur quod ad eam vltima decisio eorum que sunt fidei spectat. Cum enim papa fatetur se credere in vnam sanctam ecclesiam,non dicit se credere in semetipsum. Preterea.Ecclesia vniuersalis non potest errare in fide:et concilium gaudet eodem priuilegio,quo ecclesia representata,sicut eadem potestate. Jmo cum ecclesia vt dispersa nullum actum iurisditionis exercere possit,nec aliquid sententialiter diffinire,infallibilitas in diffiniendo ei competere debet,vt congregate in concilio. Et si dicatur quod papa representat ecclesiam sicut concilium:diceretur quod papa representat ecclesiam remote,concilium autem propinquissime:quia in eo est aliquis de qualibet ecclesia saltem sufficienter vocatus,et priuilegium ecclesie transit in cōciliū īmediate eā rep̄sentās nō autem in summum pontificem.

Respondeo. Hec obiecta dupliciter deficiunt.et primus defectus communis est omnibus. secūdus autem quibusdam obiectionibus communis. Defectus omnium obiectionum est:quia a concilio declinant ad concilium secluso papa. Ex cuius proprio priuilegio(concilium quippe generale sine pape consensu non diffinit)constat quod non vniuersali consensu diffinitio illa facta est:cum papa supremum in ecclesia dei teneat locum,officium.et regimē etiam vniuersale. Quod autem vniuersali consensu diffinitum non est:proculdubio a concilio vt ecclesiam vniuersalem representat,diffinitum non est. Dico igitur quod propositio dicens quod concilium generale non potest errare in iudicio fidei,est vera simpliciter et absolute de concilio iudicante in fide cum papa:et non est vera de concilio acephalo. Et hec responsio sufficit ad omnia obiecta q̄tum ad intentam conclusionem. Sed q̄tum ad vim ipsarum obiectionum.in speciali dicitur. Et ad primam quidem quod ad concilium generale spectet vltima decisio fidei,dicitur quod hoc verificatur de concilio ratione capitis:sicut de homine q videt ratione oculi. Et q hoc sit verum,patet de concilio ariminensi et ephesino secūdo:quorū primū errauit in fide cū arrio,secūdum aūt etiā errauit in fide cum eutychete. Et quod amplius est notandum, istud secundum fuit etiam autoritate apostolica congregatum:et in neutro consensit erronee diffinitioni romanus pontifex. Et de ephesino quidem secundo clare patet ex multis epistolis leonis, et gestis calcedonēn.synodi. De ariminēn.vero patet ex rufino in ecclesiastica historia et in historia tripartita lib.v.ca.xxix. Ex effectu igitur manifestum est quod verbum domini,spiritussanctus docebit vos omnem veritatem.non dictum est concilio dissentienti a papa.q̄uis legitime congregato. Hec recte ex imminent omnes qui hac de re decernunt:vt caueant,et a sensatis non recedat iudicium. Ad secundum dicitur,quod etiam si concilium illud apostolorum etc.fuisset concilium generale,nihil aliud haberetur, nisi q concilio integro cum petro presente et primo.spiritussanctus presideret:quod gratis conceditur. Sed quare ibi in communi diffinitum sit,et q non fuerit generale concilium illud.in libello illo diximus. Ad tertium patet etiam,q aug.dixit.nisi autoritas me admoneret ecclesie:et non dixit ecclesie acephale. Ad quartum fateor me non videre quid probet.nisi contra asserentes:quia canones apostolorum q̄uis a synodo confirmati euanuerunt:hoc enim non facit ad celsitudinem potestatis synodi,quam illi intendunt. Ad quintum dicitur,q ad literam loquitur de ecclesia vniuersali,que nunq̄ deficiet:hec enim est,que succedit apostolis et alijs quibus dominus loquebatur. Ab ecclesia autem vel etiam concilio eam representante,ad concilium acephalum,non valet argumentum. Ad sextum dicitur,q antecedens assumptū ex articulo fidei de vna sancta ecclesia potest dupliciter legi scilicet cum prepositione in(dicendo,credo in vnam sanctam ecclesiam catholicam)et,sine illa prepositione: quod melius iudicat diuus tho.dicendo,credo,vnam sanctam ecclesiam catholicam. Et siquidem dicatur credo in vnam etc.sumitur ecclesia pro ecclesia integra,corpore scilicet et capite,quod est christus dominus: ratione cuius in ecclesiam dicimur credere. Et tunc optime valet consequentia:ergo ad huiusmodi ecclesiam pertinet vltima decisio fidei,et,quod papa non dicitur credere in semetipsum. Sumi quoq3 potest pro ecclesia in terris vt iungitur spirituisancto,ratione cuius dicimur credere in ecclesiam:vt diuo th.placet. Et sic etiam patet quod optime valet consequentia,quod ad ecclesiam catholicam iunctam spirituisancto,vt sic spectat vltima decisio fidei,et quod papa non dicitur propterea credere in seipsum sed in spiritumsanctum vt est ecclesie rector.sed non valet vlterior consequentia,ergo ecclesie acephale. Si autem legatur sine prepositione, tunc dicitur vt supra.q creditur vna sancta catholica ecclesia:sed non valet,ergo ecclesia acephala. Et conceditur q ad vnam sanctam ecclesiam catholicam spectat vltima decisio fidei,sicut et potestas iurisditionis,que conuenit ei ratione partis. Nec papa credendo ecclesiam dicitur credere seipsum,sed dicitur credere officiū suū et aliorū.in cuius signū a fide deuiaret,si nō crederet officium suum. Ad septimū dicitur primo,q concilium etiam integrum non admitto gaudere de necessitate priuilegio personali ecclesie(quale est esse semper in ecclesia fidem formatam)quoniam de ecclesia hoc constat.de concilio autem nullibi inuenisse me fateor autēnca autoritate firmatū, q̄uis rationabile sit de facto ita esse,q scilicet in aliqua persona cōcilij sit fides formata. Dicitur secundo q non posse errare in fide iudicialiter est priuilegiū ecclesie ratione capitis,ad quod spectat iudiciū. Et ideo non est priuilegium ecclesie acephale:nec ecclesie.i.collectionis fideliū,ad quam non spectat potestas iurisditionis.quā tñ ecclesiam pro collectione fideliū omniū tñ cōcilium representat.et cui,pmisit dominus q secū esset. Et ex hoc patet quārū deficit argumētū illud.nā pcedit ac si ecclesie ratione cōitatis conueniat priuilegium illud non posse errare iudicialiter:cū constet q sicut iurisditio cōuenit ecclesie ratione capitum ita actus iurisditionis. Et q3 actus iste scilicet iudicialiter diffinire de fide,concernit vniuersalem ecclesiam.ideo cōuenit ecclesie ratione capitis,cui commissa est cura vniuersalis ecclesie:sicut alij actus ratione aliorum capitum proportionaliter. Dicitur ergo tertio formaliter quod concilium integrum gaudet eodem priuilegio officij non persone quo gaudet ecclesia,et eodem modo scilicet ratione partis,puta capitis: et similiter gaudet eadem potestate,et eodem modo:sed ex hoc magis habetur intentum. Et concedo gratis,q infallibilitas in diffiniendo de fide conuenit concilio integro ratione capitis,et non ab ecclesia:cui etiam hoc non conuenit nisi ratione capitis,sed a domino iesu,cuius caput vices gerit. Quod autem dicitur de representatione immediata et remota,duo importat scilicet representationē ecclesie per papam et cōciliū,et modū representandi. Et quo

ad representationem dicitur, ꝙ inter papam ⁊ concilium tanta est in hoc differentia, ꝙ concilium representat vniuersalem ecclesiam integram (hoc est corpus cum capite) proportionaliter: sic ꝙ caput concilij representat christum caput ecclesie, ⁊ corpus concilij corpus ecclesie. Et hic est verus ⁊ indubitatus sensus, quo concilium vniuersalem ecclesiam representare dicitur, ⁊ a domino immediate potestatem habere. Ecclesiam autem in terris positam concilium integrum quo ad potestatem representare dicitur. pro quanto omnis ecclesia potestas in eo inuenitur per seipsam vel in sua vicaria, quo ad vota vero, quia intelligitur in ipsum consentire omnium personarum ecclesie vota: vt patet ex autoritate gregorij supra inducta. Papa autem vniuersalem ecclesiam integram, ⁊ in terris ecclesie potestatem ⁊ vota, difformiter representare inuenitur, nam caput dominum .s. iesum christum participatiue, papatum in seipso formaliter, reliquē ecclesie potestatem ⁊ vota eminenter representat. ❡ De differentia autem obijciendo tacta, totum oppositum est: quando ratione prelature concilium ecclesiam representare dicitur, ⁊ solus papa immediate a christo prelatus est, reliquum autem ecclesie corpus a domino mediante petro munus hoc habet, oportet dicere ꝙ papa immediatius representat ecclesiam quam concilium: quia papa, mediante solo christo, concilium autem mediante christo ⁊ papa.

❡ Caput vigesimumsecundum.

Dixi In ca. 13. ꝙ potestas applicatiua papatus ad personam, regulariter ⁊ principaliter est in papa, ⁊ non nisi in casu in concilio seu ecclesia. et in ca. 6. idem sub alijs verbis .s. ꝙ potestas electiua pape in pape potestate est. ❡ Et attuli ad hoc vtrobique duo argumenta. Primum ex facto petri. 8. q. 1. cap. si petrus. Secundum ex eo ꝙ papa determinat de actu electionis, ita ꝙ contrario modo factus sit irritus.

Obijcitur Contra quattuor .s. contra hoc, ꝙ talis potestas est in papa: ⁊ contra hoc, in casu tantum est in ecclesia seu concilio: ⁊ contra vtrumque argumentum. ❡ Primo ergo arguitur contra primum ex occham. Si potestas electiua pape esset in potestate pape, sequeretur ꝙ papa posset relinquere ecclesiam absque potestate electiua: quod est impossibile: ergo. Et tenet sequela, ponendo ꝙ mortuis vel priuatis electoribus papa non ordinaret electores. ❡ Et si dicatur ꝙ in tali casu deuoluitur ad ecclesiam. Contra: quia tunc sequeretur ꝙ ecclesia esset superior papa: quod tu negas. Et tenet sequela: quia nunquam potestas aliqua ex negligentia alicuius deuoluitur ad alterum, nisi sit simpliciter ⁊ absolute superior: potestas enim papalis non deuoluitur ad episcopum ex negligentia pape non prouidentis alicui beneficio, sed econuerso. ❡ Preterea. Si ecclesia in illo casu habet potestatem electiuam, queritur a quo habet immediate: cum a seipso non habeat. Si dicatur a christo, difficile erit reperire in sacris literis fundamentum, in quo possit stabiliri ꝙ in illo casu habeat, et non regulariter. ❡ Secundo principaliter arguitur ex armachano. Non est verisimile, ꝙ dominus voluntati vnius hominis commisisset potestatem electiuam summi pontificis: quia posset euenire, ꝙ vna progenies diceret, hereditate possideamus sanctuarium dei: dum quilibet in fine vite suum consanguineum subrogaret. ❡ Tertio. Quia sequeretur, ꝙ etiam potestas destitutiua pape in casu heresis quo deponi potest, esset in papa: ⁊ sic par in parem haberet imperium. ❡ Et rursus ꝙ papa posset constituere, ꝙ papa hereticus a duobus vel tribus deponi posset. Et tenet sequela: quia per easdem causas habent generari ⁊ destrui potestates iste. ❡ Quarto. Si in papa esset potestas electiua pape, vel ergo est in eo potestas illa sic ꝙ per semetipsum potest successorem eligere, vel solum quia aliquibus potest illam potestatem communicare. Hoc secundum nihil habet apparentie. Ex primo autem si concedatur: sequitur hoc inconueniens ꝙ esset in potestate duorum facere ꝙ alternatis vicibus quilibet per annum in ordine suo esset summus pontifex more anne ⁊ cayphe. Et patet consequentia: quia vnus papa pro sua voluntate potest eligere alterum in papam, ⁊ in fine anni ille alter reeliget eundem, et sic deinceps. ❡ Quinto. Christus non contulit pape aliquam potestatem perniciosam ecclesie: sed (vt habet glossa in cap. si petrus) hoc est perniciosum, ꝙ aliquis eligeret sibi successorem: ergo christus non contulit illam potestatem. ❡ Contra rationem ex facto petri allatam, dicitur primo, ꝙ petrus non instituit clementem, sed instituendum ordinauit. ❡ Dicitur secundo, ꝙ hoc fecit instinctu spiritussancti: quo etiam preuidit mortem. ❡ Dicitur tertio, ꝙ papa in casu necessitatis quo electores non possent congregari, ⁊ pro occurrenti periculo opus sit pastore, potest papa moriens instituere successorem. ❡ Contra rationem autem, ex hoc ꝙ papa statuit circa actum electionis etiam electores determinando ⁊c. dicitur, ꝙ papa non dedit potestatem electiuam cardinalibus, sed ecclesia vniuersalis in sexta synodo in ca. in nomine domini, vbi nicolaus papa non propria autoritate, sed sanctorum patrum statuit. Et propterea vbi cardinales potestate sibi tradita abuterentur manifeste, vniuersitas fidelium posset eos priuare potestate electiua pape, ⁊ alijs eam committere.

Respondeo. Et primo declaro sensum verborum meorum in libello illo, secundo quid in hac materia mihi videtur, tertio satisfacere curabo obiectis.

❡ Quo ad primum nunquam dixi, ꝙ papa potest sibi eligere successorem, nec ꝙ potestas electiua pape sit in papa formaliter, nec ꝙ potestas applicatiua papatus ad personam sit in papa formaliter: sed dixi ꝙ huiusmodi potestas est in papa regulariter ⁊ principaliter. Constat namque apud viros doctos, ꝙ multa sunt in potestate superioris que non sunt in illo tenus potestate formaliter: ⁊ que etiam non potest per seipsum immediate facere. Sunt enim in intelligentijs (quas angelos dicimus) forme inferiorum et eorum potestates, non tamen formaliter, nec sic ꝙ possint earum actus per seipsas exercere. sunt in corporum celestium potestate forme elementorum et eorum potestates, non tamen formaliter, nec sic ꝙ eorum operas possint per seipsa exercere. Stat igitur ꝙ huiusmodi electiua potestas sit in papa regulariter et principaliter: et non sit in eo formaliter, nec possit per seipsum huiusmodi potestatis actum exercere. ❡ Sumantur ergo verba mea in hoc sensu, ꝙ potestas electiua est in potestate pape virtualiter seu eminenter, ⁊ hoc quo ad modum essendi, ⁊ ꝙ est in potestate pape regulariter, i. ordinario iure, ad differentiam ecclesie vidue: in qua est huiusmodi potestas in casu. ⁊ principaliter, ad differentiam eiusdem ecclesie, in qua est secundario: pro quanto in casu potest non solum eligere, sed facere electores, et ordinare de modo electionis. Hec de primo.

❡ Quo ad secundum: quia eius est potentia cuius est actus (vt dicitur in de somno ⁊ vigilia) ⁊ electionis pape actus simpliciter et absolute non est pape, ideo potestas electiua pape non conuenit formaliter pape. Probatur minor, electio pape est actus factiuus quantum ex se est tunc pape, ergo repugnat ei, ꝙ presupponat pro tunc papam. Et tenet consequentia, quia quod fit non est: si enim esset iam non fieret. Tunc vltra, ergo elector pape non est papa, et tenet sequela: quia elector presupponitur secundum naturam electionis, et est simul tempore cum electione. Tunc vltra, ergo actus electionis pape non est pape, et tenet sequela: quia electio pape est actus electoris pape. Ex hoc igitur patet, ꝙ potestas electiua pape, cuius actus simpliciter et absolute est electio factiua ex natura sua tunc pape non est in pape potestate formaliter. ❡ Et confirmatur autoritate consuetudinis ecclesiastice, qua fit vt electiones pastorum non fiant nisi vacationis tempore, necnon diuine sapientie suauiter omnia disponentis: que dixit, sufficit diei malitia sua, crastinus enim dies solicitus erit sibiipsi. In subiecto igitur opportuni temporis quo potestas electiua eligere debet, locata est formaliter, ⁊ non in papa: qui solum preueniendo solicitudinem crastini diei eligere posset: vt patet. ❡ Subiectum autem huiusmodi electiue potestatis formaliter (iuxta peripateticam et apostolicam simul autoritatem, qua inuisibilia ex visibilibus cognoscenda a nobis sunt) ex ipsius electionis actus exercitatione inuestigandum est. Apparet autem absque omni ambiguitate, ꝙ electio pape ad romanam ecclesiam spectat: computando intra romanam ecclesiam episcopos cardinales, qui velut suffraganei romani archiepiscopi introducti videntur. Et propterea cessante omni humano statuto, certisque existentibus ecclesie romane membris, in eadem regulariter est potestas electiua pape, non minus quam in ceteris ecclesijs potestas electiua suorum episcoporum. Ex eo enim ꝙ christus dominus romanam ecclesiam elegit in petri ecclesiam propriam: dum ipsi ne ex roma, sicut ex antiochia papatum transferret inhibuit dicens: venio romam iterum crucifigi) ecclesie romane potestatem electiuam pape non positiue, sed negatiue, hoc est oppositum non ordinando, concessisse dicitur. In casu autem incertorum electorum, ecclesie vniuersali eandem potestatem eadem ratione (quia scilicet est episcopus vniuersalis ecclesie) et eodem modo scilicet negatiue dedisse intelligitur. Ex statuto autem humano, apostolica autoritate contractum per viam determinationis positiue est subiectum potestatis electiue ad cardinales romane ecclesie solos. Papa enim ex eminentia potestatis, cure ac regiminis vniuersa-

lis. potest, de electiua potestate decernere: ipsamque sic dirigere et ordinare, vt contrario modo faciendo irrita sit in suo opere ⁊ subiectoꝛ: vt patet in gestis ipsoꝛum pontificum, ⁊ obseruatione ecclesie. Hec de secundo.

¶ Quo ad tertium respondendo obiectis pro quanto militant aduersus hec, dicitur ad primum. quod impossibile est ecclesiam relinqui absque papa ⁊ potestate electiua pape: quoniam decedente papa absque vllo decreto de hoc. negatiue relinquit potestatem electiuā ecclesie romane: sicut Linus successor petri immediatus electus creditur. ⁋ Responsio quoque data quod per viam deuolutionis potestas applicatiua papatus ad personam esset in ecclesia vniuersali in casu. pro q̄nto ex meo libello assumitur, non intelligitur de deuolutione propter negligentiam, contra quam obicitur, sed communiter. ⁊ propterea nō sic arctatur deuolutionis vocabulum. quin siue deuolutionis, siue successionis, siue suppletionis. siue cuiuscumque alterius modi in hac sententia viam includat. Unde non super negligentia electoꝛum, sed super defectu oꝛdinarioꝛum electoꝛum fundaui, ⁊ in tali non in alio casu ibi dicta intelligo. Existētibus siquidem certis electoꝛibus, qui hodie sunt cardinales. non succedit romana ecclesia, neque ecclesia vniuersalis: defunctis autem omnibus cardinalibus, romana ecclesia a qua Linus est electus ante humana iura nobis nota, immediate succedit. Quia tamen pars clauditur in toto, ⁊ in ecclesia vniuersali clauditur ecclesia romana, si concilium generale cum pace romane ecclesie eligeret in tali casu papam, verus papa esset ille qui electus sic esset. ⁋ A quo autem ecclesia romana aut ecclesia vniuersalis haberet in casu potestatem electiuam pape ⁊ non regulariter, facile patet. Nam constat quod haberet a christo, ⁊ eius vicario negatiue: quia scilicet neuter oꝛdinauit oppositum. ⁊ christus dominus statuit petrum in successoꝛibus perpetuum. Stāte siquidem hoc secundo, cum successio carnalis in nouo testamento consilio castitatis, maxime conuenienti perfectissimo statui (qualis pape est) dissonet, voluntaria quoque quasi adoptio vel institutio successoꝛis suaui ecclesie dispositioni aduersetur: via electionis perpetuandus relinquitur successoꝛ petri, proculdubio ab ecclesia sua, que quia est ⁊ romana ⁊ vniuersalis, nisi ipse papa determinet qui romanam ⁊ vniuersalem ecclesiam repꝛesentent in eligendo, determinationi ipsius petri ⁊ domini. qua facto moꝛte scilicet petri in episcopatu romano determinatū est quod ecclesia romana repꝛesentet ecclesiam vniuersalem in electiua potestate (vt patet si secludamus omne ius positiuum per intellectum, et aspiciamus ad ecclesie antique consuetudinem standum est. Unde non opoꝛtet solicitari de autoꝛe potestatis electiue in casu, et non regulariter in ecclesia. ¶ Ad secundum dicitur, ꝙ nō est cōtra sensum declaratum. Argumentum tamen non est ostensiuum, nec ducens ad inconueniens ex natura potestatis, sed ex abusu: ex quo si liceret arguere, nescio que potestas vniuersalis recte committi posset vni homini. ¶ Ad tertiū dicitur, quod quia quelibet potestas ecclesie est inferioꝛ potestate pape cui relique subiacent potestates. nullum inconueniens video concedere, quod in Pape potestate eminenter continetur potestas etiam depositiua pape heretici, ⁊ quod posset constituere, ⁊ quod a collegio cardinalium posset deponi in casu quo deponendus est. Nec sequitur quod par in parem habeat imperium: quia non supꝛa papam sed supꝛa coniunctionem papatus cum persona, exerceret imperium, in statu in quo coniunctio illa est in coꝛrumpi ex diuino iure. ¶ Ad quartum dicitur, quod propꝛie loquendo neutro modo est potestas electiua in papa: sed quia potest determinare electoꝛes, et modum eligendi. Unde non opoꝛtet ad inconueniens deductum respondere: quod tamen ex abusu potestatis sequeretur. ¶ Ad quintum dicitur, quod non potestas sed abusus potestatis si data esset a christo. esset perniciosus.

¶ Ad obiecta vero contra rationem ex facto petri. dicitur quod prima glosa videtur contra textum dicentem. tradente sibi petro: et non dicit oꝛdinante quod sibi traderetur. ⁋ Secunda vero glosa acceptari potest: q̄uis non sit autentica: pꝛesertim quia moꝛtem non instinctu spiritussancti sed domini voce agnouit, dicentis: venio romam iterum crucifigi. ⁋ Tertia autem glosa si acceptatur, eminentie potestatis pape fauet: vt patet. sed quomodo tunc fuerit talis necessitas deberet aperiri. Uidetur tamen mihi, quod vel iuxta secundam glosam instinctu spiritussancti petrus hoc fecerit, vel de eminentia potestatis (propter quod dissolutum a spiritusancto dicitur factum petri nō superērūt petrus ⁊ clemēs, vel potius ꝙ tāque incertū factū, autoꝛitatē firmā non faciat. Dico autem incertum: quia ecclesia linum ⁊ cletum te putans summos pontifices. computatis annis quibus quilibet eoꝛum rexit ecclesiam ro. ante clemētē, testari videtur ꝙ verba illa ioannis pape tertii tanque narratiua creditu facti accipiēda sunt, ⁊ non vt autoꝛitatiua factum quod narratur. propter quod autoritate illa vtimur, vt valeat q̄tum valere potest. Accedit ad hoc versus in glosa ibidem de clemente dicens: Disputat hoc mundus quartus fuerit ne secundus. ¶ Ad obiecta demum contra rationem ex hoc ꝙ papa statuit de electoꝛibus pape. dicitur ꝙ manifeste constat ex illo ca. in nomine domini: ꝙ propꝛia autoꝛitate papa illud statuit in synodo: vt patet ex illis verbis: venerabilis pontifex decernens autoꝛitate apostolica inquit. Mirum est autem, ꝙ arguentes non aduerterint grammaticam constructionem in sequentibus (vbi dicitur: quapꝛopter instructi predecessoꝛum nostroꝛum alioꝛumque sanctoꝛum patrum autoꝛitate, decernimus, vt obeunte ⁊c. ⁊ dixerint propter hec verba. ꝙ papa non propꝛia sed sanctoꝛum patrum autoꝛitate statuit: cum ly autoꝛitate, determinet ly instructi, ⁊ non ly decernimus: vnde solidum stat ꝙ papa autoꝛitate propꝛia statutum illud fecit. ⁋ Quamuis etiam omnia statuta de electione pape. quo summus pontifex etiam in synodo fecit ꝓpꝛia autoꝛitate fecerit: ⁊ sancti patres in synodo cōgregati nihil possint sine autoꝛitate romani pontificis statuere. Hec quoque ex autoꝛitate pape fieri compꝛobantur. dum statutum gregoꝛii decimi cum concilio lugduneñ. (quod habetur in sexto de elec. vbi periculum: disponens de electione pape, reuocatum per adrianum ⁊ ioan. xxi. ac deinde reassumptum per celestinum quintum ⁊ bonifacium octauum) robur autoꝛitatis habet: vt gloss. in eodem ca. dicit. Clementinam quoque ne romani. de electione pape. a papa non a concilio generali factam esse patet in clemētinis de electione. Multa quoque circa electionem pape statuta (in di. 79. patet a gratiano referri. Et nouissime iulius. ii. qui viuit ⁊ regnat, statutum nouum edidit de electione pape absque concilio generali. Unde negare huiusmodi potestatem in papa. est negare sensum.

¶ Capitulum. xxiii.

Octaui In ca. xx. xxi. ⁊ xxii. quod in ecclesia dei est potestas autoꝛitatiua super coniunctionem petri ⁊ papatus, non autem super papam.

Obijcitur Contra tripliciter. Primo quia contrariantur dictis in libello illo. ⁋ Secūdo quia contrariantur hec duo inter se. ⁋ Tertio quia falsum est, quod potestas depositiua pape que est in ecclesia, nō sit autoꝛitatiua supꝛa papam. ¶ Primum ostenditur sic. in ca. vi. ⁊ xiii. dictum est. quod potestas applicatiua ecclesiastice potestatis ad hanc vel illam personam est in solo papa: nunc dicitur, q̄d potestas autoꝛitatiua super coniunctionem est in ecclesia. ergo contradictio. ¶ Secundum autem ostenditur exemplo, quo vtoꝛ retoꝛquendo in me. Habere enim potestatem super hominem. nō est habere potestatem super animam. nec super coꝛpus. sed super separationem anime a coꝛpoꝛe: cum nihil aliud faciat occidens hominem. quid ergo aliud est habere potestatem autoꝛitatiuam super papam, q̄ posse papatum ab ipso autoꝛitatiue separare. ¶ Tertium autem (quod scilicet ecclesia autoꝛitatiua super papam ipsum deponit) probatur tripliciter. ⁋ Primo. quia aliter papa hereticus citatus non tenebitur comparare, nec erit contumax non comparens: iudicabunt ergo inauditum. aut non obligatum respondere. ⁋ Secundo omnis actus punitiuus persone ratione propꝛii peccati, est ab habente iurisditionem super eum qui punitur. ⁋ Tertio arguitur ad hominem. meipsum scilicet Ecclesia potest excommunicare papam hereticum anteque deponat: ergo habet autoꝛitatem iurisditionis super papam. patet sequela, et antecedens ex te est: quia quum tu dicas hanc consequentiam esse bonam non est excommunicatus ipso facto, ergo non est depositus. ⁊ ista erit bona: non potest excommunicare, ergo nō potest deponere. ⁊ ista potest deponere. ergo potest excommunicare.

Rn̄deo. Et ad primū dicit. ꝙ nulla est in dictis meis contrarietas: quoniam superius de autoꝛitate eminentie erat sermo, vbi ecclesie potestas pape potestati comparabatur. Unde dictum est ibi. quod papa est moderatoꝛ et directoꝛ potestatis ecclesie. et non econuerso: hoc enim ad eminentiam et non eminentiam potestatis spectat. Hic autem sermo est de autoꝛitate efficacie, dum dicimus quod potestas ecclesie autoꝛitatiue potest super coniunctionem ⁊c. hoc enim nihil aliud sonat, nisi quod talis potestas tanque superioꝛ coniunctione illa, potest efficere illam: agens enim vt sic pꝛestat eo quod fit vt sic. Cum hoc namque patet bene stare, quod potestas applicatiua potestatis ecclesiastice, secundum eminentiam est in solo papa. ¶ Ad scd̄m

vero dicit. q hec duo .s. potestas est sup cōiunctionē, ⁊ nō sup papam, in nullo repugnant inter se: q diuersa sunt. Et papa significat aliquid maius coniunctione: quoniam significat formam papatus, sicut dominus formam domini. Propter quod retorsio exempli de homine nihil valet, nam non conuenit pape significatum equiparare significato hominis ⁊ simile de vtroque ferre iudicium: quia homo significat formaliter compositum ex anima et corpore, papa vero significat formaliter purum papatum, q̄uis in concreto: vt patet. Sed hoc totum petrus papa se habet vt ly homo. ⁊ conceditur q potestas illa potest super petrum papam, ratione subiecti (vt in libello dicitur) nō autem super papam: quia non potest ex parte forme. Unde patet nullam esse repugnantiam, ⁊ q aliud est posse super papam, ⁊ aliud super petrum papam: sicut aliud est posse super compositum ⁊ aliud super formā. ¶ Ad primum autem contra tertium (hoc scilicet q potestas ecclesie nō est supra papam) respondetur, q petrus papa hereticus tenetur ad omnia que sunt necessaria ad iudicium depositionis ipsius: vt in libello capitulo. 21. expresse dictum est, vnde mirandum videtur de obiectionibus. Dico igitur, q petrus papa hereticus ratione subiecti sic dispositi, subditur potestati depositiue ecclesie, ⁊ in omnibus necessario preambulis ⁊ consequentibus. Nec ex hoc sequitur, q potestas ecclesie sit supra papam, sed supra petrū papam sic depositum in hoc tantum. Et per hoc patet solutio primi ⁊ secundi. ¶ Ad tertium vero dicitur q (vt patet in cap. 19. libelli, vnde impositum est mihi q dicam illam consequentiam bonam) nunq̄ ego dixi hoc, nunq̄ somniaui connexionem inter excommunicationem ⁊ depositionem: imo oppositum expresse sensi. Ego enim ex illa communi radice, id quod infligitur a iudicio humano, non incurritur ipso facto ex solo peccato interiori pure: intuli duo scilicet negationem excommunicationis, et negationem priuationis, ⁊ dixi q si ex hac radice sequitur non esse excommunicatum, multo magis sequitur non esse priuatū: quia ibi non requiritur declaratio apud iuristas, sicut hic. Argumentum autem procedit contra dicentem illationem formalem a negatione excommunicationis ad negationem depositionis: ⁊ ideo non est ad propositum.

¶ Caput vigesimumquartum.

Dixi In ca. 21. q papa posset committere potestatē depositiuā pape heretici collegio cardinaliū.

Obijcitur q non possum sic dicendo sustinere, quin par in parem habeat imperium.

Respondeo q facillime patet ex hoc non sequi parem in parem habere imperium: quia potestas depositiua non est supra papam, sed supra coniunctionem petri cum papatu: que coniunctio non est par pape. ¶ Quare autem huiusmodi potestas depositiua pape, q̄uis sit minor papatu, nō sit auferibilis ab ecclesia a papa, in promptu causa est: quia diuino iure illi conuenit contra papam hereticum: vt patet ex dictis in libello.

¶ Caput vigesimumquintum.

Dixi In ca. 26. rationem quare papa pro infidelitate sola potest deponi, quia sola infidelitas inter crimina contrariatur ad esse pape.

Obijcitur Dupliciter contra hanc rationem. ¶ Primo, quia falsum est q fides requiratur ad esse pape, cum papa si fiat hereticus, adhuc sit papa apud me: sufficit enim character baptismalis. ¶ Secundo, quia hec ratio eque fortiter probaret, q pro heresi deponi non posset: quia heresis non opponitur ad esse pape.

Respondeo q ratio mea nō est intellecta vt est: studiose namque non posui inter conditiones requisitas ad esse pape fidem sed christianitatem, vt excluderem hanc obiectionem. Nec assumpsi, q infidelitas sola inter vitia contrariatur fidei, sed christianitati seu conditioni requisite ad esse pape: vt patet in libello. Constat enim christianitatis statui (qui membrum christi constituit) solam infidelitatem inter vitia opponi, et q christianitas requiritur necessario ad esse pape. Et in libello eodem, cap. xxvij. clare manifestaui differentiam inter christianitatem et fidem: ⁊ q christianitas est status quidam ecclesiasticus ex charactere et fide constitutus. ¶ Sed vt melius vis rationis perspiciatur, ex conclusione intenta ⁊ directa oppositione infidelitatis considerandum est, q non est intenta aut deducta conclusio ex illa ratione, q papa habet non esse propter infidelitatem, sed q est dispositus propinquissime ad non esse: quod significat conclusio dicens, q est deponendus. Et propterea non oportet q infidelitas sic opponatur christianitati, q auferat totaliter esse christianum: si enim hoc tolleret, non deponendum sed depositum papam inferret. Sed sat est, q opponatur christianitati sic q constituat christianum hominem q̄tum est ex parte hominis in non esse christianitatis. Per hoc siquidem non esse christianitatis in petro papa, constituitur Petrus papa in esse deponibili: quia per tale non esse est dispositus sic vt deponi possit: vt patet ex dictis in libello. Et manifestatur ex officio pape, cum enim pape officium sit pascere doctrina ⁊ opere, cum habet fidem formatam velut sanus viuit in papatu: cum autem habet fidem informem ob perditam charitatem, nō pascit amplius exemplo, sed doctrina tantum: ac per hoc velut eger in papatu est. Si demum etiā fidem omnino amiserit, iam nec doctrina pascere potens est, et quasi mortuus sicut in extremis vite constitutus, ad omne opus inualidus, dispositus est vt morte depositionis auferatur a vita papali. ¶ Unde patet responsio ad primum: quia non obstat rationi, q infidelitas stat cum esse pape: vt patet ex dictis. Et potes eandem sententiam vnico verbo dicere, q fides est necessaria ad esse pape simpliciter, q̄uis non sit necessaria ad esse pape sic: scilicet quasi mortui: imo ex hoc q constituit papam in esse pape simpliciter, ⁊ eius oppositum constituit in esse pape quasi mortui, manifeste sequitur, q constituit papam in esse deponibili. ¶ Et per hoc patet solutio secundi: heresis enim non stat cum esse christianum simpliciter, nec cum esse papam simpliciter: q̄uis non auferat totaliter vtrunque esse. Sed quia constituit nō esse christianum q̄tum ex parte hominis, ideo cōstituit dispositum ad nō esse pape: quoniam esse papam simpliciter supponit esse christianum simpliciter. Sed argumentum in hoc fallitur: quia accepit hanc rationem ac si inferret non esse pape sic q esset depositus: cuius tamen contrarium patet in litera. Manet ergo ratio illa nō inuenta adhuc minus habens, quamuis in statera posita: vt desiderare me dixi.

¶ Capitulum. xxvj.

Dixi In eodem. xxvj. ca. iuncto. xxv. q ex sacra scriptura solus casus heresis excipitur ab impunibilitate pape respectu ecclesie.

Obijcitur. Quia in sacra scriptura inuenitur etiam alias criminosum esse separādum: vt patet. j. ad cor. vij. Si is qui frater nominatur inter vos est fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus aut ebriosus, aut rapax, cum huiusmodi nec cibum sumere. ¶ Et dominus mathe. xviij. minuit hominem pro quolibet mortali, cui annexa est contumacia, esse excommunicandum. ¶ Et si glosati fuerint hi textus de subditis in terra, similiter glosabūtur textus allegati per te de heretico. ¶ Et ad dicta saluatoris et petri conceditur, quod quādiu bene docent ⁊ remanent prelati, sunt audiēdi.

Respondeo. Quod quum sacra scriptura tota sit ab vno autore (qui est spiritussanctus) ⁊ velut vna integra doctrina legis diuine, non est glosis sed textui attribuendum quum ex coniunctione diuersorum locorum scripture, sensus vnus colligitur: sic autem est in proposito. Quum enim propter heresim maxime et propter etiam alia crimina sint diuino iure vitiosi multi separandi ab ecclesia, ⁊ exceptio fiat de solis prelatis ab ipso diuino iure in criminibus alijs ab infidelitate: manifeste colligitur absque nostris glosis, quod reliqui pro multis criminibus, prelatus autem pro sola infidelitate diuino iure separandus ordinatur. Scriptura igitur loquens de heretico, communis est prelatis ⁊ subditis: quia nulla fit exceptio in ea de prelato. loquens autem de alijs criminibus, prelatum simpliciter nō comprehendit: quia excipit eum. ¶ Ad responsionem vero datam exceptioni domini ⁊ petri (quando exceptus est prelatus math. xxiij. super cathedram moysi. ⁊. j. pe. ij. obedite prepositis discolis) dicitur quod responsio illa scilicet quamdiu bene docent et sunt prelati, potest bene ⁊ male intelligi. Bene quidem, si sit sensus quod q̄diu per se bene docent ⁊ sunt prelati. Et sic nihil obstat proposito: quoniam fides christi est, qua fit doctrina, ⁊ que sustinet prelatum in esse simpliciter, ac per hoc q̄diu habent fidem habent vnde per se recte doceant, ⁊ sint prelati, q̄tum est ex iure diuino: vt patet in libello. ¶ Male autem si sit sensus: quod non dicitur prelatus tolerandus, sed si toleretur audiendus: quoniam quum in maiori includatur minus, ⁊ plus sit malos prelatos audire cum effectu ⁊ obedire eisdem q̄ tolerare (vt patet) consequens est q̄d mandatum domini ⁊ petri de obedientia prelati male vite ⁊ bone doctrine, claudat in se mandatum de toleratione ab eisdem quibus obedientia indicit. Et sic autoritas iuris diuini allata efficax ad propositum restat, supra firmam petram fundata.

¶ Caput vigesimumseptimum.

DIxi In eodem.xxvj.cap.conclusiue,ꝙ in solo casu heresis papa subijcitur ecclesie, ita ꝙ possit deponi.

Obijcitur Primo. Quia in epistola clementis ad Jacobum,ex ore petri apostoli ordinatur,ꝙ clemens papa deponatur propter negligentiam:ecclesie siquidem non spernit illam epistolam, qđ sufficit. ¶ Secundo. Quia cum ecclesia in casu heresis sit iudex pape,τ talem potestatem nō habeat nisi matth.xviij.τ ibi nō commemoretur magis peccatū heresis q̄ quodcūq̄ aliud cū cōtumacia: sequitur,ꝙ nō solū in casu heresis ecclesia sit iudex pape. ¶ Tertio. Quia si vicarius regis absentis tyrannice regeret, communitas posset illum deponere:ergo ecclesia potest deponere vicariū christi domini,si tyrannice regat.

Respondeo Quod epistola illa eadem facilitate reijcitur qua recipitur: imo maiori reijcitur: vt patet ex opposito decreto.xl.dist.si papa.vbi manifeste ꝓpter negligentiam papa non iudicandus dicitur,q̄uis perniciosam: vnde nō sufficit illius authoritas. ¶ Authoritas autem domini secundo loco allata.potestatem ecclesie supra subditos sibi vt sic manifestat.Et propterea quum papa ex alijs locis sacre scripture non sit subditus ecclesie nisi in casu heresis,consequens est,vt ex illa sententia domini non habeat ecclesia potestatem super eum quia est papa.nisi in casu heresis:quod em̄ ibi non est expressum, sufficit alibi inueniri declaratum. ¶ Ad tertium dicitur,ꝙ similitudo illa deficit dupliciter. Primo,quia communitas libera habet potestatem deponendi principem,τ regē: scilicet si tyrannice regat:τ ideo non est mirum,si potest deponere etiam vicarium illius.Ecclesia autem serua est principis sui iesu christi. ¶ Secundo.Quia rex purus homo absens supponitur,τ solum per vicarium gubernare:rex autem noster sic absens est corpore,vt per seipsum audiat q̄relas cōtra vicarium suū ab ecclesia τ mēbris singulis:τ ꝓpterea nō est ab ecclesia ei⁹ vicari⁹ deponēdus:sed recurrēdum est ad principē audientē τ optimū vt deponat. Cap.xxviij.

DIxi In eodem.xxvj.cap.ꝙ propter scandalum non est prescindendum caput iuxta domini sententiam, Matth.xviij.

Obijcitur Quod licet non sit auferendum caput totaliter sic ꝙ nunq̄ sit futurum aliquod caput:tamen auferendum est istud caput, sine quo in corpore remanet vita, imo qđ corpus inficit q̄tum est ex se.

Respondeo Quod ex verbis domini negatiue tamē(vt in libello dictum est)sumitur ꝙ nec totaliter,nec hoc caput prescindendum est:quoniam expresse dicitur: si manus tua,oculus tuus,pes tuus. Pronomen siquidem adiūctum ostendit ꝙ de membro hoc loquitur:τ consequenter de capite isto negatum accipimus ꝙ prescindatur. ¶ Falsum quoq̄ est, ꝙ sine isto capite sit vita,quum ipsum loco domini salutificet ecclesiam:vt in cap.si papa.di.xl.dr. ¶ Nec inficit in hoc caput,sꝫ recte docet:q̄uis abusus prelatus capitalis in isto inficiat q̄tū est ex se,ecclesiā: nō hoc caput,sꝫ abusus illi⁹ i culpa ē:τ nō est p̄scidēdū caput,sꝫ illi⁹ abusui excogitatis remedijs obuiandum. ¶ Cap.xxix.

DIxi In capite.xxvij.ꝙ deus optime prouidit ecclesie,disponens ꝙ orationis remedio cōtra papā malū vteretur, nō aūt depositionis potestate.

Obijcitur Tripliciter. Primo:quia min⁹ bene instituta esset politia ecclesiastica q̄ ciuilis.Et tenet sequela:quia ciuilis potest principē tyrannice regentem pertinaciter deponere, ecclesiastica autem non posset. ¶ Secundo.quia deus ademisset communicati ecclesie potestatem sibi naturaliter conuenientem τ necessaria ad pacificam conuersationem,qualis est potestas depositiua principis in casu tyrannidis.Et tenet sequela:quia talis potestas naturaliter conuenit communitati perfecte τ libere. ¶ Tertio:quia quum deus opportuni⁹ remedium q̄ orationē ecclesie potuerit instituere:(scilicet potestatem depositiuam)dicere non aliud remedium q̄ orationes reliquisse:est dicere politiam ecclesiasticam non bene institutam,τ effectam seruam strictissima seruitute.

Respondeo Quod deus longe melius et eminentius instituit ecclesiasticam rempublicam q̄ ciuilem: quoniam illam instituit cum proximo et hōgeneo capite,viuo in perpetuum sine potētia errandi,presente spiritualiter votis omnium τ singulorum vbiq̄:hec enim est institutio reipublice christiane simpliciter.De institutione autem ad tempus: scilicet corporalis absentie principis nostri,dicitur etiam ꝙ optima est,quando consonat primarie institutioni. ¶ Et quoniam respublica christiana s̄m suā primariam institutionem serua est nata,τ tota potestas est in suo principe naturali,ideo optime cōsona institutio ad tēpus est,vt non communitati,sed vicario principis potestas plena cōmitatur(vt predictum est)τ ꝙ respublica q̄diu vicarius principis sub principe est simpliciter(quod sit p esse christianum)simpliciter recognoscat principem viuum,τ recurrat ad eum audientem τ paratum exaudire. ¶ Et scito ꝙ contingit homines in hac re falli,quasi a negatione modi ad negationē rei.Quū enim deponere papam contingat multis modis:scilicet per prouidentiam humanam, τ per orationem ecclesie perseuerantem, et neutro modo opus sit nisi in casu vere necessitatis: ex hoc ꝙ ecclesie non est concessum ꝙ possit deponere per viam prouidentie humane,non sequitur ecclesie non esse concessum,ꝙ possit deponere papam:quoniam alia via:scilicet orationis perseuerantis infallibiliter potest:que em̄ per amicos possumus,per nos aliqualiter posse testatur philosoph⁹:q̄to magis q̄ per patrē possumus.

Ad primum Ergo negatur sequela. Et ad probationem dicitur,ꝙ vtraq̄ politia:(scilicet tam ciuilis q̄ ecclesiastica)potest deponere tyrānice regentē ipsam:sed diuersimode:q: ciuilis pfecta τ libera potestatiue τ per prouidentiā humanam:ecclesiastica autem per potestatem sui patris per orationis perseuerantiā,quando vere oportet.Et hic modus quidē excellentior τ non potēs errare sicut prim⁹ est melior τ propterea non min⁹ bene,sed melius prouisum est ecclesiastice reipu.de modo abijciendi a se malum ministrum,q̄ ciuili. ¶ Ad secūdum negatur etiam sequela:quia cōmunitas christiana nata est serua,ac p hoc naturali iure sibi non competit potestas super principem suū:τ cōsequēter nec super principis vicariū,nisi a principe sibi cōcedat. ¶ Unde licet verum sit,ꝙ ecclesiastica cōmunitas distincta cōtra principem nō habeat super principem τ eius vicariū tyrānizantē authoritatiuā potātem:non tū adempta est sibi a christo,aut quocūq̄ alio modo,sꝫ ex natura sua:q: serua nata est,contraxit hanc negationē. ¶ Ad tertiū autem dicit,ꝙ nō fuisset opportunius remediū prouidentia humana,q̄ oro ecclesie pseuerans. Tū q: prouidētia humana falli potest(cogitationes siquidē mortaliū timide τ incerte ꝓuidētie nostre)oratio aūt ecclesie pseuerans falli nō pōt.Deponeremus forte quādo nō oportet,nō p̄uidentes futura,nec occulta scrutātes.Oratio autē ecclesie pseuerans nō deponet qñ nō oportet:q: bonus dñs negat qđ volum⁹, vt tribuat qđ mallem⁹. ¶ Tū quia facilior,min⁹ impedibilis,τ efficacior causa est oratio eccl'ie pseuerans ꝓ se in necessarijs ad salutem ecclesie,q̄ tota omnium hominū ꝓuidētia:hec em̄ difficile cōsonat,potētia impediri pōt,τ oia subiecta non habet:descripta aūt oratio facile cōsonat,nō potest potētia aliqua humana impediri,τ omnia sub deo subiecta hꝫ. ¶ Mirum est aūt de subiunctis scilicet ꝙ dicere deū solū orat. ōis remediū reliq̄sse τc.solū em̄ hoc remedium tāq̄ supremū τ efficax simpliciter,relictū dicim⁹,existētibus multis alijs remedijs per viā admonitionis τc. Mirum autem dico:quia quum naturaliter ex eisdē tueamur,ex quibus sum⁹ et conseruamur,τ christiana respub.ex oratione sit adaucta, et in vno ouili cōstituta(dicente patre ad christum:postula a me,τ dabo tibi gētes hereditatē tuā)τ ex oratione cōseruetur(dicēte christo ad petrum:ego rogaui pro te,vt non deficiat fides tua)naturali quoq̄ ordine oratione defendenda est,cōtra tyrannice regentē. Mirum dico,nisi quis putet orationem ecclesie pseuerantē pro se in vera sui necessitate posse deficere, quod prope infidelitatē esse si infidelitas nō est, paruulo meo iudicio videtur:diuine siquidē prouidētie quā in specie de ecclesia sua habet,derogare videtur. Si enim natura nō deficit in necessarijs,quō de⁹ qui dedit semetipsum ecclesie,deficiet,illi i necessarijs,seruatis ex parte ecclesie seruādis:vt pꝫ ex descriptis cōditionibus orationis. Mirum demum dico:quoniā si efficax hoc orationis eccl'ie τc.remediū indubie creditur,cur insufficienter prouisum ecclesie dicitur de remedio opportuno? ¶ Et per hunc modum excludendi papam tyrannum ab ecclesia,satisfit omnibus q̄ obijciuntur de corpore respectu mēbri cōtagiosi,τ similibus.ad omnia siquidem sat est oratio perseuerās ecclesie. Pro cuius zelo hanc respōdendi curam suscepi:arbitratus quibusdam licet nō omnibus friuolis obiectis respondisse,vituperandū non esse hac vice. ¶ Rogo igitur lectores, vt equos se prebeant interpretes aut censores:nihil enim hic aut alibi mihi,sed rationi vel authoritati allate tribui volo: et hoc etiam vbiq̄ et semper sub sacrosancte Romane ecclesie correctione. Rome die.xxvj.nouembris.m.cccccxij.Ad laudem τ gloriam domini nostri Jesu christi, amen.

Finis.

¶ Ad Leonem decimum pont. max. de diuina institutione pontificatus totius Ecclesie in persona Petri apostoli: libellus Thome de vio Caietani Cardinalis sancti Xisti.

Illustrem sapientibus sententiam in vulgarē quoq; lucem proferri exigit pater beatissime: qui ea q̃ seipsis manifesta sunt ab his que per alia nota fiunt, non discernentes, nodum (vt aiunt) in scirpo querunt: et meridiana in luce cecutientes offendunt. Obnubilandi siquidē euangelicam claritatem tanta est licentia his qui sua non sunt sorte contenti, vt ecclesie vultus licet serenissimus, nouitatum inuolucris perturbetur: quippe quorum studium est certa et lucida in questionem vertere, ac obscura alijs reddere. Et propter Petri successorumq; eius romanorum pont. principatus (tot etates, tempora atq; ciuitates tranquilla possessione obtenti) ius euangelico sole fulgens, imperitum argumentationibus inuoluētibus exercitatos parum in sacris literis tueri, tenebris eruere atq; in medium proferre sic intendimus: vt veritas hec omnibus luceat. et proprijs splendoribus vniuerse creature penetralia attingat. Habeat igitur catholica ecclesia tibi credita pater benignissime lucubratiunculā hanc pro rudioribus ne obscuritatibus obruantur.

¶ Quid, quomodo, ꝛ quo ordine tractandum est. Caput. j.

PRincipatus Romani pōtificis super vniuersas Christi ecclesias, q̃uis questionibus multis pulsatus fuerit: nostro tamen proposito vnica inuestigatione absoluendus occurrit. Non enim vertitur hic in dubium an Roma. pontifex sit de facto caput ecclesie: nec an idem potestatem habeat a deo eo modo quo iuxta apostolum Ro. xiij. nō est potestas nisi a deo, et que a deo sunt ordinata sunt: sicut potestas regia in veteri testamento erat a deo: iuxta illud primi Regum octauo: audi vocem eorum, et constitue super eos regem: eiusmodi enim omnia aduersariorum multi affirmant. Sed vertitur in questionem an a christo institutus fuerit Roma. pontificis super omnes ecclesias principatus in beato petro: ita quod instituerit christus petrum cum eius successoribus suum vicarium ad gubernanduz omnes christi ecclesias. Quo fit vt loca a rationibus ꝛ autoritatibus affirmantibus petrum seu romanum pōtificem fuisse seu esse caput omnium ecclesiarum. a p̄nti secreta sint intentione: ꝛ ea dūtaxat afferenda sint, ex quibus christum dominum contulisse huiusmodi principatum petro soli habetur.

Quia vero Ex sacris literis pendet omnis questionis huius veritas ꝛ duo sunt precipui textus, scilicet math. xvj. ꝛ Jo. vlti. expresse de hoc mysterio loquentes: ideo primo iuxta vtrumq; textum inuestigandum est an soli petro verba christi dicta sint. secundo an per hec soli petro pontificatus totius ecclesie a christo commissus sit. Tertio an hic totius ecclesie pontificatus petro a christo commissus, sit ab eodē dño datus successori petri. quarto an sit a christo hic pontificatus datus ro. pontifici vt petri successori. ¶ Ut autem primi clara sit absolutio, mathei textus prius discutiendus sic est: vt in primis tractetur opinio dicentium verba christi non petro sed persone qualificate, deinde dicentium non petro sed ecclesie, postea dicentium petro ꝛ apostolis alijs, demum negantium soli petro quia ecclesie dicta esse. Multifariam siquidez obnubilare conati sunt dominicam promissionem math. xvj. relatam: tibi dabo claues ꝛc. Quidam namq; adeo restrinxerunt verba hec, vt personam etiaz petri ab illis eximerent: et ad solum diuinum donum in petro directa intelligerēt. Alij etiam restringentes ꝛ eximentes petri personam, ad solam ecclesiam in petro significatam christi verba dirigunt. Multi autem extenderunt domini promissionem ad alios apostolos: ita quod petro in persona omnium apostolorum dicta accipiunt. Sed ꝛ nonnulli sunt admittentes soli petro hec dicta: principatus tamen singularitatem collatam petro negant: eo q̄d similis potestas alijs apostolis a christo collata alibi legitur. puta math. xviij quecunq; alligaueritis super terram: ꝛ alibi. Hesitant deniq; aliqui quo pacto soli petro claues datas esse verificatur, et tamen datas quoq; ecclesie esse claues omnes affirmamus. Quocirca ordine quo numerata sunt quinq; hec, sigillatim tractanda sunt. Preponendo vbiq; rationes dubitandi, vt opposita iuxta se magis elucescant.

¶ Petri persone et non dono reuelationis aut beatitudinis promisse sunt claues ꝛc. Capitulum. ij.

NOn De sunt dogmatizantes pontificiam potestatem homini non immediate collatam, sed dono virtutis mediante: ita quod perdito virtutis dono, perire simul pontificiam potestatem necesse sit: tanq̃ virtus glutinum quoddam sit iungens homini pontificatum. Quo fit, vt horum iudicio claues non petri persone sed eius dono collate sint in aliquo singulari ministro, puta sacerdote seu iusto quocunq;.

[Primo.] Argumentantur Autem hi ex huius euangelij textu multipliciter. ¶ Primo, quia ante omnia dñs beatitudinem petri affirmat, dicens: beatus es: proculdubio in spe vere fidei: non inchoasset enim a simonis beatitudine, nisi ad subsequentem pontificatum spectaret huiusmodi beatitudo: nihil enim impertinens dixisse christum decet.

[Scdo.] ¶ Secundo ex eo q̄ dñs adiungit simon bar iona, hoc est filius colūbe: vt hiero. exponit. Quorsum enim petrus accepturus pontificatū, filius columbe prenoīat nisi vel eius simplicitas colūba significata (iuxta illud: estote prudentes sicut serpentes, ꝛ simplices sicut columbe) vel spiritussanctus (qui columba designatur: eo q̄ in columbe specie apparuit in christi baptismo) ad ecclesiasticum principatum pertineret?

[Tertio] ¶ Tertio ex ratione subiuncta, qꝛ caro ꝛ sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus q̄ in celis est. Monstrant enī hec nō a carne ꝛ sanguine, sed diuina reuelatione instruendū esse q̄ alijs p̄ficiť in xpiana fide erudiendis.

[Quarto.] ¶ Quarto ex eo q̄ dñs addidit tu es petrus: ꝛ nō dixit tu vocaris petrus (vt glo. ibi notat) ob fortitudinem fidei ꝛ cōfessionis constantiam. Hoc enī cum oībus precedentibus ad virtutū munera spectant: q̄ vt dictū est, aut impertinenter preposita sunt, aut ad principatū tūc subsequēter promissum opportuna media sunt.

[Quinto.] ¶ Unde ꝛ quinto arguit ex subiuncta prima promissione. sup hanc petram edificabo ecclesiam meā. Quum enī ista sit prima promissio petro facta (quā vt cypria. hiero. ꝛ aug. exponūt, p hanc petrā demonstratur ipse petrus: inquit enī hiero. sup math. edificabo eccl'am meam sup te: ꝛ aug. in li. retrac. refert seipsuz dixisse q̄ in aplo petro tāq̄ in petra edificata est ecclesia: nec retractat hāc sententiā. Cypri. quoq; vbi supra dicit, loquiť dñs ad petruz, ego dico tibi, qꝛ tu es petrus ꝛ super hanc petram edificabo ecclesiam meā: super vnū edificat eclesiam ꝛc.) Quum inq̃ hec sit prima promissio facta petro: ꝛ hec promissio non immediate sed mediante dono firmitatis ꝛ soliditatis ad personam petri pertineat (vt ipsa domini verba testantur: dum non dicit super te, sed super hanc petram, hoc est super te petram edificabo ecclesiam meam) consequēs est vt subsequentes quoq; promissiones intelligantur facte persone simonis quatenus erat petrus ꝛ filius columbe ꝛ beatus ꝛc.

[Confirmatio.] ¶ Et confirmatur: qꝛ ista promissio non solum est prima sed principalis: nā precipuum donum petro collatum est esse fundamentum ecclesie. Ex hoc autem q̄ hec promissio est prima ꝛ principalis, consequens est vt alie promissiones consequentes sequantur naturam principalis: ac per hoc nulla promissio est facta persone humane nisi mediante dono virtutis: quod erat intentum manifestandum.

NOn Est difficile catholico doctori mōstrare falsam esse relatam sententiam, dubitando ad damnata inconuenientia. Nihil enim aliud est huiusmodi dogma, q̄ heresis quorumcunq; dicentiū in malis ministris non inueniri ecclesiasticā potestatem, clauesq; ecclesie in solis ꝛ omnibus iustis haberi, ecclesiamq; ex solis iustis constare: que omnia reprobata ꝛ dānata esse cōstat. Uerū ne heretici causenť se opprimi autoritate p̄latorū ꝛ nō euāgelij: ex ipso euāgelij textu catholice doctrine reddēda ē rō.

Ad cuius euidentiam aduerte duas esse in hoc domini sermone ad petrum ptes: quarum prima ſm planum euāgelii contextū ac sensum ad confessionē quam petrꝰ fecerat ptinet. Nā nihil aliud continet nisi reuelate cōfessionis actorem fructū seu premium, et ꝑsonam seu ꝑsone cōditionē cui reuelatio facta est. Dicēdo, beatus es. fructum seu premium pronunciat: dicēdo simon bar iona, personā ad literam seu cōditionē persone mystice puta simplicitatem seu spiritualitatem aperit: ⁊ dicēdo quia caro ⁊ sanguis non reuelauit sed pater meꝰ, actorem reuelationis monstrat: tota ergo prima pars sermonis ad reuelatam cōfessionem spectat, ⁊ nō ad futurum principatum. Quod vt plenius intelligas, vide singula. Merito ex accepta reuelatione simon beatus dicitur: quoniam si ſm philosophiā beatus in hac vita est, qui ad cognitionē supernarum substātiarū peruenit, ⁊ ſm euāgelicā ꝟitatem beatitudo viatorum in spe ꝟe fidei consistit (iuxta illud: beati qui nō viderunt et crediderunt) longe magis simon beatus fuit quū ad cognoscendum trinitatis mysteriū peruenit: nō innixus reuelationi aliis facte (vt nobis cōtingit) sed reuelationi sibiipsi interiꝰ facte. Ad hāc enim cognitionē petrum ꝑuenisse testantur ꝟba petri. testat ⁊ dominus: confessus est enī petrus, tu es christus filiꝰ dei viui: cōfessus fuerat olim nathanael tu es filiꝰ dei Jo. j. confessi fuerant qui erant in nauicula, vere filiꝰ dei es matth. xiiij. cōfessus fuerat ⁊ petrus in ꝑsona omniū, ⁊ nos credimus ⁊ cognouimus qꝛ tu es christus filius dei Jo. vj. Nunq̄ tamē dn̄s beatitudinis premiū apposuit nisi nūc: quia nūq̄ cōfessio facta fuerat ꝙ esset filiꝰ dei naturalis, qualē modo petrus explicauit, adiungēdo illud adiectiuū viui: hoc enī dupliciter pōt intelligi. primo vt sit adiectiuū determinans suum substantiuū absolute: vt ita dictum sit dei viui, tanq̄ dictum fuisset dei veri aut dei omnipotentis: ⁊ sic ꝑ accidens adiungeretur petri cōfessioni ad maiorem expressionem veri dei ad differentiā deorum lapideorū seu mortuorum: vt saturni, iouis et reliquorum. Alio modo vt determinet suum substantiuum scilicet dei in ordine ad filiū cuiꝰ enūciatur pater, dum dicit filius dei viui: ⁊ sic per se ⁊ essentialiter apponitur cōfessioni petri, ⁊ cōstituit petri cōfessionem esse per se essentialr ac formaliter verā, ⁊ altissimi sensus: significat siquidē hunc plenissime ⁊ formaliter modus quo christus est filiꝰ dei. s. ꝙ est naturalis filius dei. Et ne altitudo sensus sententiā claram obumbret, manifestatur qđ dicimꝰ ex differenti filiatiōe nr̄a ⁊ christi: cōmune nāq̄ est christo ⁊ nobis ꝙ sumus filii dei (ſm ꝙ de nobis scriptum est Jo. j. dedit eis potestatem filios dei fieri) sed nos sumus filii dei quia vult: iuxta illud Jac. j. voluntarie enim genuit nos verbo veritatis: christus autē est filius dei nō quia vult, sed quia est. Ratio siquidē quare deus nos genuit filios, est sua voluntas, qua elegit nos: ratio autem quare deus genuit christum est sua essentia, qua genuit vnigenitum deum, quia ⁊ ipse deus est. Hoc autem vocando ancillas ad theologicam arcē (quia viuere viuentibus est esse: vt dicitur. ij. de anima) significatum est per deum viuum: ex eo nāq̄ ꝙ viuere viuentibus est esse, idem est filius dei viui inq̄tum viuit, ⁊ filius dei inq̄tum est. Meminit tamen petrus nō dei esse, neq̄ dei nature, sed dei vite: quoniam cuicumq̄ est filius, conuenit generare filium non ea ratione qua est, nec ea ratione qua res naturalis est, sed ea ratione qua viuit. Qđ si altius perspicere cupis: iunge hec simul. s. filius dei viui: quum enī constet ex vna parte filiū sonare genitum talē qualis eiꝰ parens est, ⁊ ex altera pte parentē significari deū viuū: si cointellecta fuerit philosophica traditio: scꝫ naturalissimum operū esse oībꝰ viuētibus facere tale q̄le ipsum est: vt habet. ij. de anima: manifeste videbis ꝙ dicēdo filiꝰ dei viui, significatur naturalis filiꝰ dei. ex eo enī ꝙ filiꝰ dei ponit genitus a deo dicitur: ex eo autē ꝙ filius dei inq̄tū est viuus ponit, ꝑ naturalissimū opus viuēti quatenꝰ viuēs est, genitꝰ significat. Acutissime ergo ⁊ formalissime petri cōfessio xp̄m nō adoptiuum dei filiū, sꝫ naturalem dei filiū manifestat, dicendo christum filiū dei viui. Et si altius adhuc intuiti fuerimꝰ, percipiemꝰ in hac respōsione claudi non solū duas trinitatis ꝑsonas filiū: scilicet ⁊ patrem, ⁊ rationem ac modū ḡnationis. s. ꝙ ille naturalis pater ⁊ iste naturalis filius (vt declaratum est) sed consubstantialitatem coeternitatem ac coequalitatem vtriusq̄: nam ex eo ꝙ naturalis filius est talis qualis est pater, ⁊ christus dicitur filiꝰ dei viui, significatur quoq̄ ꝙ ipse est deus viuus: ⁊ quum nō sint multi dii: consignificatur ꝙ est vnus deus cum pr̄e: ac per hoc consubstantialis. coeternus et coequalis. Nec spiritussancti persona omissa est: christus enim sonat vnctum spiritusan. vt ipsemet petrꝰ declarauit act. x. Quo fit vt hac cōfessione petrꝰ nō minus diuine trinitatis ac generationis mysterium docuerit, q̄ iohannes dicendo, In principio erat verbum ⁊ verbum erat apud deum ⁊c. imo licet iohānes spiritualius, dum ad immaterialem intelligibilemq̄ gradum penetrauit: petrus tamen personas nominibus propriis filii ac per hec patris ⁊ generationem naturalem cum ratione generandi clariꝰ significauit: dicens. tu es christus filiꝰ dei viui: ⁊ ideo iure a saluatore mundi beatus affirmatur. ¶ Ad hunc tam altum huius confessionis sensum tendisse inuenies origenem, chry. atq̄ hila. Hūc tam altum istius cōfessionis sensum testatur ecclesia, quotidiana veneratione repetens prima diei hora: christe fili dei viui ⁊c. Merito quoq̄ ad eandem reuelationem spectat bar iona. dupliciter siquidem vt Hiero. dicit, potest intelligi: vel legendo bar iona: id est filius ione (bar enim idem sonat quod filius) vel ꝙ vitio scriptorum detracta sit media syllaba: quum deberet legi bar ioanna: id est filius Johannis: simon siquidem creditur a multis filius Johannis: ſm tamen veritatem fuit filius iona: vt patet Jo. j. simon filius iona, tu vocaberis cephas: licet vitio scriptorum latinorum latini codices sint corrupti. Est ergo primus sensus, mysticus tamen, tu es filius iona: id est columbe: secundus autem literalis: tu es filius iona seu ioanna. Vterq̄ autem sensus propositum fouet: nam si filius exponitur columbe simplicitatem ac spiritualitatem persone ipsius Petri tanq̄ habilis ad reuelationem suscipiendam indicat: ad reuelationem namq̄ diuinam suscipiendam simplicitas et spiritualitas maxime preparant: spiritus enim sanctus discipline effugiet fictum (vt dicitur Sapiē. j.) ⁊ animalis homo non percipit que sunt spiritus dei, prime Corin. ij. Si autem filius iona vel ioanna intelligitur, ad cōfirmationem confessie veritatis valde spectat: quoniam pertinet ad hec ꝙ ideo dominus naturalis patris ipsius non Petri, sed simonis meminit: vt subiungendo quia caro et sanguis non reuelauit sed pater meus, ex hoc ipso ꝙ patrem suum ⁊ naturalem patrem simonis e regione ponit, tanq̄ diceret beatus es simon filius ione seu iohannis quia non pater tuus ſm carnem ⁊ sanguinem reuelauit tibi, sed pater meus qui in celis est: ex hoc inq̄ ipso eruditus quisq̄ intelligat patrem qui in celis est, ita esse naturaliter patrem meum, sicut ionas est naturaliter pater tuus. Et hoc iam notauit Chrysosto. dicens: vanum est dicere, tu es filius Jone vel iohanna, nisi vt ostendat, quoniam ita naturaliter christus est filius dei sicut petrus filius ione: eiusdem substātie cum eo qui genuit. Oportuit autem saluatorem nostrum commendare Petri confessionem, manifestando illius actorem ⁊ premium et cetera, vt Petri confessio vera habeatur: ⁊ sic ipse verus ac naturalis filius dei credatur ex Petri confessione non a carne et sanguine, sed a celesti patre deriuata: nisi enim hoc manifestasset, confessionem Petri vt humanum verbum acciperemus: nunc autem vt a deo prolatam sententiam habemus. Ex quibus omnibus clare patere potest, ꝙ hucusq̄ nihil ad principatum Petri pertinens dictum est. ¶ Tota igitur prima pars dominici ad Petrum sermonis, circa illius confessionem versatur: ⁊ ad approbationem fidei de seipso christo filio dei viui pertinet: secunda aūt ad Petro ꝓmittendū conuertitur: vñ. ⁊ inchoat a reddendo vices ipsi simoni petro, ⁊ ego dico tibi: tāq̄ diceret (vt hier. notauit) tu mihi dixisti, tu es xp̄s filiꝰ dei viui: ⁊ ego dico tibi, tu es petrꝰ ⁊ sup ⁊c. Ubi aduerte nō solū diuersas, verū non viiꝰ sed diuersoꝝ generum promissiones petro factas esse: nā prima promissio cōstructionē respicit ecclesie, edificabo ecclesiam meam: secunda autem authoritate, dabo claues regni celorum: ⁊ quodcumq̄ solueris ⁊c. illa ad ecclesie substantiam ista ad officium respicit: tantumq̄ inter se differunt, q̄tum est inter substantiam ⁊ officium distantia. Et licet in prima promissione triplex inueniatur intellectus: exponendo per hanc petram vel christum vel petrum, vel confessionem petri: vt Chryso. exponit: si tamen subtilius perspexerimus: vnicus est sensus literalis: hoc est ꝙ per hanc petram demonstratur Petrus. Aug. enim in lib. primo retractationum cap. xxj. lectoris iudicio relinquit que duarum sentētiarum sit probabilior, Petrus ne an christus demonstretur per hanc petram. Unde hac libertate freti, ex ipso euangelii textu dicimus per hanc petram petrum demonstrari: vt patet ex eo ꝙ dominus dixit super hanc petram edificabo. Si enim seipsum demonstrasset non dixisset edificabo sed edifico: quoniam tunc vere super seipsum edificabat faciendo de Simone Petrum: super petrum aūt nō tunc, sꝫ post resurrectionem edificare cepit, et propterea dixit in futuro edificabo: ac si aperte diceret, te quem nunc facio Petrum postea faciam fundamentum ecclesie mee. Confirmaturq̄ hic sensus, quia aliter impertinenter premisisset tu es Petrus: quum tamen pro maxima re hoc petro dictū euāgeliū insinuet: quum dominus quasi

reddens vices Petro (vt predictum est) dixerit tu es Petrus:
quid enim tam magnum sonaret esse petrum aut quorsum tu es
petrus, nisi subsequenter demōstraret ⁊ sup hanc petram edifica
bo ecclesiā meā. Vñ hiero. exponēs hūc locū ait: secūdū autē me
taphorā petre, recte dicitur ei edificabo ecclesiam meā super te.
Expositio autem chryso. de confessione petri, in idē redit: qm con-
fessio fidei in idem redit cum soliditate seu firmitate fidei quā de-
notat petrus: non enim differt ab ea nisi tanꝙ actus ab habitu: ⁊
rursus constat ꝙ ecclesia magis habet pro fundamēto fidē ꝙ fi-
dei confessionem. Unde, relinquitur ꝙ ad literam per hanc petrā
demonstratur petrus. Exactius autem loquendo dic hanc petrā,
i. in te petram, in te soliditatem fidei, in te christum creditum, in te
christum confessum: vt complectaris omnes sanctorum expositio
nes. nam singule vere quidē sunt, sed partem tñ veritatis explica
runt: fidem seu fidei confessionem aut petrum vel christum expo-
nentes. Quum autem vtrumqꝫ simul iungitur: ita ꝙ ⁊ petri perso
nam ⁊ christi seu fidem simul significari exponitur, integra veri-
tas, integer sensus habetur litere: dicentis nō super petrā. sed sup
hanc petrā. Indiuiduatur siquidem metaphorica petra ⁊ fit hec, qꝛ
est in hoc demonstrato supposito: sicut qđ lꝫ aliud in petro exñs
indiuiduatur ⁊ fit hoc quia est in ipsa petri persona. Hoc igitur
integro sensu literali patefacto ⁊ admisso ⁊ amplius aperiendo,
scito ex euangelio omnes promissiones petro factas conuenire
in hoc ꝙ omnes sunt facte vnice persone ipsius simonis qui dici-
tur petrus: cui dictum est, tu es petrus. Manifestaturqꝫ sic esse
primo de prima promissione, ⁊ deinde de secunda. In prima pro-
missione tria respice. primo tu, secundo es petrus, tertio sup hāc
petram. Ex pronomine tu, demonstratur persona illa cui christ⁹
loquebatur: persona dico, nō qualitas aliqua: nā constat prono-
men tu, demonstrare substantiā sine qualitate etiā apud grāmati-
cos. Rursus ex pronomine tu, mōstratur vnica persona: vt patet.
Ex coniunctione propterea huius quod est esse petrū ad ly tu, cū
dicitur tu es petrus. significatur aperte affirmari a dño illam vni
cā personā esse petrū: ⁊ qꝛ per hanc petrā demonstrat illā eādē pe
tram quā tūc pronomine demonstratiuo monstrabat tu es petr⁹.
Significantissime siquidem ille articulus hanc exprimit eādem
monstrari petram de qua tunc erat sermo, que ⁊ per pronomē tu
es petrus monstrabatur: ⁊ hoc tāto clarius, quanto nulla alia pe
tra tunc monstrata aut nominata inuenitur in euangelio. Esse igi
tur futurū christi ecclesie fundamentum, iungitur huic petre: que
quia iungitur persone mōstrate pronomine tu, oportet intelligere
ꝙ esse christi ecclesie fundamentū promittitur vnice persone demō
strate per tu: cui tunc datū est ꝙ esset petrus. Et vt hoc magis ac
magis notares, inchoauit dominus. ⁊ ego dico tibi, nō beatitudi
ni tue, non filio columbe, non filio reuelationis: sed tibi. De secū-
da aūt promissione clarissime patet: quia exprimitur pronomē de
mōstratiuū substantie, dicendo, ⁊ tibi dabo claues. Oportet nāqꝫ
hec valde notare: quoniam hinc commenta hereticorum ⁊ scisma
ticorū specietenus scā, sed re venenosa cōfutantur: aiunt eñ super
petrā i. fidei firmitatē ecclesiā fundatam. Uerum dicūt, sꝫ diminu
tū: qm dñs dixit quidem super petrā: sed nō hoc solū dixit, sed ad-
didit articulū hanc. dicens super hanc petram: quam proculdubio
tunc mōstrabat dicēs. tu es petrus: si eñ sup fidei solidū absolu-
te edificaturus esset, nō dearticulasset soliditatē ad psonam illā.
Sed scismatici personalis fundamēti vnitatē a christi ecclesia tol
lere p hec cōmenta nitunt. Dñs aūt hos oēs preueniēs, sermonē
ad simonē petrū sub pronomine direxit: inchoās ⁊ ego dico tibi, ⁊
subdēs tu es petrus: tu. nō beatitudo tua aut aliqđ eiusmodi: tu,
nō vos: vt vnitas fundamēti ecclie, vnitas quoqꝫ psonalis a chri
sto affirmata intelligat: dū dicitur, tu es petrus, tu vnus es petr⁹
futurus postea fundamentū: qñ sup hanc petrā i. te petrū edifica
bo ecclesiam meā. Duplex aūt aduertenda est inter has promissio-
nes differētia. prima est, ꝙ esse fundamentū ecclesie nō promittit
psone petri absolute, sꝫ quatenus est petrus seu petra: claues aūt
regni celorū promittūt psone petri absolute. Et habes hāc diffe
rentiā ex euāgelio: dū de primo dicit, ⁊ sup hanc petrā edificabo
ecclesiam meā, ⁊ nō dixit sup te edificabo ecclesiam meā: per hāc eñ
petrā demonstrauit totū qđ dixerat. tu es petrus: nam petrā red-
didit ad ly petrus, ⁊ articulum hanc reddidit ad pronomen tu: tā-
ꝙ si diceret, tu es petrus ⁊ super te petrum edificabo ecclesiam
meam. De clauibus aūt regni celorum non dicit ⁊ tibi petro neqꝫ
huic petre, sed simpliciter ⁊ absolute tibi dabo claues, monstrans
per hoc ꝙ dixit tibi, ꝙ persone non qualitati per petram significa
te puta fidei promittebat claues: persone ergo qualificate pro-
missum est fore christi ecclesie fundamentum: persone vero nude
promisse sunt claues regni celorum. Altera differentia est, ꝙ in
prima promissione petro promittitur ecclesiā sustinendi officiū,
non se petro sed christo actore: nam non dixit ⁊ super hanc petram
edificabis ecclesiam meā: sed dixit, sup hanc petram edificabo ec-
clesiam meā: tanꝙ si diceret, tu sustinebis tanꝙ petra me edificā
te ecclesiam meā super te petra. In promissione vero clauiū ape-
riendi officium ⁊ claudendi nō sibi reseruauit dñs, sed se daturū
claues promisit: vt ille cui dantur agat aperiendo vel claudendo
regnum celorū. Hec ex euāgelij pleno sensu differentie cōstant. Ex
quibus euidēter colligit differētia inter officiū petri quo ad pote
statē vtendi clauibus ⁊ soluēdi atqꝫ ligandi, ⁊ officium eiusdē ad
sustinēdam ecclesiam in fide: dū officium clauiū homini cōmittit:
officiū vero sustinēdi ecclesiam in fide, ad christum vt actorē, ad pe
tram vt rationē sustinēdi. ad hominē vero petrū vt fundamētum
suppositūqꝫ spectare dicitur. Oportet siquidē hec diligētius con-
tēplari: vt sciamus hanc rationē reddere poscētibus nos de ea ꝙ
in nobis est fide. ex his eñ facile est pspicere ꝙ claues regni celo
rum nō sunt date sanctitati seu iustitie hois: sed promisse sunt ho-
mini futuro pastori ouium christi. Siquis aūt contra huiusmo-
di exactam expositionē verborum euangelij obiciat: eo ꝙ petrus
nō fuit ex tunc re ⁊ noie petrus: qm non pseuerauit solidus ac fir-
mus in fide, ter siquidē postea dñm negauit: ac per hoc verba dñi
sonantia in presenti tu es petrus, non sunt sic exacte intelligenda.
Aduertat sic obiciens se falli confundendo firmitatem fidei et
firmitatem charitatis: petrus quidem ex tunc factus est firmus
in fide, dicente christo, tu es petrus: vt hiero. testatur, exponens
⁊ ego dico tibi non sermone casso ⁊ nullum opus habente, sed di-
co tibi quia meum dixisse fecisse est quia tu es petrus. Nec defe-
cit negando dominum in fide que in corde est, ꝙuis defecerit in
confessione fidei: horum enim distinctio a paulo apostolo manife
stata est ad ro. x. corde creditur ad iustitiam, ore confessio fit ad sa
lutem. Testatur siquidem domin⁹ petrum nō defecisse in fide. luc.
xxij. dicēs: ego rogaui pro te vt nō deficiat fides tua: constat enim
christū in omnibus exauditum fuisse pro sua reuerentia: vt dicitur
heb. cap. v. Defecisse autem ipsum in charitate ⁊ periurium mani
festat: ⁊ dominus testatur subiungens: ⁊ tu aliquando conuersus
confirma fratres tuos: auersus enim fuit a charitate christi, non
a fide: perseuerauit ergo semper petrus.

His premissis: Ad obiectiones in oppositum di-
cendum est. Et circa tres primas
non oportet insistere: quia iam declaratū est ꝙ impertinētes sunt:
nam ad confessionem petri spectant omnia que in eis afferuntur.

Ad tres primas obiectiões.

Ad alias vero obiectiones, ex illis verbis, tu es petrus ⁊ super
hanc petram edificabo ecclesiam meam: dicitur ꝙ hec quidem
spectant ad pontificalem gradum, non sm officium clauium, sed
sm officium fundamenti. Et ex proposito dominus dixit non tu
vocaberis petrus, sed tu es petrus: vt affirmaret, tu es petrus re
⁊ nomine: hoc est, tu es solidus firmus cōstans ⁊c. in fide tanꝙ pe
tra: vt leo. Greg. bedaqꝫ exponunt. Nec ex his aliud potest infer-
ri nisi ꝙ soli habenti fidem conuenit esse fundamentum sustinen-
di ecclesiam in fide. quod grauis concedimus: nam ex hoc non
habetur ꝙ esse fundamentum mediante charitate seu iustitia cō-
ueniat petro, sed mediāte fide. Et rursus hinc nō habetur ꝙ esse
fundamentū promissum sit fidei simpliciter ⁊ absolute: ac per hoc
promissum sit cuicumqꝫ in quo inuenitur fides: quoniā christus
non dixit ⁊ super petrā. sed dearticulauit eā ad personā, adiungēs
ly hanc, dicendo super hanc petram: proculdubio enim petra tūc
demonstrata per premissa verba, tu es petr⁹, repetitur: vt qui mo-
do est petrus futurum sit fundamentum. Quocirca clare patet,
ꝙ sicut solus simon demonstratus est dicendo tu es Petrus, so-
lus quoqꝫ repetitus est domino, et super hanc petram edificabo
ecclesiam meam. Nulla ergo promissio facta est dono virtutis ab-
solute: sed sola prima inter eas: scilicet edificatio ecclesie facta est
dono fidei, non in quocumqꝫ sed in persona futuri pastoris
ouium christi.

Ad alias.

Ad confirmationem autem inferentem simile
esse iudicium de officio clauium et officio fundamenti: respon-
detur ꝙ ex differentibus verbis domini manifeste declaratum
est nō esse simile de vtroqꝫ iudicium. Et licet accessorium sequa
tur naturam principalis ceteris paribus: vbi tamen (vt in propo-
sito) maxima est in ceteris disparitas, non oportet secundarium
assimilari principali. Manifestatur autem maxima disparitas
in hoc, ꝙ in officio fundamenti homo se hꝫ quasi totaliter passiue:
dicēte xp̄o, ego edificabo sup te petro: in officio aūt clauiū nō di
xit, ego aperiā aut claudam, sed absolute tibi dabo claues regni
celorū. Nō est propterea mirū si aliter promissum est fundamētū offiī

Ad cōfirmationē.

et aliter officium clauium: illud mediante firmitate fidei, istud homini absolute. Cōsentanea est autem huiusmodi differentia a christo instituta humane cū ī rationi: nam vsus clauiū, siue rect⁹ siue abusus fuerit nō in vniuersalem redūdat ecclīam: officiū aūt sustinendi fidem si aberraret, ecclesia vniuersalis rueret: de qua tñ dñs dicit, ⁊ porte inferi non ꝑualebunt aduersus eā. Promisse sunt ergo claues regni celorū nō dono ꝯtutis (vt heretici fingunt) sed persone simonis petri futuri pastoris ouium ⁊ agnorum christi.

¶ Persone petri in se ⁊ non solum in persona ecclesie promissas esse claues. Caput .iii.

Non Longe a prioribus recedūt affirmātes claues regni celorū non petro ſʒ ecclesie a christo promissas, dicēte, tibi dabo claues regni celorū: tanqꝫ dixerit, tibi hoc est ecclesie significate per te, nō tibi dabo claues regni celorum. Nam istis cū prioribus cōmune est ⁊ eximere petrum ab hac domini ꝓmissiōe, ⁊ nulli singulari homini datas esse claues, sed dono dei promissas esse claues: solum in hoc differunt: ꝙ priores dono dei in quolibet iusto aut saltem in quolibet sacerdote, isti dono dei in ecclīa iuncto claues datas asseuerant: eo ꝙ petro nō vt vni homini, sed vt personam gerebat ecclesie christū dixisse contendūt, tibi dabo claues regni celorum: nituntur qꝫ hoc multis argumētis astruere.

Primo ¶ Unde primo arguūt. Christus exponit seipsum in euāgelio cui loquatur ⁊ cui tradat claues dicens. beatus es simon bar iona, caro et sanguis nō reuelauit, sed pater meus q̄ est in celis. Ubi aperte petrus in hac persona nō est petrus, nō est caro neqꝫ sanguis, nō simon bar iona, omnino petr⁹ extra hominē ponit: ⁊ iam nō est vlla persona per se, ſʒ reuelantis patris auditor cui dant claues. Nulli ergo priuato homini date sunt claues, sed soli ecclesie, quia de nullo priuato homine certi sumus habeat necne reuelationē patris: ecclesia aūt ipsa est de qua dubitare non licet: ipsa est ergo ille petrus auditor reuelationis ⁊ acceptator clauiū.

Scdo ¶ Secūdo ex coherentibus. Christus enim post gloriosam istam petri cōmendationem quum ei petrus ꝓhibuit ne moreretur reprehendit petrum: vade post me sathana: non enim sapis ea que dei sunt. Ut ex subsequuta post commendationem vituperatione clarum fiat illum superiorem petrum qui claues accepit, nō fuisse petrum filium bar iona, sed ecclesiam filiam dei: que verbo dei genita verbum dei audit ⁊ confitetur perseuerantur in finem: non aliquando non sapiēs que dei sunt nec vnqꝫ retro abire iussa sicut petrus.

Tertio ¶ Tertio ex eo ꝙ christus dixit, super hanc petrā edificabo ecclesiam meam: hoc est super fidem a petro totius ecclesie persona confessam: ac per hoc in qualibet ecclesia vbi est fidei petra illic ⁊ claues.

Confirmatur. Firmatur autē hoc: quia nec ipse petrus petra fuit in eadem perseuerans cōfessione: quoniam mox post acceptas claues errauit: ⁊ tamen nō sunt ei claues rursum allate: quare non in sua sed ecclesie persona eas accepit.

Quarto ¶ Quarto. Quādo papa eligit an secum affert claues vel non: si affert, ergo erat papa anteqꝫ eligeretur: si nō affert, a quo accepit: nunquid ab angelo de celo: nonne ab ecclesia? Item quando papa moritur cui reliquit claues, nisi ecclesie a qua accepit: quid igitur potest dici cōtra hanc euidentissimā experientiā, optimā euāgelij interpretē, claues nec petro nec successori sed soli ecclesie datas: a qua tanqꝫ minister accepit vsur⁹ eis sacerdos in qualibet ecclesia.

Quīto ¶ Quinto formatur argumentū similis forme argumēto quo paulus ro. iiij. ⁊ gal. iij. vtitur dicēs ꝙ sicut abrahe ex fide reputata est iustitia, ita ⁊ oībus qui credūt reputabitur ad iustitiā. Quare etiā hic similiter: si petro habēti reuelationē patris ⁊ xp̄m cōfitenti claues dantur, ita necesse est homini sic confitenti ⁊ reuelationem habēti claues donatas esse: qđ nulli nisi ecclīe cōuenire potest: quū nullus singularis fidelis constanter certo ac ꝑseuerāter hr̄e possit hāc confessionem: vt etiā de ipso petro patet.

Sexto ¶ Sexto: qr non solum (vt aug. primo li. de doc. christia. cap. xviij. testatur) has claues christus dedit ecclesie sue, vt quecunqꝫ solueret in terra soluta essent ⁊ in celis: sed etiam vt ipse testatur super Io. petrus apostolus propter apostolatus sui primatū ecclesie gerebat figurata generalitate personam: in persona ergo nō sua sed ecclesie claues accepit.

Prima confirmatio. Quod ex aug. verbis ibidē amplius firmatur, quū dicit: Quod enim ad ipsum petrum proprie pertinet, nam vnus homo erat gra vnus christian⁹, abundantie gratia vnus idemqꝫ primus apostolus: sed quando ei dictum est, tibi dabo claues regni celorum vniuersam significabat ecclesiam.

Secunda confirmatio. Confirmaturqꝫ eadem sententia ex verbis eiusdē aug. psal. cviij. Sicut quedā dicuntur que ad apostolū petrū pertinere videntur, neqꝫ tñ habent illustrē intellectū nisi quū referuntur ad ecclīam, cui⁹ ille agnoscitur i figura gessisse ꝑsonā ꝓpter primatum quē in discipulis habuit: sicut est, tibi dabo claues regni celorū: ita iudas ꝑsonam sustinet inimicorū christi. Ex his em̄ ꝟbis apparet petrū non in sua, ſʒ ecclesie figurata persona claues suscepisse, dum hic dicitur non haberi illustrē intellectū nisi ad ecclīam referatur: ⁊ ibi cōtra personales cōditiones petri aduersatiua coniunctione subditur: sed qn̄ ei dictū est tibi dabo, ecclīam significauit.

Tertia confirmatio. Et confirmatur rursus authoritate euāgeliste describentis interrogāti christo, quē dicūt hoīes esse filiū hominis: nullū certū discipulū rn̄disse opiniones q̄ de eo erāt: interrogāti vero de se apostolos vnū certū petrū rn̄dere ⁊ cōstāter absoluere ac ꝓnūtiare filii dei cōfessionem: vt verā christi cognitionem in vnitate ⁊ firmitate consistere, nō multorū opinionib⁹ velut arūdinē agitari doceret. Tenet ergo petr⁹ ecclīe vnitatis figurā.

Quarta cōfirmatio. Accedit ad hec cypria. authoritas habita. xxiiij. q. j. loquitur dñs dicētis: Quis apostolis oībus post resurrectionem suā parem tribuat potestatē: tamē vt vnitatem manifestaret, vnitatis eiusdē originē ab vno incipiētē authoritate sua disposuit: hoc vtiqꝫ erāt ceteri apostoli qđ petr⁹ fuit, pari consortio prediti ⁊ honoris ⁊ ptātis: sed exordium ab vnitate proficiscitur, vt ecclesia christi vna monstraretur. Unde non vn⁹ sed vnitas claues accepit: vt attestātur etiam capitula omnibus: ⁊ quodcunqꝫ. xxiiij. q. j. ex hiero. ⁊ aug.

Ad euidentiam

Horum cōsiderandū est vnū dici a sanctis: scʒ petrū signāsse ecclesiam quū claues accepit. Duo aūt exponi seu deduci: primū est, ecclesia accepit claues quū petr⁹ claues accepit: secūdū est, ꝙ ꝑsona petri nō accepit claues. Unde dupliciter cōtingit hic errare, vel negādo primū vel affirmādo scđm. Et negare quidē petrū ecclesiā signāsse, est cōtradicere expositioni sanctorū. Affirmare autē ecclīam sic accepisse claues ꝙ ꝑsona petri nō acceperit, error est pluriūqꝫ heretic⁹: qm̄ euangelica ꝑ hoc negatur historia, ⁊ historia in ꝑabolam vertitur. Parū dixi: qm̄ oīs etiā veteris testamēti historia in ꝑabolā verteretur. Declaro singula: si enim petro nō in ꝑsona ꝓpria sed solūmodo i ꝑsona significate ꝑ eū ecclīe ꝓmisse sunt claues quū dictū est ei: ⁊ tibi dabo claues ⁊c. ꝑabolicus petrus inducitur: ⁊ nō narratur historia sed parabola, quum dicitur: venit iesus in partes cesaree philippi ⁊ interrogauit discipulos suos, cum reliquis que sequuntur. Et eadem licentia qua hec historia vertitur in parabolam, omnis alia historia nō solum noui sed etiam veteris testamēti in parabolam verti potest: scriptum est enim, omnia in figuram contingebant illis. Si enim quia petrus figuram gerebat ecclīe, ꝑabolicus ponitur ⁊ nō in ꝓpria persona circa claues, parabolam quoqꝫ necesse est fateri de martha ⁊ maria, que figurā gerebāt vite actiue ⁊ contemplatiue: parabole quoqꝫ erunt resuscitatiōes trium mortuorum a christo, quia figuram gerebāt triū generum peccatorū spiritualiter resurgentium, quinimo ⁊ mors christi ⁊ resurrectio parabola erit: quia illa nos mortuos peccato, ista nos in nouitate vite significat: ⁊ breuiter vniuersa ruit rerum gestarum fides in sacra scriptura ex hac licentia. Uera autem ⁊ probata sententia est, dupliciter aliquid significari: vno modo ꝑ modum parabole: sicut filius prodigus significat peccatorem, ⁊ operarij conducti ad vineam significāt cultores dei in christi ecclesia: ⁊ sic de alijs. Alio modo per modū rei geste: ita ꝙ res vere gesta significat rem aliā: sicut trāsitus hebreorum per mare rubrum significat transitū nostrum de vitijs ad virtutem: ⁊ aduētus magorū adorantium christum, significat viatorū progressum ad celestem patriam. Inter hos autem significādi modos hec est ad ꝓpositum disparitas, ꝙ in parabolica significatione nulla est cura de significantib⁹ personis sm̄ seipsas: quoniā ad significandum tantum describuntur: quēadmodum apud poetas fit in comedijs ⁊ tragedijs. Quū aūt res gesta significat, oportet primo oēm curā adhibere ad rē que geritur ⁊ ad ꝑsonas sm̄ seipsas: quia sensus literalis in hoc consistit: ex quo solo sm̄ dionys. ⁊ aug. efficax trahitur argumētum. Unde oportet primo verificare in historijs res gestas et dictas de personis sm̄ seipsas ad veritatem fidei: et deinde potest superaddi sensus spiritualis, quo res gesta significat aliam, quo persona historica figurat aliquid aliud: ⁊ hoc ad edificationem christifidelium, nō ad comprobādum ea fidei que in controuersiam veniūt. Quocirca oportet primo ad veritatem fidei saluandam sensum historicum tenere: ⁊ personam petri non vertere in personam parabolicam quum de fidei agitur historia, et sensus literalis inuestigatur euangelice historie quando venit iesus in partes cesaree philippi ⁊ interrogauit primo ac secundo, audiuit responsiones primo discipulorum: deinde Petri: respondit Petro, dixit promisitqꝫ claues regni celorum. Et firmata veritate sensus literalis ꝙ persone Petri dictum pro

missimūq; est, sup addere licet sensum mysticū quo petrus figurat ecclīam: sicut apparet in similibus, puta in significatiōe vite actiue ꝑ martham (cui dictū est. solicita es, ꝛ turbaris erga plurima) ꝛ contēplatione per mariā: de qua dictū est. optimā partem elegit q̄ non auferet̄ ab ea: ꝛ sic de alijs. Patet ergo ꝙ petro in ꝑsona ecclesie promissas esse claues verum est sic vt persone ipsius petri primo ꝛ ad literam promisse sint: quia illud verificatur ſm sensum mysticum, hoc autem ſm sensum literalem.

Ad primum.

Ad primū ergo in oppositū dicit̄. clarū ex antedictis eē verba illa dn̄i (btūs est simō bar iōa, qꝛ caro ꝛ sanguis nō reuelauit sed pater meus) nō ad petri primatū sed ad ipsius cōfessionē ꝛ confessionis fructū spectare: ꝛ ꝓpterea tāq̄ impertinētia longe sunt a proposito ſm literalē sensum. Has aūt petri conditiones trahere mystica interpretatiōe ad ecclīam, q̄; uis sustineri possit: intolerabile tn̄ est vt sensus mystic⁹ excludat literalē, petrus excludat seipsum auditor excludat eū qui audit, ꝛ simon ioānis vertat̄ in parabolicā personā.

Ad secundū.

¶ Ad secundū vero dicit̄, falso interꝑtari finē cur post tantā cōmendationē petrus reprehēsus fuerit: nā ſm planū litere sensum cōmendat̄ primo ꝑsona petri ratione diuini doni. deinde reꝑhendit̄ ratione ꝓprij sensus, neutrū aūt ſm histo ͥe fidē spectat ad aliū q̄; ad petrum: qm̄ tam cōmendatio q̄; repꝛehēsio personalis fuit. Secus aūt est ſm sensum mysticū: quo q̄libet propꝛij sensus ꝛ affectus in petro reꝑhendit̄, ꝛ q̄libet diuine reuelationis sectator in petro commendat̄.

Ad tertium.

¶ Ad tertiū dicitur, ꝑ hanc petrā demonstrari ad literā fidē in hoc. i. petro: vt ex dictis patet. Et propterea nō sequit̄ ꝙ cuilibet partiali eccl̄ie vbi est fides, equaliter date sint claues: sed sufficit cuilibet fideli eccl̄ie datas esse in totiꝰ eccl̄ie capite qḋ est hec petra sup quā xp̄s edificat ecclīam suā. ¶ Et ad cōfirmationē dicit̄, ꝙ licet petrus errauerit, nō tn̄ desijt esse petra: tum qꝛ per illa verba q̄ obijciunt̄: absit a te dn̄e nō erit tibi hoc. petrus nec fidē nec charitatē ꝑdidit. Unde ꝛ dn̄s nō dixit ei vade sathana (vt temptatori dixerat) sed modificauit dicēs, vade post me sathana: tāq̄; diceret, sequi tu me debes nō ego affectū tuū. Tum qꝛ vt predictū est, quum postea xp̄m negauit fidē non ꝑdidit. sed petra fidei perseuerauit in corde. Et tn̄ vt theop. luc. 22. notauit. christus iterum ipsum in apostolico gradu restituit dicēs, confirma fratres tuos.

Ad quartum.

¶ Ad quartum dicitur, ꝙ quum papa eligit̄, neq; secum claues affert neq; ab ecclesia illas accipit: sed a christo. non noua traditione. sed antiqua illa met qua tradidit petro. Ecclesia siquidem ministerio electionis personam deputat que petro succedat: christus autem ipse in beato petro cuilibet successori claues tradidit, et propterea vana est questio a quo accipit aut cui relinquit moriens: verbum enim christi semper viuum dat claues cuilibet succedenti, ꝛ non vnus alteri relinquit.

Ad quintum.

¶ Ad quintum dicitur, argumentum esse similis forme sed dissimilis materie: ꝛ propterea non tenere. Justitia siquidem et fides bona sunt anime, ad vtilitatem ipsius credentis et iusti: claues autem potestatem significant, ad aliorum regimen ordinatam, et ideo licet cuilibet credenti imitanti abraham reputetur fides ad iustitiā sicut abrahe: non tamē cuilibet credēti ꝛ cōfitenti christū. imo nec cuilibet petro imitanti petrū in fide dari oportet claues ad est potestatem aperiendi ꝛ claudendi alijs: sicut nec cuilibet imitanti fidem abrahe datur ꝙ sit pater multarū gentiū, ꝙ in semine suo benedicantur oēs gentes: q̄ tn̄ abrahe credēti data sunt. Qḋ autem additur nulli ecclesie cōuenire posse cōstanter certo ac ꝑseueranter habere petri cōfessionem, si ad singulares personas refert̄ paul⁹ apostolus ad ro. viij. cōfutat dicēs. q̄s nos separabit a charitate christi: tribulatio an angustia ꝛc. ꝛ subdit: cert⁹ sum eīn ꝛc. loquēs ad literam de electis. Qḋ si non cōtra rem sed contra notitiā nostram arguit̄. quia nos nescimus q̄s perseuerabit: facile satisfit ꝑ hoc ꝙ deus suauiter disponens omnia. non exigit ab homine maiorem certificationem ea que est fidei ꝛ humani moris a fructib⁹: scilicet eorū cognoscēdo homines.

Ad sextum.

¶ Ad sextum dicit̄ verum esse ꝛ ꝙ ecclesie date sunt claues, ꝛ ꝙ petrus personam ecclesie figurate gerebat, ꝛ ꝙ vnitas petri vnitatē ecclesie significauit. Ez in hoc falluntur argumenta ꝙ ex his veritatibus in aliam veritatē insurgunt: he siquidem veritates nō cōtrariantur huic alij veritati ꝙ petrus in ꝓpria persona accepit claues: sunt hec enim omnia simul vera. Et primum quidē ꝛ vltimū vt. vj. patebit ca. ad veritatem, sensus literalis spectāt: quoniā ad literā petrus in ꝓpria persona sic accepit claues ꝙ etiā eccl̄ia accepit easdē. Reliqua autē ad mystici sensus veritatem spectant: ſm spiritualē siquidem sensum vni⁹ petrus vnitatē ecclesie significat, ꝛ vniuersalē ecclīam representat.

Ad cōfirmatiōes.

¶ Unū cyp. hiero. ꝛ aug. dicta q̄ obijciēdo allata sunt, verissima sunt: sed iuxta sensum mysticū. Sed nō aduersantur sensui literali: quo (vt euangelica testatur historia) ipse petrus in propria persona cui reuelatio facta est respōdit, clauiūq; promissionē accepit.

Clarificatio verborum aug.

¶ Ad clariorē tn̄ notitiā habendā verborū aug. sciro duplicem euangelij sensum: hoc est literalem (quo verificat̄ tibi: id est petro dabo claues regni celorū) ꝛ mysticū (quo v̄ificat̄ tibi: id est ecclesie significate per te. dabo claues regni celorū) esse ab aug. cōparatum nō penes verum vel falsum: sed penes clarum vel minus clarum. Ad sensum siquidem mysticū spectat ꝙ petrus gerat in figura personam ecclesie: sicut ad sensum mysticum pertinet ꝙ iudas gerat personam inimicorū christi: ad literam autē ipse iudas erat christi inimicus, ꝛ ipse petr⁹ est cui promisse sunt claues. Unde aug. quia sensus mysticus clarior est q̄; sensus literalis in proposito (vt testant̄ tot questiōes q̄ circa sensū literalem emergūt) et sensus mysticus ita est omnib⁹ manifestus vt etiam vulgares sciāt claues esse eccl̄ie, cōparauit sensum literalē (iuxta quē claues promisse sunt persone petri futuri pastoris totius ecclesie) ad sensum mysticum, iuxta quem claues promisse sunt petro in figura ecclesie: ꝛ dixit ꝙ mysticus sensus est clarior: hoc enim sonant illa verba, non haberet illustrem intellectum nisi ad ecclesiam referantur, cuius ille gessit in figura personam. Negauit siquidem illustrem ꝛ nō negauit verum intellectū nisi ad ecclesiā referantur: cōstat enim illustre ad claritatem pertinere. Et hoc intēdere aug. patet ex cōtextu: volens enim exponere psal. illū. deus laudem meā, partim de iuda partim de populo iudeorū inimico christi, premittit. si autem de tali genere malorum. i. inimicorum christi ingratorum iudeorum omnia mihi vīr posse clarius aperiri: ꝛ statim subdit verba allata. Ubi clare videre quis potest non derogari veritati sensus literalis, quo persone petri sunt claues ꝓmisse, ex hoc ꝙ sensus iste nō est ita clarus sicut mysticus: neq; eīn solus est textus iste talis, sed innumeros hꝫ in sacra scriptura consodales: quorū sensus illustris non nisi mysticus est.

Ad verba augu. sup Jo.

¶ Allata quoq; verba aug. sup Jo. non negant petro secundum propꝛiam personā dictū esse, tibi dabo claues: sed affirmant petro in persona ecclesie figuratiue dictum esse tibi dabo claues. Ex hac autem vera affirmatione nō sequi negationē illi⁹ alterius veritatis satis patet. Ad vim autē q̄ fit in coniunctione aduersatiua, r̄ndetur ꝙ cōiūctio illa augmentatiua, est iuxta frequentatiuū loquēdi vsum, quo dicimus aliquē virtute bonū virū sed officio bonū ciuē: ꝛ similia. Tanq̄; enūcrans aug. q̄busdā personalibus petri cōditionibus adiecit cōditionē petri, trāscēdo ad extēsionē eius in vniuersam ecclesiam figuratiue: cū q̄ figuratiua cōditione stat ꝙ ꝑ ꝓprietatē pastoralis officij idē petrus ad vniuersam se extēdat ecclīā: q̄uis hoc nō sit ibi aug. explicatū: q̄ de petro ꝛ ioanne mystice tractabat, vt ille actiue iste cōtēplatiue vite ꝑsonā gerebat. Unde quū infertur ꝙ non vnus sed vnitas claues accepit: pro q̄̄to affirmatur vnitatē claues accepisse, verū dicitur, sicut verū est ecclesiā accepisse claues. q̄tenus vero negat̄ vnū petrū accepisse claues, aut falsum dicitur aut pie exponendum est. Nā si ideo negat̄ vnus vt neget̄ petrus, falsum dicit̄ ꝯ euāgelicam historiā: si aūt ideo negat̄ vnus vt negetur solitudo personalis, hoc est vt petr⁹ nō acceperit claues secū sepeliendas, sed vt in ipso ecclesia vsq; ad finē seculi duratura claues acceperit, verū dicitur: sic eīn nō vnus. i. ꝓ se tm̄. sed vnitas ecclesie in illo vno claues accepit. Jn nullo tn̄ citatorū locorū habetur negatiua ista: non vnus claues accepit. Et ex his q̄ d ixim⁹, soluendas similes obiectiones relinquimus: vt non sit opus omnia que obijci possunt afferre.

Ad allata ex cypria.

Reliqua ex cypria. allata de ꝑitate apostolorum, inferius loco suo patebunt.

¶ Uerba christi. tibi dabo claues, petro non in persona omnium apostolorum dicta esse. Cap. iiij.

Exclusis ꝑcedentibus erroribus, tractanda est eorum opinio qui petro intelligunt in persona omnium apostolorum dictum a christo tibi dabo claues ꝛc. ¶ Afferunt autem ad hoc argumēta quatuor.

Primo

Primum ex interrogatione dn̄i: nā non petrum solum, sed cōmuniter oēs interrogauit: vos autem quem me esse dicitis?

Scdo

¶ Secundum ex persona petri: quia petrus prim⁹ omnium erat apostolorum, ꝛ personā omniū induit ꝓ oibus r̄ndēdo. Unde chry so. dicit oibus discipulis interrogatis, petrus tāq̄; os apostolorum ꝛ caput pro oibus r̄ndet.

Cōfirmatio.

¶ Et cōfirmatur, qꝛ nisi in persona oium petrus r̄ndisset, fuisset expectanda aliorum responsio: aut rei fuissent alij apostoli omisse responsionis ad interrogationem domini, vos autem quem me esse dicitis?

Tertio

¶ Tertium ex fructu: quia claues regni celorum date sunt omnibus apostolis.

Quarto

¶ Quartū ex cōibus: quia christus dixit, qḋ vni dico oib⁹ dico.

Anteq̄ autē ad hec rñdeat̃. ex plano sensu tex. euangelici monstrandū est directa esse hec domini verba ad petrum solū. ¶ Patet siquidē hoc primo ex pricipio sermonis dñici ad petrū quum dixit. beatus es simon bar iona: hoc enim non põt referri ꝑe ad oēs. Tū q: exprimitur propriū nomē simonis: et explicat̃ cui⁹ sit fm carnē fili⁹. dicēdo bar iona .i. fili⁹ ione. Tū q: falsum hoc fuisset de iuda: qm̄ nō credidit in xp̄m: vt testatur Jo. vj. ca. quū refert dñm dixisse. sed sunt quidam ex vobis qui nō credūt: ꝛ statim subdit rōnē dicti: faciebat em̄ ab initio iesus q̄ essent credētes ꝛ q̄s traditur⁹ esset eum. Et rursus in calce eiusdem ca. dicēte petro pro. xij. aplis. ꝛ nos credimus ꝛ cognouim⁹ quia tu es xp̄s fili⁹ dei. respōdit eis iesus: nōne ego vos. xij. elegi. ꝛ ex vobis vnus diabol⁹ est. nō põt ergo verificari q̄ ad oēs apostolos dictū sit btūs es: quū vn⁹ eorū nō crederet ꝛ diabol⁹ esset. ¶ Secūdo ex subiūcta rōne. q: caro ꝛ sanguis nō reuelauit tibi sed pater meus qui est in celis. Nā ex his dñi ꝟbis cõstat petro reuelationem factam esse a celesti patre: ita q̄ hoc negare esset ꝯtū fidei: sꝫ non ꝓpterea hinc ꝯstat alijs aplis huiusmodi reuelationē esse factam: scriptura em̄ hoc nō tradit: ꝛ ꝓpterea eadē facilitate cõtemnitur qua affirmat̃. Cõstat igit̃ hinc q̄ ad petrū verba dirigunt̃: ꝛ nō cõstat q̄ ad alios extēdant̃. ¶ Tertio ex subiuncta affirmatiōe, tu es petr⁹: mōstrat em̄ ꝛ ꝓnomen tu ꝛ nomen sibi prius impositū a christo Jo. j. tu vocaberis cephas qd̄ interp̄tatur petr⁹. q̄ ad solū petrū sermo dirigit̃. nā si p pronomē demōstratiuū ad sensum, adiūctis ꝛ noīe ꝓprio a natiuitate .s. simō, ꝛ noīe patris carnalis, ꝛ noīe quo sol⁹ cognominat⁹ est a xp̄o a principio discipulat⁹: scꝫ petrus, ꝛ interiori dono reuelationis qd̄ non cõstat alijs fuisse cõcessum, nō sufficiēter signatū est q̄ ad ipsum solum est sermo: quibus q̄so verbis describendum fuit ab euāgelista q̄ ad solum petrum erat sermo? Et cõfirmat̃: q: eodē pronomine demōstratiuo ad sensum visus est dñs subiungēs, ꝛ tibi dabo ꝛc. Et cõfirmatur ex eo q̄ nō pluribus nec maioribus circunstantijs describuntur et nominantur a notarijs persone heredes aut legatarie q̄ꝫ persona petri in hoc textu descripta ac nominata est: vt patet colligendo: simonem filium ione, petrum ex interna reuelatione commendatum. ¶ Ex verbis igitur ꝛ ex sensu verborum clara luce patet soli petro dictum esse .tibi dabo claues ꝛc.

Ad primum.

Ad primā autē obiectionē in oppositum dicit̃. ex hoc q̄ dñs interrogauit oēs nō cogi reliquū sermonem dirigi ad oēs: frequēter enim diuertitur sermo a pluribus ad vnum aut ecōuerso. Mater siq̄dem filiorū zebedei petijt vt sederent duo filij sui, vnus ad dexteram ꝛ alter ad sinistrā: dñs autem ad filios rñdendo sermonē dirigit, potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? Et si diligenter ꝑspectus fuerit euangelicus tex. ipsa cõuersio sermonis attestat̃ q̄ nō oēm sermonē ad oēs dirigebat: inquit enim matth. q̄ primo ꝛ scd̄o interrogauit discipulos cõmuniter, deinde ad petrū sermonē vertit, ꝛ rursus ad discipulos sermonē conuertit: nam subditur, tūc p̄cepit discipulis suis vt nemini dicerent q: ipse esset iesus ꝛc. Si em̄ totus iste sermo ad omnes fuisset directus: nō narrasset euangelista huiusmodi variam conuersionem sermonis. Nec officit q̄ communis petro et alijs causa, effecta domini interrogatione sit, cum hac em̄ cõmunitate stat q̄ appropriata sit petro: nam in maiori causa, cõmunis scilicet tentationis, solius petri ratio habita est: vt ipse dñs testatur Luc. xxij. dicens: Simō, ecce sathanas expetiuit vos vt cribraret sicut triticum, ego autem rogaui ꝓ te vt nō deficiat fides tua: et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Ubi patet oēs expetitos a sathana, ꝛ tamen dominum pro solo petro orasse: oraui inquit pro te, nō pro vobis: imo alios petro cõmendauit.

Ad secūdū.

¶ Ad secundam obiectionem ex persona petri dicitur, q̄ gerere personam cõmunem seu respōdere ꝓ omnibus apostolis, põt intelligi tripliciter. Uel ex officio: puta q: hꝫ curam eorū. Uel p viā cõmissionis: puta quia apli cõmiserūt petro vt in ꝑsona omniū ꝓ oīb⁹ respōderet. Uel per viam ratificatiōis: vt quia rñsio data a petro grata fuit cõmuniter aplis, vtpote cõgrua ac eximia. Et quidē q̄ petrus nō gereret ꝑsonā cõmunē ex officio, ex eo pꝫ q̄ nōdum erat cõstitutus pastor eorū: neq3 ꝓpterea erat caput eorū nisi sicut primus inter canonicos potest dici caput canonicorū. Sil'r q̄ nō ex cõmissione apostolorū rñderet, nō solū ex eo pꝫ q̄ huiusmodi cõmissio voluntarie affirmaretur (qm̄ ex scriptura nō habetur) sed ex eo cõuincit̃ q̄ dominus expresse testat̃ q̄ caro ꝛ sanguis non reuelauit tibi sed pater me⁹. Ubi excludit non solum omne humanū cõsilium. sed etiā disciplinam ex sensibili auditu doctrine ipsius christi, dum interiori spūali reuelationi patris q̄ in celis est, petri notitiā qua christū filiū dei viui cõfessus est attribuit. Si enim ex cõsultatione cū alijs aplis rñsum dedisset, non sibi dictū fuisset q̄ caro ꝛ sanguis nō reuelauit tibi: quū inter eos esset cõsanguinitas ꝛ carnalis ꝓpinquitas: ꝛ similiter nō fuisset recursum ad actorem omnino spūalē ꝛ designatū tā a remotis .s. in celis. Hec enim oīa manifeste testantur petri cõfessionem nō ex aplorū cõmissione, sꝫ ex interiori ipsi petro facta reuelatione ꝓcessisse. ¶ Et cõfirmatur hoc ex cõtextu euāgelij: nam preposita dñi interrogatione prima discipulorū (quē dicūt hoīes esse filiū hoīs?) q: rñsio fuit cõis, euāgelista dicit. at illi dixerūt: in secunda vero interrogatione eorūdē (vos aūt quē me esse dicitis?) q: rñsio ꝓpria fuit petro, euāgelista dicit: rñdēs simō petr⁹ dixit. ¶ Et cõfirmatur rursus ex Jo. vj. ca. Ubi differētiā aperte notare possum⁹ inter petrū in persona oīm loquētē vel in ꝑsona ꝓpria: nā ibidem loquens petrus in persona omniū christo dño dicēti. nunq̄d ꝛ vos vultis abire? rñdit ei simō petrus in persona omniū: dñe ad quē ibim⁹? verba vite eterne habes, ꝛ nos credim⁹ ꝛ cognouimus q: tu es christus filius dei. Et subdit euāgelista, rñdit eis iesus: nonne ego vos. xij. elegi, ꝛ vnus ex vobis diabolus est? Ubi cõferēdo textum iohannis textui matthei. aperte apparet q̄ tūc quū apud iohānem in persona oīm petrus rñdit: loquutus est in numero plurali prime persone, dicēs, ad quē ibim⁹? ꝛ nos credimus ꝛ cognouimus: ꝛ sil'r dñs respondit nō petro, sꝫ eis: hic vero apd̄ matth. cūa sunt in numero singulari cū ꝓ noībus demonstratiuis soli⁹ petri tā in rñsione petri q̄ꝫ in replicatione dñi. ꝛ ꝓmissionibus ac assertionib⁹: tibi inquit dabo. nō vobis: quodcūq3 ligaueris nō quodcūq3 ligaueritis: tu es petrus nō vos estis petrus. vt patet in lr̄a. Huiusmodi em̄ differentia manifestat, q̄ petr⁹ ex proprijs intus a celesti patre habitus solus respōdet: solusq3 a christo mōstrat̃. Nec putes ꝓpterea hic eandē esse lection⁹ apud matthēū ꝛ iohānem: quoniā ista matthei fuit post ea que referuntur a Johanne. Quod ex multis patet: illa enim iohannis fuit post miraculū de quinq3 panibus. ꝛ in capharnaum: vt ibidem apparet: quod aūt refert matthe⁹, fuit non solum post miraculum de quinq3 panib⁹. sed etiam post aliud miraculum de septē panibus: vt patet matth. xvj. ꝛ fuit in ꝑtibus cesaree philippi. ¶ Dicendum est igitur q̄ respōsio petri tanq̄ꝫ grata ꝛ rata pro omnibus, dicitur fuisse in persona omnium: sicut frequenter contingit. q̄ collegis pluribus interrogatis, primo bene respōdente: ab omnibus vt rata habet̃ responsio, ꝛ ꝓ oībus respōdisse primū frequētissimo vsu dicimus. Et sic intelligenda sunt verba chry. ꝛ glo. interli. ꝛ quorumcunq3 aliorū dicentiū q̄ petrus respondet pro omnibus: erat enim os omnium tāq̄ꝫ ratificatum ab omnibus. Unde chry. Homel. lv. super matth. subdit: sol⁹ petrus respondet: ꝛ confestim prosilijt ac p̄ueniens ait. Tu es christus ꝛc. Ubi vides nō consilio aut commissione aliorum respōdisse sed preuenisse. Et aug. de verbis apostoli sermone. xxxj. ait, respondit petrus vnus pro omnib⁹ q: vnitas in oīb⁹. Ubi videre potes q̄re dicitur petrum respōdisse pro omnib⁹ nō ex cõmissione omniū non ex officio sed ex vnitate omnium: quia scilicet omnes erant fratres. ꝛ quod primus eorum optime respōdit vnitas omnibus placere fecit. Sicut inter fratres vnitos ac vnanimes qd̄ ab vno bene dicitur, ab omnibus ratum habetur ꝛ vt ab omnib⁹ dictum sumitur. ¶ Et hic patet responsio ad cõfirmationem subiunctam:

Ad cõfirmationē.

ex eo enim q̄ christus petri responsionem approbauit ꝛ commendauit petrumq3 beauit, ac illi tot promisit, vanū apparet expectationem ingerere vt audiantur alij: quis enim aliud dicturus esset q̄ꝫ quod diuinit⁹ reuelatum ꝛ sic remuneratū videt. Unde nec remanserunt nō respōdentes alij: quia gratam eis esse petri respōsionē suffecit. Insinuatur autem petri responsionem alijs apostolis gratam fuisse nō solum ex hoc q̄ est rōni consentaneum iuxta humanum morem: sed ex subiunctis statim euāgeliste verbis: tūc precepit discipulis suis vt nemini dicerent quia ipse esset iesus. Hoc siquidem precepto monstratur discipulos petri confessionē tenuisse: ideo enim ne alijs dicant inhibentur.

Ad tertium.

¶ Ad tertiā autem dicitur q̄ si intendit argumētum promissas per verba hoc omnibus apostolis claues: principium patet: hoc enim est quod probādum erat. Si vero intendit q̄ per alia verba dominus apostolis alijs claues regni celorum tradiderit ad sequens spectat capitulum: vbi hoc tractabitur.

Ad quartum.

¶ Ad quartam obiectionem dicitur, q̄ authoritatē illā qd̄ vni dico nullibi inuenio in euāgelio. Uerū si vbicunq3 inueniat̃ dicitur q̄ ad literā intelligit̃ de dicere doctrinali: vt marcus testat̃ in simili ca. xiij. quod vobis dico omnib⁹ dico: vigilate. Potest nihilomin⁹ ad proteruos dici q̄ in hac authoritate non habet̃ quod vni do oīb⁹ do: aliud est em̄ dicere ꝛ aliud dare: presens autem sermo non de dicere sꝫ de dare est: inquit em̄ dominus, tibi dabo claues regni celorum: ꝛ propterea authoritas

non est

non est ad propositum. Ex quibus omnib⁹ patere potest ꝙ ex his domini verbis Matth. xvj. solus Petrus promissionem accepit clauium regni celorum.

¶ Apostolis alijs non esse alias collatum quod petro. Caput v.

Quamuis fateantur multi premissum textum euangelij ad solum Petrum pertinere, affirmant tamen nonnulli totum id quod Petro promissum est, datum esse a christo alias reliquis apostolis, idqꝫ verum esse multis affirmant argumētis ex sacra scriptura. ¶ Primo matth. xviij. apostolis communiter dicitur: quecunqꝫ alligaueritis super terram, erunt ligata ⁊ in celo: ⁊ quecunqꝫ solueritis super terram: erunt soluta ⁊ in celo. Ubi apparet potestatem prius petro promissam ad omnes extensam esse. ¶ Secundo Jo. xx. apostolis communiter exhibētur claues petro promisse: dicendo: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, ⁊ quorum retinueritis retenta sunt. ¶ Tertio Jo. quoqꝫ. xx. apostolis cōmuniter dicit christus: sicut misit me pater et ego mitto vos. Et similiter mar. vlti. ⁊ matth. vlti. omnes cōiter misit ad docēdum, predicandum ⁊c. ¶ Deinde manifestatur idē ex facto: nam act. viij. petrus missus cum Johāne legatur in samariam ab apostolis qui erāt hierosolymis. Et act. xv. in synodo de legalium obseruatione presente petro Jacobus dedit sententiam: dum dixit, ego iudico non inquietari eos ⁊c. Ad gala. quoqꝫ. ij. petrus ⁊ iaco. ⁊ Jo. qui videbantur columne esse, dextras dederunt paulo ⁊ barnabe societatis. Ex quibus gestis equalitas cōprobatur petri ⁊ aliorum apostolorum. ¶ Afferuntur demum mille authoritates sanctorū sonantes equalitatem petri ⁊ aliorum apostolorum: vt est illa cypria. ⁊ habetur. xxiiij. q. j. loquitur dominus: dicentis ꝙ parem potestatē omnibus apostolis tribuit: ⁊ hoc vtiqꝫ erant ceteri apostoli quod petrus fuit, pari consortio preditι ⁊ honoris ⁊ potestatis. Et illa hiero. contra iouinianum lib. j. cap. xiiij. At si tu dicis super petrū fundatur ecclesia, licet idipsum in alio loco super omnes apostolos fiat: ⁊ claues regni celorum cuncti accipiāt, ⁊ ex equo super eos ecclesie fortitudo solidetur. Et quecunqꝫ alie similes.

Ad euidentiam horum scito ex euāgelico textu duo inueniri singulariter ꝓmissa petro: quibus origenes addidit tertium. primū est: Sup hāc petram edificabo ecclesiam meam: hec enim soli petro ꝓmissum legimus. secundum est: Tibi dabo claues regni celorum: quod nulli alij inuenitur promissum: tertium ab origene notandū est, ꝙ petro dicitur: Quodcunqꝫ ligaueris super terram erit ligatum ⁊ in celis, in numero plurali: ⁊ similiter quodcumqꝫ solueris super terram erit solutū ⁊ in celis: apostolis autem communiter dicitur ꝙ erūt ligata aut soluta in celo, in numero singulari. Et rationē subdit: quia non sunt tante perfectionis sicut petr⁹. ¶ Inter quatuor ergo ꝓmissiones petro factas, prime ab alijs differētia clara est: nam constat aliud significari per fore ecclesie fundamentum (qd explicat. super hanc petram edificabo ecclesiam meam) et aliud per habiturum claues ⁊ soluere ⁊ ligare. Sed differentia inter secūdam: (id est inter claues regni celorum) ⁊ tertiam ac quartam, hoc est ligare ⁊ soluere, non est vsquequaqꝫ nota. apparet siquidem iuxta litere superficiem per claues potestatem. per ligare autem ⁊ soluere explicatos esse actus potestatis: vt efficacia clauiū declararetur, quo pacto: scilicet ad celorum regnum pertingerēt. Huiusmodi enim efficacia manifestatur dicendo: quodcumqꝫ solueris super terram erit solutum ⁊ in celis: ⁊ quia pluraliter celorū regnum premiserat. ideo pluraliter dixit in celis. Et iuxta hūc sensum promissio clauium a promissione soluendi ⁊ ligandi differt vnt: sicut promissio potestatis a promissione actuum illius explicatiua. ¶ Sed hec veram quidem, sed non totam continent euangelij sententiam. Quod vt plenius intelligas, scito duplicis generis inueniri actus clauium: quidam enim sunt actus adequati ipsis clauibus: quidam vero minores ipsis. Illi sunt velut actus totales, isti actus partiales. Adequati autem clauibus actus sunt aperire ⁊ claudere: partiales autem sunt ligare ⁊ soluere. Declaro singula. Qꝫ aperire ⁊ claudere sint actus adequantes claues, ⁊ voces sonant, ⁊ officium clauium clarissime testatur: claues enim solummodo ad aperiēdum ⁊ claudendum sunt. Nec desunt scripturarum testimonia tam ex veteri ꝙ̄ ex nouo testamento. Isa. enim xxij. quum dictum esset: ⁊ dabo clauem domus dauid, subditur et aperiet et claudet: et similiter Apoc. iij idem repetitur. Qꝫ vero soluere et ligare sint actus clauium, doctores omnes testantur. Qꝫ autem sint actus partiales ⁊ non adequati clauibus, ex hoc patet, ꝙ soluere, ⁊ ligare se habent ad aperire et claudere vt partes ad totum: omnis enim qui soluit aliquem, aperit illi regnum celorum: sed nō omnis qui aperit alicui regnum celorum, soluit illū: et similiter oīs qui ligat claudit, sed non omnis qui claudit ligat.

¶ Et ne per multa diutius vagemur, sed solida ratio simul cum veritate pateat. soluere ⁊ ligare act⁹ sunt iudiciales, siue in sacramento penitētie siue in foro ecclesiastico: aperire ⁊ claudere act⁹ sunt superiores, comprehēdentes sub se ⁊ actus iudiciales ⁊ act⁹ non iudiciales: vtrisqꝫ enim clauditur et aperitur regnum celorum. Et quidem ꝙ celorum regnorum multi claudant alijs absqꝫ vinculo iudiciali, testatur dominus Luc. xj. dicens, ve vobis legisperitis qui tulistis clauem scientie. ipsi non introistis, et eos qui introibant prohibuistis. Qꝫ vero regnum celorum aperiant absqꝫ actu iudicij, magistra rerum experientia monstrat: dum pastoris prouidentia, gubernatione, ordinatione, doctrina, dispensatione, commutatione ⁊c. continue aperitur ecclesie regnum celorum. Differt ergo promissio clauium (tibi dabo claues regni celorum) a subiunctis duabus reliquis (⁊ quodcumqꝫ ligaueris et quodcumqꝫ solueris) ꝭm rem promissam: non solum sicut potestas ab actibus, sed sicut ptās ab actib⁹ inadeq̄tis seu minoribus ⁊ partialibus. ita ꝙ quum promisse sunt claues petro, promissa est potestas aperiendi ⁊ claudendi regnum celorum: quum autem promissum est eidem, ⁊ quodcumqꝫ ligaueris ⁊ quodcumqꝫ solueris: explicata est clauium efficacia in actib⁹ minoribus: vt perciperemus ꝙ si partialium actuum tanta est efficacia, multo magis adequatorum actuum efficacia pertinge͛ ad celos. Quocirca promittendo claues, promittitur totum: promittendo autem actus soluēdi et ligandi, non promittitur totum, sed promittuntur actus partiales. Et propterea ex hoc ꝙ soli petro ꝓmisse sunt claues regni celorū, fateri oportet soli petro promissam esse potestatem aperiendi ⁊ claudendi regnum celorum: non ꝙ solus aperire et claudere possit celorū regnum (nam vt predictum est, quicumqꝫ soluit aliquem, aperit illi regnum celorum) sed quia solus potest quicquid pertinet ad aperiēdum ⁊ claudendum regnum celorum: non istius vel illius, sed ecclesie edificate super eum a christo. ¶ Hunc sensum hancqꝫ differentiam ad literam verificari ex tribus vltra predicta declaratur: primo ex interposita semper coniunctione copulatiua in tex. euangelico: ait enim: tu es petrus, ⁊ super hanc petram, et tibi dabo claues, ⁊ quodcumqꝫ ligaueris ⁊ quodcumqꝫ solueris: diuersitatem enim promissarum rerum coniunctio copulatiua insinuat. secundo: quia dominus non dixit, ⁊ cuicumqꝫ aperueris et cuicumqꝫ clauseris: sed dixit quodcumqꝫ solueris et quodcumqꝫ ligaueris. Si enim claues exponere voluisset per adequatos ꝓcuidubio actus (qui sunt aperire ⁊ claudere) exponende erant: sed vbi ad ligandum ⁊ soluendum descendit, manifestauit se nō exponere claues, sed ad minores actus clauiū transire: tertio ex eo ꝙ nūqꝫ apostolis promisit aut dedit claues regni celorum, vel illarū adequatos actus: scꝫ aperire ⁊ claudere regnū celorum: sed de ꝑtialibus actib⁹ clauiū locutus legitur cū apl̄is: ⁊ dicendo. quecūqꝫ alligaueritis sup terram ⁊c. ⁊ dicēdo: quorum remiseritis peccata ⁊c. ¶ Et si insteť ꝙ nec etiam petro dn̄s actus adequatos clauib⁹ dedit aut ꝓmisit: quia claues quidē illi ꝓmisit, sed nūqꝫ ꝓmisit ꝙ aperiret ⁊ clauderet. Absit a diuina sapiētia, vt silentio inuoluerit actus adequatos clauiū: quum enim explicauit cuius essent claues vt aperiēdi ⁊ claudendi, explanauit ꝓculdubio act⁹ adequatos clauiū, qui sunt apire ⁊ claudere. Constat aūt ideo apposuisse regni celoꝝ: vt exponereť ꝙ claues sunt regni celorū vt aperiendi ⁊ claudendi. Eoipso igitur ꝙ promisit soli petro claues regni celorum, promisit soli petro adequatos actus clauiū: seu quod idē est claues ꝭm actus adeq̄tos clauibus: ⁊ post hanc ꝓmissionē descendit ad actus iudiciarios, ⁊ quodcūqꝫ ligaueris ⁊ quodcūqꝫ solueris: vt predictū est. ¶ Ex euangelico igiť textu due euidenter restant soli petro promissiones: hoc est fore fundamentum ecclesie (super hanc petrā edificabo ecclesiā meam) ⁊ dādas ei claues regni celorum: ⁊ tibi dabo claues regni celorum.

¶ Nec carent hec obiectionibus. Nam cōtra primam promissionem opponitur aut solum christū esse fundamentū eccl̄ie (iuxta illud prime ad cor. iij. fundamentū aliud nemo potest ponere preter illud quod positū est, qd̄ est christus iesus) aut si multiplex fundamentū admittiť, non solus petr⁹ est eccl̄ie fundamentū, sed etiam alij apostoli: iuxta illud ad ephe. ij. superedificati super fundamentum apostolorū: ⁊ apoc. xxj. mur⁹ ciuitatis habens fundamēta. xij. ⁊ in ipsis. xij. noia. xij. aplorum. ¶ Contra scd̄m vero opponiť primo. Si ꝓmissione clauiū promittitur tota ptās, cur post totū promittuntur partes, quodcumqꝫ ligaueris ⁊ quodcumqꝫ solueris? fuisset enim hoc promissa in toto. ¶ Secundo. Si soluere ⁊ ligare.

Primo

Instantia.

Oppositio cōtra primā promissionem.

Prima oppō ꝯ secūdā promissionē.

Scda

sunt partiales actus clauiū.cur theologi in.xviij.ꝛ.xix.di.iiij. sen. de clauibus tractando,diffiniunt eas per actus iudiciales q̄ sunt ligare ꝛ soluere:diffinitio eñ per proprios ꝛ adequatos actus dari debet.¶ Tertio.Cur claues apostolice in ordinatione p̄sbiterorum dari affirmantur.si illis nō cōferuntur nisi minores actus clauium?¶ Quarto.Cur claues dicuntur claues ecclesie.ꝛ nō dicuntur claues petri.si soli petro primo date sunt?

Tertio
Quarto

¶ Nō est aūt difficile his satisfacere.Et obiectis q̄dē cōtra primā ꝑmissionem petro factam vt foret fundamentum ecclesie.r̄ndetur.ꝙ esse ecclesie fundamentū simpliciter ꝛ.totaliter propriū est christo:esse autem fundamentum ecclesie s̄m aliquod tp̄s vel s̄m aliquā rationem particularē.cōicatū est alijs.Et sanctis quidem quibus reuelata est doctrina fidei pro ecclesia,cōmunicatū est esse fundamentum sub rationibus apostolorū ꝛ prophetarū:petro autem vltra ꝑdictam rationem ꝑmissum est fore fundamentū s̄m rationē pastoris totius ecclesie christi:s̄m quā rationē nō cōuenit alijs apostolis esse fundamentum.Et propterea diuersimode dicitur fundamentū de hoc triplici modo.de xp̄o eñ dicitur cū exclusione aliorū (fundamentū aliud nemo pōt ponere ꝛc.) de apostolis vero ꝛ prophetis dicitur cū additione fundamēti totalis.i.christi:dum ꝛ ad ephe.ij. adiungitur,ipso summo angulari lapide christo iesu(vbi aug.dicit:ne apostoli vel prophete in quibus fundata est ciuitas se tenerent in se.in christo totum innititur primo fundamento:quod fundamentum in summo est non in imo,vt in corporali fabrica.) Et apoc.xxj.subiungitur,ꝛ agni.i.christi.De petro vero adiungit (pr̄se christus.edificabo ecclesiam meam:vt ostendat ex christo principaliter pendere ecclesie edificium.

Ad obiecta ꝯ primā promissionem

¶ Ad quesita vero circa ꝑmissas claues respondendo.dicitur ideo post promissum totū per claues.promissas quoqꝫ esse partes per q̄ocūqꝫ ligaueris ꝛ q̄ocumqꝫ solueris:vt monstraretur diuersitas rerum promissarum. (Si enim sub vnica promissione oīa cōprehensa essent.absqꝫ coniunctionibus copulatiuis.aut sole claues promisse fuissent.adeqꝫ tas putasses ꝛ exhaustas claues per hec duo ,quodcunqꝫ ligaueris ꝛ quodcūqꝫ solueris. Nunc autem quia tam aperte promissarum rerum diuersitas monstrata est.exprimendo singula cum coniunctionibus copulatiuis clare intelligimus non totum quod promissum est petro promitti aut exhiberi cuicūqꝫ alteri per hoc ꝙ promittitur aut datur quodcūqꝫ alligaueris ꝛ quodcūqꝫ solueris ꝛc. sed per hoc promitti aut dari tm̄ quod tertio ꝛ quarto loco ꝑmissum est ꝛ petro.) Et inde videres remanere primas promissiones apud petrū solū.

Ad primū ꝯ secūdā ꝑmissionem.

¶ Ad secundum vero quesitū r̄ndetur ideo claues a theologis per actus iudicij diffinitas.quia de clauibus ordinis tractabāt:vt patet in tex.magistri sen.tā in principio di.xviij. (vbi affertur amb.dicens.ius enim hoc solis permissum est sacerdotibus. q̄̄ in principio di.xix.vbi dicitur:dantur he claues per ministeriū ep̄i in promotione sacerdotū:quū eñ sacerdotalem recipit ordinem simul.ꝛ has claues recipit.¶ Et per hoc soluitur tertium quesitum.¶ Ad quartum autem quod non de re sed de nomine est,ꝛ propterea extraneū quodammodo est. respondetur ꝙ claues dn̄i ꝛ ecclesie ꝛ petri:solus enim petr⁹ clauiger dicitur regni celorum.Et petri quidem sunt vt capitis vicarij,ꝛ vt per quem ad ecclesiam deriuantur:ecclesie autem sunt ꝛ vt finis(quia propter ecclesiam petrus habet claues)ꝛ vt vicarijs in suis episcopis ꝛ sacerdotibus:ita tamē quod secundum earum totalitatem ecclesia vtitur illis in suo capite,secundum autem partiales vsus vtitur in ep̄is ꝛ alijs ministris.Remanet ergo solida sententia dicta.

Ad secundā.
Ad tertiam
Ad quartam

Ad primū aūt argumētorū in principio allatorū:dicit̄ ꝙ s̄m p illa verba q̄cūqꝫ alligaueritis super terrā ꝛc.nō adequant se promissiones quatuor facte petro.sed solas duas vltimas: vt litera ipsa testatur.Et propterea nō dixit dn̄s dabo vobis aut ecclesie claues regni celorum:quū tamen dixisset petro coram eisdē tibi dabo claues regni celorum.Unde ex hoc ipso ꝙ alijs apostolis dominus dixit,quecūqꝫ alligaueritis ꝛc.nō facta mentione de clauibus.manifeste habet̄ ꝙ nō totū q̄d ꝑmiserat petro repetijt in potestate aliorum:sed tanq̄ꝫ petro totū.alijs vero ptes cōmissurus.

Ad primum principale

¶ Ad secundū vero dicitur ꝙ post resurrectionē dicendo quorū remiseritis peccata ꝛc.date sunt quidem apostolis claues sed nō in sua totalitate:qm̄ date sunt tm̄ claues ordinis.vt cōiter docto. dicunt,ꝛ bene.Unde ad literam quum dicitur quorū remiseritis: constituitur iudex ecclesiasticus in sacramento pnīe,q̄̄tum est ex parte ordinis:quum vero math.xviij.dictum fuit eisdē. q̄cūqꝫ alligaueritis super terram.sermo erat de iudicio ecclesiastico in foro iudiciali.Unde ꝛ cōmuniter dicitur ꝛ bene,quod tunc sermo fuit de actibus clauium iurisdictionis : postea autem de actibus clauium ordinis.Et qm̄ vt declaratum est,neutrū iudiciū etiā simul sumptum adequat claues petro promissas:sed soluere ꝛ ligare in vtroqꝫ foro,partiales sunt actus clauium petro promissarū , ideo per vtrāqꝫ potestatē simul.non adequat̄ potestas petro promissa. Unde disputationibus vacātes caueāt a sophistis , opponētibus claues ordinis ꝛ claues iurisdictionis adequare claues ecclesie. Uenenum latet hic:qm̄ proprie ꝛ formaliter loquendo claues petro promisse,superiores sunt ꝛ clauibus ordinis ꝛ clauibus iurisdictionis.ꝛ propterea dn̄s non per actus ordinis aut iurisdictionis eas exposuit.sed per regnum celorū,proculdubio aperiendum vel claudendum.Ita ꝙ ꝑspicacius intuēdo(vt predictum est)dn̄i verba,tibi dabo claues regni celorū:per illā particulam regni celorū exposuit claues per actum adequatum.s.aperire vel claudere: regnū eñ celorum aperiendū vel claudendū.actū aperiēdi vel claudendi secū fert:constat aūt ꝙ aperire ꝛ claudere regnū celorū.act⁹ sunt longe superiores oībus actibus iudicialibus,tā clauiū iurisdictionis q̄ꝫ clauiū ordinis.¶ Importune deniqꝫ instātibus nouas nūc inferri ecclesie claues:hactenus eñ nō sunt audite nisi claues ordinis ꝛ claues iurisdictionis.Unde nunc tertie claues in christi ecclesia?Respondetur me nō inuenisse aut fingere nouas claues re aut nomine:sed si equa lāce librare fas est hec cū obiectis.inueniuntur obijcientes seipsos arguere.nam neqꝫ claues ordinis neqꝫ claues iurisdictionis tradidit sacra scriptura.sed doctores explicarunt:claues autem regni celorum christus dn̄s ore proprio consecrauit.Ego de clauibus regni celorum loquor.non nouitates introduco:ex ipsis dn̄i verbis iuxta sensum literalem perspicacius intellectum manifesto que dico.Opꝫ aūt arguentes considerare subtilius doctorum sensum:ꝛ vel ex hoc ipso quod doctores distinguunt regni celorum claues in claues ordinis ꝛ claues iurisdictionis.intelligere superiores esse claues regni celorum vtrisqꝫ,ꝛ vtrasqꝫ significare partes clauium regni celorum ,ac per hoc claues regni celorum significare totum maius ꝛ superius suis partibus quū simpliciter ꝛ absolute dicuntur,vt petro promisse sunt:qm̄ vero ad partes applicantur.significare tam claues ordinis q̄ꝫ claues iurisdictionis:vtreqꝫ eñ claues regni celorum appellant̄.Unde acuti lectoris officium erit,discernere quando doctores de clauibus regni celorum absolute,ꝛ q̄n de clauibus regni celorū applicatis ad ordinem vel iurisdictionem loquuntur.

Ad secundū

¶ Ad tertium dicitur,quod ipsa domini verba testātur quod de apostolatus autoritate sermo est quum dicitur,sicut misit me pater ꝛ ego mitto vos:mittere enim ꝛ mitti ad apostolatum spectat: iuxta illud Jo.xiij.non est seruus maior domino suo,neqꝫ apostolus maior est eo qui misit illum:ꝛ propterea hinc non habetur nisi paritas apostolatus.Et similiter per alios textus quibus missi sunt pariter ad docendum ꝛ predicandum ꝛc.non habetur nisi paritas quoad huiusmodi commissiones:petro autem supra hec omnia promissum est,ꝛ quod foret ecclesie fundamentum, ꝛ quod sibi darentur claues regni celorum.

Ad tertium

¶ His autem que ex gestis apostolorum adducuntur,facillime satisfit.Docent siquidem concorditer theologi in primo sen. non oportere missum minorem esse mittente,neqꝫ etiam esse ab illo:nā filius missus est a spiritu sancto quo non est minor:ꝛ a quo nō est. ¶ Ad literam tamen dicitur quod petrus erat tante humilitatis, vt inter apostolos se gereret vt vnus ex illis:ꝛ non volebat vti potestate quam habebat:ꝛ propterea tanq̄ꝫ vnus ex apostolis ab eisdem cum ioāne missus est. Patet autem manifeste huiusmodi petri humilitas act.xj.quum aduersus illum disceptabant alij fideles ex circuncisione:quod ꝛ greg.ꝛ habetur.ij.q.vij.ca.petrus.notauit dicens:Petrus potestatem regni acceperat : ꝛ tamen idem apostolorum primus querimonie cōtra eum a fidelibus facte cur ad gentes intrasset,non ex potestate officij qua posset dicere,oues pastorem suum non accusent nec reprehendant, sed ex autoritate diuine virtutis qua gentiles acceperant spiritum sanctum respondit.¶ Et per hec posset similiter dici in synodo de obseruatione legalium petrum se habuisse vt vnum apostolum.Uerumtamē si res gesta recte notetur.non fuit petrus consultatus nec soli apostoli: sed apostoli ꝛ presbiteri in hierusalem:ꝛ propterea ꝯsultatio nec a iacobo facta est.sed ab apostolis ꝛ senioribus cum omni ecclesia: scribentibus tamen nomine apostolorum ꝛ seniorum.Unde falsum est ꝙ iacobus sniam ꝑtulerit:qm̄ snia ꝯsultatio est.quā cōstat ab oībus factam:sed dū iacobus dixit ego iudico.perinde est ac si dixisset hoc est iudiciū meum.Unde nō introducitur iacobus iudicans.sed respondens:sic eñ legimus.Et postq̄ꝫ tacuerunt respōdit iacobus : Imo petrus pastoris personam in principio gessisse videtur:quoniam ipse primus surgens allegans diuinā gratiā reprehendit eos qui libertatē a legalibus vexabāt in dubiū.Lo-

Ad autoritatē act. viij.

grimus em̄ ſic.quū autē conquiſitio fieret.ſurgēs petrus dixit ⁊c. Ubi mōſtratur petri authoritas.⁊ Quod dexteras demum ſocietatis petrus cum alijs dederit: hoc fecit quod quotidie pontifex facit.omnes epiſcopos non ſolum vt ſocios ſed vt fratres habēs.

¶ Ad authoritates deniqꝫ doctorum ſanctorum.ſonantes equalitatem petri ⁊ aliorum apoſtolorū:dicitur verificari de paritate eorū ſm̄ apoſtolatum:fuerūt enim equales omnes in authoritate apoſtolica.⁊ Et ſi inficiē ſub p̄tāte apoſtolica compꝛehēdi poſſe oīa q̄ petrus poterat:in pꝛōptu reſpōſio eſt ſatiſfactiua, ꝙ dato ꝙ vera eſſet huiuſmodi cōpꝛehēſio:extēa tn̄ non ſequeret̄ omnimoda eq̄litas ad petrū:eſſent em̄ eorū p̄tātes equales quo ad res q̄s facere poſſent:ſꝫ nō eſſent eq̄les extēſiue.neqꝫ quo ad modum. Apl̄i ſiquidem poteſtatē a xp̄o acceperūt vt apl̄i.hoc eſt vt legati: petro autem ſupꝛa apl̄atū ꝑmiſſa eſt(vt infra manifeſtabit̄)p̄tās vt ordinario paſtori eccl̄ie. Et hic patet tā ſuperioꝛ grad⁹ atqꝫ vnitas poteſtatis petri q̄ꝫ maioꝛ extēſio:quoniam extendebat ſe ad ipſos etiā apoſtolos vtpote chꝛiſti oues.⁊ Nec ꝑuifacias differētiam penes modum hn̄di:magnū ſiq̄dē lapſus ꝑiculū eſt ſi cōfundantur. Aliud quippe eſt hr̄e claues vt apl̄os ⁊ aliud hr̄e claues vt caput ⁊ paſtoꝛem etiam ipſorū apl̄orū:illud nō derogat petri ſingulari excellentie:hoc autē ip̄m petrū ſup oēs ſtatuit,oibuſqꝫ ꝑficit apl̄is ac toti⁹ eccl̄ie. Ad horū differentiā modorū ſpectat,ꝙ dn̄s ſoli petro claues pꝛomittit.alijs aūt nō dat claues,ſꝫ ea q̄ ſunt clauiū legat aut tribuit:ſiue math.xviij.ſiue Jo.xx.ſiue Math.⁊ mar.vlti.ſiue Luc.xxij.ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnum. Et vt allatę pꝛimum authoritates manifeſtent̄:patet cypꝛia.ita pares fateri apl̄os vt tamen ſup vnū petrū edificari dicat eccleſiam (ex verbis dn̄i ſuper hanc petram)⁊ authoritate ſua dominū diſpoſuiſſe dicat vnitatē eccleſiaſticā ab vno petro originem habere. Hier.quoqꝫ verba chꝛiſti apud math.tu es Petrus ⁊c.ſoli petro relinquēs,ad aliū ſe transfert locum.vbi ſimilia apoſtolis data narrantur:tria numerans. Pꝛimo fundari eccleſiam ſuper apoſtolos oēs:hoc enim fieri ꝓmulgatū eſt ad Ephe.ij.ſupedificati ſuper fundamentum apoſtolorū: ſecundū vero ꝙ ſcilicet cuncti apoſtoli claues regni celorū accipiāt math.xviij.quecumqꝫ alligaueritis:⁊ Jo.xx.quorum remiſeritis.habetur.tertium autem ⁊ ex equo ſuper eos eccleſie foꝛtitudo ſolidet̄,ex relatis textibus:ſcilicet math.⁊ mar.vlt.⁊ luc.xxij.et Jo.xx.aut etiam ex alijs ſimilibus textibus ſumptum eſt:vnde patet ex iam dictis equalitatem apoſtolorū quatenus apoſtoli ſunt et in fundando ecclīam et in clauibus iuriſdictionis ⁊ ordinis ⁊ in roboꝛe doctrine, miraculorum ⁊ vite.eccleſie foꝛtitudinem ſolidātium(quam hier.affirmat)nihil officere petri ſingulari authoritati qua ſolus cuncte pꝛeponitur eccleſie. Unde et hier.ibi ſubiungit ſtatim:propterea tamen vn⁹ inter.xij.eligitur, vt capite conſtituto ſciſmatis tollatur occaſio. Ubi manifeſte vides ita ex equo apoſtolatus pares dixiſſe apoſtolos,vt tamen petrus electus ⁊ cōſtitutus a chꝛiſto ſit caput omniū:hoc ſiquidē eſt qd̄ tuemur. Hoc ad differētiam modi habendi ſpectat:quoniā hinc habes omnes hec habuiſſe vt apoſtolos,pꝛeter hunc aūt modum petrū ſingulariter habuiſſe vt caput oim. Ex duab⁹ autē his authoritatibus declaratis,facile eſſe putamus reliquas recte interp̄tandas iuxta ſenſum ꝑdictarum.

⁊ Manifeſtatur aūt hūc eſſe verū ſenſum doctrine ſanctoꝝ tripliciter. Pꝛio ex eo ꝙ pares dicūt apl̄os: non ſolū p̄tāte ſed honoꝛe: quod niſi ad apoſtolatum referatur,conſtat eſſe falſum:quum petrus pꝛimatū honoꝛis manifeſte habuerit ſm̄ oēs:ſecundo ex textibus euāgelicis,quos ſancti afferūt ad ꝓbandā huiuſmodi eq̄litatem:afferūt enim iſtos quos nunc diſcuſſimus:ex quibus cōſtat nō plus haberi q̄ꝫ eq̄litatem ſm̄ apoſtolatum:tertio ex rōne q̄ vtuntur:q: ſ.petrus in perſona eccleſie vnus accepit claues ⁊c.vt vnitas eccl̄ie hinc ꝓbaret̄.⁊ Ubi ꝓpter ſciſmaticos ſiſte pedē: et ſcito dupliciter poſſe intelligi vnitatē eccl̄ie ꝑ petri vnitatē cōmēdatā.ꝑmo vt ſignificata ſit eccleſie vnitas i chꝛiſto capite vno.vnitateqꝫ articulorū fidei.ſacramentorū eccleſie ⁊ ſpeciat charitatis. ſecūdo vt ſignificata ſit eccleſie vnitas ſimpl̄r ⁊ abſolute vnite in capite vno chꝛiſti in terris vicario, petro.ſ. Pꝛimū ſenſum eligunt ſciſmatici ex ſanctorū vera ac ſancta doctrina.ſepe vnitatem eccleſie ꝑ ea q̄ in pꝛimo numerant̄ ſenſu explicante:vere q̄dē,ſꝫ nō totaliter,niſi ſub vnitate capitis:ſcilicet chꝛiſti intelligat̄ ipſe chꝛiſtus in ſe ⁊ in ſuo in terris vicario,ipſe xp̄s vt cap̄.petr⁹ aūt vt vicecaput. Nō ꝑpterea q̄nqꝫ tacitū eſt:q: acceptato capite, intelligi cōſuetum eſt acceptari ipſum in ſe ⁊ in ſuo vicario dū abſens fuerit.

¶ Scd̄s aūt ſenſus(in q̄ clauditur pꝛim⁹ adiūcta vnitate capitis in terra)catholicis oib⁹ cōis eſt:ꝓbatur q̄drupliciter. Pꝛimo: q: ad deſignādā vnitatē eccl̄ie in ſuo capite celeſti ieſu chꝛiſto,nō cōgruit vnitas petri:ſed et ſufficiebat ⁊ decentiſſime cōgruebat vnitas ipſi⁹ chꝛiſti:quam domin⁹ hic nō tacuit.ſed explicuit dicēs,ego dico tibi,⁊ rurſus edifi.ecclīam,⁊ iterū dabo claues. Diuinam autem ſapientiam(que eſt chꝛiſtus)diſponētem oīa ſuauiter: ꝯuenientiſſime per vnitatem petri vnitatē eccleſie in capite terreſtri loco chꝛiſti ſignificare,nullam hꝫ difficultatem.⁊ Secundo ex eo ꝙ hiſtoꝛie fides pꝛeſeruaret̄:nā q̄ſi ſilis eſſet petrus in his paruulo quem matth.xviij.aduocans ad ſe dn̄s ſtatuit in medio diſcipulorū dicens.niſi cōuerſi fueritis ⁊ efficiamini ſicut paruulus ⁊c.ſicut em̄ paruul⁹ ille aſſumpt⁹ eſt ad exēplum ſeu ſilitudinē humilitat̄,ita petr⁹ noiat⁹ eſſet ad exēplum ſeu ſilitudinē vnitatis:ac ꝑ hoc ſicut ad fidē hiſtoꝛie cure nō eſt q̄s fuerit paruul⁹ ille,ita nihil aut parū curandū eccleſie eſſet an fuerit ſimō petr⁹ cui dictū eſt, tibi dabo claues regni celoꝛum ⁊c.quod tn̄ doctorum omnium ⁊ totius eccleſie aures offendit. Sanctorū propterea ſenſus eſt: ꝙ ſm̄ hiſtoꝛie fidem res ita geſta eſt ꝙ vni ſimoni petro claues ſunt pꝛomiſſe:vt res rem ſignificaret vt vnus petrus pꝛimo accepturus claues vnitatem ſignificaret eccl̄ie.⁊ Tertio ex eo ꝙ opoꝛtet ſaluare non ſolum ſignificationē,ſed etiā deriuationem:hoc eſt nō ſolum vt vnitas eccleſie ſignificet̄ ꝑ vnitatem petri,ſed etiā vt vnitas eccleſie pꝛoficiſcatur ab vnitate petri:vt cypꝛia.in authoꝛitate allata dicit. Loquitur domin⁹ ad petrum:ego dico tibi quia tu es petrus,⁊ ſuper hanc petram edificabo ecclīam meam: ſuper vnum edificat eccleſiam. Et q̄ꝫuis apoſtolis omnibus poſt reſurrectionem ſuā parem poteſtatem tribuat:dicens,ſicut miſit me pater et ego mitto vos,accipite ſpiritū ſanctū tamen vt vnitatem manifeſtaret.vnitatis eiuſdem oꝛiginem ab vno incipientē authoꝛitate ſua diſpoſuit. Ubi manifeſte vides ex hoc ꝙ dominus authoꝛitate ſua diſpoſuit oꝛiginem vnitatis eccleſie ab vno incipientem:nō ſolam ſignificationem vnitatis ab vno,ſed deriuationem vnitatis ab vno aſſertam. Nam ad ſignificandam authoꝛitatem non erat opus:ſed ad hoc ꝙ initiū habeat eccl̄ie vnitas ab vno petro, authoꝛitate chꝛiſti opus fuit:poterat enim ſi voluiſſet inſtituere vnitatem eccleſie a multitudine apoſtolorū pꝛoficiſci.⁊ Quarto:quia vnitas eccleſie catholice non ſolum oppoint̄ hereſi,ſed ſciſmati. Si vero vnitas eccleſie attenderet̄ ſolum penes vnitatem celeſtis capitis illiuſqꝫ ſacramentoꝝ ac rei ſpāte credite et amate, vnitas eccleſie nō opponeretur ſciſmati:nā cum huiuſmodi vnitate ſtat ſciſma:vt patet ex eo ꝙ ſciſmatici habentur qui ab vnitate apoſtolice ſedis ſeparati ſunt. Ex hoc igitur ꝙ vnitas eccleſie ꝑ petrum vnum ſignificatur, non excluditur imo magis ex modo quo per petrum ſignificatur.includitur ꝙ petrus vnus claues accepit:vt eccleſie vnitatē nō ſolū ſignificaret.ſed etiam inchoaret ac cōſeruaret. Et ſi perſpectum acutius fuerit hoc quod eſt eccleſie vnitatem accipere claues:verius perfectiuſqꝫ ⁊ fit ⁊ ſignificatur accipiendo claues in ſuo vno capite petro,q̄ꝫ ſi non in petro ſed abſolute eccleſia illas acciperet:quoniam vnitas capitis claues accipiens,vnitatem eccleſie non ſolum ſignificat ſed conſtruit, ſicut et cōſeruat:quibus omnibus careret eccleſia ſi de vno nō fuiſſet illi capite ꝓuiſum a chꝛiſto dn̄o. Et hinc habes vnde innumeras ſanctoꝛum authoꝛitates recte intelligere queas.

¶ Solum petrum accepiſſe claues,conſonat ei quod eſt eccleſiā accepiſſe claues. Capit vj.

Occurrit Poſt pꝛemiſſa ſatiſfaciendum his qui querunt quonam pacto ſtant hec duo ſimul:ſolus petrus accepit claues,⁊ eccleſia accepit claues.⁊ Apparet enim ꝙ ſi ſolus petrus, ergo non eccleſia: et ſi eccleſia, ergo non ſolus Petrus. Augeturqꝫ queſtio ex aug.verbis ſuper Jo.recitatis.xxiiij.queſt.j.quodcunqꝫ. Quodcunqꝫ ligaueris ſuper terram,erit ligatum ⁊ in celis:ſi hoc petro tantum dictum eſt.non hoc facit eccleſia:ſi autem ⁊ in eccleſia fit,petrus quando claues accepit,eccleſiam ſanctam ſignificauit.

Oppõ vni. Confirmatio.

Huic Enim queſtiōi ſatiſfieri facile pōt ab exercitatis in ſacris litteris:ac ſciētibus has duas veritates ſic connexas ꝙ ſecunda nō ſolum cōſentit pꝛime.ſed ꝑſupponit ⁊ dependet a pꝛima.ſm̄ ſanctoꝛum doctrinā. Conſiderandū ſiquidem eſt eccleſiam catholicam dupliciter referri ad petrū,ſcilicet vt ſignificatam,⁊ vt inchoatam:petrus enim ⁊ ſignificauit ecclīam vniuerſalem,⁊ inchoauit eādem,quēadmodum caput pꝛincipium eſt coꝛpoꝛis. Inter has autē duas relationes duplex ad ꝓpoſitū eſt differentia.ꝑma eſt ꝙ ſignificatio ꝑtinet ad ſenſum myſticū,quo petr⁹ ſignificat ecclīā:inchoatio aūt ꝑtinet ad ſenſum l̄ralē:quo inſtitutus eſt petrus paſtoꝛ totius eccl̄ie. Scd̄a eſt ꝙ penes ſignificationem nō attendit̄ depēdentia rei a re,ſed dependentia ſigni-

ficationis a significante:penes inchoationẽ autem attẽditur de-
pendentia rei a re.hoc est corporis a capite.Unde ecclesia dupli
citer accepit claues in petro:nã ⁊ accepit eas vt significata in pe-
tro.⁊ accepit eas vt inchoata in petro:⁊ secundum vtrũqȝ accipiẽ
di modum oportet presupponere hanc priorẽ veritatẽ ad literam.
solus petrus accepit claues.Ad significationem siquidem spectã
do.quum significatio ista nõ fit per modũ parabole.sed per mo-
dum rei geste.quia nõ petrus parabolicus seu parabolice acci-
piens claues.sed petrus ſm rem gestam significat vniuersam ec-
clesiam,oportet fateri vnum solũ petrum ſm historiam accepisse
claues:vt ex re gesta significetur vnam solã ecclesiam catholicã
habere claues:iuxta illud Amb.certum est ꝙ ecclesie vtrũqȝ ius
s.soluendi ⁊ ligandi licet,heresis vtrũqȝ nõ habet.Si enim solus
petrus ſm historiam non accepisset claues,nequaꝗ̃ per modum
rei geste figurã gereret vnius ac solius ecclesie vniuersalis.De-
pendet ergo catholice ecclesie significatio figurata in petro ex ve
ritate rei geste ꝙ solus petrus acceperit claues:⁊ nõ cõtrariatur
illi.Si ad inchoationẽ quoqȝ spectetur,nulla est opus declaratio
ne:qm̃ manifestũ valde est corpus dependere a capite,⁊ qd̃ conue
nit capiti.conuenire quoqȝ corpori in suo capite:⁊ ideo solum pe-
trum accepisse claues.est solam ecclesiam cuius petrus est caput
accepisse claues in suo capite.Quocirca solum petrum accepisse
claues,non excludit,sed infert vniuersalem ecclesiam illas acce-
pisse,vt significatã ⁊ inchoatã in petro.Esse autem hãc sanctorũ
doctrinam.perspicere potes ex cypria. verbis in precedenti capi
tulo declaratis:vbi vtrũqȝ modum scilicet significationis p mo-
dum rei geste,⁊ originis ecclesie a petro docuit:dum dixit , super
vnum edificat ecclesiam.⁊ subdit,⁊ vnitatis eiusdem originem ab
vno incipientem autoritate sua disposuit.Et rursus exordium ab
vnitate proficiscitur.vt ecclesia christi vna monstretur : vt prede-
claratum est.¶ Aug .autem verba inducta eũdẽ confirmare sen-
sum patet ex duobus.primo ex eo ꝙ aduerbio tm̃ vtitur ad exclu
dendam extensionem petri ad ecclesiam:dixit eñ si petro tm̃ per-
inde ac si dixisset si petro secundum seipsum tm̃ ⁊ non ſm ꝙ se ex-
tendit ad ecclesiam significandam vel figurate vel connotatiue,
vt caput significat corpus cuius est caput.Unde non intulit aug.
ex secunda veritate scilicet ecclesia habet claues.negationẽ prime
scilicet solus petrus accepit claues:sed expositionem ipsius scilȝ
ꝙ petrus accipiens claues significauit ecclesiam:perinde ac si di
xisset ꝙ non accepit secundum seipsum tm̃.sed vt extenditur ad ec
clesiam vniuersam significãdo illã:hic eñ planus est sensus ver-
borum aug.Secundo ex eo ꝙ subiungit:si ergo in persona petri
significati sunt in ecclesia boni ⁊ in iude persona significati sunt
mali in ecclesia.Hic enim patet ꝙ de significatione per modum
rei geste loquitur:nam iudã inter apostolos significare per mo-
dum rei geste malos in ecclesia dubiũ nõ est.Intendit ergo aug.
petrũ ſm rẽ gestam accipientem claues,inferre ecclesiam quoqȝ
per ipsum significatam accipere claues.¶ Modus aũt quo eccle
sia per petrum vsqȝ ad consummationem seculi accipit claues,est
suauissime dispositus a diuina sapientia:nam vniuersalis ecclesia
sicut distribuitur in caput ⁊ membra.ita distribuitur in suaui ac-
ceptione clauium,vt in capite quidem accipiat per successionem,
in membris autem per participationem.In capite namqȝ habet
claues regni celorũ secundum actus clauibus adequatos:in mẽ
bris autem hoc est partialibus ecclesijs,claues habet secundum
actus ordinis ⁊ partialis iurisdictionis.

Ad au to.aug.

Ad ob iectio- nem.

Unde patet oppositum esse eius qd̃ apparebat ꝓponen-
do questionẽ:quũ eñ dicimus solus petrus accepit
claues regni celorum,socij compares excludũtur:nõ illius cor-
pus ecclesia nõ illius successor excluditur:imo tã ecclesia ꝗ̃ suc-
cessor in solo petro includitur:quia ex hoc ꝙ solus petrus accepit
claues regni celoꝝ.infertur easdem accepisse ecclesiam inchoatã
ac significatã in suo capite:ac ꝓpterea eãdẽ semper claues habe-
re in capite quidem per successionem,in membris autem per par
ticipationẽ:vt sic vere vnũ sit corpus tota ecclesia sub vno capite.
¶ Nec fallaris antiqua scismaticorũ inuectione in catholicos tan-
ꝗ̃ monstra fingẽtes,dum ecclesie caput petrũ dicimus : quando
quidem christus est caput corporis ecclesie (vt dicitur ad colo.j.)
⁊ si petrus quoqȝ caput ecclesie ponitur, duo capita vni corpori
non sine monstro iunguntur.Friuola sunt hec:qm̃ petrus alia ra-
tione caput ecclesie dicitur.ab ea ratione qua christus est caput
ecclesie:christus eñ est caput ratione suijpsius.petrus autẽ rõne
christi.Uñ christus est simplr̃ ⁊ absolute caput:petrus aũt ideo ca
put qꝛ est vicecaput:est eñ loco christi in celis residẽtis .caput in
terris.¶ Unde totius ecclesiastici corporis vnũ tm̃ ponitur caput
simpliciter ⁊ absolute.i.christus:loco cuius in terris petrus non
aliud caput sed vicecaput constitutus est.Unde nulla interuenit
monstruositas in ecclesiastico corpore:nisi apud nolẽtes intellige
re ecclesiastica nomina in sensu in quo dixi oĩbus fere manifesto.
¶ Libet aũt intueri hoc in loco omnibus huiusmodi obuiationib⁹
commune esse vnum errãdi iter :inter omnes siquidẽ discussas
positiones prima ex affirmata iustitie qualitate,negauit subiecte
personã.secunda ex affirmata ecclesia significata, negauit perso-
nam petri significantẽ.tertia ex affirmata petri principalitate ne-
gauit eius singularitatem.quarta ex affirmato communi paritqȝ
apostolatu negauit vnitatem pastoralis officij in petro.quinta ex
affirmatis ecclesie clauibus,negauit solum petrum accepisse cla-
ues. sexta ex affirmato vnico ecclesie capite christo ,negauit pe-
trum esse caput loco christi.Et simile inuenies inferius quum ex
affirmata charitate petri pastoris,negabitur ꝑsona pastoris sine
charitate:⁊ ex affirmato pascendi ope,negabit̃ pastoris authori-
tas.Aperiantur itaqȝ lectorum oculi:⁊ laqueos deprehendant.

¶ Promissum esse petro totius ecclesie pontificatum in antedi-
ctis promissionibus. Cap.vij.

Quatuor promissa esse petro a domino ma-
theus euangelista in supra allatis re-
fert verbis:quorum duo vltima,quodcũqȝ ligaueris
⁊ quodcũqȝ solueris,communicata quoqȝ a domino
alijs apostolis idem testatur: prima vero duo ,super
hanc petram edificabo ecclesiam meam , ⁊ tibi dabo claues re-
gni celorum,propria petro perseuerarunt.In quibus promitti pe
tro totius ecclesie pontificatum declarandum est:postꝗ̃ ambe ꝓ
missiones amplius dilucidate fuerunt.

Quocirca In prima promissione notãda sunt sex:signi
ficantius enim vide primo ecclesiam meam
non ecclesias meas:secundo ecclesiã meam,nõ aliquam ecclesiã
meam:tertio ecclesiam meam,nõ oẽm ecclesiã meã:quarto eccle
siam meã ,non indefinite:quinto ecclesiam meã ,singulariter seu
vnicam:sexto ecclesiam meam.sine additiõe aliqua.Attẽde sigil-
latim.nõ dixit ecclesias meas.sed ecclesiam meã,vt vna ecclesia
significaretur:que ꝗuis multas comprehendat partiales eccle-
sias, nõ propterea scinditur diuiditur aut multiplicatur ecclesia:
sed vnitate numerali retenta multas habet partes,sicut vnũ cor-
p⁹ multa hȝ mẽbra:iuxta verbũ apostoli ad col.j.ipse est caput cor
poris ecclesie.⁊ cant.vj.vna est colũba mea.Dixit nõ aliꝗ̃ eccle-
siam meam,sed ecclesiam meam.vt non de parte ecclesie, non de
particulari aliqua ecclesia.sed de integra seu tota ecclesia intelli-
geres.neqȝ enim decebat diuinam sapientiam aliquam ecclesiam
edificare super vnum petrum ⁊ aliquam non:dei siquidem perfe-
cta sunt opera.Non dixit omnem ecclesiam meam:tum quia mul-
titudinem ecclesiarum supponeret distributiuum signum:contra
domini sententiam Jo.x.alias oues habeo que non sunt ex hoc
ouili.⁊ illas oportet me adducere. ⁊ fiet vnum ouile,⁊ vnus pa-
stor.Tum quia singulare distribui vniuersaliter,implicat contra-
dictoria,nisi vniuersalitas referatur ad partes integrantes ipsum
quod est extra propositum.⁊ inferius nihilominus declarabitur
quomodo partes ecclesie edificate sunt super hanc petram.Dixit
ecclesiam meam:non indefinite,vagum relinquendo intellectum
ad querendum que esset ecclesia christi edificanda super hanc pe
tram:sicut dubium reliquit intellectum quum in cena dixit,vnus
vestrum me traditurus est:certificati enim sumus per hec verba
quod vnica tota christi ecclesia edificata est super hanc petram ⁊
non sumus suspensi relicti.Dixit ergo ecclesiam meam: vt singu-
larem vnicam solãqȝ suam ecclesiam integram (de qua in symbo-
lo dicitur ꝙ est vna ecclesia catholica) intelligeres.Unde per so-
lum pronomen meam,determinauit illam:vt perciperemus quod
de illa vna ecclesia loquitur que est christi ecclesia sine additione
aliqua (quelibet namqȝ partialis ecclesia vocatur christi ecclesia
cum aliqua additione) puta romana,antiochena, constantinopo-
litana ⁊c.Et hoc non solum secundum modernum vsum,sed secũ
dum sacras scripturas:vt patet in principio vtriusqȝ epistole ad
cor.vbi dicitur ecclesie que est corinthi:⁊ in principio ad gala.ec-
clesijs galatie:⁊ ad thessa .ecclesie thessalonicensium ⁊c. Habes
igitur quid intelligere debeas per ecclesiam meam:idem scilicet
quod intelligis per vnam ecclesiam catholicam.

¶ Nõ desunt tñ sophistice importunitates:ex eo ꝙ ꝗlȝ particularis
ecclesia vere est christi ecclesia arguẽtes.De illa eccl̃ia chr̃s loq̃t,
de q̃ verificat̃ ꝙ est ecclesia mea.i.christi:sȝ de qualibet particula
ri ecclesia verificatur ꝙ est ecclesia mea:ergo de ꝗlibet particula
ri eccl̃ia christ⁹ loquit̃,quũ dixit sup hãc petrã edificabo ecclesiã

Obiectio.

Solutio.

meam. ¶ Potest siquidē facile detegi fallacia argumēti, ad rē spectādo: ꝛ dicēdo ꝙ q̄libet pticularis ecclia est quidē ecclia xp̄i, sꝫ nō tota, nec sine additione aliq̄: sꝫ talis, puta mediolañ. nec ita est ecclesia q̄n sit pars eccl'ie: christ⁹ aūt loquiꝰ de ecclia integra, q̄ non est ecclia talis, nec eccl'ia aliqua, sed est absolute ipsius ecclesia. Nihilominus dicendū est, ꝙ eo modo quo q̄libet ecclia est ecclesia mea. i. xp̄i, illo eodē modo verificaꝰ de ea ꝙ est edificata super hanc petrā. ¶ Q̄ō vt plenius intelligas, ꝓspice differentiā in modo quo ecclia catholica est christi, ꝛ quo q̄lꝫ pticularis eccl'ia est xp̄i: ꝯueniūt siquidē oēs partiales eccl'ie cū ecclia catholica in hoc ꝙ sunt xp̄i (nā q̄lꝫ ptiales est xp̄i eccl'ia. ꝛ eccl'ia catholica est christi ecclesia, sed differūt in modo: quia ecclia catholica est christi vt totū, q̄lꝫ aūt ecclia est xp̄i vt pars. ꝛ ꝓpterea ecclesia catholica est edificata vt totum super hanc petrā. quelibet aūt ecclesia pticularis est edificata sup̄ hāc petrā vt pars. Illo igiꝰ modo quo verificatur de ecclia pticulari ꝙ est ecclia mea. eodēmet modo verificatur de illa ꝙ est edificata super hāc petrā, ꝛ ꝓpterea q̄ est ecclesia mea vt pars est quoq̄ edificata vt pars super hāc petram: ecclesia vero catholica q̄ est ecclia mea vt tota est quoq̄ edificata vt tota super hanc petram. Et q̄ totum cōprehendit q̄libet ptē, ꝛ ad partes se habet vt perfectū ad impfecta, ꝛ vnitas ꝛ integritas ecclesie pari passu currūt: ideo verbū christi ad literā intelligitur de ecclesia vna catholica rōne cui⁹ intelligiꝰ quelibet pticularis ecclesia vt pars vni⁹ ecclesie catholice edificata sup̄ petrū: sicut rōne vnius eccl'ie catholice q̄libet partialis ecclesia vocari potest a christo ecclesia mea, tanq̄ pars ecclesie catholice. nec aliter verificaretur: quoniā si ab vnitate ecclesie diuisa esset, nō esset ecclesia christi. ¶ Nec putes aduersari hec sacris canonibus aut sanctorum dictis: q̄ sonare videntur ecclesiā ro. edificatā esse a christo super hāc petram. Appellatione siquidē ro. eccl'ie (vt multi putāt) ex verbis concilij constantieñ. in cōdemnatione articulorū iohannis vviclef. intelligitur q̄nq̄ ecclesia catholica: ꝛ s̄m hunc sensum nulla esset in ꝓposito questio nisi de noie. Sed q̄m sensus hic nō consonat intētioni scribentiū de ro. ecclesia, itelligētiū ipsius noie quandā pticularem eccl'iam. distinctā ꝯ alias particulares ecclesias: ideo aſt dicendū est ro. eccl'iā edificatā esse a christo sup̄ hāc petrā, verificari nō per proprietatē, sed per appropriationem. Q̄ō ex conuenietia ꝛ differentia inter ecclesiam ro. ꝛ alias manifestatur: cōmune siquidem est cuilibet pticulari ecclesie esse ptem. Et hic fit ꝙ non p̄ ꝓprietatem verificaꝰ de quacūq̄ pticulari eccl'ia, sed tantūmodo de ecclesia catholica ꝙ est edificata sup̄ hanc petram: de ipsa enim sola ad literam loquiꝰ christus, dicens sup̄ hāc petrā edificabo ecclesiā meam: in qua tñ omnes partiales christi eccl'ie claudunꝰ vt ptes in toto. Differt autē ro. eccl'ia ab alijs ptialibus ecclesijs ꝓpinquitate ad caput ecclesie catholice: nā eccl'ia ro. in suo ꝓprio capite nō solum proxima sed eadē facta est cū capite ecclesie catholice: ex facto enim petri vnus atq̄ idem factus est pōtifex ro. ꝛ pōtifex ecclesie catholice secūdū seipsam vero immediate heret pontifici ecclesie catholice. Alia autem quecunq̄ partialis ecclesia nec s̄m seipsam immediate iungiꝰ pastori eccl'ie catholice, nec s̄m suū caput coincidit cum capite ecclesie catholice. Ob hanc igiꝰ ꝓximitatē ꝛ cōiunctionē eccl'ie ro. ad pastorē ecclesie catholice, appropriānꝰ v̄ba xp̄i ad ro. eccl'iā potiusq̄ ad alias: nō ꝙ illi sint ꝓpria, sꝫ eccl'ie catholice: vt dictū est. Promisit igitur domin⁹ ac petro prima ꝓmissione, super hāc petrā edificabo ecclesiam meam, futurum ipsum fundamentum ecclesie catholice.

Per secundam Autē ꝓmissionē (tibi dabo claues regni celoꝝ) plenitudinē ptātis ecclesiastice eidē ꝓmisit: q̄ō tripliciter manifestaꝰ. Primo ex ipsa re significata per claues regni celorum: potestate scilicet aperiendi et claudendi celorum regnum, nō his vel illis sed absolute: vt comprehendātur omnes viatores: quibus claudi vel aperiri regnum celorum potest. Huiusmodi siquidem potestas quadruplex potestatis gn̄s sub se cōprehēdit: hoc est iudiciariā tā in foro pñie q̄ i foro eccl'ie: quoniā oīs ecclesiastic⁹ iudex vtriusq̄ fori, soluendo vel ligando aperit vel claudit regnum celorum illi qui soluitur vel ligatur. Potestatem quoq̄ gubernatiuam ecclesie catholice: nā prouidendo, gubernando, instruendo, disponendo ꝛc. eiusmodi faciēdo, nihil aliud fit q̄ aperitur vel clauditur regnum celorum. Potestatem etiā ad purgatorium extensam cōprehendit: vbi nota q̄ licet christus non dederit petro iudiciariam potestatem super purgatoriū: dedit tamen illi claues regni celorū. aperiēdi etiā vel claudendi his qui sunt in purgatorio. Et propterea de potestate iudiciaria loquens apposuit locum: scilicet super terram dicens: quodcumq̄ solueris super terram ꝛ quodcumq̄ ligaueris super terram: eximens per hoc eos qui super terram amplius non sunt, a iudiciali potestate petri. Loquens autem de clauibus regni celorum, nullū exemit viatorem cui per ecclesiam potest aperiri vel claudi regnum celorū: sed absolute ꝛ illimitate dixit, tibi dabo claues regni celorum: vt posset petrus cuicumq̄ viatori regnum celorum aperire positiue, claudere vero saltem negatiue. ¶ Haec autem dicentes nequaq̄ August. sacrosq̄ canones potestatem petri ad excommunicandum etiam defunctos dicentes oppugnamus: imo hinc quod diximus cōfirmamus. Nam ecclesiastica censura in defunctos quatenus soluit aut ligat ad id respicit quod super terram est, hoc est viuos, qui ligantur ne cōicent: aut soluuntur vt communicent defuncto: quatenus vero aperit aut claudit regnū celorū: ad defūctoꝝ alas respicit: q̄b⁹ vere hinc aperiꝰ aut claudiꝰ regnum celoꝝ. Terminaꝰ ergo iudiciaria potestas super terram, claues autem regni celorum ad omnes viatores se extendunt. Potestatem demū imperatiuam vniuersis ad ecclesiā quomodolibet spectantibus, in ordine tamē ad regnum celorum: exigit siquidē recta ratio vt potestas que supremū sortita est finem, reliquis omnibus imperet in ordine ad supremum finem: vt facile manifestatur inducendo tam in artibus q̄ in rectoribus ducibus ꝛ principibus. Quilibet nempe artifex. rector, dux. princeps, superiorem sortit⁹ finem, ordinat alios artifices, rectores, duces, principes ad suū finem: ac per hoc illis q̄tenus ad suū diriguntur finem, precipit. Constat autē regnū celorum supremū esse finem, potestatiq̄ clauiū petro promissarum respondere: reliqua vero omnia tēporalia ad hunc finem quandoq̄ oportere disponi. Sub hac igitur petri potestate comprehendiꝰ posse imperare regibus et principibus omnibus in ordine ad regnum celorum: nec enim huiusmodi imperiū aliud est q̄ aperire et claudere: regnum celorū: vt de se patet. Ex re igitur promissa per claues regni celorum. patet primo ꝙ plenitudo ptātis ecclīastice petro ꝓmissa est a christo, dicente tibi dabo claues regni celorum. ¶ Declaratur deinde idem ex modo loquendi sacre scripture. Isa. quidem. xxij. de eliachim summi sacerdotis plena potestate dicitur: ꝛ dabo clauem domus dauid super humerum eius, ꝛ aperiet ꝛ non erit qui claudat, et claudet ꝛ nō erit qui aperiat. In nouo q̄ꝫ testamento apoc. iij. de christi potestate dicitur: qui habet clauē dauid, aperit ꝛ nemo claudit. claudit ꝛ nemo aperit. ¶ Nec obstat si obijciatur in textu euangelij non haberi ꝙ si petrus aperiat nemo claudit. et si claudat nemo aperit: quia etsi non habentur hec verba, habetur tamē idem sensus. Ex eo siquidem ꝙ de minoribus actibus clauium in euangelio habetur: quodcumq̄ ligaueris super terram erit ligatum ꝛ in celis: ꝛ quodcumq̄ solueris super terram erit solutum et in celis: manifeste habetur ꝙ ita petrus ligat ꝙ nemo soluit, et ita soluit ꝙ nemo ligat: quod enim in terra ligatum in celo quoq̄ ligatum est, constat ita esse ligatum ꝙ nemo soluit: ꝛ similiter quod in terra solutum in celis quoq̄ solutum est, constat ita esse solutum ꝙ nemo ligat. Ex hoc autem sufficienter habetur ꝙ ita Petrus aperit regnum celorum ꝙ nemo claudit, ꝛ ita claudit ꝙ nemo aperit: equum est enim vt nō minus, sed potiori modo possint claues Petri adequatos sibi actus q̄ actus minores exercere. ¶ Et aduerte ꝙ verba illa Isa. xxij. dicta sunt de eliachim in persona christi: vt glo. ibi dicit. In cuius signum Iohan. euāgelista eadem repetit de christo, tanq̄ monstrans illum esse in Eliachim significatum: ꝛ ipsemet Isaie. ix. capite. de christo scripserat, et factus est principatus super humerum eius: vt ostendatur clauis super humerum eius principat⁹ super humerum eius: ac per hoc vndiq̄ percipiamus per claues regni celorum plenitudinem potestatis significatam. Accedit autem ad hoc testimonium a consuetudine: in signum enim summe potestatis claues regni regi offeruntur. Quocirca iungendo ambas promissiones quum ex prima petrus futurus sit fundamentum ecclesie catholice (vbi in Petro officium sustinēdi ecclesiam catholicam in fidei soliditate statuitur, ꝛ pariter ecclesie catholice authoritas inherendi Petro vt fundamento imponitur: edificationis enim ratio exposcit, vt edificium necessitatem habeat inherendi petre super quam fundatū est) ex altera vero petro ecclesie potestatis plenitudo pollicita sit, manifeste liquet promissum huiusmodi verbis petro ecclesie catholice pōtificatum esse: hec enim duo precipua esse in totius christiane ecclesie pōtifice constat. Ex matthei euangeliste igitur verbis tu es petrus ꝛc. collatis cum alijs euangelijs ac discussis manifestatum credimus soli Petro pontificatum ecclesie catholice esse promissum a christo.

Exclusio obiectiōis.

¶ Persone Petri q̄ꝫ ius charitate qualificate dictum esse pasce oues meas. Caput viij.

Expedito Tractatu de promissionibus soli petro factis a dño apud math. tractā da occurrit cōmissio quam saluator petro fecit apud ioannem, quum toties ei dixit pasce oues meas. Ubi sicut in antedictis, quatuor dilucidanda occurrunt: hoc est ꝙ persone petri, ꝙ soli dicta hec intelliguntur ita ꝙ nusꝗ̄ alias ceteris similia dicta sunt, ꝙ tota eccl̃a pascēda cōmissa est petro. ⁊ ꝙ per hec pontificatus ecclesie catholice datus est petro. ¶ Qm̄ autē soluere nescit q̄ nodū ignorat: q̄ rē dubiam reddere pñt in horū singulis afferenda sunt. Ex duobus in primis apparet ꝙ nō psone, sed qualificate persone dictū est pasce oues meas. ¶ Primo ex cognominatione petri: dū appellatus est simō ioānis, hoc est obediēs gratie: neqȝ eīm frustra (vt beda hic dicit) sic eum dominus appellauit: sed ad hoc mysterium insinuantem. ¶ Deinde ex trina interrogatione diligis me? vbi manifeste amanti dixit pasce oues meas. Ex his enim apparet quod non persone, sed persone qualificate obedientia diuine gratie ⁊ amore ipsius christi dictum est pasce oues meas.

[margin: Primo] *[margin: Secūdo]*

Hoc In loco obseruandū est ne in extremos declinemus errores, sȝ media incedamus via: quū eīm de qualificate psone officio agitur, quatuor occurrūt. s. psona, qualitas eius, vsus officij ⁊ rectitudo eius. Que oīa lȝ diuersa sint: heretici tñ nolētes discernere inter potestatis vsum ⁊ rectitudinem vsus, totū q̄litati tribuūt: malos christi ministros cognoscere refutātes, q̄ qualificati christi charitate non sunt: tanq̄ȝ potestas ⁊ rectus potestatis vsus idē sint, vel saltem vtrūqȝ qualitati hoc est charitati commissum sit: vnde latius aberrātes cuilibet iusto ecclesiasticam arrogāt potestatē. Stulti aūt (quorū infinitus est numerus) rectitudinem vsus paruipēdētes, si persone ecclesiasticā tribuūt potestatē quicq̄d sit de charitatis qualitate, fecisse putāt satis. Recta vero ac catholica ratio mediā amplectitur viam persone qualificate datam ⁊ dari debere ecclesiasticā potestatē cēsens: ea tñ ratione vt psone ptās seu potestatis vsus qualitati vero rectitudo vsus respōdeat. Sic enim vterqȝ vitatur error: dū sapienter qualificate persone cōmittitur vt recte vtatur ecclesiastico ministerio. ⁊ si contingit malos esse ministros ecclesia ambiguitati aut fallacie periculo nō subsit: sed per malos etiam bona suscipiat. Et si sapiens quicūqȝ qualificate debet persone cōmittere rectum vsum officij, hoc maxime decuit sapientiā incarnatā. ⁊ propterea tertio a petro exigit qualitatē charitatis, cōmitēdo ei actū optimum: ita ꝙ exacta charitas bonitatē actus respicit, ⁊ ipsa rectitudo seu bonitas act⁹ charitati tribuitur: vt oēs cōmuniter doct. sonāt. Patet autē actū optimū a saluatore petro cōmitti dicendo pasce oues meas, ex singulis trium dictionū: pascere enim est conferre nutrimētum, quo oues nutriuntur, augentur, multiplicantur ⁊ viuunt. Oues dixit non hedos, non boues, nō lupos, ⁊ id gñs homines, luxuriosos, superbos, rapaces, iniudos, maledicos ⁊c. Meas addidit, vt proprio amore subtracto, amor christi ratio pascendi oues significata explicetur. Ex quibus tribus simul iunctis perspicuū fit, quod actū optimū cōmittebat petro dicens pasce oues meas: ⁊ q̄ (vt dictum est) actus optimus non potest nisi a charitate, christi prodire, ideo persone qualificate charitate a dño cōmissus est. Ex hoc aūt non sequitur (vt heretici fingunt) ꝙ qualitati commissum est pastorale officium: sed charitati quidē commissa intelligitur bonitas seu rectitudo vsus officij pastoralis: ipse autem vsus persone commissus intelligitur. Unde ⁊ dominus hoc in loco ter exacta charitate non dixit, charitas tua pascat oues meas: sed personam ter alloquitur dicens, pasce tu agnos seu oues meas. Et sicut apud math. persona petri descripta est nomine proprio ⁊ nomine proprio patris carnalis quo ad corpus, ⁊ interne reuelatiōis gratia quo ad animam, vt ex his singulariter petro conuenientibus personā eius intelligeremus: ita quoqȝ hoc in loco non semel sed ter eodē nomine proprio ⁊ patris carnalis persona petri secūdum carnem describitur simō ioannis seu ione (vt correctiores codices habēt) ⁊ secundum animā ex propria humiliatione qua cor christi sciēte submittit, ter repetens dñe scis quia amo te: ⁊ ex propria contristatione, contristatus est petrus ⁊c. vt ex his sibi proprijs petri personaȝ aperte intelligeremus esse illā cui christus dixit pasce oues meas: ac proinde nō dono charitatis sed persone commissum officium pastorale perciperemus. ex exacta autem charitate intelligeremus charitati commissi rectitudinem vsus officij pastoralis: nemo enim sine charitate potest officio pastorali recte vti. Et hec secundum literalem euangelij sensum sunt: ad mysticum vero sensum (vnde efficax non potest argumentū trahi) spectat ꝙ simon ioannis interpretatur obediens gratie. Unde patet quod xp̄s non qualitati sed persone petri qualificate charitate dixit, pasce oues meas: ac proinde si decidisset petrus a charitate, non amisisset pastorale officium, sed rectum vsum illius: qm̄ a charitate pendet nō officium, sed rectitudo vsus: vt planum est apud quemlibet catholicum doctorem, ⁊ solos habet hereticos contradictores.

[margin: Exclusio obiectionum.]

¶ Soli petro, ita quod non alijs apostolis dictum esse, pasce oues meas. Cap. 9.

Quod Autem soli petro dictum sit a christo pasce oues meas, text⁹ ipse clare manifestat, tum ex nomine proprio suo ⁊ patris carnalis tertio repetito, tum ex comparatione apposita ad alios, diligis me plus his? comparatiuū enim diuersitatē mōstrat ipsius ad alios apostolos pñtes quibus cōparatur. tū ex propria petri passione: qua cōtristatus describitur ex tertia interrogatione memor negationis christi predicte sibi olim ipso parato moriti: ita vt locus dubitationi nō relinquatur. Et qm̄ hec fuerunt petro data post resurrectionem domini, ⁊ alijs apostolis nec antea nec postea inuenitur simile quid dictum, restat vt omnino soli petro dictum sit pasce oues meas. Nec obstat ꝙ ecclesia apostolos oēs vocat pastores dominici gregis in prefatione (quos operis tui vicarios eidem contulisti preesse pastores) qm̄ hoc ad apostolatū manifeste refertur: ⁊ propterea eo modo dicuntur pastores dñici gregis, quo ad apostolatū spectat pastoralis cura. vt autē apostoli nomē testatur, pastorale exercitium ad apostolos spectat vt ad legatos christi: ⁊ sic hoc est vt legati christi dicuntur pastores dominici gregis. Petrus autem vt ex supradictis ⁊ dicendis patebit, constitutus est vt ordinarius pastor etiam ipsorum apostolorum: ⁊ hoc significant christi verba, pasce oues meas.

¶ Petro soli vniuersam committi ecclesiam, per hec verba christi. pasce oues meas. Cap. x.

Uniuersam Autem cōmitti ecclesiam petro per hec verba, pasce oues meas, sophistice in dubiū vertitur ex sex. ¶ Primo: quia nō dicitur pasce oues meas oēs: si eīm tota ecclesia comprehēsa esset, dici debuisset oēs oues meas: sicut dictum est docete oēs gentes math. vlt. ¶ Secundo, quia nihil impossibile cōmissum est a christo: vniuersam autē per orbem ecclesiam pasci ab vno est impossibile. ¶ Et si dicatur ꝙ vnus per alios posset pascere totū orbē. Cōtra: q̄ dñs dixit pasce, ⁊ nō dixit fac pascere oues meas: hoc enim etiā ethnicus posset facere committere. s. alijs vt pascerēt oues christi. ¶ Tertio: q̄ peccasset petr⁹ si nō oēs solus pauisset, si omnes soli commisse sunt. ¶ Quarto: quia petrus nullum apostolum misit: ⁊ quilibet ap̄s ordinauit ep̄os absqȝ petri autoritate. ¶ Quinto: quia cōfitemur apostolos in diuersas mundi partes tanq̄ȝ suas portiones distributos. ¶ Sexto quia petrus circūcisionis tātum oues sortitus est: vt patet ad gal. ij. Ubi dicit paulus quum vidissent ꝙ creditum est mihi euangelium preputij, sicut ⁊ petro circūcisionis: qui enim operatus est petro in apostolatu circūcisionis operatus est mihi inter gentes.

[margin: Primo Secundo Tertio Quarto Quinto Sexto]

Quod Manifeste aūt exorbitent hec a vero euangelij sensu, nō est difficile aperire. Dicendo siquidem pasce oues meas: oportet aut oēs, aut istas, aut nullas, vel vage oues committi pascendas. Et quidem quod non has vel illas determinate commiserit, verba ipsa testantur: ꝙ vero nullas veritati aduersatur, quod autem vage reliquerit ⁊ christi sapientie derogat, ⁊ veritati pronominis adiuncti contrariatur. sapiētis enim gubernatoris ⁊ potentis definite prouidere, non est vagam relinquere prouisionem suam. Et constat quod ex hoc ipso quod solo pronomine meas demonstrat oues: non vage seu indefinite loquitur: sȝ ex hoc ipso quod nullas suas eximit, omnes suas comprehendit dicendo pasce oues meas. Et obserua peruersitatem exponendi: quando apud math. dicitur super hanc petram edificabo ecclesiam meam, de omni ecclesia christi intelligendum putant, ne vnā solam ecclesiam super petram edificatam fateantur: quando vero apud ioannem petro dicitur pasce oues meas indefinite exponūt, ne oues christi sub vno pastore comprehendant. Ibi rem singularem vnam scilicet ecclesiam catholicam, contra omnem rationem distribuunt vniuersaliter, hic res diuersas, multas scilicet oues distribuere vniuersaliter recusant: vt hinc videas falsos esse eorum sensus: falsum enim etiam a seipso dissonat. Et per oppositum q̄ vero omnia consonant: ecclesiasticus sensus sicut habet ꝙ ibi ita vnica intelligitur ecclesia catholica, vt comprehendantur omnes christi particulares ecclesie in ea tanq̄ȝ partes in toto: ita hic oues christi ita intelliguntur explicate per pronomen meas: vt nulla relinquatur que sub pronomine meas comprehenditur.

Ad primum.

Et propterea Non oportuit apponere oēs:q: q̄cūq; oues ad q̄s extendit̄ pnomen meas cōprehēdunt̄ quum dicit̄ pasce oues meas:sicut Jo.x.oēs cōprehense sunt xp̄i oues quū dixit dn̄s.aīam meā pono p ouib⁹ meis:7 rursus oues mee vocē meā audiunt 7c.Vñ ly meas vniuersalis signi supplere effectū altioꝝ rōne necessario appositū patet: 7 ppterea nō esse sile iudiciū de hoc tex.7 illo.docete oēs gentes:ibi eñ t.ā suas q̄ nō suas p electionē gentes docēdas mādauit,hic vero oues suas pascēdas cōmisit sufficiēter.p ly meas cōp̄hendēs oēs:vt rōne 7 testimonio scripture mōstratū est clarissime cōstare ex eodem euangelista.⁋ Et hinc cōfirmat̄ sensus catholic⁹:qm̄ qđ ibi christ⁹ pmisit, hic exhibuit:7 ppterea q: ibi totā ecclīam pmisit,hic,oēs oues cōmisit.Et cōfirmat̄ rursus ex v̄bis dn̄i Jo.x.alias oues habeo q̄ nō sunt ex hoc ouili,7 illas oportet me adducere,7 fiet vnum ouile 7 vn⁹ pastor:si enim ex ouib⁹ omnib⁹ ouile vnū cōstare debet sub vno pastore,9ñs est:vt quū vn⁹ pastor instituitur 7 dicit̄ pasce oues meas:illius vnius ouilis cura cōmittat̄. Dubitandū eñ forte fuisset si plura haberet christ⁹ ouilia,de quibus suis ouibus loqueret̄:quū autem vnū tantum ouile se habere testetur,dubitari nō potest quas suas oues cōmittat:nisi q̄s adeo desipiat vt de parte tm̄ ouilis curā cōmittat.Et 9firmatur rursus hic sensus ex sanctorū expōne:quorū authoritates lati⁹ inferius afferent̄.Vñ theophyl⁹ hic dicit:finito prādio cōmissionē ouium mūdi petro cōmēdat,nō alij.

Ad secundū.

⁋ Ad scđam vero obiectionē dicit̄, q nō est impossibile,s3 necessarium atq; vtile oēs christi oues pasci ab vno vt catholice ecclesie capite.In hoc autem pascendi modo:scilicet vt a capite catholice ecclīe,claudit̄ q christi oues diuersis coadiuuātib⁹ mēbris pascunt̄ a capite:sicut totū corp⁹ a capite regit̄ coadiuuātibus alijs mēbus.Vñ non est dicendū q petr⁹ pascit.i.facit pascere:s3 q ipse vt caput per alia cōmembra coadiuuantia pascit omnes christi oues,quod non posse per principem laicum aut quemcumq; aliū qui non est caput ecclesie fieri 9stat. Tantoq; possibili⁹ est a petro pasci oēs christi oues, q̄to petrus vicari⁹ est christi viuētis,regnātis 7 assistētis ad dirigendū,inspirandū atq; adiuuandū.

Ad tertium.

⁋ Vñ patet solutio tertie obiectionis:cōmissum est enim petro soli nō vt solus omni modo,s3 vt solus tāq; caput catholice ecclesie pascat omnes christi oues.7 ppterea nō peccat si per cōmēbra adiuuat̄ ad pascendū christi oues,sed peccaret si cōcaput ecclesie catholice sustineret.

Ad quartum.

⁋ Ad quartam dicitur,petrum nullū misisse apostolū:quia preuētus est a christo domino:qui misit ap̄los Jo.xx.sicut misit me pater 7 ego mitto vos. Et propterea poterant authoritate apostolat⁹ episcopos ordinare absq; habita a petro facultate.

Ad quintum.

⁋ Ad quintā dī,q distributio ap̄l:ꝛū ad apostolatus exequutionē spectat: 7 nihil penitus obstat pastorali officio petri,sicut in nullo eius authoritas imminuta est ex hoc q christus apostolos misit:hoc enim ad legationem illud vero ad exequutionem pertinet.

Ad sextum.

⁋ Et per hoc etiam soluitur sexta obiectio:nam q̄tum ad exequutionem apostolatus paulus loquitur:vt ipsa verba clare testantur,qui operatus est in apostolatu.Cum his enim diuersis exequutionibus euidēter stat vnitas pastoralis cure apud petrum.

⁋ Petro per hec verba pasce oues meas , commissum a christo pontificatum totius ecclesie esse. Caput .xj.

Prio

Eclesie Totius pōtificatum petro p hec verba collatū inficiant̄ aliq.⁋ Primo:q: pascere nō significat principari aut esse primū.⁋ Secundo:quia verbum christi est vel exhortatorium vel preceptoriū ad pascendum.non ad subijciendū oues.

Replica.

⁋ Et si dicatur,pascere non potest nisi superior,quid ad me? querere locum vbi verba sunt conferentia petro potestatem super ecclesiam:hic enim solummodo pascere committitur.

Verum Difficile non est pontificatum monstrare sub his verbis datum.Pascere siquidē christi oues, act⁹ est authoritatis in pascente,vtilitatis in ouibus, finis in christo. Eo nāq; ipso q xp̄s suos vt oues pascēdas petro cōmisit, meridiana luce clari⁹ patet q ip̄m p̄fecit alijs vt pastorē ouibus.

Non Oportet ergo aliū querere locum vbi petro ptās data est super ecclesiam : quoniā hic locus eam attestatur datam:nisi quis vsq; adeo desipiat,vt petro dictum putet pasce oues meas non officio pastoris,sed officio mercenarij .Que etiam insipiētia confutatur ex trina exactione charitatis christi a petro:cui enim amore christi pascende oues committuntur , procul abest amor mercenarius.

Ad primum.

⁋ Vñ etsi pascere non significat principari,significat tamē actum ecclesiastici principis:7 rursus si nō significat principari,presupponit tamen principatum q: presupponit pastorem.Unde 7 bene respōdebat̄ q pascere nō potest nisi superior.

Ad replic. n.

⁋ Et quum dī quid ad me? respōdetur multum profecto ex ipsa rōne connexorū:habēt eñ hoc vt altero collato reliquum tribuum intelligatur.Quo fit vt si pascere non pōt nisi superior cui datū est pascere,datū quoq; est esse superiorē:vnde ex hoc etiā capite liquet q nō est ali⁹ q̄rendus locus scripture,vbi petr⁹ factus est sup ecclesiā : quoniam:hic clare habetur.⁋ Affirmamus autem christi verbū p̄ceptoriū esse:nā si apostolo paulo ve est si nō euangelizauerit,multo magis Petro ve est si non pauerit oues christi.

Ad secundū.

Sed non preceptorium solummodo est christi verbum:sed institutorium:nam si in cōditione prime partis vniuersi verbū dei instituit creaturas precipuas , 7 simul proprium earum opus precepit(iuxta illud:statuit ea in eternum 7 in seculum seculi , preceptum posuit 7 non preteribit)par est vt in creatione christiane ecclesie primum eius membrum eodem verbo perfecerit, precipiendo summum pontificatus opus 7 instituendo ipsum pontificatū. Eo vero ipso quo petro vt pascat christi oues cōmittitur,christianus populus vt oues iubetur se habere ad petrum:frustra enim cōmitterent̄ vt oues pascende a petro. nisi vt oues exhiberentur eidem a cōmuni domino.Vñ necessitas non solum pastus sed subiectionis in verbis domini significatur quum dicitur pasce oues meas.Attestante etiā hoc aug.hic exponēte pascere nō solum docere sed regere , dum dicit oues ipsas pascendas hoc est docendas regendasq; committit.7 chry.s.pasce oues meas.fratrum curam suscipe:7 glo.ex alchui.pascere oues est credentes in christo ne a fide deficiant confortare.terrena subsidia si necesse est subditis prouidere,7 exempla virtutis cum verbo predicationis impēdere,aduersarijs obsistere,errantes subditos corrigere. Quocirca etsi pascere nō significat p̄ncipari:significat tamē christi oues regere,in quo clauditur principari.etsi non significat principari, trahit tamen secum principari:sicut trahit se cum requirere, reducere alligare,consolidare,custodire 7 sanare:quorum meminit dominus ezech.xxxiiij.vnde 7 petr⁹ princeps apostolorū 7 princeps super plebē christi constitutus dicitur:7 iuxta greg.verba ad mauri.cura ei totius ecclesie 7 principatus committitur.⁋ Et si queratur quare dominus cōmisit pontificatum petro non sub vocabulo prelationis seu authoritatis vel dignitatis,sed actus pascēdi suas oues? In promptu ratio est:7 ex parte rei,quia p̄latio seu authoritas est propter pascere oues christi, 7 non econtra . Et ex parte appetitus regulandi:quia non locus superior,non dignitas aut authoritas ambienda est. sed pastus ouium christi appetendus in pontificatu,iuxta quod apostolus postea dixit, qui episcopatum desiderat bonum op⁹ desiderat.Et ex parte scripture adimplēde:dixerat enim ante passionem luc.xxij.reges gentiū dominant̄ eorū.7 qui potestatē exercēt in eos benefici vocant̄, vos aūt non sic,s3 qui maior est in vobis fiat sicut minor.Hinc enim a ministeriali actu pascendi christi oues significauit pontificatū tacitum,tāq; annexū q̄d 7 non estimandū nisi propter vtilitatē ouiū christi:cuius oppositum cōtingit in regibus 7 dominis gentium: qui ad hoc vt regnent 7 domini sint omnia ordinant.⁋ Porro cōmissum inter actus pōtificios opus precipuum,petri mōstrat pōtificatum:pascere siquidem electos precipuus est pontificis act⁹. Nam sicut ad supremam diuine prouidentie partem spectat cura electorū(ad quorū felicitatē non solum celi motū ordinauit:testante Jo.in apoc.cap.vj.dictum est illis vt requiescerēt adhuc modicū tempus donec impleat̄ numer⁹ conseruorū eoꝝ:sed etiā ipsemet descēdit de celis,7 homo factus,crucifixus , mortu⁹,sepultus 7c. omnia sustinuit propter electos)ita ad summam ecclesiasticā curam,quam pontificatum vocamus,spectare oportet pascere electos.Constat autē solos electos significari quum dicitur pasce oues meas:testante hoc ipso domino Jo.x.dicente.oues mee vocem meam audiūt,7 ego cognosco eas 7 sequuntur me,7 ego vitam eternam do eis,7 non peribunt in eternū,7 nō rapiet eas q̄sq; de manu mea.⁋ Nec propterea petri pontificat⁹ quasi ad solos electos se extendat,restrictus est:sed subordinatus electorum pastui hinc est omnis circa alios pōtificatus actus.Sicut enim s̄m vniuersi ordinem vnicus celi motus propter implendum numerum est electorum,7 idem tamen etiam ad ppagādos nō electos se extendit:7 s̄m ordinem grē summe bonus pastor xp̄s animam suam posuit pro ouibus suis,hoc est electis, 7 tamen eadē mors pro totius mundi vita fuit:ita in sacris mysterijs summ⁹ pontificatus ppter pascēdos est electos,7 idē non electos 9prehēdit. Nec immerito: qm̄ eiusdē est cura finis 7 dispositio eoꝝ q̄ sunt ad finē:vita aūt electorū finis est gubernationis aliorū.Oia inq̄t ap̄ls ij.ad Thi.ij.sustineo propter electos 7 ad Ro.viij.omnia electis

donata testat: et super oia bona dñi cõstituendi affirmantur electi math. xxiij. Nec silentio inuocatos ppterea dixerim prescitos: qm sub agnorum nomine cõprehẽdi aliquos prescitorum nõ inconuenit: sunt enim christiani multi imperfecti semper discẽtes et nũqȝ ad pfectionẽ ouis puenictes: quos dñs pascẽdos simul cuȝ ouibus hoc est electis cõmisit petro. Unde bis cõmisit agnos et tertio oues: non solũ qz imperfecti maiore egẽt cura: sȝ vt ipso numero diuersitates insinuaret agnorum suorum. hoc est christianorũ cõem vitã ducẽtium, dũ alij reprobi alij electi sunt. oues autẽ semel: vltimo cõmittunt: qz oẽs christi oues inter electos sunt, et crescens oratio ad summũ terminatur. Et quũ oẽs pastorali petri cure cõmittãtur, soli agni et oues pascẽde cõmittũtur: lupi siquidẽ leones et visi cõmissi intelligũtur cauẽdi fugãdi aut exterminãdi. Unde nullus a petri pontificatu exceptus relinqtur, etiã si solũ fuisset illi commissum pasce oues meas: pp̃ter quas fiũt oia, vtpote quibus oia cooperantur in bonũ: vt apostolus ad ro. viij. testatur. Fit aũt rursum huius excellentia cõmissi operis manifestior, discurrendo per pastoralia pontificaqȝ opera: nã sex illos actus pastorales ezech. xxxiiij. positos (s. requirere qd perierat, reducere qd abiectũ erat, alligare qd cõfractũ fuerat, cõsolidare qd erat infirmũ, sanare qd erat egrotũ, custodire quod pingue et forte) ad pastũ ouium ordinari testatur dñs, arguens de his pastores dicens. ve pastoribus israel q̃ pascebãt semetipsos, nõne greges a pastoribus pascuntur: lac comedebatis et lanis operiebamini etc. Ubi ratione omissionis manifeste reddit ex eo qz nõ oues semetipsos pastores mali pascunt: tãqȝ omnium horum operum ratio sit vacare ad pascendum ipsas oues. Actus quoqȝ iudiciales qui in ecclesia fiũt tã in foro penitentie qȝ in foro contentioso, ad pascendas christi oues ordinari non est dubium. Aperire demum et claudere regnum celorum ad pastum ouium sic spectant, qz aperire regnum celorum est pascere oues christi: claudere autem illud ad pastum earũdem ordinatur: qñquidem ad bonũ refertur electorum, quibus oia cooperantur in bonum. Constat igitur si colligantur cuncta significata per hanc promissionem pasce oues meas commissum petro esse totius ecclesie pontificatum. Nec vt noua hec cudimus sed a patribus que didicimus proferimus, eorundem attestatione petri pontificatum firmantes: vt in vltimo patebit capitulo.

¶ Petrum habere ex christi institutione successorem in pontificatu ecclesie catholice. Cap. xij.

Firmato petri pontificatu ecclesie catholice oportet de successore eius tractare. Et vt intelligatur manifeste differentia inter catholicos et scismaticos, prenotãdũ est in quo cõuenimus et in quo dissentimus. concorditer siquidem fatemur petrũ apostolorũ principẽ etc. fuisse ro. põtificẽ. sicut iacobus apostolus fuit pontifex hierosolimitanus: et propterea quelz ro. epm successorẽ esse petri in pontificatu ro. ecclesie. sicut quilibet hierosolymitanus epũs successor est iacobi in pontificatu hierosolymitane ecclesie. Concorditer quoqȝ affirmamus hierosolymitanũ epm̃ nõ succedere iacobo nisi in hierosolymitane ecclesie epatu: non enim succedit iacobo in auctoritate apostolatus. Sȝ statim dissentimus quũ inferre conant ro. pontificẽ nõ succedere petro nisi in epatu ro. ecclesie: fatemur enim catholici ro. pontificẽ succedere petro non solũ in epatu ro. ecclesie, sed etiã in pontificatu ecclesie catholice. Ubi si perspicaciter scrutati fuerimus, videbimus duo superesse tractanda: an scilicet petrus habeat diuino iure successorẽ in pontificatu ecclesie catholice, et an huiusmodi successor sit ro. põtifex. Scismatici enĩ negant ro. pontificẽ epm̃ esse ecclesie catholice: et prenegant oportere institutione diuina aliquẽ vnus succedere petro in regimine totius ecclesie: et ante oia negant petrũ institutum a christo pontificẽ ecclesie catholice. Quũ autem iam declarauerimus huiusmodi petri pontificatũ: superest vt primo an habeat aliquẽ successorẽ, et demũ an ille sit ro. pontifex tractemus.

Et iuxta priorẽ modũ afferẽda cẽsui argumẽta, qbus cõtra vni cũ petri successorẽ in põtificatu ecclesie catholice insurgit. ¶ Arguitur ergo primo ex cõuictis. Si hec verba christi ad petrũ. tibi dabo claues regni celorum math. xvj. et pasce oues meas Jo. vlt. extenduntur ad successorem, par est vt verba antecedentia concomitantia et subsequentia dicta petro a christo, intelligantur quoqȝ dicta nõ soli petro sed successoribus: sȝ hoc cõstat esse falsum: vt patet sigillatim discurrendo. Nam apud math. dñs premittit tu es petrus: et post subiungit reprehendendo petrum, vade post me sathana quia non sapis que dei sunt. similiter apud Jo. pmittitur, diligis me plus his? similia cõcomitanter interponuntur cum petri responsionibus: et postea subiungitur, quũ esses iunior cinge

[margin: Primo]

bas te etc. nihil autẽ horũ spectat ad successorẽ secũdũ literalẽ sensum: ergo nec illa verba, tibi dabo et pasce oues meas, sunt ad literam dicta petro et successori: sed sicut reliqua mystice applicantur ad successores. ita et hec. ¶ Secundo ex similibus. Uerba christi luc. xxij. ego rogaui pro te etc. nõ sunt ad literã dicta petro et successori: ergo nec ista, tibi dabo claues et pasce oues meas etc. sunt dicta petro pro se et successori. Consequentia tȝ a simili: pñterea quũ iste tex. a sacris doctoribus afferatur pro soliditate successionis petri in fide. Antecedens vero manifestatur ex eo qz ibi dicitur, et tu aliqñ conuersus confirma fratres tuos. si enĩ de quolibet successore hec dicta sint, oporteret successorẽ quẽlibet auersum qñqȝ esse vel fuisse, vt de ipso possit verificari et tu aliqñ conuersus: sicut petrus auersus fuit negãdo christum cũ periurio, et postea cõuersus cõfirmauit fratres suos. ¶ Tertio ex alijs eidẽ petro dño dictis puta anteqȝ gall' cãtet, ter me negabis math. xxvj. et vade ad mare et mitte hamum etc. math. xvij. cur. n. huiusmodi soli persone petri ita qȝ nec successori dicta exponuntur: illa aute tibi dabo et pasce ad successorẽ referũtur voluntarie enim hoc fieri videtur. ¶ Quarto ex omissis. Nullibi siquidem dixit xps se loqui in illis verbis petro pro se et successore: quũ tñ debuisset hoc docere, quũ hoc vt vnũ de necessario credibilibus proponatur ecclesie: et ipse isa. v. dixerit, quid est qd debui vltra facere vinee mee et nõ feci ei: si enĩ totũ quod debitũ erat effecit synagoge iudeorum multo magis totũ effecit ecclesie christiane. Et augetur hoc argumentũ ex hoc qz dñs math. vlt. dicit, ecce ego vobiscũ sum oibus diebus vsqȝ ad cõsummationẽ seculi. Ubi qz ista se fore in toto hoc tẽpore cũ ecclesia nos certificare voluit, dicendo ecce ego vobiscum sum vsqȝ ad cõsummationẽ seculi, manifestauit qz ad discipulos pro se et successoribus eorum loquebatur. Hinc enim arguitur qz si petro et successori intendisset hec dicere, explicasset aut insinuasset successorem sicut insinuauit ibi successores discipulorum. ¶ Quinto ex coapostolis. Quenã ratio est vt nullus aliorũ apostolorum habeat successorẽ in apostolatu, et solus petrus habeat? Et rursus que ratio est vt apostolorum successores sint et dicantur epi (quos constat esse eqles: vnde et fratres vocantur) et vnus tantum eps successor sit petri super totam ecclesiam? Et rursus vt pretactũ est, que ratio suffert vt eps hierosolymitan' succedat iacobo in episcopatu illius ecclesie, et non in apostolatu: successor autem petri succedat ei in apostolatu ac pontificatu totius ecclesie? hoc enim non nisi humana ratione aut voluntate factum videtur: quum scripture desit auctoritas. ¶ Deinde arguitur ducendo ad inconuenientia multa. Et primo. Si ad solum petrum refertur christi verbum ergo nõ ad successorẽ: et iterum ergo cũ petro claues venerũt et abierũt. Et probantur sequele: quia non potest ad plures pertinere quod ad vnũ tm̃ dicitur. Secũdo: quia si ad successorem extenditur, ergo necessaria ratione et ad alios apostolos: qz tunc erant pñtes, successores autem petri nõdũ erãt. Tertio: quia ridiculũ esset qz oium ecclesiarum idem baptisma, eadem eucharistia, eadem confirmatio, idem verbum dei, idẽ sacerdotium, eadem penitentie vnctionis matrimonij et reliqua sacramenta, eadem fides spes charitas gratia, mors vita gloria esset, vna hec temporalis potẽtia vni tributa esset successori petri per verbũ dei quod cõmune est omnibus. Quarto. Si vnus eps iure diuino ceteris preferr, manifeste hieron. in epistola ad euãdrũ que habetur. 93. di. ca. legimus. heresim docet, non solũ ipse, sed petrus, paulus, ioannes. lucas. quos inducit irrefragabiles authores. Patet enĩ ibi epos eo idẽ esse cum presbyteris, et epos equales esse. Quinto: qz idẽ hiero. super epistolã ad tim. et habetur. 95. di. ca. olim. dicit. Sicut ergo presbyteri sciũt se ex ecclesie cõsuetudine ei q̃ sibi ppositus fuerit esse subiectos: ita epi nouerint se magis cõsuetudine qȝ dispẽsationis dominice veritate pbyteris esse maiores, et in cõi debere ecclesiã regere. Nõ ergo diuino iure vnus petri successor eps maior est alijs.

Ad huius rei euidẽtiã cõsiderãdũ est, triplici via manifestum fieri hec xpi verba toties repetita petro nõ solũ pro se sed pro successore suo dicta esse. Prima via ex ipsis verbis dic quum dixit pasce oues meas, procedit. Nam dicendo pasce oues meas, vnum ouiũ suarum pastorẽ instituit, vt ipsa verba testantur, absqȝ vlteriori probatione, pastor autẽ significat ordinarium rectorem ouium: vt patet tũ ex ipsis nominibus pastoris et ouiũ, tũ ex ipsa ratione pascendi: tum qz ops eũ qui ordinarie gerit curã ouiũ, vel mercenariũ vel pastorem esse, sed mercenarius nõ est: quia cũ videt lupum venientẽ fugit, et non pertinet ad eũ de ouibus qz mercenarius est: vt dicitur Jo. x. relinquitur ergo qz is q ordinarie curã ouiũ gerit pastor est. Cõstat autem pastorem vtpote ordinarium officialem, non finiri morte illius q̃ pastorale officium exercebat.

[margin: Secũdo · Tertio · Quarto · Confirmatio · Quinto · Primo · Secundo · Tertio · Quarto · Quinto]

ß per successionē oportere durare. Et hoc fit vt institutio pastoris sit institutio perpetui officij: ac per hoc qđ in prima institutione pa stoi tribuitur, p quolibet successore eidē datur. Unde ex hoc ipso q dñs dicēdo pasce oues meas, pastorē totius ecclesie instituit, pastorale officiū totius ecclesie statuit ex tūc z in seculū seculi: et cōsequenter qđ dedit tūc petro significauit se dare cuilibet petri successori in petro. Rursus dicendo pasce oues meas, perpetuitatem pastoris intelligendā: ex alio capite monstrauit: nā oues suas duraturas sciebat z dixit vsqz ad cōsummationē seculi in pñtis mi serie ouili vno: z ppterea eoipso quo ouibus in vno ouili duraturis vsqz ad cōsummationē seculi puidit de pastore vno, dicendo petro pasce oues meas, significauit se prouidere de vno pastore vsqz ad cōsummationem seculi. Habem⁹ ergo dupliciter, ex ipsis euangelij verbis a dño institutū esse quēlibet petri successorē pastorē totius ecclesie in ipso beato petro. ¶ Secunda via ex rationibus fundatis super sacra scriptura pcedit. tū q desipientis est putare christum puidisse de pastore suarū ouiū p parte tēporis, et ea minima, qua s. vixit petrus: z nō p toto z tā prolixo tpe vsqz ad cōsummationē seculi, quo durāt sue oues. Tū q rationabile est vt vniuersalitas tēporis cointelligatur vniuersalitati locorū: z proinde qz dicendo pasce oues meas, oues suas vbiqz terrarū cōprehēdit, pñs est vt easdē p quocūqz futuro tpe cōprehendat. Tū quia christus synagoge dicēs, quid vltra debui facere vinee mee z non feci: insufficiēter prouidisset christiane ecclesie constituēs eā vnū ouile sine vno pastore coeuo ouili, conuersante cū ouibus suauiter, hoc est sensibiliter fm modum ipsarū ouiū, vtpote q viuunt nō sola spūali sed sensitiua natura: qui tñ de ipso scriptū sit, attingit a fine ad finem fortiter z disponit oīa suauiter sap. viij. ¶ Tertia autem z ea optima pariter z certissima via, pcedit ex expressa diuina reuelatione facta ecclesie sue sancte. Ut em̄ inferius de verbo ad verbū afferētur authoritates, manifeste habet q in hoc sensu a scis, innumeris z a sacris cōcilijs vniuersalibus intellecta est institutio pōtificatus petri super totā ecclesiā a christo factā. Certo aūt certius est illū esse veꝝ scripture sensum quē cōcorditer tradētibus sanctus, vniuersalis synodi diffinitione accedēte habemus. Fatemur igitur absqz oī hesitatione quēlibet petri successorē institutum in beato petro esse pastorem totius ecclesie.

Ad primum.

Ad primū ergo argumētū in oppositū de cōcomitātibus, dicitur pcedētia cōcomitātia z subsequētia inueniri dupliciter: vel pertinētia ad pastorale officium vel nō pertinētia ad hoc. Et de pertinentibus qdē ad pastorale officium (quale est illud vade post me sathana: vt patet in ipso euāgelij textu) nō opz esse sollicitū an spectēt ad successorē: de pertinentibus autē dicitur qđ eo modo quo pertinēt ad officium pastorale, codē modo pertinent ad successorē. Unde vt ad singula descendatur quia verba pmissa apud math. beatus es simon bar iona zc. non spectant ad pōtificatū, sed ad confessionem quā fecerat petrus (vt declaratum est) nec ad successorē pertinēt. Qđ vero dicitur, tu es petrus z super hāc petrā zc. qz ad pontificatū totius ecclesie necessario pertinet, ad successorē quoqz pertinere opz: necesse est em̄ successorem petri esse petrā. i. in fide solidū, vt sup hanc petrā christus edificet ecclesiam suā. Difficultates aūt q circa hoc sunt, in sequēti tractabitur capitulo. Qđ aūt dicitur apud Joā. diligis me z amas me quodāmodo ad pastorale officiū spectat z quodāmodo non. Nā rectitudo pastoralis officij amorē christi exigit ipsum aūt pastorale officiū sine christi amore potest z haberi z exerceri: z propterea amor christi ad successorē quoqz spectat q̄tum ad rectitudinem vtendi pastorali officio, nō aūt q̄tum ad habendū vel exercendū ipsum pastorale officiū. Et similiter qđ adiungit quum esses iunior, licet cū petro finitū sit q̄tum ad prophetie cōsummationē: q̄tum tñ ad insinuatā preparatione animi pastoralis ad ponendum aīam pro ouibus christi, z frequentē euentū psecutionū aut mortis pro christi ouibus bono pastori, ad successores rectitudinem atqz fortitudinē ptinet. ¶ Ad secundū dicit, q verba illa dñi iuxta regulā de ptinentibus vel impertinentibus ad officiū pastorale, q ad pastorale spectat officiū confirmare fratres, petro pro se z successore dicta intelligunt. Unde theo. hoc dicit. Hoc autem petro dixit, eo q superbire poterat in his q promissa erāt a christo. Et rursus, postqz me negato plorauerus ac penituerus corrobora ceteros: quum te principem apostolorū deputauerim: hoc em̄ decet te, qui mecū robur es z petra ecclesie. Cyrillus quoqz hoc dicit, omissis ceteris venit ad petrum ceteris prelatum. Hec propterea oportet quēlibet petri successorem cadere a christi charitate hec enim dñi verba non necessitatem sed possibilitatē auersionis a charitate cum indeficientia fidei significant: sic vt si auer ti contingat: conuersus confirmet fratres suos. Indeficiētia itaqz fidei in petro z ipsius successione impetrata asserit, confirmatio fratrū imponitur, auersio possibilis significatur, cōuersio predicitur. Et hoc insinuat aduerbiū aliqñ: ex hoc enim q non semp sed aliqñ conuersus predicit, auersio quoqz q qñqz futura sit insinuatur. Ad qđ verificandū non oportet quēlibet successorē auerti: sz sat est z nimis etiā q qñqz successor aliquis auertat a christi charitate. ¶ Ad tertiū patere potest ī3 solutio: nam sola ea q dicta sunt petro ptinentia ad pastorale officiū, dicta sunt sibi pro se z successore ad literā: reliqua, aūt ad literā z dicta sunt sibi soli. ¶ Ad quartū (qđ maxime vrgebat) iā patet respōsio: significauit em̄ christus ipse in petro cuilibet eius successori se loqui, eo ipso q instituit eū pastorē ouiū suarū, tum ex parte officij pastoralis, tū ex ppetuitate ouiū suarū: vt predeclaratū est. Unde non minus aperuit hic in petro eius successorē q̄s aperuerit apud matthe. in discipulis suis eorū successores: ibi em̄ ex vno tm̄ capite. s. diuturnitate successionē significauit, hic vero ex duob⁹. s. z ex officio pastorali z ex ppetuitate ouiū suarū: vt pdeclaratū est. ¶ Ad quintum dicit, q non est eadē ratio de successione in aplatu z de successione in pōtificatu: apl's enim vt ipsum nomē testat, sonat ab alio missum seu legatū (iuxta illud apostoli. 2. ad corin. 5. legatione pro christo fungimur: et ad ephe. 6. legatione fungor in cathena ista) non est autem legatorum vendicare sibi successores: sed finitur legatio cum legato, nisi a domino alius mittatur. Pastor autem ordinarium officiū sonat: cuius est habere successorē, z ppterea ecclia nō habet aplos qui successerit in aplatu christi apl'is, sed habet epos succedentes apl'is, nō quo ad aplatus authoritatē, sed q̄tum ad epalē tam dignitatem q authoritatē. Ūñ si formalr z exactissime loquēdum est, nec petr⁹ habet successorē in aplatu: tū quia aplatū communē habebat cū reliquis apl'is, parqz in aplatu omnes fuerūt, ac p hoc par est ratio in aplatus successione de omnib⁹: tunc quia experiētia testat nulli⁹ petri successoris libellos q̄tūcūqz sanctos inter sacras esse scripturas: vsqz adeo vt epistola pauli ad philemonē q̄uis cōmendaticia vnius seruuli inter sacras computetur scripturas. Uerūtamen qz successor petri succedens ei in pastorali officio ouiū christi (quod est pontificat⁹ mundi) ex hoc ipso succedit in precipuo apostolatus officio, qđ vt diuus tho. dicit, erat gubernare catholicam ecclam: hoc enim cōmuniter apl'is oibus a christo delegatum fuit: hoc petro singulariter pastorali officio datum est, hoc sol⁹ petri successor hereditat: ex hoc ipso q succedit petro in pōtificatu ecclesie catholice. Hinc igr sola successoris petri sedes vocat z est sedes aplica: vtpote ea in q sola authoritas gubernādi ecclam catholicam (q inter facultates legatas aplis summum tenet locū) residet: hic successor petri aplicus, hinc ei⁹ dignitas seu officiū aplat⁹, hinc ei⁹ authoritas aplica vocat: vtpote cōplectens supremam oibus apl'is tributā authoritatē. Unde solo patet oim q̄stionū: z cur sol⁹ petr⁹ inter aplos hz successorē in aplica authoritate: q. s. sol⁹ institut⁹ est a xpo pastor ouium suarū. Et quo pacto cū hoc stat epos oēs succedere apl'is i epali dignitate z authoritate, z q̄ten⁹ epos eē oēs pares: h em̄ nihil oio obstat pi tati declarate. Et q̄re eps hierosolymitanus non succedit iacobo in authoritate aplica, episcop⁹ aūt ro. succedit petro in aplica authoritate: quia. s. petrus authoritatē aplicā habuit etiam vt ordinarius pastor a christo institutus super vniuersū ouile suo: iacobus aūt eam habuit tantū vt apl's. Et hoc nō rōne aut volūtate humana factū, sz xpi ꝑ dei institutione ordinatū eē mōstratū est: dū petrū solū pastorem suarum ouium instituit dicens, pasce oues meas.

Solo q̄stionū.

Ad primum, vno aliatorum.

Ad Argumenta deinde allata ducēdo ad incōueniēs, ridendo ad primū ꝑ sequelas nihil valere. Ad pbōnē aūt (q nō pōt ad plures ptinere quod ad vnū tm̄ ꝑ) respōdet ad innumeros successores posse ptinere qđ ad vnū tm̄ officialē instituendo dicit: qm̄ quod sibi dicitur, cuilibet succedēti intelligit dictū. z ppterea dictum petro primo pastori christi ouiū instituto, cuilz ei succedēti in huiusmodi officio pastorali dictū est. Et eadē est rō de pmissionib⁹, eidem factis. ¶ Ad scdm similiter ꝑ sequelam nihil valere: nec esse maiorem aut parē rōnem q extēdant hec verba ad alios apostolos qui erāt presentes q̄ ad successorem petri: quoniā quilibet successor licet in seipso, tūc nō eēt, erat tñ in ipso petro sub eadem officij forma: quo cōstat modo nō fuisse alios aplos in petro: quoniā nullus sub eadē officij forma fuit aut futurus fuit. ¶ Ad tertium dicitur, q nō ridiculum sed diuine rationi cōsentaneū est, vt omniū ecclesiarū cōmunicantiū in eisdem sacramentis zc. sicut est vnū numero ouile institutū a vbo dei cōmuni oibus, ita sit vn⁹ numero pastor illius vni⁹ ouilis institut⁹ ab eodē verbo de cōmuni omnib⁹. Hoc siquidē diligenter pspectū, nō est vni particulari

Ad secundū.

Ad tertium.

Ad ter tium.

Ad quartum.

Ad quintum.

Ad secundū.

Ad tertium.

eccl'ie aut psone cōsulere. sed vnitati ouilis puidere: ac p hoc sicut vnitas ouilis cōmunis est eccl'ijs oībus particularib⁹, ita vnitas pastoris ad oīm est vtilitatē eccl'iarū. Et sic optime adimplet qḋ apl's dixit. 1. ad cor. 3. oīa vestra sunt, siue paulus siue apollo siue cephas.

Ad quartum et quintū.

¶ Ad quartū dicit simul ꝛ ad quintū, consequētias nihil valere: vt pote ex ipertinētibus ad propositū deductas. Dicta siq̄dem a hiero. in vtroq; loco, impertinētia sunt ad ꝓpositū: vtpote q̄ de epīs ꝛ p̄sbyteris quatenus epī ꝛ p̄sbyteri sunt dicunt: equalitas nāq; seu inequalitas diuino iure inter epos ꝛ p̄sbyteros siue sit siue nō sit, nihil refert ad vnitatē pastoris totius eccl'ie, non enim ideo vnus est pastor totius eccl'ie q: epūs maior est presbytero: sed ideo q: vnus est successor petri, siue presbyteratus siue epatus sit maximus in eccl'ia dei ordo. Equalitas autē diuino iure epōrum inter se, quatenus epī sunt, non eget ꝓbatione: qm̄ illā asserimus, sed impertinens est proposito: qm̄ nō ideo vnus est pastor totius ecclesie q: vnus epūs est sacratior altero (oēs em̄ epī sunt equales in epatus ordine, ꝛ non est magis aut plus epūs successor petri quicūq; alius epūs: sicut nō est magis p̄sbyter q̄ quicūq; alius p̄sbyter) sed ideo vnus est pastor totius eccl'ie ꝛ reliq̄s prelatus epīs atq; p̄sbyteris, q: vnus est successor petri. Unde patet ex hoc q̄ diuino iure a xp̄o instituto vnus p̄sbyter siue epūs petri successor ceteris epīs ꝛ presbyteris imo toti ecclesie prefertur, non sequi hiero. ꝛ allatos a hier. petrum, paulum, ioannem, lucam, heresim docere: vt arguentes audent inferre: sed prudens lector intelligit dicta horum impertinenter deducta ad propositum.

¶ Romanum pontificem succedere petro in pontificatu totius ecclesie. ¶ Caput decimumtertium.

Prio.

SUpposita petri successiōe, oportet mīrare q̄s sit ille successor petri in pastorali cura totius eccl'ie: habet em̄ ꝓprias difficultates an is sit ro. epūs. ¶ Obijcit igit in primis ex parte tpis q: ro. pōtifex natus est p multos annos post petri pōtificatū: quū primus petrus sederit antiochie, ꝛ p multos annos ante absq; particulari aliqua sede fuerit.

Cōfirmatio.

¶ Et cōfirmat hec ratio arguendo sicut arguit apl's ad ro. 4. vbi ꝓbat ex circūstantia tpis ꝛ facti: abrahā nō ex circūcisione sed ex fide iustificatum: nulla alia ratione visus q̄ q̄ abrahā ante circūcisionē fuerit iust⁹ apud deū per fidē. Si hoc eius argumentū valet, necesse est valere ꝛ hoc. s. Petrus qn̄ claues accepit a christo, nondum erat epūs vrbis rome, sed erat vnus inter apl'os: ergo claues nō sunt ei date f'm q̄ postea vel factus vel mutatus est loco vel officio (sicut abrahe nō est iustitia reputata qualiscūq; post fidē factus fuerit) sed prout fuit apl's tm̄.

Scdo.

¶ Secūdo. Si ro. pōtifex esset petri successor in cura totius eccl'ie (de hac em̄ successione ne cōtingat idē sepius replicari, semp loq̄mur nisi q̄nq; explicemus de sola successione in epatu romano nos loq̄) oporteret de quolibet ro. pontifice verificari verba christi spectātia necessario ad successorem petri: sed nō de quolibet ro. pōtifice hec verificari oportet: ergo ro. pōtifex nō est successor petri. Probat aūt destructio cōsequentis, ex eo q̄ ro. pōtifex potest labi in heresim. ꝛ sic nō verificabunt de eo verba christi tu es petrus. i. in fide solidus: neq; sup hāc petram edificabo eccl'iam meā: qm̄ soliditas fidei in ipso sup quā edificāda est eccl'ia non inueniret: nec ego rogaui pro te vt non deficiat fides tua. q̄ oīa ad successorē petri dicta esse monstratū est.

Tertio

¶ Tertio: q: non oīs ro. pōtifex habet christi charitatē, quā tn̄ tertio christus exegit in institutione officij pastoralis: nō est ergo petri successor q̄ exacte a xp̄o tūc in petro charitati nō succedit.

Quarto.

¶ Quarto: q: non oīs ro. pōtifex pascit oues christi: sed multi eorū pascūt oues suas. dū ad propriā gloriā, autoritatē, vtilitatē ꝛ alia huiusmodi pontificatū exercent. Dicente aūt dn̄o pasce oues meas, significauit petri successores aut pastores esse debere ouiū christi, ipsum amātes. ꝛ illa pascētes doctrina, iustitia ꝛ alijs huiusmodi: aut si nō amāt ꝛ docent, nihil hoc verbū ad eos ptinere: ac p hoc nō esse petri successores.

Quinto.

¶ Quinto: q: prisci ro. pōtifices recusauerūt se vniuersales appellari: gre. em̄ senis epl'is hoc reprehēdit: ꝛ narrat p̄decessores suos hoc renuisse. Si em̄ gre. cū alijs noluit vocari epūs vniuersalis cōsequens est q̄ nō erat aut non se credebat vniuersalem epm̄: idē aūt sonat pōtifex vniuersalis ꝛ pontifex totius ecclesie. Nō succedit ergo ro. pōtifex petro in pontificatu totius ecclesie.

Sexto.

¶ Sexto. Concilium nicenū (vt scribit lib. x. ca. 6. hist. ecclesie) statuit sic. Et apud alexandriā vel in vrbe roma, vetusta cōsuetudo seruet: vt vel ille egypti vel hic suburbanarū ecclesiarum solicitudinem gerat. Si em̄ ro. pōtifex successor esset petri in pōtificatu totius ecclesie, non presumpsisset nice. concilium fines sue solicitudini decernere in suburbanis ecclesijs.

Septio

¶ Septimo. Si ro. pōtifex christi institutione preest toti ecclesie vt christi vicarius generalis, sequit peccasse ꝛ peccare oēs qui non fuerūt ꝛ qui nō sunt sub ro. pōtificis obedientia. Et hinc sequit primo primitiuā ecclesiā totā errasse: quū adhuc nō esset ro. pōtifex.

Prima illatio.

Sequitur deinde tot sanctos ꝛ martyres vsq; ad. xl. annos post xp̄m errasse: quum tūc non recognosceret ro. pōtifex vt pastor totius ecclesie.

Scda.

Sequit postea asiā, aphricā atq; greciā in dānatione fuisse: vtpote nō recognoscētes ro. pōtificē vt oīm caput.

Tertia.

Sequit demū christianos q̄ hodie sunt in p'side, india. scithia totoq; oriēte dānari: eo q̄ nō subsunt ro. pōtifici.

Quarta.

Manifestat aūt hos non recognouisse ro. pōtificē: eo q̄ nō ab ipso seu eius autoritate eorū epī sunt instituti. eorū cōcilia sunt celebrata.

Octauo.

¶ Octauo. Hiero. de viris illust. scribit. q̄ achatius epūs cesariensis discipulus eusebij pāphili imperante constātio liberium papā deposuerit, ꝛ felicem constituerit. Constat autē hoc repugnare primatui ro. pōti. si totius ecclesie antistes esset.

Nono;

¶ Nono. Si vlla ecclesia est prima et mater omnium ecclesiarum ꝛ a christo dn̄o immediate fundata, non est alia nisi ecclesia hierosolymitana: que p multos annos fuit ante romanam: vnde exierunt omnes apostoli ꝛ episcopi ad vniuersum orbem terrarum. In cuius signum ab omnibus ecclesijs etiā romana collecte soluebantur ecclesie hierosolymitane.

Ad huius rei euidentiā considerāda sunt duo, primū vnde est scd'm vnde scit ro. pontificē succedere petro. Circa primum aūt distinguēdū est de ratione succedēdi ꝛ ratione succedētis: nā ratio succedēdi est non euāgelica institutio, sed subsequutum factum petri, quo ecclesia ro. appropriata est petro appropriatione firmata. Declaro singula: cautum reddendo lectorē in primis q̄ aliud est succedere petro, ꝛ aliud est succedere petro hūc. s. ro. pōtificem. Ratio em̄ q̄ petrus habeat successorem institutio est euāgelica: qua dn̄s in petro pastorale totius mundi instituit officium: vt in precedētibus manifestatū est. Ratio vero q̄ petro succedat hic, hoc est ro. pontifex. nō est institutio euāgelica: tum q: euāgelica voce nō est ecclesia ro. appropriata petro, sed tota ecclesia cōmissa sibi, dū dicitur pasce oues meas. ꝛ propterea si petrus perseuerasset vsq; ad finem vt incepit absq; appropriatione alicuius particularis ecclesie. nec ro. pontifex nec aliq̄s alius particularis epūs esset petri successor: sed migrante ad celum petro fuisset vnus electus in epm̄ catholice ecclesie qui successor fuisset petri. Tum quia si petrus in sede antiochena quam sibi prius appropriauit perseuerasset vsq; ad mortem, non ro. pontifex sed antiochenus successor esset petri. Tum quia si petrus discessisset ex roma non tantum loco sed sede, ita q̄ alibi sedem elegisset, nō successisset ro. pontifex petro, sicut nec modo succedit petro antiochenus: quia inde discessit mutando non solum locum sed sedem. Ex his enim patet non ex euangelica institutione ortū habere q̄ rom. pontifex succedat petro, euangelica siquidem institutio de his mutationibus non se impedit: sed subsequentibus factis disponendum hoc reliquit. Quocirca ex eo q̄ appropriatione firmata, ro. ecclesia petri pontificatu addicta est, inde ortum est vt rom. pontifex petro succedat. Appropriationem autem firmatam dicimus, quia petri morte firmata est: ꝛ quia christi autoritate robur firmitatis obtinuit. Nam (vt ecclesia cantat, ꝛ ambro. in oratione contra auxentium. de basilicis tradendis. quam habes in libro. 5. epistolarum Amb. post. 32. epistolam asserit: ꝛ ante ipsum in lib. 3. de excidio hierosolymitano cap. 2. egisippus affirmat) volenti petro ex vrbe roma discedere obuians christus iussit vt rome mortem pateretur, eidem dicendo venio romam iterum crucifigi: vt non nuda petri mors rome sed mors iussa a christo in vrbe roma, firmaret ro. sedem in petri successione. Si ad ortum itaq; atq; initium successionis roma. pontificis petro specties, rationem succedēdi inuenies fuisse ecclesie roma. appropriationem ad pontificatum petri, firmatam ꝛ petri morte ꝛ christi mandato. Quum autem dicimus petrum ꝛ ro. pontificem ꝛ pontificem ecclesie catholice, nō duos intelligas pontificatus: nō enim sunt duo in actu, sed in potētia tantum, hoc est, quia potuissent esse duo: vt patet ex dictis. Unde non se habent sicut duo epatus vniti: non erat siquidem in ro. ecclesia epatus ante petrum sed ipse petrus ro. ecclesiam euexit in pontificatum, non alium q̄ suum quem secum vehebat: ita q̄ pontificatus petri quem a christo habuit relatum ad ecclesiam catholicā, retulit ipse petrus ad ecclesiam ro. appropriando sibi illam. Confert autem non nihil hec pontificatus vnitas ad hoc vt idem sit roma. pontifex et pontifex ecclesie catholice: non solum vnitate persone, sed identitate pontificatus. In cuius signum non dant ro. pontifici duo pallia sed vnum tantum: quum tamē plura dari constet habenti plures pontificatus quibus debent pallia. ¶ Si

aũt de ratione succedẽtis est sermo, euãgelica institutio ratio inuenit succedẽtis. Ro. si quidẽ põtifex petro succedẽs autoritatẽ habet aplicã ab euãgelica christi voce pasce oues meas: nã cuilibet petri successori in petro dixit christ⁹ pasce oues meas. Licet itaqꝫ aplicam sedẽ ro. esse põtificis, initiũ habuerit ex appropriatione eccle ro. ad petrũ: ex quo tñ firmatũ sic est eo ipso quo aliqs ver⁹ est ro. põti. verus est põtifex eccle catholice a christo i btõ petro institutus. Manifestũ est igif vnde ro. põtifex est petri successor, ac totius eccle pastor. ¶ Scif aũt hoc diuina reuelatione facta, tũ vniuersali eccle, tũ sanctis doc. innumeris, tũ sacris cõcilijs. Nullus siquidẽ christianus dubitare pmittif ex diuina pdire reuelatione qcquid ad fidei christiane rationẽ spectãs (de quorum numero hoc cõstat p decre. vnã sanctã, ext.) cõtestatũ inuenitur a pfatis. Cõmunis xpianorũ ꝛ olim ꝛ nũc ꝛ semp cõfessio fuit est et erit ro. pont. sedẽ solã esse sedẽ aplicam: hoc aũt nihil aliud est qꝫ fateri ro. põtificẽ petri successorẽ, esse rectorẽ catholice eccle, nam in aplica sede (nisi qs propriã ignoret vocẽ) claudif aplica autoritas: in aplica aũt autoritate facultatẽ regẽdi totã ecclesiã includi, intelligũt exercitati in sacris literis. Et hoc vsqꝫ adeo est clarũ, vt cõcorditer dicaf aplice autoritati a christo orbẽ cõmissum terrarũ: sic vt quilibet aplš vbicũqꝫ contingeret ipsum fore instituebat eccias. instituebat epõs. ꝛ id genus reliqua faciebat: vt eorũ etiã gesta testanf. Unde quũ. i. ad cor. 12. dicif, posuit deus in ecclesia primũ aplos: dicit glo. [illegible] oĩm ordinatores ꝛ iudices: manifestãs aplicam autoritatẽ esse oĩm ordinatricẽ ꝛ iudicẽ. Cõsiderẽtes igif aplice autoritatis sedẽ, confitemur velimus nolimus sedem ordinatricẽ ꝛ iudicem oĩm. Hanc aũt esse intentionẽ confitentiũ, ex eo etiã aperif ꝙ solã successoris petri sedẽ aplicã cõfiteamur. Extat siquidẽ hierosolimitana sedes, in qua iacobus apls sedit, cuius successor est epe hierosolimitanus: cur sedes illa in qua iacobus apls sedit (q̃ prius tpe fuit qꝫ quecumqꝫ alia partialis sedes) nõ est ipsa quoqꝫ sedes aplica, nisi qꝛ in illa non est autoritas aplica, ꝛ in ista est. Nã si ex sola successione ad psonam apostoli affirmaref a christifidelibus sedes aplica, dubiũ non est ꝙ multe essent sedes aplice: ꝛ hierosolimitana sedes eẽt aplica, ꝛ ro. sedes esset aplica, modo aũt qꝛ vnicã tñ nouit xpianus ppls sedẽ aplicam, eãqꝫ ro. põti. sedẽ esse plena voce cõfitef, clarũ relinquif per sedẽ aplicã intelligi sedẽ autoritatis aplice. Et cõfirmaf: qꝛ sicut in epali sede claudif põtificia autoritas, ꝛ in archiepali sede autoritas archiepalis, ꝛ in sede pñarchali autoritas pñarchalis, ita in sede aplica claudif autoritas aplica: ac p hoc quẽadmodum xpianus ppls ad huiusmodi sedes recurrẽs, ad dictas autoritates recurrere intẽdit. ita ad aplicam sedẽ recurrẽs aut ipsaꝫ quomodolibet venerãs, autoritatẽ aplicã confitef. Porro in pfessiõe sedis aplice claudif eius diuine institutiõis cõfessio: nã qꝛ fm veritatẽ aplica tã sedes qꝫ autoritas a solo xpo est ꝛ esse potest, a quo solo possunt apli fieri (neqꝫ eñ minus est aplicã sedẽ ac autoritatem qꝫ aplm instituere: sicut nõ minus est epalẽ autoritatẽ ac sedẽ facere qꝫ epm) necesse est vt q aplicã cõfitenf sedẽ, a iesu xpo immediate illi⁹ esse autoritatẽ fateanf, diuinoqꝫ pinde iure istitutã illã esse pfiteanf. Et hinc habes ꝙ doctores ꝯfitẽtes ro. pontificis sedem aplicam aut aplatum aut authoritatẽ aplicã, fateanf ro. põtificem esse totius ecclesie rectorem: qd notandũ valde est, ꝛ fm se, et ne oporteat sepe repeti in authoritatibus sanctorum ꝛc.

Antequã autẽ authoritates afferanf, ad obiecta rñdẽdum est. ¶ Ad primũ ergo dr. nihil obstare successioni ro. pont. petrũ quaten⁹ ro. pontifex fuit, natum esse post acceptas claues: sufficit enim successori natum esse ante mortem eius cui succedit.

Ad primum.

¶ Ad argumentũ autem formatũ ad silitudinẽ argumenti pauli aplĩ de iustificatione abrahe: rñdẽdũ militare illud non cõtra nostrã snĩam. sed potius ꝯ arguẽtes. Manifestaf aũt hoc distinguẽdo sicut in abrahã reputationem iustitie a iustitia reputata, ita pportionalr in petro acceptationem clauiũ a clauib⁹ acceptis. Nã quẽadmodũ reputatio ad iustitiã abrahe conuenit ex fide ꝛ nõ ex circuncisione postea subsequuta: ita petro acceptio clauium cõuenit ex põtificatu ecclesie catholice (tunc enim date sunt ei claues quãdo factus est pastor christiani ouilis) et ne ei ex ecclesia ro. seu pont. ro. postea subsequuto. Et similiter quẽadmodum iustitia reputata abrahe. nõ est restricta ad statũ pputij. sed est extensa ad subsequutũ statũ circũcisionis dicente aplo ibidem: ideo ex fide, vt fm grãm firma sit pmissio omni semini. non ei q ex lege est solum ꝛc.) ita accepte claues extẽse sunt ad subsequutũ postea petri pontificatum ro. Rursus quemadmodum abrahe iustitia reputata appropriata est subsequute circuncisioni. seu ipsi abrahe vt postea pater fact⁹ est circuncisionis sic vt eius semen ex circũcisiõe prelatum sit oĩb⁹ in cõsummatione iustitie pmissionũ ꝛ benedictionum abrahe (dicẽte apostolo ad gal. iij. abrahe dicte sunt promissiones ꝛ semini eius q est christus: quẽ cõstat ex circũcisione natũ) ita accepte claues appropriate sunt eccle ro. seu petro, vt factus postea est pontifex ro. sic vt per ipsam aperiatur regnũ celorum omnib⁹ cognationibus terre. Uñ patet ꝙ ex huiusmodi argumẽto etsi habetur ꝙ acceptio clauiũ non pertinet ad petrũ nisi fm ꝙ erat tunc quũ accepit claues (erat aũt non solum apostolus sed pastor ouium christi) non tñ habetur ꝙ accepte claues restricte sint et concluse ad statum illũ precise: sed subsequendo similitudinem Abrahe habetur ꝙ claues accepte ꝛ extẽse ꝛ appropriate sunt ad pontificatum ro. fm mutationẽ qua ꝛ loco ꝛ officio appropriata est petro ecclesia ro.

Ad confirmationẽ.

¶ Ad secundũ dicif posse dupliciter intelligi successorem petri seu ro. pont. nõ posse esse infidelem seu hereticum. Uel de ipsi⁹ psona in ordine ad eccliam catholicã: vel de ipsius persona fm seipsam. Et vtroqꝫ modo verificaf: ꝛ vtrũqꝫ expressit dñs in euãgelio. Fidem enim solidam in petro ꝛ successoribus suis fm pprias psonas, significauit dominus ꝛ dicẽs tu es Petrus, in presenti: ꝛ dicens ego rogaui pro te vt non deficiat fides tua, in futuro. Fidem vero eiusdem in ordine ad ecclesiam, significauit dominus, ꝛ dicẽs super hanc petram edificabo ecclesiam meã: ꝛ dicens confirma fratres tuos. Nec obstat persone ro. pontificis fidei fm propriam personam, ꝙ illa persona potest esse heretica: quoniam qꝫ primum desinit esse fidelis, desinit etiam esse petri successor fm rei veritatem ꝛ apud deum: apud cuius tribunal q nõ credit iã iudicatus est: vt dicif Jo. 3. qcquid sit fm forum ecclasticũ. Ex quo tñ idẽ habef: nã ex hoc ipso ꝙ ille homo q vocaf petri successor ex casu a fide, iudicio etiã minus subijcif ecclesie, manifestaf ipsum nõ esse amplius petri successorẽ fm veritatẽ: nã si vere esset petri successor iudex esset totius eccle, ꝛ nõ esset illi subiectus minus. Ex soliditate aũt in fide psone ro. pont. in ordine ad eccliam, prouenit vt errare nõ possit sententialiter diffiniẽdo de fide xpiana: qm in huiusmodi diffinitiõe cõstruif fides vniuersalis eccle, ꝛ p eaꝫ edificaf eccia xpi ab ipso xpo sup petrã sedis aplice. Impossibile aũt esse cõstat vniuersalẽ eccliam errare in fide. Libet aũt intueri qꝫ suauiter commendata sit huiusmodi fidei diffinitio voce euãgelica. fide siquidẽ cõstrui eccliam cõstat: quũ sit, vt ad heb. x. dicif, sperandarũ substantia rerũ, ꝛ ideo edificãdi ꝛ cõfirmãdi actui respõdet: vtrũqꝫ eñ substantiã edificij respicit. Sed qm fides donũ dei est: idcirco xps sibijpsi attribuit edificationem ecclesie sup sedẽ aplicam, dicẽs ꝛ sup hanc petrã edificabo eccliam meã, firmare vero fideles fluctuãtes in ambiguitatibus ꝛ qstionibus q circa fidẽ emergũt, qꝛ ministeriale opus est petri ꝛ successoris, ideo dicif petro ꝛ successori, cõfirma fratres tuos: qcquid enim agit sedes aplica diffiniẽdo de fide, nihil aliud est qꝫ declarare qd sub fide a christo data continef: sic eñ confirmat fratres suos. Unde ꝛ in calcedoñ. synodo dixerũt patres ꝙ cõgregati in cõstantinopolitano cõcilio doctrinã de spiritusancto tradiderũt: non qd minus esset in pcedentibus q apud niceã congregati sunt inserẽtes, sed intelligendũ aduersus hereticos declarantes. Et hinc oritur vt diffinitio de fide ab aplica sede subsit etiã ipse ro. pont. sicut subest fidei: non eñ alicui propterea de nouo subijcif, sed qd implicite credebat tenef explicite credere, ex hoc ꝙ fides sufficiẽter explicata est quo ad hoc q primus explicata non erant fidei veritati subesse. At si cui qꝫ mira in hac respõsione dicta apparebunt: meminerit scriptum esse mirabilia testimonia tua, sunt enim hec iesu christi testimonia. Sed quid mirari fidelis debet de tali tantaqꝫ diuine gratie assistentia suo in terris vicario: quũ cayphe pont. synagoge minus legitimo ac psequutori ipsius christi astiterit ad prophetandum ratione pontificatus: testante Joan. euangelista dum dicit, a semetipso non dixit, sed quum esset pontifex anni illius prophetauit ꝙ iesus erat moriturus pro gente Joan. xi. Cur enim ioannes hoc docuit, cur hoc reuelauit, nisi vt diuinam assistentiam peculiarem pontifici esse reuelaret?

Ad secundũ.

¶ Ad tertium dicitur, ꝙ exacta trina dilectio a petro rectitudinem respicit pastoralis officij, et propterea qui non succedit petro in dilectione christi, nequaquam succedit eidem in bonitate pastoralis exercitij: sed pastor est officio et nomine, mercenarius autem studio et exercitatione.

Ad tertium.

¶ Ad quartum dicitur, ꝙ amare ꝛ pascere oues christi, spectat ad successores petri sub ratione commissi et debiti: christus enim commisit vt pasceret oues suas, et ad hoc successor tenetur, et ad hoc se obligauit suscipiendo pontificatum. Unde si nec amat nec pascit, non propterea locus iste ad ipsum non spectat: nam multum ad eum spectat pascere christi oues, ad quem spectat vt preceptum et ex

Ad quartum.

officio debitũ. Exigit quippe locus iste pascẽtẽ ꝛ amãtẽ: qꝛ exigit vt amare ꝛ pascere debeat. Et q̃uis nõ amans nec pascens indignus sit pastorali officio, ꝛ mereref illo priuari: nõ esse tñ propter ea priuatũ ex vtroqꝫ testamẽto dicimus. Ezec. siquidẽ. 34. reprehendunf mali pastores, q̃ non dei gregẽ sed semetipsos pascebãt, appositis propheticis minis priuationis pastoralis officij p ipm deũ exercẽde: pastores tñ relinquunf. Matthe. quoqꝫ. 23. sup cathedrã inquit dñs, moysi sederũt scribe ꝛ pharisei, quecũqꝫ dixerint vobis seruate ꝛ facite, sm vero opa eorũ nolite facere.

Ad quintum. ¶ Ad quintũ dicif greg. pdecessorũ vestigia imitatũ refutasse se vniuersalẽ appellari. ea ratione vt ipse millies dicit, qꝛ si vnus vniuersalis eps dicif, solus ipse eps videf dici: ꝛ sic ceteris epatus tolleretur. Nõ autẽ ea ratione ꝙ ro. pont. autoritas restricta sit, ꝛ ad vniuersalẽ non se extẽdat ecclĩam: supbum eñ vocabulũ vtpote reliquorũ eporum iniuriã preseferẽs horruit greg. ꝛ non rem aplice autoritatis excẽdentis se ad vniuersalẽ ecclesiã. Unde post inferius ad mauriciũ impera. afferenda verba de petri autoritate sup totã ecclesiã: subiungit de petro. Cura ei totius ecclie ꝛ principatus cõmittif, ꝛ tñ vniuersalis apls non vocaf. Ubi patet greg. simul affirmare curã totius ecclie, ꝛ negare vniuersalis vocabulũ. Propter qđ posteriores põtifices ro. rem tenẽtes nec a greg. humilitate discedẽtes, vniuersalis nomẽ a recto in obliquũ transtulerũt: ꝛ subscribũt se in hodiernũ diem. Ego eñ eps ecclie catholice.

Ad sextum. ¶ Ad sextũ dicif, ꝙ aliud est loqui de autoritate ꝛ aliud de exequutione: cũ autoritate siquidẽ ro. põti. sup totã ecclĩam, mos fuit laudabilis vt nõ exequeref papa ea q̃ ad particulares aliarũ ecclĩarum curas ptinebant, nisi casus aliqs id exegisset. Et hinc mos fuit vt epi ab archiepis cõfirmarẽf, curati ab epis darenf, ꝛ innumera similia fiebãt. Et hec est illa vetusta cõsuetudo cuius meminit nicenũ conc. qđ annuẽte ro. põ. ibi p suos legatos psente de obseruatione huiusmodi vetuste consuetudinis statuit. Ex hoc autem non sequif statutũ esse de autoritate ro. pon. aut lesam fuisse illius autoritatẽ: sicut nec hodie minuif aut ledif ro. ponti. autoritas ex eo ꝙ in multis prouincijs ro. pon. obedientibus, huiusmodi exequutiones p prouinciales fiunt.

Ad septimũ. ¶ Ad septimũ dicif, ꝙ ro. põti. christi institutione esse prelatũ ceteris, potest dupliciter intelligi. vel quo ad rationẽ iuris: ꝛ sic falsuz est, iuxta supius declarata. Uel psupposita appropriatione ecclie ro. ad petrum: ꝛ sic verissimũ est, ꝛ propterea cõcedif seqla. s. oẽs peccare ꝛ peccasse q̃ eum nõ recognouerũt vt platũ.

Ad primã illationez. Et quũ inferf primo, ꝙ primitiua ecclĩa errasset, negaf sequela: qm tũc adhuc nõ fuerat appropriatio ecclie ro. ad petrũ: qua psupposita pont. ro. preest oibus. Sufficiebat siquidẽ tũc ꝙ tota ecclĩa recognosceret petrũ vt totius ecclie pastorẽ: post appropriatã aũt ro. ecclĩam oportet recognoscere ro. pont. successorẽ petri. pastorẽ totius ecclie, nõ quatenus est ro. pont. sed quatenus est successor petri. p se ꝛ formaliter loquẽdo.

Ad secundã. Quũ vero inferf secundo ꝙ tot martyres ꝛ sancti ad quadringentos an. peccassent, qꝛ non recognouerũt ro. põti. respõdef falsuz eẽ huiusmodi martyres ꝛ sanctos nõ recognouisse ro. pont. a principio eñ ecclie petrus recognitus est, ꝛ successiue ro. pon. ei succedẽs: vt subsequẽtes manifestãt autoritates sanctorũ.

Ad tertiam. Et similiter quũ tertio inferf asiã aphricã ꝛ greciã errasse, qꝛ nõ fuerũt subdite ro. ecclie, manifeste erraf. ꝛ q̃ falsissima cõprobanf inducunf: plenũ siquidẽ registrũ greg. curis asie aphrice ꝛ grecie, testaf oppositũ.

Ad quartam. Qđ demũ inducif xpianos hodie orientales non subesse ro. ecclie (nisi de scismaticis sit sermo) falsuz esse, ex gestis i cõcilio floren. sub eugenio. 4. patere potest: ibi siquidez iacobite, armeni atqꝫ greci ro. pon. vt pastorẽ totius ecclesie, recognoscere se confessi sunt. Ad probationem aũt subiũctam, quia nec epi ibi a papa instituunf, nec cõcilia eorũ pape fiunt autoritate. iã patet qđ dicendũ est. s. ꝙ huiusmodi exequutionum consuetudo in quibuscunqꝫ prouincijs, pape nec tollit nec ledit autoritatez. Uerũtñ pluries nostra etate visum est ab orientalibus missum ad ro. pont. pro surrogando epo seu confirmando electo: ꝛ tpe alexandri. 6. et iulij. 2.

Ad octauum. ¶ Ad octauũ dicif, nos de iure diuino loqui. arguẽtes autem obijciunt damnatũ violẽtie factũ: vt ipsamet verba hiero. testanf: ait eñ Achatius intantũ claruit: vt in locũ liberij felicẽ arrianum substitueret. Unde felix ille in cathalogo põtificum nõ est computandus: vt testaf aug. in epla ad generosuz: ꝛ est epla. 165. Ibi siquidẽ aug. a petro vsqꝫ ad tunc tpis ro. ponti. anastasisi singulos successiue recensens, liberio damasum successorem ponit, non felicem.

Ad nonum. ¶ Ad nonũ dicitur ro. ecclesie appellatione intelligi posse vel ipsum corpus ro. ecclesia sm se, vel sm suum caput: et ꝙ licet ro. ecclesia sm reliqua eius membra non sit prima nec mater omniũ ecclĩarum, nec immediate instituta a christo: ipsa tam: eadẽ ecclesia ro. sm suũ caput petrũ ac petri successorẽ, prima est ac mater ꝛ magistra oim ecclĩarũ: ꝛ immediate a christo euãgelica voce autoritatẽ ac firmitatẽ habens: vt pdeclaratuz est. Unde tam canonũ q̃ sanctorũ sentẽtie ro. ecclĩam primã. magistrã matrẽqꝫ ecclĩarũ oim aut a christo dño euãgelica voce fundatã firmarãqꝫ sonãtes, vere sunt ratione capitis. Et hoc intendũt q̃ hec scripserũt: vt ex eo patet ꝙ eorũ sentẽtia fundaf sup verbis dñi ad petrũ: q̃ caput fuit ꝛ in suis successoribus est ecclie ro. Unde nihil obstãt huic primatui q̃ de hierosolimitana ecclĩa afferunf: nã illa nõ fuit prior petro: sed subdita fuit petro. Collecte aũt ecclie hierosolimitane: nõ vt prelate sed vt indigenti ab ab alijs dabantur: vt patet ad gal. 2. vnde impertinentes sunt ad propositum.

¶ Autoritates sanctorum antiquorum ꝛ conciliorum, affirmãtes in petro ac ro. ponti. successore petri totius ecclesie pontificatum institutum.

¶ Caput decimumquartum.

Reliquum Est vt illis quoqꝫ fiat satis, q̃ nesciunt a priscis ecclesie pribus in asia, aphrica ꝛ europa veneratũ esse ro. põ. vt totius ecclie patrem, non humana sed diuina ratione. s. qꝛ in petro institut⁹ est rector ecclie vniuersalis. Afferẽdas ppterea cẽsui grecorũ ac latinorũ antiquorũ ecclie patruz ac doctorum sentẽtias, non omnes nec oim sed tot vt suffic iãt ad claram notitiam ꝙ rom. pontifex petri successor est, ꝛ habitus est semper in petro institutus pastor et rector totius ecclesie.

¶ Et a grecis incipiendo, chrys. homel. 55. super matthe. exponens illud super hanc petrã. dic. petrũ ecclesie future pastorẽ cõstituit. Et infra. Deus concedere solus põt peccatorũ remissionẽ. ꝛ vt futura ecclesia tot tãtisqꝫ fluctibus impetu irrumpẽtibus imobilis maneat: cuius pastor ꝛ caput piscator homo atqꝫ ignobilis terrarũ orbe reluctãte. adamantis naturã firmitate superet. hec inqꝫ omnia que solius dei sunt, se pollicetur daturũ. Et infra. hũc. s. petrũ vniuerso terrarum orbi christus preposuit. Et licet superius glosauerit ꝛ super hanc petram edificabo ecclesiam meam. i. fidẽ atqꝫ confessionem: inferius tamen ait. ego dico tibi tues petrus, ꝛ ego super te edificabo ecclesiam meam. Et omel. viii. super Jo. tractans illud. simõ ioannis diligis me plus his ꝛc. dicit. Alijs omissis dũtaxat petrum affatur, fratrum ei curam committit: neqꝫ negotiationis meminit neqꝫ exprobrat: tantũ dicit, si amas me fratrũ curam suscipias. Et infra. tractans illud sequere me, ait. Inquit ei sequere me: quibus verbis iterum curam ꝛ familiarem in eum affectum ostendit. Quod si quis percontaretur quomodo iacob⁹ hierosolymus sedem acceperit: responderem hunc totius orbis magistrum preposuisse. Et infra. tractans illud. domine hic autẽ quid: dicit. Nam quum magna dominus petro communicasset, orbis terrarũ curam demandasset martyriũ pdixisset, ꝛ maiorẽ ꝛc.

¶ Theophilus quoqꝫ luc. xxij. tractans illud, ꝛ tu aliquãdo conuersus confirma fratres tuos: ait. Postq̃ me negato ploraueris ac penitueris corrobora ceteros: quum te principem apostolorũ deputauerim: hoc eñ decet te qui mecum robures ꝛ petra ecclesie. Et infra. Quum esset apostolus denegauit: ac iterum per penitentiam obtinuit prerogatiuam vt esset antistes mundi. Et super Jo. viii. ca. super illud, quum ergo prãdissent. ait. Finito prandio cõmissionẽ ouiũ mũdi petro commẽdat, nõ alij. Et super illud sequere me, ait. In hoc ꝙ dicit dñs petro sequere me, cũctorum fidelium prelaturam ei instituit. Et infra, super illud donec veniam ait. Idest dum hunc scilicet ioan. volens dirigam ad predicandũ te namqꝫ nunc dirigo ad orbis pontificatum ꝛ in hoc me sequere.

¶ Cirillus patriarcha alexãdrinus in lib. thesau. Sicut christus accepit a patre sceptrũ ecclesie gẽtiũ, dux ex israel egrediẽs super oẽm principatũ ꝛ potestatẽ super oẽ qđcũqꝫ est, vt ei cuncta curuẽtur: sic ꝛ petro ꝛ eius successoribus plenissime cõmisit: ꝛ nulli alij q̃ petro christus qđ suũ est plenũ sed ipsi soli dedit. Et rursus. Pedes xpi humanitas est. s. ipse homo: cui tota trinitas plenissimam dedit potestatẽ: quẽ vnus triũ assumpsit in vnitatẽ persone, transuexit ad patrem super oẽm principatum ꝛ potestatẽ, vt adorẽt eũ oẽs angeli dei: quẽ totũ dimisit p sacramẽtũ ꝛ ptãtẽ petro ꝛ ecclesie eius. Et iterũ. Petro oẽs iure diuino caput inclinãt: ꝛ primates mũdi tanq̃ ipsi dño iesu obediũt. Et iterũ. Ipsius apostolici throni romanorũ põtificũ solius est reprehendere, corrigere, statuere, soluere, disponere, ꝛ loco illius ligare qui ipsum edificauit.

¶ Maximus in epistola orientalibus directa. Omnes fines orbis qui dominum syncere receperunt: ꝛ vbiqꝫ terrarum catholici veram fidem confitentes in ecclesiam romanorum tanq̃ in solem respiciunt, ꝛ ex ipsa lumẽ catholice ꝛ apostolice fidei recipiũt.

¶ Cirillus patriarcha hierosolymitanus, ex persona christi

loquens dicit petro. Tu cū fine ⁊ ego sine fine cū oībus q̄s loco tui ponā, plene ⁊ pfecte sacro ⁊ authoritate ero sicut sum ⁊ tecum. ¶ Concilium calcedon. (vt in eius gestis legit) tpe sancti leonis et martiani imperatoris acclamauit leoni pape: leo sanctissimus apłicus ⁊ vlis. ¶ Et prim⁹ tpe diocletiani ⁊ maximiani imperatoꝝ (vt habet di. xx) nūc autem) quum marcellin⁹ papa ⁊ postea mar tyr timore ductus turificasset idolis, synodus episcoporum collecta huius rei gratia dixit: prima sedes non iudicabitur a quoq̄. ¶ Et longe ante anacletus martyr ⁊ traiani tpe natione grecus, prima atheniē. ait. Sac. san. ro. ⁊ apłica ecclesia nō ab apłis sz ab ipso dn̄o ⁊ saluatore nostro pmatū obtinuit: sicut beato petro apostolo dixit: tu es petr⁹, ⁊ super hanc petram edifi. ecclesiam meā. ⁊ tibi dabo claues ⁊c. vt habetur di. xxij. sacrosan. Et rursus vt habetur dist. xxi. in nouo idem dicit. In nouo testamento post christum dn̄m a petro sacerdotalis ceptit ordo: q2 ipsi pmo pōtificat⁹ in ecclesia christi datus est, domino dicente ad eū: tu es petrus et super hanc petram ⁊c. Et iterum. Electionem summoꝝ pontificū sibi domin⁹ reseruauit. lxxix. distinc. electionem. ¶ Marcellus papa ⁊ martyr tempore diocletiani ⁊ maximiani, seu constantij et galerij, qui imperij gubernacula susceperunt post diocletianum ⁊ maximianum in cap. rogamus vos. xxiiij. quest. j. ait de petro. Ipse est caput totius ecclesie: cui domin⁹ ait: tu es petrus ⁊ super hāc petram edificabo ecclesiam meam ⁊c. ¶ Cypria. quoq̄ martyr in tract. de simplicitate prelatorum dicit ea que referuntur. xxiiij. quest. j. loquitur dominus: que baculatis causa non dixi repetenda. In illis siquidem petri pontificatus satis patet: vt declaratū superius est. ¶ Ambr. in sermone. xlvij. de fide petri apostoli, et habetur distinc. l. cap. fideliori. dicit de petro. Tanq̄ bonus pastor tuendum gregem accepit: vt qui sibi infirmus ante fuerat fieret omnibus firmamentum. ⁊ qui ipse interrogationis tentatione nutauerat, ceteros fidei soliditate fundaret. Deniq3 pro soliditate deuotionis, ecclesiarum petra dicitur, sicut ait dominus tu es petrus et super hanc petram edific. ecclesiam meam: petra enim dicitur, eo q2 primus in nationibus fidei fundamenta posuerit et tanq̄ saxum immobile totius operis christiani cōpagem moleq3 contineat. ⁊ Et idem in hymno dominicali petrum petram ecclesie appellat, dicens: hec ipsa petra ecclesia canēte culpam diluit. Testatur siquidem aug. in lib. primo retrac. cap. xxj. hunc hymnū amb. esse. ⁊ Et in sermo. xj. de mirabilibus. Hanc igitur solam ecclesie nauē ascendit dominus, in qua petrus magister est cōstitutus: dicente domino, super hanc petrā edifi. eccle. siā meam. Que nauis in altum seculi sic tius ita natat: vt pereunte mundo omnes quos suscipit, seruet illesos. Cui⁹ figuram iam in veteri videmus testamento. Sicut enī noe arca, naufragante mūdo cūctos quos susceperat incolumes reseruauit: ita ⁊ petri ecclesia pflagrante seculo omnes quos amplectit, repsentabit illesos. Et sicut tūc trāsacto diluuio ad arcā noe columba signū pacis detulit: ita ⁊ transacto iudicio ad ecclesiam petri christus gaudium pacis referet: quia ipse columba vel pax est. ⁊ Et idem super epistolam primam ad Tim. cap. iij. tractans illud: vt sciās quemadmodum oporteat te in domo dei conuersari, q̄ est ecclesia dei viui ⁊c. ait: Quum totus mundus dei sit, ecclesia tñ domus eius dicit. cuius hodie rector est damasus: mūdus enī in puaricatione est diuersis tñ datus erroribz: ideo illic necesse est dicat esse domus dei ⁊ veritas. vbi sm voluntatē suā uiuetur. ⁊ Et in lib. de excessu fratris sui nole satiri, narrat, cōmendat ac iuet cautelā ac sapientiā eiusdē in peregrinis partibus pcūctantis si eps esset catholicus. hec est cū ro. ecclesia cōueniret: dicēs ca. vij. Aduocauit ad sespm nec vllā putaui verā nisi vere fidei gratiā: percūctatus q3 ex eo est virūnā cum epis catholicis hoc ē cū ro. ecclesia cōueniret. Cū ro. dixi. non dicere solumitana. nō antiochena. nō cōstātinopolitana ⁊c. cur hoc nisi q2 ro. cōis est oibus catholicis. pculdubio vt caput. Simile siquidē apud hiero. refugiū inuenies. scribētē ad damasum epla vij. Ego interim clamito si q̄s cathedre petri iungitur. meus est. ¶ Hiero. sup math. ait. Symoni q̄ credebat in petrā christum petri largitus est nomē: ac sm metaphorā petre recte dicit ei. edifi. ecclesiā meā sup te. ⁊ Rursus ad damasum: ⁊ habet. xxiiij. q. j. qm vetus. Ego nullū pmū nisi christū sequens, beatitudini tue i. cathedre petri cōmunionē consocior: super illam petram edificatā ecclesiam scio. Et infra. Quicūq3 tecū non colligit, spargit: hoc est qui christi nō est, antichristi est. Ubi nota hiero. p eode cōputare xpm ⁊ papā q̄tum ad ea q̄ sunt fidei: de his enim eum loqui clare patet videnti epistolam ua. ⁊ Idem quoq3 lib. primo contra iouinianum ca. xiiij. ait. Inter. xij. vnus eligitur. vt capite constituto scismatis tollatur occasio. ⁊ loquitur proculdubio de electione

petri non ab apostolis, sed a xpo: vt patet ex solutione subiuncte mox questionis. sed cur non ioan. virgo electus est, soluit enim ne magister bonus qui dixerat pacem meā do vobis ⁊c. in adolescentē quē dilexerat causam pbere videretur inuidie. ⁊ Idem rursus epistola. ij. ad damasum: ⁊ habet. xxiiij. q. j. hec est fides ait. Si hec nostra cōfessio apostolatus tui iudicio cōprobat: quicūq3 me culpare voluerit, se imperitū vel maleuolū vel etiam non catholicū, non me hereticū cōprobabit. Ubi q2 vides, ex sedis apostolice iudicio pēdere esse vel nō esse catholicū aut hereticū summū xpi in terris tribunal agnoscere poteris: ad q̄d de fide iudicii spectare constat. ¶ Aug. nō solū petrum principē apostoloꝝ affirmat: sed quū cōsuleretur sedes apostolica de fide cōtra pelagianā heresim, a duobus conciliis carthagin. ⁊ mileuitano subscriptus inuenitur. Et rñdēte innocentio papa ad carthaginense quidem concilium. Patrū instituta sacerdotalis custodientes officio non censens esse calcāda: q2 illi nō humana sed diuina decreuere sententia. vt quicquid de disiūctis remotisq3 prouinciis ageretur nō prius ducerēt finē dū nisi ad huius sedis notitiā perueniret: vbi tota huius autoritate iusta que fuerit, pnūciatio firmaretur: indeq3 sumerēt cetere ecclesie, velut de natali suo fonte aque cuncte procederent. Et per diuersas totius mundi regiones puri capitis incorrupte manerent: quid precipere, quos abluere, quos velut in ceno inemundabili sordidatos mundis digna corporibus vnda vitaret. Concilium vero mileuitanum. Quotiens fidei ratio ventilatur arbitror omnes fratres ⁊ coep̄os nostros non nisi ad petrum i. sui nominis ⁊ honoris autoꝝ referre debere: velut nunc retulit vestra dilectio q̄ per totū mundū possit oibus ecclesiis in cōmunt pdesse. ⁊ Et idē ad paulinū epla. 106. referēs hec gesta cōmendat innocentij literas respōsiuas subiungēs. Ad oia nobis ille rescripsit eodem modo quo fas erat atq3 oportebat aplice sedis antistitem. ⁊ Aug sus secundo lib. de baptismo. cōtra donatistas ca. j. ⁊ habetur. 2. q. 7. puto) petri cathedrā cuilibet preferēt ep̄atui. quū comparādo cyprianū petro ait. Uereri debeo ne in petrū contumeliosus existam: q̄s eī nescit illū aplatus principatū cuilibet ep̄atui preferēdum: sed etsi distat cathedrarū gratia, vna tñ est martyrum gloria. ⁊ Itē in. 2. lib. de doc. christia. nō longe versus principiū, decretales eplas aplice sedis inter canonicas habēdas scripturas cēset, dicens: In canonicis scripturis ecclesiarū catholicarū q̄ plurimū diuinarū scripturarū solertissimus indagator autoritatem sequatur: inter quas sane ille sint quas apostolica sedes habere, et ab ea alij meruerunt accipere epistolas. Qui enim decretales fidei quas apud se habet vel aliis misit apostolica sedes inter canonicas esse habendas scripturas affirmat, supponit proculdubio aplicam sedē non solū cunctis plarā sedibus: sed diuinam rpote fidei magistrā. ¶ Greg. in registri lib. 4. epla. 32. ad mauritium augustū ait: Cūctis euāgeliū scientibus liquet q2 voce dn̄ica sancto ⁊ oim apostoloꝝ principi petro aplo totius eccle cura cōmissa est: ipsi quippe dicit, petre amas me: pasce oues meas. Ipsi dicitur, ecce sathanas expetit cribrare vos sicut triticū: ⁊ ego pro te rogaui vt nō deficiat fides tua. ⁊ tu aliqñ conuersus confirma fratres tuos. Ipsi dicit, tu es petrus ⁊ sup hanc petrā edifi. ecclesiā meā, ⁊ porte inferi non pualebunt aduersus eā: ⁊ tibi dabo claues regni celoꝝ: ⁊ quodcūq3 ligaueris sup terram erit ligatū ⁊ in celis, ⁊ quodcūq3 solueris super terram erit solutū ⁊ in celis. Ecce claues regni celestis accepit: potestas ei ligādi ⁊ soluendi tribuitur: cura ei totius ecclesie ⁊ principatus cōmittitur. ¶ Sanctus leo primus in sermone. 3. de anniuersario sue assumptiōis die ait: De toto mundo vnus petrus eligitur, qui ⁊ vniuersarum gentiū vocationi ⁊ omnibus apostolis cunctisq3 ecclesie patribus prepona tur vt q̄uis in populo dei multi sacerdotes sint, multiq3 pastores omnes tamen regat petrus quos principaliter regit ⁊ christus. Magnū ⁊ mirabile dilectissimi huic viro consortium potentie sue tribuit diuina dignatio: ⁊ si quid cum eo commune ceteris voluit esse principibus, nunq̄ nisi per ipsum dedit quicquid aliis non negauit. ¶ Uenerabilis beda super illud Joan. 1. intuitus autem in eum iesus dicit. Uidit cordis eius simplicitatē animi sublimitatem: cuius merito cuncte esset preferendus ecclesie. ¶ Bernardus non solum pluries ro. pon. iesu christi vicarium et totius ecclesie caput appellat: sed in epistola prima ad eugenium papam. 237. in ordine epistolarum ait. Locus in quo stas terra sancta est, locus petri est, locus principis apostolorum, vbi steterūt pedes eius: locus illius est, quem constituit dominus dominū domus sue ⁊ principem omnis possessionis sue: merito tali pastori, tali nutritio commissa est ecclesia, quum adhuc tenera adhuc in cunabulis esset. ⁊ Et in epistola. 242. ad roma. quando diceb

serenta dño papa ait. Cur regem terre, cur dñm celi furore tam intolerabili q̄ irrationabili in vos pariter prouocatis, dum sacrã ꝛ apostolicam sedem diuinis regalibusq̄ priuilegiis singulariter sublimatam ausu sacrilego incessere, sueq̄ minuere honore contenditis? Et in epistola. 131. ad mediolan. de plenitudine potestatis apostolice ait. Ro. ecclesia valde clemens est, sed nihilominus potens: fidele consilium et omni acceptione dignum. noli abuti clemētia, ne potētia opprimaris. Sed dicit aliquis, debitam ei reuerentiam exhibebo ꝛ nihil amplius. Esto. Fac quod dicis: quia si exhibeas debitam, ꝛ omnimodam. Plenitudo siquidem potestatis super vniuersas orbis ecclesias singulari prerogatiua apostolice sedi donata est: qui igitur huic potestati resistit, dei ordinationi resistit. Potest si vtile iudicauerit nouos ordinare episcopatus vbi hactenus non fuerunt: potest eos qui sunt, alios deprimere, alios sublimare, prout ratio sibi dictauerit: ita vt de episcopis creare archiepiscopos liceat, ꝛ econuerso si necesse visum fuerit. Potest a finibus terre sublimes quascunq̄ personas ecclesiasticas euocare, ꝛ cogere ad suam presentiam: non semel aut bis: sed quoties expedire videbit. Porro in promptu est ei omnem vlcisci inobedientiam si quis forte reluctari conatus fuerit. ❡ In gestis concilij constantien. inter damnatos articulos ioan. vuiclef, ꝛ ioã. hus reperiuntur hi duo. s. petrus non est nec fuit caput sancte ecclesie catholice, non est de necessitate salutis credere ro. ecclesiã esse supremam inter alias ecclesias. Et subditur: error est: pro q̄to negaret primatum summi pontificis super alias ecclias particulares. ❡ Sanctus tho. in quarto cōtra gen. ca. 76. postq̄ multipliciter probauit vnum episcopum prelatum a christo toti ecclesie, subdit: Per hoc autem excluditur quorundam presumptuosus error, qui se subducere nituntur ab obediētia ꝛ subiectione petri, successorem eius romanum pon. vniuersalis ecclesie pastorem non recognoscentes. ❡ In concilio quoq̄ vniuersali florētie sub eugenio. 4. vbi grecorum, armenorum ꝛ iacobitarum cum ro. ecclesia facta legitur vnio, habentur hec verba. Diffinimus sanctã apostolicam sedem ꝛ ro. ponti. in vniuersum orbem tenere primatum, ꝛ ipsum ro. ponti. successorem esse beati petri principis apostolorum, ꝛ verum christi vicarium, totiusq̄ ecclesie caput ꝛ omnium christianorum patrem ac doctorem existere: ꝛ ipsi in beato petro pascendi, regendi ꝛ gubernandi vniuersalem ecclesiam a domino nostro iesu christo plenam potestatem traditam esse: quēadmodum etiam in gestis ycumenicorum conciliorum, ꝛ in sacris canonibus continetur. Hec ibi. Ubi non noviter ab hac synodo inuentam fuisse hanc diffinitionem, sed ipsam contineri in aliorum vniuersalium conciliorum gestis ꝛ propterea hoc vnum concilium sufficit pro omnibus ad firmandam fidem huiusmodi veritatis. ❡ Pretereo turbam canonum ꝛ doctorum (quam dinumerare nemo potest) idem sentientium. Tam euidenter siquidem ex his que attulimus clarum est ro. pōn. petri successorem, a christo in petro institutum esse totius ecclesie pastorem, vt locus dubitationi nullus relictus sit. Si quis autem post hec hesitãs inuenitur, aut rudis ꝛ ineptus, aut cum hereticis seu scismaticis sapit, aut certe christianis non est, ineruditus quippe valde ꝛ indocilis est quisquis certitudinem mathematicam in omnibus querit: vt philosophi tradunt. Hereticorum atq̄ scismaticorum proprium est sacra vti scriptura, sm sensum tamē quo ipsi faciunt illã sonare. Christianorum autem qui vere catholici sunt sapientia, sacram scripturam intelligit sm sensum quem sancti doctores, queꝫ sacra concilia, apostolica autoritate roborata interpretãtur. Hunc sciendi christianam veritatem modum quisquis repellit, christianus licet est: ab hac via qui recedit, infidelis inuenitur. Nam licētia exorbitandi ab hac via si admittitur, trinitatis vnam substantiam reuocare in dubium cum arrio fas est: spiritum quoq̄ sanctum procedere a filio, ambiguum adhuc cum grecis erit: paneꝫ in sacramento altaris conuerti in corpus christi dubitatur. Hec enim omnia nulla alia via aut autoritate sunt christianis reddita certa ꝛ indubia fide tenenda, nisi interpretatione sacre scripture iuxta sanctorum documenta, et sacrorum conciliorum autoritate apostolica firmatorum diffinitionem. Quocirca quum textus euangelici ad propositum adsint, ꝛ sanctorum doctrina cōformis in proposito pateat, nullo penitus sanctorum reluctante, sacrorũq̄ conciliorum cum apostolica autoritate inueniatur diffinitio, omnisq̄ christianorum etas a petro hucusq̄ in sancta ecclesia catholica hoc confessa inueniatur, reliquorumq̄ doctorum testimonia omnia vera sint: certum ita redditur ro. ponti. petri successorem in petro a christo institutum totius ecclesie pastorem, vt certificatio fidei haberi non possit. Amen.

❡ Rome, anno christiane salutis 1521. etatis vero proprie. 52. die. 17. Februarij.

❡ Primi tomi opusculorũ thome de vio Caietani Cardinalis sancti Xisti: finis.

❡ Index Capitum Tractatus de comparatione autoritatis Pape et Concilij.

❡ Index capitum tractatus apologie de potestate pape ꝛ concilij.

¶ Index capitum secunde partis Apologie.

¶ Index capitum tractatus de principatu Rom. pont.

Finis.

¶ Thome de vio Caietani: Cardinalis sancti Xisti
questiones de sacramentis: commentarios eius in tertiam partem diui
thome aquinatis complentes: consilio in hunc locum translate
quum conficiendus esset ex omnibus opusculis autoris
liber a tertia parte seiunctus.

¶ Prologus.

Intentio mea in subsequentibus que ab authore tractāda erant ad ꝑfectionē operis.est non aggredi ordinē ꝑ questiones ⁊ articulos sigillatim decidendo, quasi complere vellem tertiam partē (imparem enī me tāto negocio ⁊cognosco et fateor) sed dubia aliqua vtilia necnō discussione digna tractare, ⁊ iuxta ingenij vires diuina aspirāte gratia determinare. Seruaboq; ordinem sacramentorum supraposititum. ¶ De partibus igitur penitentie in speciali tractando primum occurrit de prima parte penitentie dubium circa quidditatem eius: que ex differētia inter attritionem ⁊ contritionem facilius cognoscetur.

¶ An attritio possit fieri contritio. Quesitum. i.

Et propterea Queritur primo, an attritio possit fieri cōtritio. Uidetur enim ꝙ non. Tum quia contritio ⁊ attritio differunt penes principia: qm̄ contritio est a charitate, attritio autem est a voluntate sine charitate. ¶ Tum quia imperfectio attritionis est de ratione eius: ac per hoc remota imperfectione non remanet attritionis actus, qui possit perfici per charitatem.

Ad euidentiam huius tria faciēda sunt, primo dicetur quid nominis. secundo manifestabitur quotuplex est tam attritio ꝙ̃ contritio, tertio respondebitur quesito.

¶ Quo ad primū, attritio sonat imperfectam displicentiā peccati: contritio aūt sonat displicentiā perfectam peccati. Et est sermo de peccato mortali. Notanter aūt dico displicentiā, ⁊ nō dico dolorem seu tristitiam: qm̄ contritio proprie significat displicentiam q̄ est causa tristitie seu doloris, quāuis frequenti vsu dicatur ꝙ contritio est dolor. significando causam ab effectu. ¶ Quanta autem differentia sit inter displicentiā ⁊ tristitiam q̄ est in voluntate, manifestat status celestis patrie: in qua sanctis displicebunt peccata olim ab eis commissa, nullā tamen tristitiam de eis habebunt. Ex hoc enim ꝙ in prima erit displicentia, ⁊ non erit tristitia, manifeste patet ꝙ tristitia ipsa que est in voluntate, non est essentialiter displicentia: sed ad displicentiam sequitur tristitia in ijs qui sunt tristitie capaces. Et hanc doctrinam habes superius ab authore iii. q. 84. ar. 4. Hec de primo.

¶ Quo ad secundum, q2 imperfectum dicit negationē perfecti, ⁊ negatio per affirmationem oppositā cognoscitur: ideo inchoandum est a contritione, que est displicentia perfecta. Ex tribus siquidem constat huiusmodi perfectā displicentiā: primum est ipsa displicentia peccati, secundum est propositum decetero non peccandi mortaliter. tertium est ꝙ sit charitate informata. ¶ Et si quidem primum defecerit totaliter, nec attritio nec contritio est: qm̄ displicentia communis est vtriq;. Si vero defecerit ꝭm quid. (puta q2 adest peccati displicentia modica seu leuis) tunc attritio esse potest, verum vsq; ad quem terminum quantitas displicentie limites habeat. ita ꝙ ibi sint confines attritio et contritio, in tertia conditione declarabitur. Si vero secunda defecerit conditio (scilicet propositū de cetero non peccandi mortaliter) tripliciter hoc contingere potest. Uel per positionem contrarij propositi in actu: puta q2 actualiter intendit peccare mortaliter, ⁊ tunc nō habet locum attritio. Uel per positionem contrarij habitualiter tantum: puta q2 non intendit actualiter committere peccatum mortale, nec intendit mutare statum suum quo detinetur in peccato mortali: vt patet in vsurarijs, concubinarijs, ⁊ alijs similibus: qui confitētur peccata sua, displicetq; eis peccasse, habentq; velleitatē relinquēdi peccatū non tn̄ deserunt concubinatū, aut restituūt vsuras ⁊c̄. Et hec displicentia cum huiusmodi velleitate attritio dici potest. Uel per negationem propositi expliciti: puta q2 penitens est sic dispositus ꝙ displicent ei peccata preterita, ⁊ non intendit peccatum mortale aliquod committere, ⁊ intendit tanꝙ̃ in quodam confuso cauere a peccatis. ita ꝙ duo prima scilicet affirmatio displicentie ⁊ negatio intentionis peccandi habentur explicite: tertium aūt scilicet affirmatio propositi decetero non peccandi mortaliter, nō nisi in confuso habet: pro quanto in voluntate non peccandi confunditur ⁊ tp̄s proxime futurum ⁊ totum tp̄s vite sue: ad qd̄ non explicite extendit se hoc debile propositum de quo est sermo. Et talis displicētia forte est valde cōmunis: ⁊ illa q̄ communiter vocatur attritio. ¶ Circa defectū vero tertie conditionis aduertendum est, ꝙ in cōditione illa clauduntur duo, quorū vnum est in potestate nr̄a, ⁊ de eo certi esse possumus. alterū est ex diuina gr̄a, et nobis incertū. Horum primum est diligere deū super oīa, secundum est, ꝙ huiusmodi diligere sit informatum charitate diffusa a spiritusan. in cordibus filiorum dei. Et siquidem defecerit primū (scilicet dilectio dei sup omnia) attritio, nō contritio est: si vero primum affuerit, cōtritio vocat̄. ¶ Esse aūt hanc dilectionē in potestate nostra. ex eo patet: ꝙ sicut in potestate nostra est cōstituere nobis pro vltimo fine delectationē veneream aut lucra aut regnū, ita in potestate nostra est habere deū etiam vt beatitudo est sanctorum. pro vltimo fine: ita ꝙ intendamus ⁊ deliberemus preferre ipsum in voluntate nostra omnibus que desiderari haberi ve possunt. ¶ Quod etiam huiusmodi dilectio exigatur ad contritionem ⁊ distinguat ab attritione, ex eo patet, ꝙ sine huiusmodi dilectione non potest esse informatio charitatis: substernitur enim huiusmodi dilectio acquisita charitatis formationi, ⁊ tūc tam sapiētes ꝙ̃ boni fideles tam seipsos ꝙ̃ alios habent pro contritis, quā hec dilectio testimonium perhibet. ¶ Q2 demum huiusmodi tam dilectio ꝙ̃ contritio possit esse sine charitate. ex eo patet, ꝙ multi sciunt se habere hanc dilectionem. et ne sciunt se esse in charitate. Si enim huiusmodi tam contritio ꝙ̃ dilectio non posset esse informis. manifeste sequeretur ꝙ scire possemus euidenter nos esse in dei gratia: quia euidenter certi sumus de nobisipsis ꝙ habemus hanc voluntatem deliberatam preferendi omnibus deum ⁊c. Et hec est dilectio similis charitati infuse: intantum ꝙ propter similitudinem actuum censet diuus tho. non discerni a nobis an dilectio nostra qua deum diligimus et proximum, sit ex infusa gratia vel non. Et ab hoc amore prouenire potest quod apostolus ait. si distribuero facultates meas in cibum pauperum, ⁊ si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habuero ⁊c̄. ¶ Et hinc habere potes terminos ꝙ̃titatis tam displicentie peccati quam propositi non peccandi: quantificatur enim vtrumq; horum ex quantitate amoris dei, ita ꝙ sicut amor dei est super omnia amabilia. ita propositum vitandi peccati debet esse super omnia euitabilia, et similiter displicentia peccati super omnia odibilia. Et per hoc displicentia peccati modica que non peruenit ad displicentiam contritionis, est illa qua minus odio habemus peccatum ꝙ̃ aliquod aliud damnum, et similiter propositum illud est debile ac deficiens a proposito contritionis, quo plus proponimus cauere ab aliquo alio malo quam a peccato mortali. Si postremo deficiat charitas stantibus reliquis conditionibus, contritio vt dictum est, vocatur: quamuis appelletur attritio ab illis qui sine charitate contritionem non nouerunt. ¶ Ex quibus omnibus colligere possumus duplicem esse attritionem ⁊ duplicem contritionem. Prima attritio est displicentia peccati cum velleitate non peccandi, in statu tamen peccati, et hec est attritio meretricum, vsurariorum et aliorum huiusmodi. et hec vocatur attritio impenitentium. Secunda attritio est displicentia peccati cum non voluntate peccandi ⁊ cū voluntate nō peccandi in confuso, ⁊ hec est attritio penitentium: qui sic in confuso tam totum tempus futurū,

ꝙ̃ comparationem

q̃ comparationẽ peccati ad alia odibilia, q̃ etiã cõparationẽ dei ad alia amabilia in voluntate sua habent, et hec vocatur attritio imperfectorum. ¶ Prima vero contritio est acquisita displicentia peccati supra omne odibile, cum proposito vitandi peccatum supra omne vitabile, ex amore dei supra omne amabile, ⁊ hec vocatur contritio informis. Secunda autem contritio est hec eadem displicẽtia cum dicto tam proposito q̃ amore, charitate informata, ⁊ hec vocatur contritio formata. Hec de secundo. ❡ Quo ad tertium, prenotandum est, ꝙ aliud est q̃rere an de attrito fiat contritus, ⁊ an attritio fiat cõtritio. Prima enim questio clara est: qm̃ constat multos peccatores paulatim ad penitentiam conuerti, et ex imperfecta displicentia ac ex imp̃fecto proposito imperfectoq̃ dei amore ad perfectionem contritionis deduci: ita vt vere contritionem charitate informatam assequantur. Secunda autem questio (de qua est sermo) non est vsquequaq̃ clara: quoniam permanentia actuum interiorum in identitate numerali satis occulta videtur. ¶ Veruntamen dicendum est, ꝙ attritio impenitentium non potest fieri contritio. Quod probatur non solũ ex eo ꝙ velleitas non est idem actus cum voluntate deliberata: ⁊ similiter displicentia proportionalis velleitatum non est idem actus cum displicentia proportionali voluntati deliberate, sed precipue ex eo ꝙ actus vnius speciei non transit in actum alterius speciei: displicentia autem summi odibilis que est contritio, ⁊ displicentia odibilia non summi que est attritio, diferunt specie: quia summum odibile ex suo genere specie differt ab odibili non summo, et hoc tam in genere mali q̃ in genere odibilis. Et hec intellige formaliter. i. quia attritio est displicentia peccati sub ratione non summe odibilis, contritio autem sub ratione summe odibilis. Cui enim offensa dei est summe odibilis, illi deus est summe amabilis: et a quo deus non summe amatur, illi offensa dei non est summe odibilis. ¶ Attritio quoq̃ imperfectorum non fit contritio eadem ratione, qua cognitio confusa non fit cognitio distincta: sed sicut cognitio confusa approximat intellectum ad cognitionem distinctam: ita displicentia cõfusa que attritio dicitur ducit ⁊ appropinquat voluntatem ad displicentiam distinctam que est contritio.

¶ De acquisita autem contritione que contritio informis dicitur, dicendum est ꝙ potest fieri contritio formata quoniam potest cõtinuari idem numero actus acquisite contritionis vsq̃ ad charitatis infusionem inclusiue, ⁊ sic charitate informari. Et quia huiusmodi contritio anteq̃ informetur charitate, vocatur etiã quãdoq̃ attritio, ideo hoc tertio modo sumpta attritio potest fieri cõtritio. Et hoc iam habere potes a diuo tho. superius in. q. 89. vbi dixit, ꝙ contritio est vltima dispositio ad charitatem. ❡ Sed occurrit hic non dissimulandum dubium, per quid seu quomodo huiusmodi attritio seu contritio acquisita sit vltima dispositio ad gratiam. Est enim quandoq̃ non vltima dispositio: vt patet ex eo ꝙ potest esse informis. Si enim semper esset vltima dispositio, quum deus tam in naturalibus q̃ in gratuitis det semper vltimo dispositis formam pro qua sunt vltimo disposita, sequeretur ꝙ homo habens huiusmodi contritionem acquisitam, certus esset se esse in gratia dei. Quandoq̃ autem est vltima dispositio: vt diuus tho. dixit, ⁊ ratio approbat: quia gratia perficit naturam: ac per hoc rationabile est, vt a nobis acquisita displicentia peccati suprema, perficiatur quandoq̃ gratuita charitate. ¶ Si dicatur, ꝙ huiusmodi transitus fit per motum intentionis: ita ꝙ acquisita huiusmodi perfecta displicentia peccati, si est remissa est attritio, et non habet rationem vltime dispositionis ad charitatem, si autem intenditur ⁊ crescit, est contritio ⁊ vltima dispositio ad charitatẽ: vt sic verificetur quasi commune dictum, ꝙ cõtritio ⁊ attritio differunt sm̃ magis ⁊ minus. Contra. Nam loquendo de attritione tam impenitentium q̃ imperfectorum, constat ꝙ differt a contritione non penes obiectum materiale: quia vtriusq̃ materia est peccatum mortale, sed penes obiectum formale: quia contritio attingit mortale peccatum sub ratione summi odibilis: attritio autem tam impenitentium q̃ imperfectorum attingit mortale peccatum non sub ratione formali summi odibilis. Et propterea neutra differt a contritione penes magis ⁊ minus. tum quia differentia sm̃ magis ⁊ minus, non est differentia formalis, tum quia quãtumcunq̃ cresceret displicentia mortalis peccati extra formalem rationem summi odibilis, nunq̃ esset contritio. Tertio vero modo sumpta attritio, nec penes materiam nec penes rationem formalem obiecti differt a contritione acquisita: quia sunt respectu eiusdem mortalis peccati, ⁊ sub ratione summi odibilis. ¶ Et qđ nec differant penes magis ⁊ minus ex eo patet, ꝙ minimus gradus huiusmodi displicentie sufficit ad charitatẽ operientẽ multitudinem peccatorum. Quod ecclesie testimonio comprobat: credimus enim omnes tã nosmetipsos ꝙ alios esse in charitate quũ ad huiusmodi displicentiam quãtumcunq̃ remissam puenimus. Unde nec est verum contritionem ⁊ attritionem differre sm̃ magis ⁊ minus in eadem specie, licet sit verum sm̃ magis et minus in diuersis speciebus: sicut album habet magis de luce q̃ viride. Nec allata responsio satisfacit quesito. ¶ Aliter ergo dicendũ mihi videtur, ꝙ gratuita dei motio est que huiusmodi acquisitã cõtritionem efficit vltimam dispositionem ad gratiam seu charitatem: ita ꝙ ex hoc ipso ꝙ deus non per aliquod superadditum donum habituale, sed per gratuitam directionem qua dignatur vti nostra acquisita contritione vt dispositione vltima ad suum proprium opus, quod est charitas que infunditur, transfertur nostra cõtritio in fore vltimam dispositionem pro gratia habituali: iuxta illud hiere. ad deum, postq̃ conuertisti me, penitentiam egi. Hec de tertio.

Ad argumenta in oppositum, pro quanto contra attritionem tertio modo dictam militant, respondendo dicitur: ꝙ quicquid sit diuersitate penes principia in esse nature, diuersitas tamen principiorum in genere moris seu meriti non infert vnum eundemq̃ actum non posse esse ⁊ sine tali principio ⁊ cum tali principio: vnus namq̃ ⁊ idem actus exterior q̃ a principio non fuit bonus moraliter, potest esse bonus moraliter in prosequutione. Et similiter in proposito cõtritio acq̃sita que a principio nõ est meritoria, potest in sui prosequutiõe fieri meritoria, superueniẽte charitate: nec oportet reinchoare actũ quoad substantiam actus, sed sufficit ꝙ inchoetur actus quo ad esse meritorium. Quum enim dicitur actum meritorium inchoari a charitate, est sermo formalis: hoc est non de actu simpliciter, sed inquantum est meritorius: ⁊ propterea stat actum esse simpliciter inchoatum sine merito ⁊ charitate, ⁊ eundem continuari cum merito, ⁊ inchoari a charitate sm̃ esse meritorium. ❡ Ad secundum dicitur, ꝙ licet imperfectio attritionis tam impenitentium q̃ imperfectorum sit de illius ratione, quia penes defectum obiecti formalis attenditur: imperfectio tamen contritionis acquisite que attritio tertio modo vocatur, non est de ratione illius: qm̃ penes solam negationem potentis superuenire diuini doni attenditur: non enim informitas huiusmodi contritionis seu attritionis est magis de ratione ipsius q̃ informitas fidei sit de ratiõe fidei. Et propterea sicut actus fidei informis potest in sui persequutione formari charitate, ita actus acquisite contritionis potest superueniente charitate imperfectionem sue informitatis deserere, ⁊ formatus continuari.

❡ An exigatur ad contritionem, ꝙ sit singulorum peccatorum mortalium. Quesitum. 2.

SEcundo queritur de materia cõtritionis, an exigatur ad contritionem ꝙ sit singulorum peccatorum mortalium. Videtur enim ꝙ sic. ¶ Tum quia contritio debet adequare confessionem: confessio autem comprehendit omnia mortalia: vt patet in ca. omnis vtriusq̃ sexus ergo. ¶ Tum quia hec est differentia inter penitentiam mortalium ⁊ penitentiam venialium: ꝙ ad remissionem venialium sufficit virtualis displicentia, ad remissionem autem mortalium exigitur vt homo actualiter peccatum mortale commissum detestetur. ¶ Et confirmatur hoc autoritate diui tho. superius in calce corporis primi ar. q. 87. dicentis ꝙ displicentia virtualis non sufficit ad remissionem peccati mortalis, nisi quantum ad peccata oblita post diligentem inquisitionem.

Ad huius euidentiam sciendum est, questionem hanc posse intelligi tripliciter. Primo an exigatur ꝙ singulis sm̃ numerum peccatis mortalibus respondeant totidem contritiones. Et sic intellecta questio, facile soluitur negatiue: quoniam nec quo ad actuȝ displicentie, nec quo ad actum confessionis, nec quo ad actum satisfactionis oportet multiplicari actus penitentie iuxta multitudinem actuum peccatorum: vnicus siquidem satisfactionis actus potest satisfacere pro multis mortalibus commissis. Et similiter vnica enunciatione potest quis simul confiteri mille mortalia: dicendo pcussi millies. Et similiter vnica displicentia potest respondere mille peccatis, non minus q̃ confessio ⁊ satisfactio. Cum q̃ ridiculum est ita velle adequare numerum contritionum numero peccatorum, tanq̃ in multitudine actuum ⁊ non in perfectione potius actus consistat virtus: quasi non possit vna perfecta displicentia equiualere decem milibus imperfectis, quum tamẽ etiam

insensibilibus videamus, quod vnum numisma aureū equiualet mille ereis. Secundo vero modo pōt questio intelligi. an singula peccata mortalia in seipsis seu formaliter attingi debeant a cōtritione: ita q̄ non sufficiat homini displicere sibi in generali quecūq̧ commisit contra deum, sed exigatur vt displiceant sibi in spe ciali peccata a se patrata: puta decem adulteria, centū furta, mille blasphemie ꝛc. ꝛ hoc quo ad peccata quorum memoria subest.

¶ Et sic intellecta questio, dupliciter examinanda est. Primo de contritione relata ad sacramentum penitentie. deinde de contritione absolute. Multum enim refert sic vel sic loqui: quoniam contritio relata ad sacramentum penitentie, sub euangelica lege incepit: contritio autem absolute, post ade peccatum ꝛ ante scriptam legē ꝛ sub lege moysi, omnibus peccatoribus necessaria fuit. Si igitur contritio relata ad sacramentum penitētie, exigat quod terminetur ad singula mortalia formaliter seu in seipsis, oportet q̄ꝺ hoc habeat vel ex satisfactione, vel ex confessione, vel ex seipsa, vel ex absolutione sacerdotali: plura enim in sacramento penitentie non inueniuntur. Sed non conuenire sibi ex satisfactione. patet ex hoc quod vna satisfactio virtualiter potest adequare multa mortalia. Quod nec etiam ex confessione. ex eo patet, quod ratio quare confessio exigit singula mortalia pro materia est quia confessio fit humano iudici, qui non potest iudicare nisi de cognitis: incognita autem sibi vt iudici remanerent quecunq̧ non essent a penitente in seipsis explicata. Que ratio non habet locum in contritione que deo offert cor: qui non pensat quantum aut quot. sed ex quāto offertur. Unde de magdalena legitur: dimissa sunt ei peccata multa. quoniam dilexit multum: ꝛ non dixit quoniam displicuerunt ei multa. Quod etiam hoc non proueniat ex absolutione, manifestat vnica absolutio: que simul fit absq̧ explicatione singulorum. Quod demum contritio non habeat hoc ex seipsa, ex eo patet: quod communis doctrina tenet sufficere post singulorum peccatorum mortalium attritiones, vnam contritionem in generali. Ex hoc enim dicto manifeste habetur. quod licet aggregatum ex contritione ꝛ attritione seu attritionibus terminetur ad singula mortalia in seipsis ipsa tamen contritio nō terminatur ad singula mortalia in seipsis seu formaliter, sed tantum virtualiter.

¶ Et si dicatur, quod contritio sequens tot attritiones operatur in vi illarum. ac per hec terminatur ad obiecta illarum formaliter manifeste patet nihil valere illationem hanc, sed destruere commune dictum: quoniam hinc non sequitur contritionem terminari formaliter ad obiecta attritionum, sed virtualiter tantum: sicut non formaliter sed virtualiter claudit in se attritiones. Et falsum esset, quod contritio sequens esset vna contritio generalis. Ex quibus omnibus apparet, quod proprie loquendo contritio relata ad sacramentum penitentie, non exigit quod terminetur formaliter ad singula mortalia: sed sufficit quod terminetur ad ea virtualiter. Si autem spectemus ad contritionem simpliciter ꝛ absolute, dicendum est quod non exigit terminari formaliter ad singula mortalia peccata: sed exigit virtualiter attingere singula mortalia etiam oblita ꝛ incognita. Dico autem virtualiter attingere singula: quia per hoc simpliciter ꝛ absolute differt contritio remittens peccata venialia, a contritione remittente peccata mortalia. Ad remissionem siquidem peccatorum mortalium, exigitur quod contritionis displicentia sit adeo perfecta extensiue, quod formaliter aut virtualiter attingat omnia ꝛ singula mortalia quorum penitens est reus. ꝛ hoc manifestatur ex eo, quod impium est dimidiam a deo sperare veniam mortalium peccatorum. Ad remissionem autem venialium non exigitur hec extensiua perfectio: potest siquidem vnum peccatum veniale dimitti sine alio. ꝛ illa tantum venialia remittuntur ad que displicentia virtualis se extendit. Probatur ergo declarata conclusio, ex eo quod contritio generalis virtualiter se extendens ad omnia mortalia, sufficit ad remissionem eorum concurrente charitate ꝛc. Probatur hoc: quia in instanti fit iustificatio impij, ꝛ conuerti potest peccator ad deum: scriptum est enim: in quacunq̧ hora ingemuerit peccator ꝛc. Et si forte obiiciatur contra hoc. dicendo quod huiusmodi momentanea ac generalis contritio fert secum propositum specialis contritionis de singulis mortalibus in seipsis, sicut baptismus flaminis fert secum propositum baptismi fluminis: ꝛ ideo contritio illa generalis vtpote imperfecta concurrit ad remissionem peccati vt tendens ad contritionem specialem que est perfecta. Aduertat hec obiiciens. quod voluntarie apponitur iste ordo contritionis perfecte virtualiter ad contritionem perfectam formaliter. tum quia nec ex sacra scriptura nec ex sacris doctoribus traditus: communi sententie superius recitate aduersatur: nam si contritio perfecta virtualiter, remittit peccata vt tendens in contritionem perfectā formaliter. sequeretur quod post omnes attritiones in speciali, subsequuta vna contritio generalis perfecta virtualiter, non sufficeret ad salutem: quoniam exigeretur quod post generalem contritionem perfectam virtualiter. sequeretur contritio specialis perfecta formaliter. Si enim perfecta virtualiter, fert secum propositum perfecte formaliter, oporteret post illam hanc exequi, cuius contrarium pro certo habemus. Et bene nota, quod aliud est dicere contritionem generalem perfectam virtualiter, coexigere ante vel post detestationes speciales peccatorum mortalium in seipsis: ꝛ aliud est dicere cōtritionem generalem perfectam virtualiter, coexigere ante vel post contritiones speciales peccatorum in seipsis. Nos enim hoc secundum dicimus esse falsum tam nunc q̄ omnibus preteritis temporibus: primum autem sacri doctores tradunt. Et verum procul dubio est tempore euangelice legis: in quo contritio fert secum propositum confessionis sacramentalis ratione cuius exiguntur speciales detestationes peccatorum: siue vt precedentes contritionem generalem virtualiter perfectam: vt contingit illis qui suscipiendo actualiter sacramentum penitentie fiunt de attritis contriti, siue vt consequentes sepedictam contritionem: vt contingit illis qui ex toto corde statim conuertuntur ad deum, habentes virtualiter saltem propositum confitendi suo tēpore peccata sua. Utrum autem hoc sacrorum doctorum dictum, verum etiam sit de contritione simpliciter ꝛ absolute, ex dictis apparere potest quod non. Nulla siquidem apparet ratio cogēs ad huiusmodi detestationes speciales secluso sacramento penitentie: nam ꝛ voluntas potest perfecte mutari ꝛ exercitari in necessariis virtutū actibus: ꝛ pro peccatis potest perfecte satisfieri absq̧ huiusmodi specialibus detestationibus. vt patet ponendo peccatorem penitentem qui totum se diuine dilectioni, eleemosynis, ieiunijsq̧ daret: hic enim parco tempore perfecte satisfecisset pro peccatis absq̧ tot detestationibus. Et hinc patet quid dicendum sit ad questionem tertio modo intellectam: scilicet an contritio exigat quod terminetur ad omnia ꝛ singula peccata mortalia. non curando de modo terminandi. Ex dictis siquidem patet respondendum esse affirmatiue: quoniam non curando de modo, hoc est an formaliter vel virtualiter, certum est oportere sub contritione comprehendi omnia mortalia peccata commissa. siue sint sibi cognita siue incognita: quoniam (vt dictum est) impium est a deo dimidiam sperare veniam.

Ad primum Ergo in oppositum dicitur, quod proprissime loquendo contritio respondet absolutioni, et detestationes respondent confessioni: et propterea detestationes sunt equales numero actibus confessionis. et sepe sunt simul tempore: quando scilicet penitens simul recordatur peccati et confitetur illud. Unde contritio secundum annexas detestationes, adequat confessionem quo ad modum attingendi peccata, scilicet in speciali: et non conuenit hoc contritioni secundum se. ¶ Ad secundum dicitur, quod assumptum verum est de penitentia seu contritione relata ad sacramentum penitentie: et similiter intelligenda sunt verba diui tho. Potest quoq̧ et aliter dici iuxta differentiam vltimo explicatam inter perfectionem displicentie requisitam ad remissionem mortalium et requisitam ad remissionem venialium: q̄ꝺ remissio mortalium exigit generalem contritionem perfectam virtualiter, sic, quod actualiter homo huiusmodi displicentiam perfectam extensiue ad omnia ꝛ singula mortalia habeat: remissio autem venialium non requirit huiusmodi extensiue perfectam displicentiam. Sed cum hoc quod al quis in solis venialibus constitutus non habuerit generalem displicentiam de omnibus suis venialibus. stat quod ex aliquo feruore charitatis, in quo si occurrerent, displicerent contrariantia venialia, consequatur remissionem venialium illorum que displicerent: quod non sufficere dicitur ad remissionem peccati mortalis, nisi obliti: quia vt dictū est) oportet actualiter habere illam contritionem generalem perfectā virtualiter, ad remissionem mortalium.

¶ An peccator teneatur ad contritionem, quādo recordatur peccatorum suorum. Quesitum tertium.

Tertio Queritur circa tempus contritionis: an peccator teneatur ad contritionem quādo recordatur peccatorum suorū. Et quia questionē hanc discussimus in quolibetis nostris, ideo quere ibi. sat sit hic scire partem negatiuam esse veram.

¶ An contritio remittat non solum culpam, sed penam debitam peccato. Quesitum quartum.

Quarto Queritur circa effectum cõtritionis, an contritio remittat non solum culpam, sed penam debitam peccato. ¶ Videtur enim ꝙ nõ. Tum quia ad remissionem pene ordinatur tertia pars penitentie, scilicet satisfactio: non ergo ad illam ordinatur contritio, nisi quatenus forte habet satisfactionem annexam. ¶ Tum quia contritio sufficiens ordinatur per se ad remissionem culpe: nec apparet vnde habeat ꝙ penam sensus remittat.

Ad huius Euidẽtiam sciendum est, duplicem esse modum dicendi de hac re: quamuis omnium sententia in idem tandem cõcurrat. Primus est, ꝙ alia est pena que debet' incontrito, et alia est que debetur contrito: nam incontrito debetur pena inferni, contrito autem pena temporalis. Et propterea quum contritio tollat penam inferni (nunq̃ enim cõtritus perseuerans, ad penam infernalem ibit) dici potest, ꝙ contritio tollit totam penam peccato mortali prius debitam. ¶ Alter vero dicendi modus est, ꝙ contritio non tollit totam penam, sed cõmutat penam eternam in tpalem: nã incontritus reus erat eterne pene, contritus autem reus est pene temporalis. ¶ Sed vterq̃ dicẽdi modus deficit. Primus quidem tripliciter, scilicet et dicendo penam deberi contrito, nam non nisi per accidens hoc verificat': contritio enim vt sic, non ponit reatum pene: alioquin cuilibet cõtrito deberetur pena. Et dicendo alietatem pene debite contrito ⁊ incontrito: nã vt patebit, non alia pena est que vtriq̃, si qua contrito alicui debetur. Et inferendo ꝙ dici potest totam penã incontrito prius debitam per cõtritionem remitti: nam vt patebit, pars quedam pene sibi prius debite communiter remanet (scilicet pena sensus) absq̃ eternitate tamen. ¶ Secũdus autem modus deficit ponendo commutationem: nam idem est quod deus interius operatur in penitente, ⁊ quod dei minister sacramentum adhibẽdo significat: exterior enim sacramentalis actus significat interiorem dei operationem. Sed sacramentalis actio in sacramento penitentie non significat commutationem, sed absolutionem: ergo interior dei operatio que in contritione interuenit, nõ est commutatio sed absolutio. ¶ Ad cuius pleniorem intelligentiam aduertendum est, in pena inferni inueniri tria: penam damni, penã sensus, ⁊ eternitatem pene: iuxta tria que sunt in peccato mortali. Per peccatum siquidem mortale, fit auersio ab incommutabili bono, cui respondet pena damni separans animam a deo, ⁊ fit conuersio ad commutabile bonum, cui respondet pena sensus ⁊ constituitur inimicus dei, cui respondet eternitas pene: inimicus enĩ qui est hostiliter exterminandus, est eternaliter puniendus. Quũ autem peccator conteritur, quia charitate deo coniungitur, tollit contritio penam damni que separationem a deo ponebat. et quia per eandem charitatem amicus dei constituitur, tollit contritio eternitatem pene: amicus enim non est eternaliter puniendus. Et si nihil aliud efficit contritio, remanet contritus obligatus ad penam sensus ad quam prius tenebatur: sed non eternaliter sustinendam, sicut prius tenebatur. Et sic licet contritus perseuerans nunq̃ ad infernum iret, passurus totam penam inferni: nihil tamen prohibet obligatum eum remanere ad partem illius pene que in inferno sustinenda ab ipso erat: scilicet ad penam sensus. ¶ Vbi vides, ꝙ non est alia pena que debetur alicui contrito, ab illa que sibimet incontrito debebatur: sed est illamet pena sensus relicta, ⁊ hoc contra primum modum dicendi. Nec interuenit cõmutatio pene eterne in temporalem: sed expoliatio pene ab eternitate, ⁊ hoc contra secundum modum dicendi. ¶ Vt autem restãs dubitatio (an scilicet contritio remittat penam sensus) soluatur, sciendum est, ꝙ hic certa sunt duo, primum est, ꝙ quanto contritio est maior, tanto plus tollit de pena sensus peccato debita. secũdum est, ꝙ tanta potest esse contritio ꝙ tolleret totam penam sensus. Ambiguum vero est, an quantulacunq̃ contritio charitate informata (de tali enĩ est sermo) tollat aliquid de illa pena sensus: multi enim videntur de hoc dubitare, mihi autẽ apparet, ꝙ pars affirmatiua est vera propter duas rationes: quarum quelibet verificata sufficiens est. Potest enim contritio ex duplici capite tollere in toto vel in parte penam sensus. Primo ex penalitate sibi annexa. displicentia enim commissi criminis non fert secum necessario penalitatem: quum sit in patria, vbi nulla est penalitas: sed in subiecto susceptiuo doloris seu pene, fert secum naturaliter displicentia penalitatem quandam: dolemus enim communiter de nostris que nobis displicent. Et quoniam huiusmodi penam pare re, contritioni conueniret seclusa relatione ad sacramentum penitentie: ideo sm̃ hoc caput dicendum est, ꝙ contritio quelibet simpliciter ⁊ absolute ex annexa penalitate tollit aliquid pene sensus: habet enim satisfactoriam vim pena voluntarie assumpta sm̃ deũ. ¶ Secundo ex merito passionis christi: est enim passionis christi meritum remissiuum suis membris pene pro peccatis debite, plus ⁊ minus prout illis coniungitur. Quod primo apparet in baptismo: vbi quia passio christi totaliter cõmunicatur baptizato quasi ipse baptizatus passus esset, tota pena tollitur. Apparet deinde ⁊ in sacramento penitentie actualiter suscepto: dum ex vi sacramenti communicatur meritum passionis christi ad remissionem aliquante saltem pene sensus. Et quia coniunctio ad meritum passionis christi conuenit contritioni non simpliciter ⁊ absolute, sed relate ad sacramentum penitentie: ex hoc ✠ ꝙ contritio fert secũ votum sacramenti penitentie, coniungit merito passionis christi per sacramenta nobis communicato. ¶ Et sm̃ hoc caput dicendum est, ꝙ quecunq̃ nostra contritio tollit aliquid pene sensus ex merito passionis christi, nam rationabile est, ꝙ plus pene tollat charitas extensa ad sacramentum q̃ non extensa ad illud: sed charitas non extensa ad sacramentum (qualis erat antiquorum penitentium charitas) tollebat ex vi quidem charitatis ⁊ penam damni ⁊ eternitatem pene, ex annexa autẽ penalitate tollebat in toto vel in parte penam sensus: ergo charitas penitentium in noua lege, que est charitas extensa ad sacramentum penitentie, plus pene tollit. Minor huius rationis propositio clara est. Maior autem facile suadetur, ex eo ꝙ penitentie sacramentum actualiter exhibitum, est proculdubio remissiuum pene sensus in toto vel in parte: ex hoc enim consequens est, vt idem ipsum sacramentum in voto charitatis existens apud contritum, aliquid huiusmodi pene remittat. Simile enim quid perspicimus in baptismo: ꝙ scilicet id quod operatur baptismus exhibitus, operatur etiam in voto charitatis habitus non ita copiose. ¶ Nec excluditur maioris huius veritas: si dicatur ꝙ charitas extensa ad sacramentum, habet ex extensione ad sacramentum ꝙ tollat illamet que tollebat charitas antiquorum penitentium absolute. Nam hoc nõ est charitatem extensam ad sacramentum efficere plus, sed est efficere pluribus rationibus vnum ⁊ idem. extense siquidem charitas ad sacramentum, duplici ratione tollit penam damni ⁊ eternitatẽ pene: scilicet ex vi charitatis ⁊ ex vi sacramenti in voto. Sed hec veritas non excludit quin verum quoq̃ esse debeat ꝙ huiusmodi extensa charitas plus efficiat, plus pene tollat: quia hoc ad vim sacramenti spectat. ¶ Ex quibus omnibus patet dicendum esse ad quesitum, ꝙ contritio ratione charitatis qua formatur, non solum tollit culpam, sed ⁊ penam damni ⁊ eternitatem pene: ratione vero annexe penalitatis tollit aliquid pene sensus: ⁊ ratione sacramenti in voto, tollit rursus aliquid pene sensus. Et tam vehemens inquit diuus tho. in. 27. ca. 4. contra gen. potest esse huiusmodi coniunctio contriti ad meritum passionis christi, ꝙ tolleret totam penam sensus.

✠ Alias hoc enĩ

Ad primum Ergo argumentum in oppositum, dicitur ꝙ satisfactio distincta est a contritione sm̃ ea que communiter in humano genere inueniuntur: communiter enim contriti non tam vehementer iunguntur passioni christi, vt non sit opus satisfactione ad arbitrium sacerdotis. Traditur enim tam doctrina q̃ lex moralis sm̃ ea que vt in pluribus contingunt. ¶ Ad secundum dicitur, ꝙ iam ex dictis apparent duo capita vnde quantulacunq̃ contritio tollat aliquid pene sensus, inter que capita coniunctio ad meritum christi precipue perspici debet: quoniam illud est de ratione contritionis, annexus autem dolor, quasi vicem satisfactionis tenere videtur.

¶ An omnes teneantur ad confessionem. Quesitum. 1.

De confessione Que secunda est pars penitentie. Queritur primo circa eius necessitatem, an oẽs teneantur ad confessionem. Et est ratio dubitandi: quia nonnulli sunt viuentes absq̃ peccato mortali: ⁊ propterea in dubium vertitur an omnes teneantur confiteri. ¶ Videtur enim ꝙ sic: quia extra de peni. ⁊ re. expresse dicitur, omnis vtriusq̃ sexus quum ad annos discretionis peruenerit ⁊c. ¶ Et confirmatur: quia quum nullus excipiatur, sequeretur ꝙ ecclesia in hoc statuto presupponeret omnes fideles singulis annis peccare mortaliter. Et patet sequela, si sola peccata mortalia precipiuntur confitenda. ¶ Et rursus confirmatur, ex hoc quod absq̃ distinctione aliqua omnis vtriusq̃ sexus ibidem obligatus est semel in anno ad confessionem ⁊ ad communionem in pasca: sed constat quod omnis vtriusq̃ sexus ⁊c. siue peccauerit mortaliter siue nõ. com-

prehenditur sub illo precepto quo ad communionem: ergo omnis etiam vtriusq; sexus ⁊c. siue peccauerit mortaliter siue non, comprehenditur sub eodem precepto quo ad confessionem.

In oppositum Est quod nullus tenetur cōfiteri venialia. ¶ Ad hanc questionē respōdetur distinguendo ⁊ bene, de necessitate vel sacramenti vel precepti ecclesiastici. Et dicitur, quod de necessitate sacramenti, nullus tenetur confiteri nisi peccatum mortale certum vel dubium: quia post baptismum non potest aliter remitti mortale peccatum nisi per sacramentum penitentie in re vel in voto. De necessitate autem precepti ecclesie duplex est opinio. Una est, quod carens peccato mortali tenetur confiteri semel in anno aliquod veniale: vt sic impleat ecclesie preceptum. Altera est, quod carens peccato mortali, non tenetur confiteri aliquod veniale: quia non comprehenditur sub ecclesie precepto. ¶ Et licet prima opinio sit tutior, secunda tamen est verior, imo sola vera, quod probatur multipliciter. Primo ex ratione precepti: ratio enim ecclesiastici precepti non est precipere confessionem, sed preceptam diuino iure confessionem determinare quo ad tempus exequutionis: et propterea sub ecclesie precepto non alia comprehenditur confessio q̃ illa que a christo est precepta: sed a christo non est precepta nisi cōfessio mortalium: ergo ab ecclesia sola peccatorum mortalium confessio precepta est. Secundo ⁊ est confirmatio precedentis, patet idem ex verbis ipsius statuti, dum dicit omnia sua peccata. nō enim hoc potest intelligi de peccatis venialibus: quum constet neminem quocunq; precepto teneri ad omnium venialiū confessionē: oportet ergo intelligi de mortalibus. Et propterea ex explicata materia confessionis: scilicet quod sint omnia sua peccata, clare patet ꝙ de sola confessione precepta ex diuino iure ecclesiasticum statutum loquitur: est enim materia confessionis a christo precepte omnia penitentis peccata comprehendens: materia aūt confessionis venialium non comprehendit omnia penitentis peccata. Tertio patet idem ex pena subiuncta: scz ꝙ viuus arceatur ab ingressu ecclesie, ⁊ moriens christiana careat sepultura. Huiusmodi n. pene non sunt a pia matre ecclesia perfectioribus viris (quales sunt viuentes sine peccato mortali) pro omissione confessiōis venialium, ad quam alij non tenentur, infligende: quinimo ex hoc sequeretur quod meliores essent deterioris conditionis. Quarto patet idem ex subiuncta causa frequentis publicationis dicti statuti: scilicet ne quisq; ignorantie cecitate velamen excusatiōis assumat. Hoc enim in huiusmodi cōfessione venialium locum habere non videtur. Et confirmantur hec omnia ex clemen. ne in agro dominico de sta. mona. vbi menstrua confessio nigris monachis imponitur, absq; explicatione materie. non. n. dicitur, quod confiteantur omnia sua peccata, vt ex hoc intelligatur astringi illos, etiam si mortali peccato careant ad confessionem semel in mense. vnde non supradicta sed pena regularis discipline subiungitur imponenda temerario violatori: sicut. n. religiosi ex suis statutis obligantur ad alia que absolute sunt bona superogationis, ita obligantur ad confessiones statutas, etiam si mortali careant peccato. In cuius signum puniuntur in religionibus qui statutis diebus non confitetur, quantūcumq; nullū habeat mortale.

Ad obiectionem Ergo primaz dicitur, quod materia confessionis explicata per ly omnia sua peccata, restringit ly omnis vtriusq; sexus ad indigentes confessione: ac per hoc excipit omnes carentes mortali peccato: ita quod sensus est, omnis vtriusq; sexus indigens confessione ⁊c. Et ad primam confirmationē dicitur q̄d falsum assumit seu supponit: scilicet nullum excipi ab illa vli. omnis vtriusq; sexus ⁊c. imo ideo ecclesia apposuit ly omnia sua peccata, vt exciperet multos q̄s credit sine peccato mortali vitā ducere. Ad secundam autem confirmationem dicitur: quod quum duo predicata exigant duo subiecta, enunciatio illa qua omnis vtriusq; sexus confiteri ⁊ communicare precipitur, est enunciatio non vna, sed plures: licet secundum vocem sit vna. Unde sensus prime est, omnis vtriusq; sexus indigens confessione, omnia sua peccata confiteatur ⁊c. Sensus vero secunde est, omnis vtriusq; sexus cōmunicet in pascha ⁊c. Et ratio diuersitatis iam dicta est: quia ibi explicatur materia restringens ly omnis vtriusq; sexus respectu confessionis, et non restringens respectu communionis.

¶ An peccata mortalia totaliter occulta (vt sunt peccata in solo corde) sint necessario confitenda,
Quesitum secundum.

Circa Materiam confessionis queritur secūdo, an peccata mortalia totaliter occulta (vt sunt peccata in solo corde) sint necessario confitenda. ¶ Uidetur enim quod non. Tum quia non sunt de necessitate ecclesiastici precepti: non potest enim ecclesia de huiusmodi occultis secundum se precipere aut iudicare. Et si dicatur, quod occultorum confessio cadit sub p̄cepto ecclesie indirecte scilicet ratione integritatis: pro quanto is qui tenetur singulis annis alia peccata confiteri, tenetur quoq; ex consequenti peccata cordis singulis annis confiteri, vt confessio omni anno sit integra. Hec instantia nihil valet: quoniam posito homine qui sola peccata cordis mortalia haberet aliquo anno, sequeretur quod illo anno non teneretur confiteri: quoniam tunc non haberet locum ratio integritatis. ¶ Tum quia huiusmodi occultorum confessio non est de necessitate sacramenti: quoniam sola illa peccata sunt de necessitate sacramenti, que sub iudicio homini commisso a christo comprehenduntur: sed nullum iudicium commissum homini a christo extendit se ad huiusmodi occulta: ergo occulta hec non sunt de necessitate confitenda. Maior patet: quoniam iudicium fori penitentialis homini commissuz est a christo, ⁊ non angelis aut quibuscunq; alijs. Minor vero probatur autoritate apostoli: nolite ante tempus iudicare ⁊c. Si dicatur quod duplex iudicium commissum est homini a christo. Alterum secundum potestatem iurisdictionis: ⁊ hoc non se extendit ad huiusmodi occulta: ⁊ de hoc loquitur apostolus. Alterum secundum potestatem ordinis: ⁊ hoc extendit se ad occulta: ⁊ est iudicium quod exercet ecclesia p̱ suos ministros in foro penitentiali. Cōtra dupliciter. Primo: quia iudicium penitentiale lz exigat potestatem ordinis, exigit quoq; potestatem iurisdictionis: quoniam solus sacerdos ordinariam vel delegatam iurisdictionem habens, est minister huius sacramēti vt pz l ca. omnis vtriusq; sexus, ⁊ alibi. Secundo: quia vnumquodq; recipitur in alio secundum modum recipientis: ac per hoc iudicium secundum potestatem ordinis a christo commissuz homini, ex hoc ipso quod homini commissum est, modificari oportet secundum conditionē ipsius hominis, que est non se extendere ad occulta cordium: hec enim soli deo sunt reseruata, non minus in iudicando q̃ in cognoscendo. Et cōfirmatur hec ratio ex hoc, quod quum apud ipsum dominum iesum christum resideat vtraq; potestas, scilicet ordinis et iurisdictionis, non diminute sed plenissime: ⁊ vtramq; inueniatur ecclesie sue commisisse non imperfecte sed latissime (vt de potestate iurisdictiōis patet mathei. xviij. ⁊ de potestate ordinis Jo. xx.) sicut potestas iurisdictionis ex hoc ipso quod commissa est homini, non extendit se ad occulta omnino, ita potestas ordinis ex hoc ipso quod cōmissa est homini non debet se extendere ad totaliter occulta.

Ad veritatem Dubij huius plenius percipiēdam, sciendum est, quod lz quidam ex huiusmodi forte rationibus aut melioribus moti opinari videantur peccata omnino occulta nō esse necessario cōfitenda sacerdoti, sz soli deo: eorum tamen error ex tribus pz. ¶ Primo ex formali ratione materie confessionis, seu (quod in idem redit) iudicij penitentialis, quum enim dominus penitentiale iudicium instituerit ac commiserit post resurrectionem suam, dicens Jo. xx. apostolis iam sacerdotibus: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, ⁊ quorum retinueritis retēta sunt ⁊ materiam iudicij explicauerit q̄ ad substantiam tantum, dum remittendo vel retinendo explicauit peccata: ⁊ non possit intelligi ita nude vt sonat litera (quoniam certum est quod per huiusmodi commissionem nō possunt nec potuerūt ministri noui testamēti remittere peccata eis totaliter incognita, inconfessa, obstinata) oportet aliquas subintelligere cōditiones pctōꝝ remittēdoꝝ. ⁊ q: iudicium p̄supponit cognitionem, et modus iudicij modum cognitionis. Ideo communi catholice ecclesie sensu subintelligitur, spontanea confessione ad vos delata, ita ꝙ sensus est: quorum remiseritis peccata spōtanea cōfessione reoꝝ ad vos delata. ita ꝙ sensus est: q̄ꝝ remiseritis peccata spōtanea confessione reorum ad vos delata, remittuntur eis ⁊c. Ubi clare patet materiam iudicij penitentialis esse peccata spontanea reorum confessione delata: hec est enim formalis ratio materie huius iudicij: ad quam totam se extendit, ⁊ extra quam nō se extendit penitentiale iudicium: quoniam hec omnia ⁊ sola remittere vel retinere potest. Ex hac autem formali ratione materie huius iudicij, habetur facile quod peccata quantuncumq; occulta, sunt materia huius iudicij: nam quantumcunq; occulta peccata, comprehenduntur sub ijs que sunt spōtanea confessione detegi-

da:nullum enim est ita latens, qđ non possit eius qui cōmisit confessione spontanea aperiri. ¶ Et cōfirmatur ratio hec ex parte formalis materie ex ipsis verbis dñi. Differenter siquidem significauit dñs materiam iudicij penitentialis seu potestatis ordinis, et materiam iudicij ſm potestatem iurisdictionis: quoniā respectu potestatis ordinis explicauit pro materia peccata, dicens quorū remiseritis peccata: respectu vero potestatis iurisdictionis explicauit pro materia peccatum in alium, dicens si peccauerit in te frater tuus ⁊c. Ex qua differentia docuit nos diuina sapientia, a materia iudicij penitentialis nullum peccatum excipi: ac per hoc comprehendi precipue peccatum in sua primaria sede residens, hoc est peccatum cordis: sub materia vero potestatis iurisdictionis non comprehendi peccatum omne, sed exterius tātum, quod solum potest alium offendere: ⁊ propterea ab illa excipi peccatum cordis, nisi pro quanto esset ratio exterioris commissionis vel omissionis. ¶ Secundo ex ratione proprij finis ipsius confessionis, ex quo fine sumitur formalis ratio eiusdem confessionis quatenus est actus penitentie: ordinatur enim confessio ad subijciendum voluntarie reum ministro dei offensi: vt ad arbitrium ipsius recompēset. Et hinc cōfessio ipsa que est actus veritatis fit actus penitentie: dū reus veraciter proponendo in quo offendit, seipsum accusat ac subijcit ad recompensandum non de quibusdam sic ⁊ de quibusdam non: sed omnes accusando offensas, vt de omnibus arbitrari possit minister offensi. Hoc autem constat, ꝙ non fieret si omnino occulta peccata cordis non accusarentur: vt igitur de peccatis cordis possit ad arbitrium offensi recompensare, oportet peccatorem offensas cordis subijcere ipsius dei offensi iudicio in persona sui ministri. ¶ Tertio ex vsu ecclesie. Nam cōmunis animi conceptio christianorum est, peccata omnia siue occulta siue manifesta oportere in sacramento penitentie confiteri. Et ad hoc est determinatio generalis concilij primo lateranēsis sub innocentio.3. Ubi dicitur, ꝙ omnis vtriusqȝ sexus confiteatur peccata sua omnia, nullum ergo excipit peccatum. Et deinde in conci. floren. sub euge.4. Ubi dicitur, omnia sua peccata quorum memoriam habet, confiteatur. Ubi patet etiam peccatum cordis non excipi.

Ad primā Autem obiectionem in oppositum dicitur: ꝙ ecclesia potest precipere ⁊ precepit: singulis annis confiteri omnia sua peccata mortalia, etiam si solum peccatum cordis occultissimum haberet: non quia ipsa habeat iudicare de occultis, sed quia ipsius est determinare precepta christi ad certum tempus. Hinc enim fit, vt precipiente christo cōfessionem cuiuscumqȝ mortalis peccati post baptismum, siue peccatum sit solum in corde siue ad extra prodierit, ecclesia determināს tempus confessionis ad singulos annos, obligat ad confitēdum singulis annis omnem qui pro tunc habet aliquod peccatum mortale, siue occultum siue non. Nam determinatio ecclesie non minuit aut restringit materiam confessionis precepte a christo: sed tempus tātum confessionis determinat, relinquens materiam in suis limitibus. ¶ Ad secundam vero dicitur, ꝙ responsio ibi data vera est. Et ad primam illius impugnationem dicitur, ꝙ concursus potestatis ordinis ⁊ potestatis iurisdictionis non tollit aliquid a potestate ordinis, et ideo cum hoc ꝙ potestas ordinis extendit se ad occulta cordium peccata, stat ꝙ cum ea concurrat potestas iurisdictionis que ſm se ad huiusmodi occulta non se extendit. Et si perspicacius fueris intuitus, videbis ꝙ quo ad forum penitentialem potestas ordinis concurrit, directe respiciens ipsa peccata: potestas autem iurisdictionis concurrit, directe respiciens personam peccatoris: vt scilicet peccator sit subditus sacerdoti, vt habeat potestas ordinis in quem exerceat actum suum remissionis vel retentionis peccatorum. ¶ Ad secundam vero dicitur, ꝙ quia omne iudicium homini commissum intelligitur de cognitis, ⁊ diuersus est institutus a deo modus cognoscendi in vtroqȝ iudicio, ideo ex huiusmodi instituta diuersitate modi cognoscendi, prouenit diuersitas ista: scilicet ꝙ iudicium penitentiale extendit se ad omnino occulta peccata, iudicium vero iurisdictionis pure, extēdit se ad externa tm̄. ideo non est miranda disparitas vtriusqȝ potestatis in homine. Quamuis enim iudiciū omne cōmissum homini a christo intelligat cum cognitione cause, probatione non eget: quum non sit delegatū purum ministeriū, sed commissa sit autoritas iudicandi, remittendo vel retinendo, absoluendo vel ligando. Quamuis etiam diuersus modus cognoscendi sit vtrobiqȝ a christo institutus patet: nam modus cognoscendi in potestate iurisdictionis est cognitio per testes: vt patet matth.18. modus autem cognoscendi in iudicio potestatis ordinis, est spontanea confessio secreta ⁊c. vt vniuersalis ecclesia testat. Quamuis demū ex hac diuersitate modi cognoscendi, proueniat differentia dicta inter materiam ⁊ materiam, ex supradictis clare patet: qm̄ ex hoc ꝙ peccatum spontanea rei confessione accusandum, est materia iudicij penitentialis, conclusum est sub hac materia comprehendi peccatum cordis quantūcūqȝ occultissimū, ⁊ per oppositum qȝ solum peccatum testificabile est materia iudicij exterioris. ideo peccata in solo corde manentia excēpta remanēt a materia ecclesie iurisdictionis. ¶ Quum ergo obijcit, vnūquodqȝ recipi in alio p modum recipientis, admittat. Et quum infert, ergo iudiciū ſm potestatē ordinis cōmissum homini, modificat ſm conditionē hois, conceditur formaliter loquēdo: qm̄ nullū actū cōmisit christus ministro sacramenti penitentie q̄ non exerceat ab eodem ſm conditionē hois: nam ⁊ audire peccata, ⁊ discernere inter ea, ⁊ interrogare circunstantias peccati ⁊ peccatoris, ⁊ retinere seu remittere, facit humano more, vtēdo diuina potestate. Et ideo quū vlterius infertur, ergo non se extendit ad occulta, negatur illatio: qm̄ aliūde prouenit ꝙ iudiciū hoc se extēdat ad occulta. prouenit enim ex modo accusandi quo reus tenetur se accusare, scilicet spontanea confessione ⁊c. et hoc quia christus sic instituit. Cognoscere aūt ⁊ iudicare de occultissimis spontanea confessione accusatis, non excedit modum conditionis humane, vtentis potestate diuina. ¶ Unde ad confirmationem ex simili ratione in potestate iurisdictionis, dupliciter dici potest (vt patet ex dictis) ꝙ non est similis ratio de vtriusqȝ potestatis iudicio. Primo: quia modus cognoscendi in vtroqȝ iudicio est ex diuina institutione diuersus. Secundo: quia ipse dominus expressit diuersimode vtriusqȝ materiam, dum vnius materiam dixit peccata absqȝ limitatione aliqua: alterius vero dixit peccatum in alium, limitando peccatum ad peccatum in alium.

¶ An oporteat confiteri in speciali singulas species ⁊ numerum certum peccatorum. Quesitum .iij.

CIrca Materiam rursus confessionis queritur tertio vtrum oporteat confiteri in speciali singulas species et numerum certum peccatorum. ¶ Et est ratio dubij: quoniam pars affirmatiua communi autoritate doctorum firmata videtur. ¶ Et ratione comprobatur. Tum quia circunstantia varians speciē peccati mortalis, est necessario confitenda: ergo a fortiori quelibet species mortalis peccati est exprimenda. Et similiter numerus peccatorum quum non sit circustātia peccati, sed multiplicatio eiusdem, necessario est exprimendus prout memorie occurrit: quum non magis teneatur penitens accusare se de decimo q̄ de .22. peccato vel econuerso. ¶ Et confirmatur, quia si non omnes species ⁊ omnia singularia oportet exprimere, consequens est ꝙ aut nulla species nullaqȝ singularia. aut quasdam species ⁊ quedam singularia sic ⁊ quasdam ac quedam non, necesse est explicari: et quum non possit affirmari primum, oportet reddere rationem quare q̄dam sic ⁊ quedam non. ¶ Tum quia penitens tenetur explicare omnia que oportet cognosci a confessore ad hoc vt possit suo arbitrio adequare penam culpe: quoniam confitendo nihil aliud facit penitens q̄ ꝙ submittit se sacerdoti in persona christi ad recompensandum secundum illius arbitrium. sed confessor non posset arbitrari de equalitate recompensationis, nisi cognosceret diuersitatem offensarum que in diuersitate specifica consistit, ⁊ numerum peccatorum: quoniam recompensa adequans centum offensas, non adequat mille: ⁊ sic de alijs. ergo.

Pro parte Autem negatiua videtur esse vsus maioris forte partis confessorum ac penitentium non curantium de huiusmodi subtili discussione. ¶ Et confirmatur ratione: quia huiusmodi discussio est molesta, inutilis atqȝ melioris boni impeditiua. Et molesta quidem satis patet expertis. Quod vero sit inutilis, ex eo patet quod tam cum huiusmodi discussione q̄ sine ea penitentibus prouidetur eodem modo. Quod autem sit impeditiua maioris boni, testatur experientia: quoniam et confessores circa huiusmodi discussionem soliciti impediuntur a multorum confitentium audientia, dum forte totum tempus consumunt circa vnum: et penitentes minus deuote confitentur, implicati huiusmodi discussionibus.

Ad huius Questionis euidentiam sciendum est, duplex esse iudicium, quoddam est cuius actus est propter seipsum intentus: quoddam vero cuius actus est propter aliud. Ad primum iudicium quia spectat facere iustum absolute, pertinet quoqȝ cognoscere singula peccata: vt singula possit adequare puniendo. Ad alterum vero iudicium: quia

non tendit ad punitionem sm se sed in ordine ad alium finē, puta bonum cōmune: sicut sufficit punire prout expedit illi fini, ita sufficit cognoscere quantum opus est ad illum finem. Inter pn̄tis autē vite tēpus ⁊ future hoc interest quātū ad iudiciū, ꝙ nullum presentis vite iudicium tendit ad punitionem sm se. sed vt medicinalem: eo ꝙ presentis vite tempus non est tempus punitionis, sed in quo pene sunt medicine: vel ipsius q̄ punitur vel aliorū. Iudiciū aūt future vite est id qd̄ ad punitionem secundum seipsam tendet: qm̄ ad adequādā penā culpe ordinat: non ad bonum puniti, nec ad cautelam aliorum. sed vt reus patiatur quod meretur.

¶ Nec putet aliquis iudiciū qd̄ in foro penitentiali exercetur locari debere sub iudicio primo modo. propterea q2 iudicium hoc est magis diuinum q̄ humanum. ⁊ confessor in tantum personam dei in actu illo tenet vt nesciat ipse quod scit vt de⁹. Falsa est imaginatio ista. Tum quia iudicium penitentiale ad presentis vite tēpus spectat: ac per hoc non est exemptum a communissima ratione iudicij presentis vite. Tum quia saluator noster hoc attestatur, dicens Io. iij. non eīm misit deus filiū suum in mundum vt iudicet mundum. sed vt saluetur mundus per ipsum. Hinc eīm apparet, ꝙ christus non venit in primo aduētu ad iudicādum mundum per ministros suos. hoc est ad iudicium sm se exercendum: sed ad saluandum. hoc est quantum ad penitentie sacramentum spectat. ad iudiciū salutare per suos iudices exercendum. Idem est autem iudicium salutare ⁊ iudicium medicinale: ⁊ penitentiale iudicium ad primum domini aduentum spectat proculdubio. ad quem spectat sacramentum penitentie. Est igitur penitentiale iudicium nō iudicium absolute, sed iudicium salutare seu medicinale: ac ꝑ hoc non tendit ad punitionem secundum se, sed in ordine ad salutem, non aliorum, sed ipsius rei solius.

¶ Et quia hoc proprie est officium confessoris, ideo hinc perspicere oportet, quanta debet esse cognitio peccatorum: oportet eīm tm̄ manifestari peccata quantum exigit huiusmodi salutare iudiciū. Si enim ad hoc salutare iudicium exigitur manifestatio omnium ⁊ singularum specierum ⁊ certi numeri singularum, consequens est ꝙ oportet penitentem hec explicare iuxta possibilitatem suam. Si vero huiusmodi discussio non exigitur, consequens est ꝙ non oporteat penitētē hec explicare. Et si hec negatiua admittitur, cōsequens est vt declaret q̄ ⁊ quāta discussio exigit ad hoc salutare iudiciū. Dicamus igitur ꝙ iudiciū huiusmodi claudit in se duo: scꝫ esse iudiciū ⁊ esse salutare. ita ꝙ secundū est finis primi: ⁊ propterea ex secundo manifestandū est primum. tantū eīm debet concurrere de eo quod est iudicij, quantū expedit vel saltem opus est ad hoc vt iudicium sit salutare penitenti. Et q2 salutare penitenti iudicium a iudicio absolute differt (vt dictum est) quātum ad punitionem. in hoc ꝙ in iudicio absolute intenditur ad punitionem secundum se, in iudicio vero salutari intenditur punitio salutaris penitenti: consequens est vt differentia quoqꝫ sit quo ad cognitionem. Nam quia punitio sm se, consistit in adequatione pene ad culpā, opꝫ in iudicio absolute cognoscere exacte culpas oēs ⁊ singulas: vt equari illis possit pena. Et q2 punitio medicinalis consistit in cōmensuratione pene ad penitētē ⁊ illius salutē. sicut medicina consistit in cōmensuratione tam ad infirmū q̄ ad sanitatem acquirendā, ⁊ commensurata pena tam penitenti q̄ ipsius saluti absqꝫ exacta cognitione omnium ⁊ singularū culparū recte iudicatur atqꝫ imponitur (vt patet quantum ad peccatorū spēs de superstitionis seu diuinationis ⁊ similium spēbus) absqꝫ discussione harū. cōmensurata tam penitenti q̄ eius saluti punitio atqꝫ prouisio fit. Quātū vero ad peccatorū numerum, ex eo ꝙ medicinalis tam punitio q̄ prouisio idē hꝫ iudicium. si certificatus fuerit numerus vicenarius, ⁊ si incertus relictus sit an duobus demptis vel additis: ⁊ similiter si certificatus fuerit cētenarius. an dubiū inter nonagenariū ⁊ decē supra centū. ⁊ sic de alijs. Hec enim ⁊ similia manifestāt ꝙ salutare iudicium nō exigit exactam omnium ⁊ singularū culparum cognitionem: sed ex sua formali ratione exigit omnes ⁊ singulas mortales culpas cognosci vsqꝫ ad hoc ꝙ notum fiat confessori que qualis quāta ⁊c. pena cōmensurari debeat huic penitēti recte disposito, ⁊ illius saluti. Dico aūt recte disposito: quia licet aliquis penitēs sit minus deuote dispositus, ac per hoc commensurata sic indisposito penitentia erit forte oratio dn̄ica semel: manifestatio tamen peccatorū in iudicio salutari debet perducere cōfessorē ad cognoscendā quanta qualis ⁊c. pena deberet sibi cōmensurari, si esset recte dispositus: huiusmodi enim indispositio penitentis q2 est per accidens, nō variat id qd̄ per se exigit salutaris iudicij ratio. Notāter quoqꝫ dixi iudicium salutare non requirere cognitionem exactam omnium ⁊ singulorum peccatorum mortalium, ⁊ non dixi ꝙ requirit imperfectam eorum cognitionem: quoniam nec exigit nec excludit plenam eorum cognitionem. sub formali nāqꝫ ratione iudicij medicinalis potest materialiter quandoqꝫ contineri exacta notitia peccatorum.

¶ Et quoniam practica nimis est ⁊ valde cōis notitia de confessione, idcirco ad particularia descendendo dicimus ꝙ species peccatorum mortalium sunt in duplici differentia. Nam quedam sunt quarum diuersitas diuersitatem iudicij salutaris inducit: aliter enim iudicandus est pro sua salute blasphemus, aliter adulter, aliter homicida ⁊c. ⁊ tales sunt species peccatorum que in communi habentur notitia: vt adulterium, fornicatio, furtum, rapina, contumelia, detractio ⁊c. Quedam vero species sunt que nullam videntur facere in salutari iudicio differentiam: vt sunt species diuinationis. idem est enim iudicium penitentiale si quis aqua vel terra abusus fuerit: ⁊ sic de alijs, ⁊ huiusmodi videntur esse species gule ⁊ vniuersaliter omnes latentes: quas forte vix doctores discernūt. Et propterea explicare primas peccatorum species in confessione oportet. secundas vero sufficit explicare in generibus subalternis: puta peccaui in necromantia: ⁊ sic de alijs.

¶ Circa numerum vero peccatorum sciendū est, ꝙ dupliciter accusandus occurrit. primo sm se. secundo, vt circūstantia peccatoris. Et secundum ꝙ est circūstantia peccatoris, differentiam quodammodo inducit in iudicio salutari ⁊ quodāmodo non inducit: nam aliter iudicandus est ⁊ medendus qui semel tantum aut bis offendit, ⁊ aliter qui centies offendit. Sed qui totiens quotiēs potuit offendit, eodem modo iudicatur ac medetur, si millies ⁊ si centies millies offendit, nec hoc eget probatione: quoniam experientia testatur. Secundum se aūt numerus peccatorum accusandus venit, non vt facit differentiam in iudicio absolute, sed vt facit differentiam in iudicio salutari: ⁊ propterea si nescitur, sufficit explicare illum crassa quadā estimatione: nam salutaris iudicij ratio non variatur ex hoc. Verbi gratia: commisit q̄s furtū multotiēs, videtur sibi ꝙ parum plus aut minus fuerit q̄ vigesies non est opus solicitari. forte fuerunt viginti duo, forte .xix. sed sat est: ita cōfuse numerum explicare vt occurrit. Quocirca numerum peccatorum tam vt circunstantiam peccatoris q̄ secundum se, si certus non est (nam ad certū numerum occultandum nulla conducit ratio) vel explicandus est sub quodam verisimili numero: vel quum consuetudo peccandi precessit, explicato tempore. puta ꝙ per decēnium fuit in hac mala consuetudine: ⁊ frequentia delinquendi, puta ꝙ quotidie aut fere: seu quouis alio modo multitudine maxima seu frequentia manifestata aperiendus est. Nec oportet in huiusmodi numeris penitentem aut confessorem multum solicitari: qm̄ par est salutaris iudicij ratio. Et quandoqꝫ vtriqꝫ nocet solicitudo circa hoc magis: enim debet manifestari frequentia cum ꝓnitate q̄ indagari verisimilis certus numerus: puta ter centum seu mille ⁊c. Unde si meretrix audienda est ad penitentiam cōuersa, facillime potest quo ad hec expediri narrando discursum vite sue in annis meretricijs. nec oportet solicitari quotiens cum coniugatis quotiens cum clericis potuit peccare: sed ex discursu vite sue discrete manifestato arbitretur ⁊ medeatur prudens confessor. Hec sunt que ex parte salutaris iudicij exprimenda videntur in cōfessione. Quibus si adiunxeris, ꝙ ex parte penitentis tenet reus ipse accusare se de omnibus vt reconciliatio amicitie fiat, dicendum est, ꝙ penitens debet habere intentionem explicandi omnia mortalia: ac per hoc sub quocūqꝫ modo dicendi debet intendere comprehendere omnia: ita ꝙ explicare species vel indiuidua tali vel tali modo. non eligitur a penitente aut confessore ad occultandum aliquid, sed ad faciliorem modum explicandi omnia. Et sic dicendo euitatur error putantium ꝙ sufficit explicare numerū in communi: puta dicendo ꝙ pluries furatus sum. hoc enim nō sufficere manifeste patet, ex eo ꝙ aliter iudicandus est ⁊ medendus qui bis tantum ⁊ qui centies furatus est. Et vitatur molestia ac solicitudo reducendi incertum numerum ad certum media siquidē via incedendum est, vt salutaris iudicij ratio habeatur: quod medium est inter purum iudicium ⁊ cecum iudicium. Et vtraqꝫ pars quesiti aliqualiter est vera: ⁊ autoritati doctorum ⁊ vsui confessorum ac penitentium simul defertur.

Ad obiectiones

Tamen primo allatas, pro quanto contra conclusa militant respōdendū est. Et ad autoritatem quidē doctorū dicitur, ꝙ intelligitur quando certus est numerus peccatorum: ex quo enim penitus intendit omnia dicere ⁊ certus est de numero peccatorum, nulla apparet ratio quare non debeat numerum illum explicare. De incerto autē numero in solis forte verbis ab aliquo doctore discordare

credimus. De speciebus vero dicitur, ꝙ de communiter notis speciebus verificatur eorũ dictum: alioquin nõ relinqueref in ecclia dei millesimus quisq; confessor non errans: quum huiusmodi latentes species rarissimis sint manifeste. ¶ Et p hoc patet solutio sequentis obiectionis ⁊ sue confirmationis: nã non dicimus quedam singularia esse confitenda ⁊ quedã non: nec dicimus quasdã species peccatorum esse manifestandas ⁊ quasdã occultãdas, sed dicimus alio modo aperiri quasdã species, scilicet cõmuniter notas: ⁊ alio modo aperiri quasdã alias species, scilicet quarũ diuersitas est latens: illas in speciali, istas in vna earum, seu aliquo huiusmodi. Et similiter dicimus omnia singularia confitenda: sed non eodem modo, nam certa in numero certo: incerta autem non excessiue tñ multitudinis in numero verisimili (etiam si aliqualiter crassa affuerit estimatio) seu frequentia idem insinuãte: incerta autem excessiue multitudinis sufficit in confuso significare, vt prudens confessor intelligat. Et ratio diuersitatis est diuersa habitudo ad salutare iudicium: hinc enim omnia pendent. Et quia non omnes confessores sunt equalis perspicacitatis ac prudentie: ideo aliquis explicandi modus sufficit apud aliquem confessorem, perpendentem inde totum quantum sufficit ad iudicium salutare, qui alteri non sufficeret. Similis quoq; accidit quãdoq; disparitas ex parte penitentium, quibusdam scientibus ante confessoris oculos breuissime et clare omnia sua peccata vt ipsimet sciunt proponere: quibusdam autem inuoluentibus aut laborantibus in singulorum explicatione. ¶ Ad rationem autem magis vrgentem, dicitur ꝙ vt iam dictum est, adequare penam culpe cõtingit dupliciter, vel simpliciter propter se, vel quodammodo in ordine ad aliud. Et ꝙ primo modo exigit exactam cognitionem cuiusq; tam culpe ꝙ̃ pene: quia in equalitate pene ad culpam consistit, secundo autem modo non exigit exactam cognitionem culpe ⁊ pene: quia non consistit in vtriusq; equalitate, sed exigit cognitionem commensurationis pene ad finem. Et quoniam primo modo non est actus iudicij presentis vite, ideo ad confessorem nõ spectat actus iste, ⁊ quum potẽtia sit propter actum non est opus vt confessori sic exacte nota fiant peccata, vt possit penam culpe adequare simpliciter ⁊ absolute. Sed quia ad cõfessorem spectat commensurare penam penitenti in ordine ad suam salutem (qm̃ hic est actus iudicij salutaris sibi commissi) ⁊ huiusmodi commẽsuratio in quadã proportione media inter penitentem ⁊ illius salutem consistit: sicut medicinam oportet esse proportionatam, ⁊ sanitati recuperande ⁊ infirmo (sunt enim medicinales pene presentis temporis) ideo ⁊ vera est doctorũ sententia dicentiũ ꝙ confessor debet posse adequatam penitentiã arbitrari, saluaf enim commẽsurationis adequatio: licet nõ interueniat equalitas inter culpam ⁊ penam. Et verum est, ꝙ peccatorũ notitia non exacta sufficit ad adequatam penitentiam arbitrandam a confessore.

¶ An petã semel rite confessa, subsequuta absolutione et satisfactione, possint iterum fructuose confiteri ⁊c. Quesitum .iiii.

Queritur

Quarto adhuc circa materiã confessionis, an peccata semel rite confessa, subsecuta absolutiõe ⁊ satisfactione, possint iterum fructuose confiteri ⁊c. Uidetur eñ ꝙ nõ. ¶ Primo: quia nulla forma sacramenti est iterabilis super eadem numero materia: peccata autem sunt materia in hoc sacramento: ergo. ¶ Secundo q2 oportet saluari veritatem efficacez in formis sacramentorum. q̃ in hoc casu non saluaretur: falsum nãq; diceret sacerdos, dicendo absoluo te a peccatis tuis ⁊c. quoniam non absoluitur nisi ligatus: hic autem presupponitur absolutus. ¶ Tertio: q2 hoc sacramentum quum ministretur per modũ iudicij, exigit cognitionem vinculi: que in proposito non haberetur, si confitens denuo, peccata alias confessa solummodo exprimeret: lateret enim confessorem istum esse alias ab his absolutuz: ac per hoc lateret ipsum penitentem hunc vinculis horum peccatorum astringi vel non astringi: quod est inconueniens. ¶ Quarto: quia si replicatio confessionis eorundem esset fructuosa, sequeretur ꝙ aliquis eidem confessori replicando solummodo in communi confessionem, puta dico meam culpam de his que alias dixi ⁊c. fructum sacramenti perciperet: ⁊ sic in vno die centies replicando, centies fructum sacramenti perciperet: quod est ponere sacramenta in ridiculum. ¶ Quinto: quia iudicium semel latum sine errore a confessore, deus sic ratificat ꝙ est irreuocabile: ergo rationabile est inquit sco. ꝙ etiam sic ratificet, ꝙ sit irreiterabile quo ad fructum. ¶ Et confirmatur ex his que videmus in foro litigioso: nam sententia diffinitiua absolutoria accusati innocẽtis, non replicatur: nec si replicaretur, absolueret: q2 non est amplius ligatus, vt absolui possit.

In oppositum

Uidetur esse communis opinio. ¶ Ad euidentiam huius sciẽdum est cõtineri hic duo quesita: scilicet an iterare eorundem confessionem sit licitum, et an sit fructuosum. Et est sermo de confessione non mixta, que scilicet continet quedam peccata alias confessa ⁊ quedam nunq̃ confessa: sed de confessione continente solũmodo alias confessa. Et similiter est sermo de fructu ex parte sacramẽti seu clauium: et non de fructu ex parte penitentis, scilicet erubescẽtia ⁊ ampliori satisfactione ⁊ huiusmodi. Nullus eñ dubitat huiusmodi erubescentiam ac satisfactionẽ esse fructuosam: ⁊ similiter nullus dubitat confessionem istam esse licitam ⁊ fructuosaz, saltem ea ratione, q2 vtile per inutile adiunctum non vitiaf. ¶ De primo igitur quesito non memini legisse me aliquem tenentẽ esse illicitum iterare eorundem puram confessionez. Et que circa hoc ingerere possent ambiguitatem, in primo argumentis tangũtur ex quorum solutione manifestum erit licitum esse eadem peccata pluries confiteri pure. ¶ Et q2 ratio quam in secundo q̃sito adducemus, hoc idem concludit, ideo transeo ad secundum quesitum. In quo inuenio sco. in .4. sen. dist. 18. respondendo ad primũ, tenẽre partem negatiuam esse probabiliorem: ita ꝙ sentit iteratã confessionẽ non esse fructuosam ex parte clauium, hoc est nec remittere culpam (que iam dimissa supponitur) nec remittere partẽ aliquã pene. Mouetur aũt ex argumento q̃nto loco allato cũ sua cõfirmatione. ¶ Sed reuera non solum minus probabilis, sed falsa est eius opinio. Quod sic patet. Quicũq; suscipit quodcũq; ecclesie sacramentum rite ac digne, concurrentibus omnibus requisitis ad sacramentum (puta forma, materia: partibus omnibus, ministro idoneo ⁊c.) non solum licite recipit sacramentum, sed etiam recipit fructum sacramenti: sed in casu proposito penitens rite ac digne suscipit sacramentum ⁊c. ergo est illi fructuosum sacramẽtum, quod est intentum. Maior est per se nota: positis enim omnibus tam ex parte agentis q̃ ipsius sacramenti q̃ suscipiẽtis, nõ est intelligibile regulariter loquendo non esse fructuosum sacramentum. Et patet inductiue in singulis sacramentis. Minor autẽ facile patet discurrenti per singula requisita ad sacramentum penitentie, tam ex parte ministri q̃ suscipientis q̃ ipsius sacramenti. ¶ Unde dicendum est, ꝙ fructus iterate confessionis presupposito fructu prime, est augmentum gratie ⁊ remissio aliquante pene: si tota prius non est remissa. Similem enim fructum habet prima confessio ad quam heri contritus hodie accessit: augmentauit enim gratiam, ⁊ remisit aliquãtam partem temporalis pene, si penitens adhuc debitor illius erat.

Ad prima

Ergo argumenta que contra primũ militant quesitum, respondendo dicitur, ꝙ materia sacramenti penitẽtie existente duplici, scilicet remota ⁊ propinqua, (nam remota est peccatum, propinqua vero est ipse actus penitẽtis, scilicet confessio) non inconuenit super eadem materia remota, diuersa tamen existente materia propinqua, iterari formam sacramenti. Et propterea q2 confessio non est eadem licet sit eorundem peccatorum, potest licite replicari forma, imo recte loquendo sicut materia propinqua est alia numero ⁊ non est replicatio eiusdem, ita forma est alia numero ⁊ nõ est replicatio eiusdem. ¶ Ad secundum dicitur, ꝙ hoc argumentum petit difficultatem communem huic quesito ⁊ alteri quesito: quid scilicet soluit quãdo totaliter contritus ⁊ solutus a culpa ⁊ pena accedit prima confessione ad sacramentum penitentie, eadem est enim vtrobiq; difficultas. Et eadem responsione satisfit vtriq;, dicendo: ꝙ quia sacramẽtum est exterius sensibile signum, ſm ea que exterius gerũtur, ab ecclesia iudicatur et ministratur: ac per hoc q2 penitens proponit peccata sua vt expiabilia ac vt ea quibus seipsum alligauit, ideo ecclesie minister absoluit .i. sacramentum absolutionis impendit licite profitenti alligationem. Et q2 in sacramento efficitur intus quod significatur extra, ideo intus communiter fit absolutio peccati saltem quo ad aliquam partem pene. Et licet hoc sufficere videatur, quia ad id quod communiter inuenitur, leges respiciunt: subiungendum tamen est stringentibus casum ad immunes etiã a pena, quod ipsa gratia augmentata que per sacramentalem absolutionem confertur, habet rationem magis absolutorij. Quia enim sacramentum penitentie ex propria ratione habet quod sit medicinale et curatiuum infirmitatis peccati actualis, et peccati actualis infirmitas consistit non solum in culpa et vocata pena siue eterna siue temporali, sed in multis alijs malis (vt clare patet in augmento vulnerum originalium) ideo absolutio sacramentalis non solum extendit se ad culpam ⁊ pe-

nam. sed ad alia ex peccato actuali incursa mala. Ita quod gratia per sacramentalem absolutionem significata ⁊ collata quatenus est sacramentalis huius sacramenti, eoipso ꝙ extenditur ad amplius sanandum a morbo peccati actualis, habet ratione͂ magis absolutorij a peccato: sicut gratia baptismalis, si baptizaretur quis plene prius consequutus baptismalem gratiam ex baptismo flaminis, esset magis ablutiua a peccato, dum a peccati reliquijs magis mundaret. Cuilibet siquidem christiano sicut conuenit orate, amplius laua me domine ab iniquitate mea: ita conuenit orare amplius, sana domine: ⁊ amplius, absolue domine ⁊c. Nec putes nouam me introducere de effectu sacrame͂ti penitentie doctrinam. Uide superius diuum tho. in ar. primo. q. 65. dicentem: extrema vnctio ordinatur contra reliquias peccatorum, que scilicet no͂ sunt sufficienter per penitentiam sublate, aut ex negligentia aut ex ignorantia. Et percipe ex his sacramentum penitentie ad tollendas etiam reliquias peccatorum se extendere, si ignorantia aut negligentia ex parte nostra non impediat sufficientem illarum ablationem. ¶ Ad tertium dicitur, ꝙ quia confessio fit de actibus peccatorum ⁊ non de esse sub peccato (debemus enim confiteri, quod fecimus tale ⁊ tale peccatum: an autem adhuc detineamur illius peccati vinculo vel sub peccato non simus, sub confessione no͂ cadit) ideo satis est confessori cognoscere penitentem confitentem se perpetrasse tale peccatum ⁊ paratum ad penite͂tiam ⁊c. sufficit em͂ quod subijciat se iudicio accusando seipsum ⁊c. Et confirmatur: quia penitentiam egisse de talibus peccatis, pertinet ad circu͂sta͂tias alleuiantes sententiam iudicis: quas constat non esse opus confiteri. ¶ Ad quartum dicitur, quod quia precipuus sacrame͂ti effectus est gratia prima vel eius augmentum: adeo frequentia sacramenti illis solis conuenit, qui seipsos paratos reddunt ad gratie augmentum. Et propterea non sequitur ꝙ fructus sacrame͂torum exponat ea ridiculo: non sunt enim frequentanda quantu͂cunqꝫ fructuosa sint, nisi a dispositis ad precipuum eorum effectu͂: communiter autem huiusmodi dispositio non tam frequenter inuenitur in hominibus, vt totiens expediat confiteri. ¶ Ad quintum dicitur, quod sequela nihil valet: quonia͂ irreuocabilitas sententie pertinet ad firmitatem iudicis ⁊ iudicij. infructuositas autem supposita iterabilitate pre se fert aut infirmitatem aut minorem largitatem iudicis vel iudicij: iudicis quidem si non vult aut non potest virtutem dare similem iterato iudicio. iudicij autem si iudicium ipsum secundum se non est virtuosum: quale est humanum iudicium in foro litigioso. Et per hoc patet responsio ad co͂firmationem. Notanter autem dixi supposita iterabilitate: quonia͂ ex hoc ipso quod deus iterabile instituit sacramentum penitentie super eisdem peccatis, consequens est vt fructuosum replicet. Secus autem est in non iterabilibus sacramentis: huiusmodi enim eoipso quod sunt non iterabilia, vana sunt si iterantur.

¶ An confessio informis sit iterata. Quesitum. v.

Circa Qualitatem confessionis queritur, an confessio informis sit iteranda. Uidetur enim quod sic. ¶ Primo. quia instrume͂tum oportet moueri a principali agente: alioquin instrumenti ratio non saluatur: ergo iudicium penitentiale oportet a ministro exerceri prout mouetur a deo: sed confessione existente informi non exercetur iudicium penitentiale secundum motionem diuinam: ergo oportet denuo co͂fiteri vt exerceatur penitentiale iudicium vt instrumentum motum a deo, principaliter absoluente. ¶ Secundo. Confessione existente informi, deest vna pars sacramenti que est contritio: ergo sacramentu͂ no͂ valet: sed est iterandum: vt patet in alijs sacramentis quando deficit aliqua pars. ¶ Tertio: quia confessione existente informi, necesse est peccatum aliquod mortale subtrahi a materia absolutionis, ac per hoc necesse est confessionem non esse integram: ⁊ consequenter esse reiterandam. Assumptum probatur. tum quia communiter confessio informis accidit propter aliquid no͂ explicatum in confessione. Tum quia peccatum illud quod dum absolutio fit a penitente committitur, irreuerenter suscipiendo sacramentum, non est materia absolutionis: quoniam non potest simul penitens peccare et absolui ab illo peccato. ¶ Quarto: quia fructus sacramenti penitentie est remissio peccati ex coniunctione passionis christi per sacramentum ad penitentem: sed confessione existente informi non fit huiusmodi coniunctio nec habetur hic fructus: ergo vanum fuit huiusmodi sacrame͂tu͂. et co͂sequenter iteranda͂ est.

In oppositum Est autoritas diui tho. in quarto sen. di. xvij.

¶ Circa hanc difficultatem (que propter diuersas opiniones adhuc sub iudice videtur esse) sciendum est, quod vitandi sunt duo extremi errores. Alter est, quod omnis confessio informis est valida, ita vt non sit iteranda. clare siquidem patet confessionem illius qui propter verecundiam peccatum aliquod mortale tacuit, esse informem et reiterandam. Alter est, quod nulla confessio informis est valida, ita quod non sit iteranda. Nam clare constat nescire nos an aliqua nostra confessio fuerit formata, quia nescimus nos esse in gratia, ⁊ cum hoc dubio non curare nos amplius de memoria peccatorum vt denuo confitendorum: quum tamen oporteret nos esse solicitos ad pluries confitendum, vt quandoqꝫ fieret confessio formata. ⁊ sic nunqꝫ finis imponendus esset confessioni, vt tutior pars eligeretur: quod constat vniuersalis ecclesie aures offendere. ¶ Ex vtroqꝫ autem errore perspiciendum est quod non ad ipsam informitatem sed ad informitatis causam resoluere oportet validitatem vel non validitatem informis confessionis: ex eo enim quod aliqua informis confessio est valida ⁊ aliqua non est valida, non ex ipsa informitate, sed aliunde puta ipsius informitatis causa prouenire debet quod aliqua sit valida ⁊ aliqua non. Et quoniam causa hec se tenet ex parte penitentis, cuius duo sunt actus vsqꝫ ad absolutionem, scilicet contritio et confessio: ideo hinc scrutandum est quid veri appareat. Ex parte igitur confessionis certum est confessionem ex proposito non integram propter verecundiam aut aliquid huiusmodi, esse inualidam ac reiterandam: ⁊ in hoc nulla est questio. Ex defectu autem contritionis tota oritur difficultas: que vt clarius elucescat, distinguendus est contritionis defectus: habet enim multos gradus. Minimus autem contritionis defectus est ipsa absentia charitatis: qui enim sunt ita attriti quod dolent de preteritis omnibus vt de summo odibili, et proponunt vitare mortale peccatum vt summum vitabile, si confessionem subeunt informem, non tenentur iterare confessionem: sed est eorum confessio valida. Nec alia hoc eget probatione qꝫ superius adducta ex vniuersalis ecclesie testimonio: omnes enim sapientes et timorati viri sic dispositis mandant imponendum esse confessioni finem. In inferiori autem gradu incontritionis, sunt sic attriti vt doleant quidem de omnibus preteritis, non tamen ascendunt vsqꝫ ad hoc vt doleant de eis tanqꝫ summo odibili: et similiter proponunt cauere de futuro, non tamen a summo vitabili. Et hoc bifariam contingit. Primo sine discussione talis defectus: quia scilicet non discutit penitens dolorem suum de commisso mortali an sit tanqꝫ de summo vitabili. et similiter propositum suum vitandi mortale, an intendat vitare tanqꝫ summum vitabile: sed occurrit tantum eis dolere de peccato et cauere de futuro (sicut si offendisset vnum hominem, et doleret de offensa preterita, et intenderet amplius illum non offendere) in eorum tamen animo non ita dominatur affectus tam vitandi offensam in futuro qꝫ detestandi commissam in peccato, vt pro summis malis hec habeant. De horum numero vtinam non maxima pars christianorum penitentium sit: quos non sicut priinos puto virtute clauium de attritis regulariter fieri contritos: sed in sua attritione absolui et communicare. Cuius signum est, quod charitas sicut ponitue preterit deum omni amabili, ita facit apud habentem ipsam offensam dei odibiliorem omni odibili et magis vitandam omni alio vitabili: operatur enim hec magna amor dei si est, et si hec non operatur, non est charitas dei. De istorum confessione intelligo doctrinam diui tho. quod confessio informis per defectum contritionis est valida, ita vt non sit iteranda: et erit eis fructuosa quando ascendent ad cor altum vt habeant peccatum pro summo odibili et summo vitabili, et confitebuntur fictionem suam hanc qua vt contriti sacramentum susceperunt, quum in veritate contriti non essent. Quare autem huiusmodi confessio sit valida, inferius declarabitur. Si vero huiusmodi attriti animaduerterint se non esse contritos, simile est de eorum confessione iudicium et de confessione illorum qui sunt in tertio gradu: de quibus modo subiungimus, quod in infimo loco attritorum sunt, qui ambas contritionis partes aut parum attingunt, aut saltem altera carent. Ad contritionem enim quum duo spectent, dolor de peccato et propositum cauendi de cetero, infimi proculdubio sunt qui de preteritis quidem aliqualiter dolent ⁊ de futuro velleitatem habent cauendi. Inter quos est etiam latitudo, non solum secundum gradus doloris ⁊ velleitatis, sed etiam s͂m differentiam percipientis vel non percipie͂tis statum proprium: ⁊ similiter s͂m differentiam explicantis vel non explica͂tis in confessione plene seipsum. Nam qui huiusmodi statum

suum non percipit, ac per hoc non explicat ꝯfitẽdo, integre quidã cõfitetur quãtum est ex intentione: qui autem percipit ꝛ cõfitetur, etiam integre ex intentione confitetur: qui vero percipit et non cõfitetur, quia non occurrit sibi hoc quasi peccatum confitendum, adhuc integre ex intentione confitetur, secus autem si nolet hoc confiteri: tunc enim ex proposito dimidiaretur confessio. Et simi-les distinctiões fieri possunt de attritis in secundo gradu positis. ¶ Quocirca de omnibus dicitur, ꝙ quum ex proposito tacetur peccatum sacrilegij ex tali statu penitentis consurgens: confessio non est valida, sed iteranda: deest siquidem confessioni non sola contritio, sed integritas ex proposito. Quando vero confessio ex proposito est integra, omnium confessio videtur valida: ita ꝙ non est necessario iteranda. Quamuis differentia inter eos sit quo ad vitandum sacrilegij peccatum: quoniam percipientes statum suũ malum et confitentes eundem, putantesq; se non sacrilegio sed bono operam dare, rogando confessorem vt eos absoluat, ex-cusantur si bonã fide cum sacerdote docto id tractent, a sacrile-gij peccato. ¶ Nec obstat, si dicatur ꝙ ista est ignorantia iuris di-uini: quoniam in huiusmodi que sunt iuris diuini positiui excusan-tur indocti quando a doctoribus iudicibus sic erudiuntur: statuit enim deus leges suas ad infimos per medios peruenire. Unde et apostolus, mulierem a viro suo interrogare iubet si quid volue-rit scire. Illos autem qui non explicant confitendo huiusmodi ma-lum statum suum, nescio excusare a nouo sacrilegij peccato: debe-rent enim saltem sacerdotis arbitrio iudicandos offerre seipsos in his que communiter penitentes nosse ꝛ confiteri cõsueuerunt: communissimum autem est penitentibus omnibus confiteri vo-luntatem suam de non cauendo de cetero: hoc enim etiam muliercule ꝛ sciunt ꝛ seruant. ¶ Communis autem ratio quare attrito-rum omnium integra quidem sed informis confessio est valida, ita ꝙ non est iteranda, assignantur a diuo Tho. quia sacramen-tum penitentie verum inuenitur ꝛ fructuosum, non tunc, sed quan-do aderit contritio. ¶ Et quidem ꝙ verum inueniatur sacramen-tum, non solum secundum illorum opinionem qui negant contri-tionem esse partem sacramenti penitẽtie apparet, quia nihil deest huic sacramento nisi contritio: sed etiam tenendo contritionem esse partem sacramenti penitentie, manifestatur ex eo ꝙ contritio non secundum se sed relata ad confessionem (hoc est vt est sponta-nea voluntas recompensandi ad arbitrium sacerdotis) pars sa-cramenti est posita superius a diuo Tho. Hec autem in proposi-ta confessione inuenitur: dum quilibet sponte eligit submittere se iudicandum sacerdoti ꝛc. Quia concurrunt igitur ad sacramen-tum huiusmodi, omnes partes eius que se tenent loco materie, et forma ꝛ minister debitus, consequens est vt sit verum ecclesiasti-cum sacramentum. ¶ Dz autem existente vero sacramento, infor-mitas non pariat reiterationem, sed fructum futuro tempore, a di-uo Tho. probatur: quia sic est in alijs sacramentis, et vere sic est de baptismo, confirmatione, ordine ꝛc. Nec obstat, dicere ꝙ hoc verificatur in istis sacramentis quia non sunt iterabilia, aut quia imprimunt characterem: vtrumq; enim per accidens se habet ad fructum pro futuro tempore. Ex quo inferri potest quod non oportet iterari etiam si esset iterabile: ex eo namq; quod sa-cramentum est propter fructum eius, et fructus eius potest in fu-turum haberi sine ipsius iteratione, optime sequitur quod non oportet sacramentum ipsum iterari. Amplius extrema vnctio est sacramentum iterabile: ꝛ tamen si incontritus suscipit quis extre-mam vnctionem, ꝛ post horam conteratur, non reiterabitur extre-ma vnctio, nec carebit infirmus moriens illius fructu. quoniam si careret illius fructu, petenti infirmo iterari extremam vnctionem ob suam incontritionem ecclesia non negaret: quam tamen ne-gat: dum super eundem morbum ꝛc. ordinat non repetendam. Ex hoc ergo quod informiter suscipiens sacramenta siue itera-bilia siue non, ex ipsa informitate licet perdat fructum pro tunc, imo quandoq; addat nouum peccatum mortale pro tunc, non ta-men perdit fructum sacramenti pro quanto erit contritus, habe-tur quod non oportet iterari sacramentum. Nec oportet aliam hu-ius rationem querere, q̄ ipsam sacramenti vim ritumq; ecclesie. augu. enim primus hoc docuisse videtur de baptismi fructu: di-uus tho. ad alia sacramenta hoc extendit: et ecclesie ritus hoc videtur semper seruasse: fructu quoq; extreme vnctionis atte-stante. Et propterea concludendum videtur hoc loco non plus sapere q̄ oportet.

Ad primum In oppositum dicitur, quod sacerdote ꝑsumente absoluere impenitentem, sacra-mentale iudicium exercetur vt dei instrumentum quodammodo non ꝛ quodammodo sic. Nam quo ad modum exercendi non pro-cedit a deo, quoniam sacrilege exercetur: quo ad substantiam ve-ro sacramenti a deo procedit simpliciter ꝛ absolute. Et quia sacra-mentum secundum se est fructuosum: ideo a deo procedit vt sacra-mentum fructuosum, sortiturum effectum quando suscipiens est dispositus. Et licet tempus dispositionis ex parte recipientis ar-ctetur ad tunc: tamen ex diuina largitate extensum intelligimus ad tunc vel postea quando erit dispositus: vt in baptismo contin-git. ideo non oportet sacramentum repetere, vt deo actore exerce-atur. ¶ Ad secundum dicitur, quod in contritione duo sunt: scilicet velle recompẽsare, ꝛ charitas informans illud velle. Et respectu quidem sacramenti penitentie absolute, sufficit contritio quo ad primum: respectu autem eiusdem fructuosi in ipsius presentia, con-currit contritio etiam quo ad secundum: et hoc solum deest in pro-posito. Unde nulla pars sacramenti vt necessaria est ad sacramen-tum, deficit: quãuis deficiat vt necessaria ad sacramenti effectum nunc. ¶ Ad tertium dicitur, quod quia actus morales ex per se obiecto iudicantur, ille solus dimidiat confessionem, qui ex inten-tione integritatem violat: et propterea quum in proposito sup-ponatur confessionem esse ex intentione integram, licet materia-liter non sit integra, non sequitur confessionem esse iterandam. ¶ Aduerte tamen hic, quod sicut in alijs vitijs tam enormiter contingit errare materialiter vt actus redeat ad naturam forma-lem sui generis (vt patet in detractione, contumelia, ꝛ huiusmodi, contingit enim tam grauiter absq; intentione detrahendi de-trahere fame proximi, vt ipsa magna lesio incursa minus estima-ta, detrahendi actum in detractionis naturam reducat) ita potest contingere ꝙ ex nulla aut tam crassa ꝛ supina cõscientie discussio-ne, aliquorum peccatorum mortalium confessio omittitur, vt ma-terialis violatio integritatis in formalem reducatur: tanq̄ dimi-diationis incursus ille qui pro nihilo estimatus est intentus fue-rit. Unde tales ad reiterandam confessionem inducendi sunt. In quorum numero videntur esse illi, qui cum sola velleitate absti-nendi a peccato confitentur ꝛ absoluuntur: tacentes huiusmodi peccatum ꝛ impedimentum, quod etiam muliercule nouerunt et consueuerunt explicare. ¶ Ad quartum dicitur proportionaliter sicut ad primum, ꝙ licet sacrilege, sacramentum tamen commu-nionis fructuose secundum se passionis christi ad penitentẽ exer-cetur: cuius fructus etsi non tunc quando tamen erit dispositus penitens, percipietur. Unde non fuit sacramentum vanum quod deus adeo acceptat, vt non exacta repetitione sacramentalẽ gra-tiam conferat q̄ primum penitens fuerit dispositus, quam per sacramentum presens erat daturus si tunc penitens fuisset dispo-situs.

¶ An satisfactio penitentialis possit esse de alias debito.

Quesitum. 1.

Circa Satisfactionem penitẽtialem queritur pri-mo, an possit esse de alias debito. Et vide-tur quod non. Primo ex ipsa ratione satisfactionis, nam satisfacere est facere equale debito: non fieret autem equalitas si alias id quod fit esset debitum: minus enim fieret q̄ deberetur. ¶ Et confirmatur hoc ex simili in reliquis satisfactionibus. ¶ Secundo: quia ritus ecclesie hoc habet vt penitentias iniungat non de ieiunijs ꝛ orationibus que sunt in precepto. ¶ Tertio: quia secundum ansel. in lib. cur deus homo, per illa fit satisfactio, que non possent ab homine exigi nisi peccasset: sed precepta possent ab homine exigi etiam si non pec-casset: ergo de preceptis non potest fieri satisfactio peniten-tialis.

In oppositum Est, ꝙ in casu quo martyriũ est in precepto, satisfactio ꝑ illud fit: non derogat ergo satisfactioni penitentiali esse alias debitum. ¶ Ad huius euidentiã sciendũ est, plures tenuisse doctores partem ne-gatiuã questionis propter argumenta inducta. Et qm̄ pars affir-matiua mihi videtur vera, ideo eius veritas monstranda est: assu-mendo pro fundamento, ꝙ vnũ ꝛ idem opus a diuersis directum seu assumptum principijs, multiplicis est efficacie in his que sunt iustitie mixte: qualis est inter hominem ꝛ deum. Sub qua constat comprehendi satisfactionem penitentialem: quoniam nulla no-stra satisfactio est sufficiens secundum equiualentiam exactam a pura iustitia: sed secundum diuinam acceptationem. ¶ Proba-tur ergo primo intentum sic. Eadem pena si a minori cha-ritate procedit, est minus satisfactoria, et a maiore charita-te procedens est magis satisfactoria: ergo pena alias debita si procedat a maiore charitate vel a virtute clauium, erit

plus satisfactoria q̃ ipsa sm se vt erat alias debita ergo pena alias debita potest assumi in satisfactionem penitentialem. Assumptum est notum ⁊ approbatum de excellentia satisfactionis in passione christi propter excellentissimam illius charitatē, a qua ꝓcedebat. ❡ Consequentia autem est per se euidēs: ⁊ tanto euidētior q̃to in satisfactione penitentiali plus pensatur q̃titas ex diuina acceptatione q̃ sm substantiam operis seu pene: quā pura iustitia consideraret. ❡ Preterea. Unum ⁊ idem opus cum hoc ꝙ est alias debitum deo, est meritoriū de cōdigno eterne vite: ergo pōt esse etiā satisfactorium pene ꝓ peccatis debite. Assumptū patet: quia honorando parentes (qđ est op⁹ ꝑceptū) mereor: si ex charitate illos honoro, vita eterna condignior. Consequentia ꝓbatur: ex eo ꝙ ratio alias debiti nō minus officit ad considerandū ius future mercedis q̃ ad considerandum ius recompensandi peccatū debitū: opus siquidē alias debitum, si potest cū hoc efficere vt exigente iustitia merces sibi debeatur tam excellens qualis est eterna felicitas, multo magis sufficiens est vt constituat ius soluti pretij debiti tam minimi, quale est temporalis pena. ❡ Et cōfirmatur: quia tribus existentibus virtutibus: scilicet charitate, gratificatione et penitentia, ⁊ actus alias debitus pōt ex charitate efficaciā meritoriam, ex gratificatione efficaciam gratiarū actionis sortiri, cur non assumptus a penitentia vim satisfactoriam sortietur: nunquid diuina acceptatio tam larga in merito ⁊ gratificatione, manca est in satisfactione? an forte plus iustitie locum habet in amico circa solutionem pene q̃ circa gratiarū actionē aut meritum? ❡ Preterea. Ad ꝑticularia descendendo, ⁊ discurrēdo per consilia quādo sunt in ꝑcepto, idem apparet: in casu enim quo tenet quis eleemosinam facere, cur non potest penitens ordinare illam pro satisfactione penitentiali? ⁊ similiter in casu quo ꝑbere alteram maxillam, vel angariari vel esurire aut sitire, penuriam pati aut huiusmodi aliqđ esset in precepto, quis sapiens prohibeat penitentem offerre hec duo in satisfactionem, aut neget solui ꝑ hec penā debitam ꝓ pctis? an forte huiusmodi opa debita ex ꝑcepto, possunt ab ipso quidem penitente assumi in satisfactionem penitentialē, sed per confessoris ministerium non possunt hec in penitentiam dari. Hoc enim ecclesie clauibus est derogare, maioremq; virtutem humane intentioni q̃ christi clauibus tribuere: tanq̃ humana intētio, quedā possit pro satisfactione assumere ad que claues nō se extendunt: quod a fidelium estimatione longe sit. In cuius signum laudabilis multorū cōfessorum cōsuetudo antiqua absoluendo penitentem dicit: quicquid boni feceris et facere intendis, et mala q̄ sustines et sustinebis, sint tibi in remissionē pctōrū ⁊c. ⁊ nō dicit, quicqd superogationis boni feceris aut mali sustinebis.

Ad primum Ergo in oppositum dr, ꝙ aliud est loqui de satisfactione infra limites pure iustitie, et aliud est loqui de satisfactione sapiente magis naturam amicitie q̃ iustitie: argumentum enim procedit de satisfactione infra limites iustitie conclusa: de qua non est hic sermo. Unde et penitentia posita est a diuo Tho. differens a iustitia vindicatiua: quia illa ius attendit, hec autem volūtatem offensi ⁊ offendentis: quod amicitie magis est q̃ iustitie. ❡ Ad secundum dicitur, ꝙ quia ecclesiasticus minister homo est (qui nō intuet cor, quē latet penitentis charitas) ideo ꝓuide ad tutiorem partem iudicium suum declinat: ⁊ id quod est amicitie preteriens, ad id quod est iustitie se conuertit. Et quoniam ex pte iustitie satisfactio hz ꝙ sit de non alias debito, ideo confessores nō imponūt ieiunia alias debita, sed opera ad que alias penitens non tenetur: cū quo stat, ꝙ si opera ad que alias penitens tenetur, imponeret in satisfactionem peccatorum, prodesset saltem virtute clauium penitenti satisfactio huiusmodi ex charitate adimpleta. ❡ Ad tertium dicitur, ꝙ authoritas non videtur adduci ad propositum: quoniam ex illa nihil aliud habetur, nisi ꝙ satisfactio fit per penalia: hec enim sunt que si homo non posset, ab eo non exigerentur. De hoc enim nulla est questio: sed an huiusmodi penalia sint satisfactoria si sint alias debita: de quo nihil dicit authoritas allegata. ❡ Uerumtamen scito, ꝙ opus hoc quod est honorare parentes (quod etiam si homo non peccasset, preceptum fuisset) si in presenti statu exercendū cū penalitate aliqua occurrat, illud vnum opus preceptum quatenus est pietatis, esset meritorium vt est a charitate, ⁊ gratiarum actio deo vt est a superexcellenti gratitudine que vocatur religio, et esset satisfactorium quatenus esset a penitentia: ⁊ simile est in alijs. Unde habes ꝙ etiā per ea que si homo non peccasset essent exacta, alio tamen modo post peccatum exercita, satisfactio fit.

❡ An pro contrito ⁊ confesso peccato imposita satisfactio, si exoluatur in peccato mortali, sit iteranda. Quesitum ij.

Secundo Circa satisfactionem penitētialem queritur, an pro contrito et confesso peccato imposita satisfactio si exoluatur in peccato mortali, sit iteranda. Uidetur enim ꝙ non. ❡ Primo ex ipsa ratione iustitie. Ex quo enim sm plenam iustitiam punitiuam semel imposita est pena temporalis pro peccato de quo vere penituit, nunq̃ pro illo debebitur nisi pena temporalis: ⁊ illa soluta, nulla. ❡ Et confirmatur hoc in actibus humanis. Si enim alicui culpe precise correspōdeat sm legem abscisio manus, non debet sm iustitiam manu abscisā, exigi maior punitio. ergo a simili si quis remanet debitor precise temporalis pene (puta quatuor dierum) non debet sm diuinam iustitiam illa soluta plus exigi. ❡ Preterea. Si huiusmodi satisfactio extra charitatem dicatur non sufficere, sententia nimis dura et occasio peccandi videtur: quoniam penitens quum hoc audierit: post lapsum in peccatum mortale non prosequetur executionem penitentie, vtpote inutiliter: ⁊ sic incidet in nouum peccatum mortale, transgrediendo preceptum ecclesie ⁊ vicarij dei in illo actu. Et hinc formatur inquit Sco. talis ratio. Si post lapsum non exequatur quis satisfactionem pristinam sibi impositam, peccat mortaliter: ergo si exequatur, bene facit: quia actum obediētie facit: sed non facit actum obedientie nisi inquantum illud est sibi impositum tanq̃ pars satisfactionis: ergo ⁊c. ❡ Preterea. Sequitur aliud inconueniens, scilicet ꝙ huiusmodi peccator si damnaretur, eternaliter puniretur pro peccatis semel dimissis: ac per hoc dimissa peccata redirent simpliciter: quia redirēt quo ad penam eternam. Et vlterius sequitur, ꝙ ita eternaliter punitur quis pro peccatis dimissis, sicut pro non dimissis.

In oppositum Est, ꝙ satisfactio mortua non est satisfactio, sicut nec homo mortuus est homo.

❡ Hec questio sub Iudice ab omnibus communiter videtur derelicta: quum ipse scotus qui partem negatiuam tenet (cuius sunt argumenta inducta) non audeat eam asserere: sed dicat se absq; preiudicio loqui in prima quest. dist. xv. iiij. senten. ⁊ diuus tho. varia videatur sentire: durandus soluat ad vtramq; partem ⁊c. Quocirca vt radicales rationes examinentur, et rationabilior pars eligatur, hanc mouimus. ❡ Et quoniam rectum est iudex sui et obliqui, hinc incipiendum reor, ꝙ sm omnes nulla nostra penitentialis satisfactio apud deum est sufficiens sine charitate: quia nulla est sufficiens sm equiualentiam simpliciter, sed quecunq; est sufficiens, ex diuina acceptatione est sufficiens: acceptabilem autem charitas reddit. Ex hoc cōmuni principio oportet doctrinam procedere per se, absq; diuersione ad ea que sunt per accidens aut extranea: alioquin doctrina magis erit voluntarium dogma q̃ vera doctrina. Ex hoc autem principio manifeste deducitur nullam satisfactionem sufficere nisi charitas reddat eam acceptabilem: nec oportet in hac deductione laborare: sed tantummodo subsumere, sed hec est satisfactio: ergo. Unde quum reliqua ista de qua queritur satisfactio, sit vere satisfactio pro peccati pena, et nullam habeat conditionem diminuentem rationem satisfactionis, mirum vt non dicam voluntarium videtur eximere huiusmodi satisfactionem a communi regula satisfaciendi: aut enim oportet negare illud vniuersale ac commune principium, aut illo concesso oportet vniuersaliter dicere nullam satisfactionem penitentialem sufficere nisi secundum acceptationem: que extra charitatem non inuenitur. ❡ Et confirmatur ex casu simili: ponendo hominem post contritionem suorum peccatorum et aliquot dies penitentie, citra tamen confessionem, relapsum, ⁊ nihilominus prosequi actus penitentiales pro peccatis pristinis. Hoc enim sic se habente, queratur an huiusmodi actus penitentiales per relapsum sint satisfactorij aut non? Si dicitur ꝙ sunt satisfactorij, sequitur ꝙ non oportet recurrere ad determinationem pene factam per punitiuam iustitiam claue non errante ⁊c. quum in hoc casu huiusmodi determinatio per claues non interuenerit: et vltra hoc videtur negari communis doctorū sententia. Si vero nō sunt satisfactorij, quum sola temporalis pena pro pristinis peccatis in vtroq; casu remanserit soluenda, nulla est ratio quare solutio vnius extra charitatem valeat ⁊ alterius non: si enim iniustum est plus exigere in primo casu, iniustum quoq; est plus exigere in secundo: quoniam sm diuinam iustitiam vtrobiq; debitum solius pene temporalis remanet. Et si illa soluitur extra charitatem, nullius restat pene debitum: si aūt charitas exigitur ad hoc vt solutio sit sufficiens, neutrius solutio aliquid valet. Cōcludendū igit ex cōi hoc principio

videtur, q nulla satisfactio penitētialis est sufficiēs nisi sm diuinā acceptationē: quā cōstat (vt sepe dictū est) extra charitatem nō inueniri. ¶ Et confirmatur hoc ex ipso modo remissionis peccatorū: fit enim remissio mortalis peccati per modum amicabilis reconciliationis. ex hoc enim modo fit, vt peccator ex proprio demerito hostiliter puniendus, amicabiliter corripiendus restet: hoc est eū auferri reatum pene eterne & transire in reatum pene temporalis. Ex hoc autem q peccator de hostiliter puniendo, transit in amicabiliter puniendum hic vel in purgatorio, sequitur qd nisi amicabiliter pena exoluatur, nunq̄ soluetur: quia quod amice debeo nunq̄ exoluo nisi amice tribuam.

¶ Ex eodē quoq̄ principio deducitur exceptionē aliā de satisfactionibus relinquētibus post se effectū, nō esse vsquequaq̄ verā: sed ex famosa apparentia humanaq̄ compassione processisse videtur distinctio inter satisfactiones relinquentes post se effectum, et satisfactiones non relinquentes post se effectum. ita vt licet vtreq̄ extra charitatem facte sint mortue, effectus tamen primarum remanens potest viuificari per subsequētem charitatē: & ideo prime nō sunt reiterāde, secunde aūt qr totaliter trāsierūt sunt reiterande. ¶ Fauorabilis siqdē magis q̄ vera videtur interpretatio hec. Nā opus satisfactoriū relinquens post se effectum (puta ieiunium vel eleemosyna extra charitatē) si est sic per sequentē charitatē viuificabile. vel hoc habet ex sacramentalitate sola: & hoc non: qr sic etiam conueniret satisfactionibus non relinquentibus effectum: qm ipse etiam sunt sacramentales. Uel hoc hz ex relicto effectu solo: & hoc non: quia hoc cōueniret similibus satisfactionibus factis ante cōtritionē & cōfessionem. quod oēs negamus: dicentes cum Aug. q peccator non est dignus etiam pane quo vescitur: et cum apostolo: si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas &c. Uel hoc habet ex vtroq̄ simul scilicet sacramentalitate & effectu relicto: & hoc non: tum quia ad hoc q opus sacramentale sortiatur effectum per sequentem charitatem, non requiritur relictus effectus: vt de confessione informi patet. Tum quia huiusmodi relictus effectus non est sacramētalis: qm nō est effectus operis satisfactorij, vt est sacramentale aut morale, sed secundum naturam operis: afflictio enim carnis non est effectus. ieiunij, vt est actus moralis aut sacramentalis, sed vt est subtractio cibi. Et similiter diminutio boni exterioris non est effectus eleemosyne nisi secundum naturam operis: puta qr subtrahit illud a se. vnde effectus iste est valde remotus a sacramentalitate. Tum quia vacillans, aut claudicans inueniretur hoc verum: nam non esset verum vniuersaliter. sz in solo illo casu quo relictus effectus duraret vsq̄ ad aduentum noue charitatis: vt sic inuentus possit a charitate viuificari. Nam si non perduraret, non posset per illam viuificari plusq̄ transitoria, que preterijt oratio. & sic si quis extra charitatem ieiuniorum iniunctam penitentiam peregisset, & debilitatis seu afflictionis derelictus effectus non duraret post duos menses (quia interim penitens bene se confortauit) et noua charitas non fuisset recuperata vsq̄ ad quartum mensem, iteranda essent predicta ieiunia.

¶ Quia igitur neutra via solide fundata videtur, occurrit media via incedendū, dicendo tria. ¶ Primum est, q omnis penitētialis satisfactio a confessore imposita etiam si extra charitatē fiat, sufficiens est quo ad forum militantis ecclesie. Probatur hoc: qr satisfactio hmōi est sacramentalis: est enim tertia pars sacramenti: ac per hoc satisfacit eccle si est informis, sicut confessio informis. Et hinc oritur, vt non solum ieiunia & eleemosynas verum etiam orationes non sit solita ecclesia iterum imponere penitentibus q̄ eas semel soluerunt. quamuis iuniores nonnulli trepidantes timore vbi non est timor, adinuenerint quandam momentaneam satisfactiunculam pro penitentia sacramentali, & deinde arbitrantur quasi condignam penitentiam, que aut non est penitentia sacramentalis, aut si est, vanum monstrat eorum timorem. Nec hoc facere sunt edocti a sancta catholica ecclesia: et propterea reprehensione magis dignum est q̄ visu. ¶ Secundum est, q quecunq̄ sacramentalis satisfactio si extra charitatem fit, nihil tunc valet ad expiationem pene pro peccato debite apud deum. Hoc ex supradictis satis probatum est: & a magistro sen. multis auctoritatibus in .15. di. 4. firmatur. ¶ Tertium est, q omnis satisfactio sacramentalis si extra charitatem fit, valere incipiet quando recuperata charitate penitens ad cor redibit &c. Probatur hoc, ex eo q regulariter opus sacramentale vtpote opus dei, recedente fictione sortitur effectum (vt de baptismo, confessione & extrema vnctione dictum est) satisfactio autem, sacramentalis pars sacramenti est, vtrunq̄ habet ex clausibus: ergo si est informis, sortietur postea recedente fictione effectum. ¶ An autem totum effectū sortiatur postea, quem sortita fuisset si in charitate peracta esset, non facile dixerim. Uidetur tamen mihi q non totum satisfactionis effectū sortiatur postea: quia sacramētalis satisfactio plus se tenet ex parte humani operis q̄ ex parte diuini, hoc est sacramenti. Cuius oppositum accidit in alijs: vt patet in baptismo, in quo totū opus est dei & hominis est solum ministerium: in satisfactione vero sacramentali opus est precipue penitentis, & tam parum habet sacramenti, vt multi doctores negent ipsam esse partem sacramenti. Et propterea rationabile videtur, q satisfactio sacramentalis informis aliquem effectum postea sortiatur ex illa parte qua sacramentalis est: non totum autem ex illa precipua sui parte, qua humanum opus mortuum habuit.

Ad primum Ergo in oppositum dicitur, q obiectio confecta est ex lana & lino: quoniam orsa est ex amicitia, & contexta est ex mera iustitia. Supponit enim penitentem secundum meram iustitiam debere penam solummodo temporalem, & cum hoc reconciliatum esse ex gratia: quasi post reconciliationem satisfactio sit sufficiens secundum equiualentiam simpliciter, & non secundum acceptationem. Et quoniam satisfactio secundum equiualentiam simpliciter, non consonat satisfactioni amicabili & possibili inter hominem & deum, ideo vt predictum est, repetitur: dicendo satisfactionem impositam temporalem pro pena peccati siue imposita sit a sacerdote siue non, esse amicabiliter soluendam: & si amicabiliter non soluitur, nunq̄ soluitur. Et propterea que de mera iustitia & humanis punitionibus adducuntur, extra propositum sunt: quoniam de vindicatiua loquuntur iustitia. in qua attenditur equalitas rei ad rem: nos autem de satisfactione penitentiali loquimur, in qua attenditur equalitas sm acceptationem dei offensi.

¶ Ad secundum dicit, q sentētia hec nō est dura, sed dulcedine amicitie diuine plena: nec est occasio peccādi. nisi forte accepta. ¶ Et ad formā rōnis dicit primo ipsam valde errare: vt patet applicādo eam ad peccatorem cōmunicaturū in pascate: dicendo si nō cōmunicat. peccat nouo peccato: ergo si cōicat, bene facit obediendo. Quod patet esse ridiculū. ¶ Et qr multiplicare inconuenientia non est soluere, dicitur secundo q huiusmodi rōni in quacūq̄ materia fiat, respōdendum est sic. Si nō exequit peccat, admittit: ergo si exequit cōdigne, bene facit: alioquin negetur sequela: qm & cōicando & non cōmunicando in pascate, peccat nouo pctō indignus. ¶ Dicit tertio q̄tum ad materiā que tangit de nouo peccato mortali omittentis penitentiam iniunctam a cōfessore p mortalibus, q nulla ratione apparet omissionem huiusmodi esse peccatum mortale: vt patet discurrendo per omnia concurrentia ad huiusmodi actum. Iniūcta siquidem a confessore pro mortalibus satisfactio, quatuor habet capita. primum est, q est iudicata & precepta a christi vicario: & hinc satisfactio sit actus iustitie cuiusdam & obedientie. et hinc satisfactionis omissio non habet peccati mortalis rationem si desit contemptus qui contrariatur precepto: et abijceret gratiam iudicij facti. Secundum est ex parte penitentis, q est actus penitentie & charitatis: et hinc nulla est in omissione ratio peccati mortalis, nisi actus iste iustitie, penitentie et charitatis sit necessarius ad salutem. Quod cōstat esse falsum: quia actus iste non est necessarius ad dilectionem dei aut suipsius aut proximi: quoniam versatur circa ea que sunt ad finem, scilicet solutionem pene temporalis: quam potest penitens reseruare sibi in purgatorio absq̄ mortali offensa dei. ¶ Tertium est ex parte finis, q est expiatiua pene pro peccato debite: et hinc vt nunc nunc monstratum est, non habet omissio q sit mortale peccatum: sed q sit reseruatio luende pene. Quartum est, q est pars sacramenti: et hinc q omissio non constituat sacrilegiū. ex eo apparet, q ecclesia vtitur penitentie sacramento quandoq̄ absq̄ hac tertia parte (vt patet de penitentibus in fine. quibus non imponitur sm canones satisfactio) et ex eo q si quis sua sponte ante confessionem satisfecisset, non esset ei imponenda satisfactio aliqua a confessore. Nec desunt dicentes posse penitentem male paratum ad suscipiendam satisfactionem in hac vita, absolui reseruata satisfactione in purgatorio. ex his enim omnibus habetur, q omissio huius partis sacramenti non est peccatum mortale ex suo genere. Unde quum satisfactio a cōfessore non imponatur nisi vt descripta est, et vt sic illius omissio non habeat ex suo genere rationem peccati mortalis, concludendum est peccare quidē omittētem iniunctam satisfactionem (quum agat preter obedientiam et alias virtutes) non tamen mortaliter, deficiente contemptu, quū nec contra obedientiam charitatemue omittat.

¶ Ad tertium dicitur, ꝙ distinctio inter per se ⁊ per accidens, excu-
sat hec inconuenientia: penam siquidem temporalem fieri per se
eternam, est inconueniens: per accidens autem eternari non in-
conuenit. Sic autem est in proposito: quoniam temporalis pena
amice soluenda propterea ordinatur in inferno, quia nunꝙ amice
soluitur. Unde nec propterea redeunt simpliciter dimissa peccata,
nec eque puniunt pro peccato dimisso ⁊ pro nō dimisso, si enim redi-
rent simpliciter, deberetur per se pena eterna: ⁊ similiter peccato
non dimisso deberetur per se pena eterna. In proposito autem eter
nitas pene inuenitur per accidens: non tamen sicut in pena ve-
nialium: ratio enim proxima eternitatis pene perseuerantium ve-
nialium in inferno est eternitas culpe: perseuerante enim culpa
semper debet perseuerare pena. Ratio autem eternitatis pene in
proposito est defectus acceptabilitatis: quia scilicet solutio pene
nunꝙ est acceptabilis, quia nūꝙ soluitur amice.

¶ An sacramenti penitentie minister possit esse sacerdos absqꝫ iu-
risdictione. Quesitum vnicum.

Circa Ministrum sacramenti penitentie queritur an possit esse sacerdos absqꝫ iurisdictiōe. ¶ Et est ratio dubij. Tum quia confessor summi pontificis ministrat ei sacramentum penitentie sola potestate ordinis: quū potestatem iurisdictionis super eum habere nequeat. ¶ Tum quia videtur cōmuniter dici, ꝙ sola potestas ordinis sufficit ad absoluendum a peccatis venialibus. ¶ Tum quia videtur etiam communiter dici, ꝙ potestas ordinis ex se, se extenderet ad omnes absoluendos nisi per ecclesiā essent limitate iurisdictiones.

In oppositum Est decre. omnis vtriusqꝫ sexus.

¶ Ad euidentiam huius sciendum est, ꝙ licet multa doctorum verba sonare videantur solam ordinis potestatem quandoqꝫ sufficere ad hoc sacramentum: ſm tamen rei veritatem nunꝙ sufficit: sed semper exigitur vltra potestatem ordinis, authoritas iurisdictionis aliquo modo. Ex hoc quidem non solum per ecclesiam determinatum est, sed ex ipsa sacramenti natura habetur: legimus enim in conci. Florent. sub Eugenio quarto: ꝙ minister huius sacramenti est sacerdos habens authoritatem ordinariam vel delegatam. Ex quo patet, ꝙ sacerdos sola ordinis potestate fultus non est minister huius sacramēti. Et quum in proposito non habeat locum distinctio illa de ministro ex officio vel in articulo necessitatis, sicut in baptismo, oportet dicere ꝙ si sacerdos sola ordinis potestate absoluat, sacramētum nullum est: quia deficit minister. ¶ Est quoqꝫ sacramentum hoc ex sua natura iudiciale: quoniam forma eius cōsistit in actu iudicis vt sic: actus autem iudicialis etiā si fingendi detur licentia, nō potest intelligi exerceri nisi in subditū: igitur nō ex ecclesie constitutione, sed ex ipsius sacramenti iudicialis natura exigit potestas iurisdictionis in hoc sacramento. Dupliciter autem contingit haberi potestatē iurisdictionis. primo ex parte principij iudicādi, ita ꝙ potestas ipsa iurisdictiōis sit pricipiū iudicij: sicut in naturalib⁹ calor est principiū calefaciēdi, ⁊ in politicis potestas principis est principiū puniendi, ⁊ in ecclesiasticis potestas pontificia est principium excommunicandi, ⁊ huiusmodi. Alio modo inuenitur iurisdictio ex parte eius qui iudicandus est: sicut contingit in iudicio arbitrorum, a partibus tantū potestatem habentium, ex hoc ipso ꝙ illis se submittunt in illa causa. In ministro vero sacramenti penitentie quū ordinaria vel delegata a superiori potestate est minister, licet inueniatur potestas iurisdictionis primo modo: ad ministrandum tamē sacramentū penitētie, sufficit potestas iurisdictiōis scđo modo. Et rō est: q2 sacrālis absolutiōis principiū non est ptās iurisdictionis, sed ptās ordinis: ptās aūt iurisdictionis cōcurrit quo ad hoc solum ꝙ facit de peccatore subditum: vel simpliciter vel quo ad talia peccata. Et hinc fit, vt quicunqꝫ potest se subijcere in foro penitentiali cui vult, non egeat aliunde iurisdictione in ministrante sibi hoc sacramentum.

Et per hoc patet respōsio ad primū: ex hoc enī ꝙ summ⁹ pontifex nulli in terris subditus est, potest seipsum subdere in foro penitentiali cuilibet sacerdoti, nec confessor ille habet proprie loquendo potestatem iurisdictionis super papa penitente, a christo vel ecclesia vel ab ipso papa tāqꝫ a superiore: sed ex hoc ipso ꝙ papa se subdit illi. Et hic modus iurisdictionis reductiue spectat ad iurisdictionem delegatam: quamuis proprie non sit delegata. ¶ Ad scđm dicit, ꝙ q2 quo ad pctā venialia quilibet est liber respectu sacramēti penitentie (eo ꝙ nullus tenet cōfiteri venialia) ideo satis rationabile est, ꝙ quilibet potest se subdere cui vult sacerdoti pro sacramento penitentie venialiū. Et sic inuenitur hic nō sola potestas ordinis, sed potestas iurisdictionis reductiue: que quia nō est proprie delegata, tacita videt a dicentibus ꝙ sola potestas ordinis ministrat sacramentū venialibus: quum tamen ſm veritatem si nullo modo iurisdictio interueniret, nullū esset peccatum: vt dictum est. ¶ Caue tamen ne huiusmodi iurisdictionem extendas ad absolutionem ab excōmunicatione minori, etiā p peccatum veniale incursa: nam q2 excōmunicatio minor vinculū est introductū a potestate iurisdictionis, q̄ est principium iudicij, impossibile est ꝙ sine huiusmodi potestate iurisdictionis, que est principium actuum iudicialium, absoluat quis ab excommunicatione minori. Unde quis habens venialia tantum, possit a quocunqꝫ sacerdote penitentie sacramentum suscipere ex hoc ipso ꝙ se subdit illi: non potest tamen a quocunqꝫ sacerdote absolui ab excōmunicatione minori: sed si illam habet, oportet prius a proprio sacerdote ab illa absolui. ¶ Ad tertium dicitur, ꝙ illud dictū potest dupliciter intelligi: vel vt omnes sacerdotes a principio ex hoc ipso ꝙ erant sacerdotes poterant omnes absoluere: vel ꝙ omnes sacerdotes instituebant nō solū sacerdotes communes sed iudices cōmunes in foro penitentiali. Primus sensus est falsus: quia de necessitate sacramenti iudicialis est iurisdictio. Secūdus sensus est ver⁹, supposita veritate dicti, qm̄ ante distinctiōes parochiarū ⁊c. sacerdotes vtrāqꝫ ptātē accipiebāt, ita ꝙ tūc erāt ⁊ sacerdotes cōes ⁊ iudices cōmunes: postea autē ordinantur quidā sacerdotes cōes, fiūt aūt iudices ꝓprij assignando eis plebes ꝓprias. Et multi relinquunt sacerdotes cōes q̄ nūꝙ fiūt iudices nec cōes nec ꝓprij: vt pꝫ de his qui nō sunt expositi ad audientiā cōfessionum, nec aliquis se subdit eis quo ad venialia ⁊c.

¶ De Indulgentijs.

Circa Indulgentias post tractatum quēdam alias editum, ⁊ plures questiones in secundo quol. positas, iam tertio scribendum occurrit tripertita consideratione. Primo de thesauro. Secundo de causa. Tertio de suscipientibus.

¶ Circa thesaurum occurrunt quatuor querēda: primum an aliquis thesaurus sit necessari⁹ ad efficaciam indulgentiarum. Secundo ex quibus constat dictus thesaur⁹. Tertio q̄rū sint vl' fuerint reposita i dicto thesauro. Quarto an dictus thesaurus subsit dispēsationi summi pōtificis.

¶ An thesaurus aliquis sit necessarius ad efficaciam indulgentiarum. Quesitum j.

Circa Primum (an thesaurus aliquis sit necessarius ad efficaciam indulgentiarum) sciendum est, ꝙ ex duplici capite dubitatio hec oritur. Uel ex eo ꝙ creditur papam posse facere effectū indulgentie authoritatiue, sicut potest absoluere ab excommunicatione: sic ꝙ ita potest absoluere a debito penarum temporalium quas penitentes pro suis debent peccatis, sicut potest absoluere a vinculis suspensionis, interdicti ⁊ huiusmodi. Uel ex eo ꝙ creditur effectum indulgentiarum non esse aliud qꝫ solutionem ecclesiastici vinculi, quo penitens alligatus est ad iniunctas penitētias. ¶ Ex vtraqꝫ siquidem opinione sequitur nullo opus esse thesauro ad efficaciam indulgentiarum: vt manifeste patet. ¶ Prima autem opinio est francisci maironis in.iiij. distinc. xx. Et fundatur super verbo christi: quodcunqꝫ solueris super terram ⁊c. Hinc enim vult papam veluti principem christiane reipub. constitutum: ⁊ postea ex regulari potestate principum qua quilibet princeps habens plenariam potestatem potest remittere debita peccatoribus in sua politia, infert papam posse remittere debita penarum temporalium quas penitentes tenētur in hac vita vel in purgatorio exoluere. ¶ Firmaturqꝫ hoc, inducendo ꝙ sacerdos absoluendo transfert penam eternam in temporalē: ac per hoc de foro inferni in forum temporalem ⁊c. ¶ Sed hic dicendi modus tripliciter errat. Primo in hoc ꝙ non distinguit inter forum penitentialem ⁊ forum extrinsece iurisdictionis ecclesiastice: papa enim licet sit quasi princeps in foro ecclesiastice iurisdictionis exterioris (cuius signum est ꝙ est solutus ecclesiasticis penis et legibus vt princeps) in foro tamen penitentiali est subditus: vnde et potest et solui et ligari a sacerdote in foro penitentiali: et potest et debet sibi negari absolutio sicut et reliquis ficte accedentibus ad sacramentum penitentie. pena autem temporalis pro peccatis actualibus post contritionem et confessionē debita nō spectat ad extrinsecū forū, sed ad forū penitētialē. Quod etiam ex eo patet, ꝙ est eiusdem rōnis cum suis alijs par-

tibus q̄ remisse sunt ex virtute clauium vel per satisfactionem penitentialem. vnde quo ad hoc non habet papa a christo potestatem tanq̄ princeps. sed tanq̄ minister. ¶ Secundo errat in hoc q̄ non discernit inter causas debitorum: nam si princeps non posset remittere causam debiti. nec ipsum debitum remittere posset. Unde quū papa nō possit remittere causam debiti (qm̄ causa debiti est peccatū: papa aūt non potest etiā veniale remittere pctm̄) nō igitur ad potestatem principatus eius spectat remittere penā ex peccato debitā. ¶ Tertio errat. nō discernens modū potentie: aliud est em̄ papā posse remittere huiusmodi penas. aliud est papam posse tali modo remittere huiusmodi penas. Dato em̄ q̄ papa possit sicut rei veritas est q̄ potest ex illo christi verbo. quodcunq̄ solueris ⁊c. non tamen sequitur. potest hoc tali modo. puta solo iussu: stat enim q̄ potest hoc alio modo. puta per ecclesiastici thesauri dispensationem. Et hoc patet in similitudine sicut christus dixit petro. quodcumq̄ solueris ⁊c. ita dixit discipulis. quorum remiseritis peccata ⁊c. ⁊ sicut nō valet discipuli seu sacerdotes possunt remittere peccata. ergo possunt solo iussu seu autoritate (sed stat q̄ possunt alio modo. s. ministrando sacramentum penitentie) ita non valet: papa potest qd̄cunq̄ soluere sup terram: ergo solo iussu seu autoritate hoc potest. stat em̄ q̄ hoc possit diuersimode. quo ad exteriora quidem solo iussu: quo ad intima vero peccata. s. ⁊ eorum penas. apud deum mediante sacramento quo ad peccata. mediante vero dispensatione thesauri quo ad dictas penas. Nec sacerdos aliter q̄ per sacramentum transfert penam eternam in temporalem. ¶ Secunda autem opinio verborum sonum habens pro se (pro q̄to indulgentie sonant pro iniunctis penitentiis) fundatur super hoc. q̄ pena debita a penitente apud diuinam iustitiam est reseruata superiori tribunali scilicet ipsius diuine iustitie: ac per hoc non potest ab inferiori (qualis est papa) remitti. nisi papa posset supra ius diuinum: quod constat esse falsum. ¶ Et hec opinio tripliciter errat. Primo diminutissime exponendo remissionem iniunctarum penitentiarum. dum exponit pro remissione solius vinculi: quum etiam ipsa verba soneat remissionem ipsarum iniunctarum penitentiarum. ⁊ non solius vinculi iniunctionis: non enim dicitur q̄ relaxamus iniunctionem. sed q̄ relaxamus iniunctas penitentias. ¶ Secundo q̄ impietatem tribuit ecclesie. nam si indulgentia liberaret a sola iniunctione penitentie. impie ageret ecclesia dando indulgentias: quoniam absoluendo a vinculo iniunctionis. transmitteret penitentes ad penas purgatorii. a quibus liberati fuissent exequendo iniunctas penitentias. Unde magna impietas esset. dicere se facere gratiam dando indulgentiam. ¶ Tertio errat in hoc. quod non discernit inter posse remittere ministerialiter. et posse remittere autoritatiue. Licet enim deo debita solus deus autoritatiue remittere possit: homo tamen minister dei. diuina autoritate sibi concessa potest deo debita remittere ministerialiter. nec solum debita penarum sed etiam debita culparum: vt patet in sacramento penitentie. Nec hoc est posse supra ius diuinum: sed est ministerialiter fungi autoritate diuina.

His igitur Exclusis opinionibus quia ex fine necessitas medii sumitur. finis autem et effectus in huiusmodi coincidunt (sanitas enim est finis et effectus medicine) ideo stabiliendus est effectus indulgentiarum ex his que certa sunt. Et quoniam certum est. omni hoc attestante ecclesia. indulgentias succedere loco iniunctarum penitentiarum: consequens est q̄ idem est effectus indulgentie qui erat futurus effectus iniuncte satisfactionis penitentialis. Constat autem q̄ per iniunctam satisfactionem penitentialem digne exequutam soluitur pena temporalis pro actuali peccato debita apud diuinam iustitiam (hoc enim vniuersalis credit ecclesia) igitur per indulgentiam loco satisfactionis succedentem si veraciter ac digna acquisita fuerit. soluetur quoq̄ tantum de pena temporali pro actuali peccato debita apud diuinam iustitiam. q̄tum apud eandem equiualet indulgentia acquisita. Et hec ratio non eget ampliori confirmatione: quum iam determinatum sit per ecclesiam Romanā ad quod communis doctorum opinio sentiebat: scilicet effectum indulgentiarum esse remissionē pene temporalis pro peccato actuali debite apud diuinam iustitiam: sed hinc sumenda est necessitas quesiti thesauri. ¶ Unde considerandum est. q̄ remissio peccatorum vt tota clamat scriptura. effectus est passionis christi: ita q̄ cuicumq̄ remittitur peccatum siue quo ad culpam siue quo ad penam. ex virtute passionis christi remittitur. Credimus autem in huiusmodi remissione sicut ⁊ in vniuersis viis domini non solum misericordiam sed etiam iustitiam inueniri: misericordiam quidem in hoc q̄ miseriam peccatoris computat christus quasi suam: iustitiam vero in hoc q̄ meritum ac passio christi communicatur peccatori quasi peccator ipse pateretur: vt sic peccator debitū deo soluat de suo. non per seipsum sed p̄ e q̄uisitū cōmunionē acquisito: vt patet in baptismo: in quo propterea fit plenaria peccatorum remissio. quia plenissime commoritur ⁊ consepelitur christo baptizatus. Ex quibus formatur talis ratio. Ad remissionem peccatorū siue quo ad culpā siue quo ad penam per sacramēta habēdā. exigit thesaurus aliquis. puta meritorū passionis christi remanentiū in diuina acceptatione: ergo a fortiori ad remissionē peccatorū quo ad penam tantū p̄ indulgentiam. exigitur aliqs similis thesaurus. Antecedēs patet discurrendo per sacramenta. ⁊ ecclesie doctrinā quam diximus. Consequentia vero ex se est satis euidens: qm̄ omnis ratio exposcit q̄ diuina prouidentia si subiicientibus se sacramentis. ordinauit non remitti penam peccatorum nisi computando penam christi pro his quibus remittitur. multo magis ordinauit nō remitti penas peccatorum per indulgētias nisi cōputando alienas penas p̄ acquirentibus indulgētias: quandoquidem submittere se indulgentiis. multo minus est q̄ submittere se sacramentis. Est igitur ad efficaciam indulgentiarum thesaurus aliquis necessarius. non minus q̄ ad efficaciam sacramentorum.

¶ Ex quibus consiet thesaurus vñ fiunt indulgētie. Quesitū. ii.

Circa Secundum quesitum (ex quibus consiet thesaurus vnde fiunt indulgētie) ratio dubitandi est: quoniam interdum merita. interdum passiones interdum satisfactiones dicuntur esse ea que sunt in hoc thesauro reposita. Ueritas autem (vt patebit) formaliter explicatur per satisfactiones superfluas.

Ad cuius Euidentiam non aliunde q̄ ex fundamento prius posito procedendum est. ex hoc. s. quod indulgentie succedunt loco penitētialiū satisfactionū. hoc. n. dictum oportet cum grano salis sumere. In penitentiali siquidem satisfactione digne exequuta (puta ieiunio) considerandum est quadruplex officium. habet. n. huiusmodi opus quattuor officia. s. bonificandi. medēdi. merendi. ⁊ satisfaciendi. Nam ex eo quod est opus bonum. bonificat operantem. ⁊ disponit illum ad alia bona opera. ex eo vero quod est tale opus (puta ieiunium) medicinam prebet contra carnis concupiscentiam. sicut elemosyna contra auaritiam ⁊c. ex eo aūt quod a charitate procedit. meritorium est vite eterne. ⁊ ex eo demum quod penale est satisfactorium est pro pena temporali pro peccato debita. soluitur. n. pena absq̄ omni contradictione per opus penale vt sic. Indulgentia autem non succedit loco satisfactionis penitentialis nisi quo ad vltimum officium. quod est satisfacere: nam ex vi indulgentie non fit homo bonus. nec medicatur nec meretur. sed solummodo soluit penam quam per penitentiam soluisset. Et propterea doctores consulunt assequentibus indulgētias. adimplere nihilominus suas penitentias: ⁊ meritum longe melius esse predicant quam indulgentiam. Nec propter hoc tamen vilipendēde sunt indulgētie: quoniam salutares sunt tollēdo penam que impediret ingressum celestis patrie. Notanter autem dixi ex vi indulgentie: quoniam si indulgentie mixtum compelligatur opus sanctū quo acquiritur indulgētia. puta elemosyna aut aliquid huiusmodi. sic mixta intellecta indulgentia melior esse potest q̄ satisfactio penitentialis. Nam nullum officiorū inuentorū in satisfactione penitētiali sibi deficit: est. n. digne data elemosyna pro acq̄renda indulgentia. reddens bonum ⁊ disponens ad bona opera dantem illā. ⁊ prebet medicinam contra cupiditatem pecunie. ⁊ est meritoria vite eterne. ⁊ est satisfactoria ex p̄pria penalitate: ⁊ vltra hec superuenit sibi solutio pene seu satisfactio per indulgentiam. Ex hoc igitur quod indulgentia pura succedit satisfactioni penitentiali solummodo quo ad vim satisfactiuam. manifeste sequitur quod thesaurus indulgentiarum. thesaurus est satisfactionum. que quia per opera penalia ⁊ meritoria fiunt. ideo idem dicitur thesaurus passionum ⁊ meritorum quatenus satisfactoria sunt. Rationabile autem vltra dicta in precedenti articulo monstratur esse. debere esse thesaurum hunc thesaurum satisfactionū seu meritorū quatenus satisfactoria. ex eo quod vnus p̄ alio ⁊ in tp̄alibus ⁊ in sp̄ualibus satisfacere pōt: nō medicatur aūt nec fit bonus nec meret vnus p̄ alio. Sunt igitur ea que sūt reposita in hoc thesauro satisfactiōes. ¶ Quod aūt nō q̄cūq̄ satisfactiones sed sole supflue in eodem recondite sint. ex eo patet. quod satisfactiones ille q̄bus satisfacientes indiguerūt p̄ seipsis: iam cesserunt in solutionē penarū debitarū p̄ p̄priis peccatis: ⁊ p̄pterea nō pñt p̄

alijs soluere. Et simile est iudicium de satisfactionibus que pro quibusdam determinate, oblate sunt: sunt enim et ipse sortite suum effectum. Quia igitur oportet satisfactiones in thesauro repositas pro alienis penis soluendis offerri posse, oportet huiusmodi satisfactiones esse superfluas, ita q nec pro his qui illas egerunt nec pro alijs hactenus satisfecerint: hoc enim est merita seu opera esse superflua quo ad officium satisfaciendi.

Obiectiones Autem que ingerere videntur plus requiri ad recondita in hoc thesauro, puta q non solum sint satisfactiones superflue, sed etiam non plene remunerate, in sequenti articulo monstrabuntur vane. Et ideo concludendum est, thesaurum indulgentiarum esse thesaurum superfluarum satisfactionum seu meritorum quatenus superfluunt quo ad officium satisfaciendi pro pena actualibus peccatis debita.

¶ Quorum sint satisfactiones ex quibus constat thesaurus vnde fiunt indulgentie. Quesitum. iij.

Circa Tertium de thesauro quesitum (scilicet quorum sint huiusmodi superflue satisfactiones) dubitandi ratio est: quia dicitur q sunt christi et sanctorum: multis tamen doctoribus aduersantibus. Dum quidam nec in christo nec in sanctis superfluas concedunt satisfactiones: quidam autem etsi in christo concedunt, de sanctis tamen dubitant. ¶ Franciscus igitur maironis in quarto distin. xx. negans omni ex parte hunc thesaurum, dicit nulla esse christi superflua merita: quoniam omnia sunt plene sibi remunerata: iuxta illud: exinaniuit semetipsum factus obediens vsq ad mortem, propter quod et deus exaltauit illum, et dedit ei nomen etc. ¶ Durandus vero in quarto: distinct. xx. christi quidem superflua merita in thesauro hoc affirmat: de sanctorum vero superfluis meritis dubitat duplici ratione. ¶ Prima communi sibi et francisco: quia merita sanctorum sunt plenissime remunerata, imo vltra condignum: quoniam non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam. ¶ Secundo: quia ad hoc q satisfactio vnius valeat pro alio, exigitur intentio, dirigens et applicans satisfactionem illam ad alium: de nullo autem sanctorum autentice constat q habuerit intentionem satisfaciendi pro nobis: non igitur sanctorum sunt merita satisfactoria, ex quorum thesauro fiunt indulgentie. ¶ Sed horum opinio tam in rationibus quam in conclusione, falsa et irrationabilis inuenitur. ¶ Et a christo inchoando, falsissimum est christi merita esse remunerata: quum christus meruerit nobis et continue remuneretur in membris suis: vt patet in baptizatis, qui non proprio sed christi merito ad celestem perueniunt patriam. A ratione quoq hoc alienum est: quoniam christus est caput mystici corporis quod est ecclesia, ac per hoc gratia eius est gratia capitalis: et proinde meritum eius ita se habet ad membra eius sicut meritum priuati hominis se habet ad corpus suum: et propterea sicut quilibet homo meretur non solum anime sed etiam corpori suo: ita christus non solum sibi sed alijs meruit. Imo maius quid meruit nobis quam sibi: quia nobis meruit beatitudinem, quam sibiipsi non meruit: sed sine merito a principio conceptionis sue habuit. ¶ Authoritas autem apostoli non dicit merita christi fuisse plene remunerata in seipso: sed duo illius premia narrat scilicet exaltationem ipsius, et excellentiam sui nominis, meruit enim preter hec multa alia christus: vt patet ex supradictis a diuo Tho. ¶ De sanctorum autem remuneratione duo dicenda sunt. Primum non curando de proprietate vocabuli, sed communicando in vocabulis cum arguentibus: deinde proprie loquendo de remuneratione. Loquendo siquidem de remuneratione communiter, siue sit proprie remuneratio siue non: distinguendum est q merita sanctorum quo ad aliquid sunt totaliter remunerabilia in ipsis sanctis, quo ad aliquid vero non sunt totaliter remunerabilia in ipsis sanctis: et quo ad hoc superfluunt ipsis sanctis, et ponuntur in thesauro remanentia in diuina acceptatione: remuneranda in alijs. Merita siquidem sanctorum licet secundum reliqua officia sua possint remunerari in ipsis sanctis: secundum tamen hoc officium quod est satisfacere pro pena temporali peccatis actualibus debita, remunerari non possunt in ipso sancto si non est debitor alicuius temporalis pene pro suo peccato actuali: ex hoc enim ipso q sanctus ponitur non debitor talis pene, necessario sequitur q non sit capax talis remunerandis: scilicet q satisfactio sua valeat sibi ad solutionem pene pro sc. Si supponamus ergo (quod postea probabitur) sanctos plus satisfecisse quam pro proprijs peccatis erant debitores, oportet consequenter dicere q satisfactiones sue inquantum excedunt sua debita non sunt remunerate in ipsis sanctis: quia ipsi non indigebant solutione penarum: que est seu dicitur remuneratio satisfactionis abusiue (vt dictum est) de remuneratione loquendo. ¶ At si proprie loquendum est de remuneratione, dicendum est q merita sanctorum omnia sunt plenissime remunerata sibi: ita q etiam ipse eis superflue satisfactiones sunt plenissime remunerate vel remunerande in ipsis sanctis: quoniam quicquid inde meruerunt, totum eorum erit, siue sit premium essentiale siue accidentale. Sed plenissima remuneratio non minuit vim satisfactiuam pro alijs: quoniam soluere pro se vel alio, non est meritum aut merces aut remuneratio quecumq: actus enim satisfaciendi qui a sanctis processit, pro quanto fuit mereri, remuneratus est vita eterna etc. Et rursus pro quanto fuit tale opus penale sibi, remuneratus est gaudio accidentali: gaudebit enim de hoc q plus passus est quam peccata sua demeruerint: vnde et aureola datur quibusdam generibus operum ex ipsa executione. Sed propter huiusmodi et quascumq alias remunerationes non perdit actus ille officium suum, quod est soluere pro pena temporali actualis peccati proprij vel alieni: imo quum continget superfluam satisfactionem laurentij soluere pro pena debita Johanni penitenti, gaudium quoddam accidentale Laurentius in celo habebit de hoc q satisfactio sua soluit pro Johanne. Interuenit igitur in huiusmodi ratione super plena remuneratione meritorum fundata, error in hoc, q satisfacere seu soluere penam temporalem pro actuali peccato debitam: inter remunerationes seu remunerabilia computatur: quum longe sit a genere tam meriti quam mercedis: vt etiam attestantur doctores, tenentes huiusmodi residuas penas si contingat inueniri in damnatis posse solui in inferno: vbi constat non inueniri meritum aut mercedem. Attestatur etiam et communis doctrina, tenens in purgatorio solui huiusmodi penas: et tamen in huiusmodi solutione non mereri neq remunerari. ¶ Quia ergo plenissima remuneratio quantumcumq vltra condignum, non tollit a meritis sanctorum superfluens officium satisfaciendi pro pena temporali actualium peccatorum: si constat sanctorum merita plus esse satisfactoria quam ipsi essent debitores, nihil obstabit ratio de plena remuneratione. Q autem sancti plus satisfecerint quam demeruerint, testatur Job. vj. cap. dicens: Utinam appenderentur peccata mea quibus iram merui, et calamitas quam patior in statera, quasi arena maris hec grauior appareret. Ubi clare liquet Job plus passum fuisse quam pro peccatis suis debuerit pati: in superabundantia autem passionum consistit superabundantia satisfactionum: vt patet ex antedictis. Simile autem esse de multis alijs iudicium nemo dubitat. ¶ De intentione vero sanctorum, q scilicet fuerit pati pro nobis, testatur apostolus ad Coloss. j. dicens, adimpleo ea que sunt passionum christi in carne mea, pro corpore eius quod est ecclesia. Ubi manifeste patet, diuinam prouidentiam disposuisse passiones aliquas in carne sanctorum, spectare ad complementum passionum christi pro corpore eius quod est ecclesia: et hanc diuinam ordinationem sanctos adimplere suis passionibus superabundantibus.

Ex quibus Omnibus patet argumenta supradictorum doctorum falsa esse. De conclusione autem non est amplius dubitandum: quoniam iam per Roma. ecclesiam determinatum est indulgentias fieri ex thesauro superabundantium meritorum seu passionum christi et sanctorum. Que etiam conclusio quo ad superabundantiam passionum christi pro nobis fundamentum habet in scriptura prime Johan. ij. ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed totius mundi. Ex qua authoritate patet passionem christi sufficienter satisfacere pro toto mundo: ac per hoc quum executiue pro paucis tantum satisfaciat, infinitum thesaurum satisfactionum christi superesse in sacramentis: quibus eadem christi passio satisfacit. ¶ De sanctorum autem superabundantibus meritis quo ad officium satisfaciendi pro nobis fundamentum est in scriptura in locis allegatis ex Job et apostolo. Unde apparet quam rationabiliter ecclesia Roma. determinauerit. ¶ Et si queratur ad quid vtilis erit tanta superabundantia satisfactionum christi et sanctorum, que tanta secundum predicta supererit post vniuersale iudicium: quando nulli amplius proderit, dum pro nullo amplius soluere poterit penam pro peccato debitam. Dicendum est, q hoc ipsum quod est merita Christi et sanctorum vt satisfactoria, tam excellenter superare omnes que soluende fuerant penas, non est vanum: sed ad gloriam christi et sanctorum, et ad commendandam libertatem saluationis electorum. Hec enim superabundantia meritorum attestatur q non ex insufficientia satisfactionum christi et sanctorum damnati sunt reprobi, quasi solis electis illa suffecissent, sed ex propria iniquitate damnati sunt reprobi pro quibus sufficiens remanet satisfactio, si diuina misericordia ad illos

eam applicare vellet. ¶ Si aũt q̃rit ad quid superabũdans satisfactio sanctorũ ponit: quum christi satisfactio sufficientissima sit pro toto mundo? Respõdendũ est hoc ꝑpterea esse, vt christi mẽbra simillima essent capiti: videm⁹ enĩ diuinã ꝓuidentiam disposuisse q̃ christi membra ꝯsertim ꝑcipua sibi assimilarentur q̃ntum fas est. Unde sicut sunt sancti quidam aliorum curatores quidam aliorũ doctores, quidã q̃ ꝓ alijs merent̃ de cõgruo tñ, q̃dam qui pro alijs impetrãt, ita quidã sunt alienarũ penarum satisfactores, ita, vt assimulentur christo etiam in hoc q̃ pro alijs passus est: dum ꝛ ipsi qui patiuntur plus q̃ demerentur, pro alijs satisfaciunt.

¶ An hic thesaurus subditus sit dispensationi pape aliter q̃ per sacramentorum collationem. Quesitum .iiij.

Circa Quartum de thesauro quesitum (an scilicet thesaurus hic subditus sit dispensationi pape aliter q̃ per sacramentorum collationem) ambiguitas magna est: quoniam conferre effectum sacramenti sine sacramento, spectat ad claues excellentie, quas constat non esse communicatas pape, sed reseruatas soli christo: remissio autem pene temporalis pro actuali peccato debite, est effectus sacramenti: quoniam hec fit per baptismum, et per tertiam partem sacramenti penitentie, que est satisfactio.

In hac Questione sciendum est totam difficultatem consistere non in hoc an thesaurus iste sit dispensabilis per papam, sed in hoc an aliter q̃ per sacramẽtorum collationem possit papa thesaurum istum communicare: quoniam nulla authoritate scripture, nullaue ratione haberi videt̃ q̃ dispensatio talis sit credita petro. Authoritates siquidem ille quodcumq̃ solueris super terram, et quorum remiseritis peccata: intelliguntur proculdubio s̃m subiectam materiã: vt scilicet ea que spectant ad remissionem peccatorum, cõmissa sint soluenda ꝛ remittenda mediantibus sacramentis. Ratio quoq̃ communiter allata: scilicet q̃ communia bona ecclesie sunt dispensabilia per presidentem ecclesie: eãdem patitur difficultatem. Declaratur enĩ q̃ cõmunia ecclesie bona spectantia ad remissionem pctõrũ, sunt q̃dem dispensabilia per ꝓsidentẽ ecclesie, sed nõ q̃uolibet: sed certo modo, hoc est per collationẽ sacramẽtorũ. ¶ Nõ demũ ducẽs ad incõuenieñs puta q̃ superflue satisfactiones sanctorũ frustra reposite essent in thesauro: quia ille non communicant̃ per sacramenta, sicut satisfactiones christi: nec põt dispensari sine sacramentis: ergo vane sunt in thesauro ecclesie. Hec inq̃ ratio facile soluit̃, dicendo q̃ sunt in thesauro ecclesie, vt a christo dispẽsentur membris ecclesie militantis: et q̃ hoc fit quotidie, dum meritis sanctorum petimus remissionem peccatorum ꝛ exaudimur. Ita q̃ s̃m has difficultates, huius thesauri dispensatio aliter q̃ per sacramentum, reseruata videtur summo sacerdoti christo: qui sol⁹ nouit merita causarum circa remissionem peccatorum.

Licet Autem difficilis sit notitia questionis huius: quia tamen vniuersalis ecclesia facto declarauit ecclesie prelatos posse huiusmodi thesaurum sine sacramẽtis dispensare (dũ episcopi omnes indulgentias dant non crudeliter loco solius vinculi iniunctionis transmittendo ad penas purgatorij, sed gratiose loco ipsarum satisfactionum iniunctarum: ex hoc enim vt in superioribus manifestatum est, oportet dicti thesauri dispensationem interuenire: quum non possint aliter fructuose huiusmodi indulgentie succedere penitentijs iniunctis) ideo absq̃ hesitatione aliqua etiam si nulla adesset ratio, fatendum est dicti thesauri dispensationem non solum per sacramenta quo ad merita christi, sed aliter q̃ per sacramenta quo ad merita christi ꝛ sanctorum commissam esse prelatis ecclesie: ꝛ precipue pape. Et hoc tanto magis fatendum est, q̃nto per leonem .x. determinatum est. ¶ Suffragatur autem huic veritati ratio, tanto acceptabilior, q̃nto magis soluit omnes difficultates accidentes in hac re. Est autem ratio hec. Communia presentis ecclesie bona communicabilia aliter q̃ per sacramenta, sunt a presidente ecclesie dispensabilia aliter q̃ per sacramenta: sed merita christi ꝛ sanctorum vt superabundanter satisfactoria, sunt communia bona presentis ecclesie communicabilia aliter q̃ per sacramenta: ergo sunt a presidente ecclesie dispensabilia aliter q̃ per sacramenta. Maior propositio nullam videtur habere instantiam. Minor autem ex supradictis clara est, excepta vltima particula scilicet q̃ hec bona sint cõicabilia aliter q̃ per sacramenta. Que particula manifestatur, ex eo q̃ hec eadem bona potuissent si voluissent sancti communicare nõ per viam sacramentalis membris ecclesie in particulari: ex hoc enim q̃ ipsi potuissent hoc efficere aliter q̃ per sacramẽta, sequitur q̃ satisfactiones iste suapte natura sunt cõicabiles alijs aliter q̃ per sacramenta. Hinc quoq̃ monstratur validam esse ad propositum autoritatem illam, quodcũq̃ solueris: nam verus illius intellectus est: q̃d cũq̃ solueris eo modo quo illud est solubile. ꝛ sic in omni materia currit: ꝛ ad propositum efficax inuenitur. Est enim sic practicanda quodcumq̃ per sacramentum solubile solueris per sacramentum: ꝛ similiter quodcũq̃ aliter q̃ per sacramentum solubile, solueris etiam aliter q̃ per sacramentum ꝛc. Et sic subsumendo q̃d pena temporalis pro actuali peccato debita, est solubilis ꝛ per sacramentum ꝛ per alienam satisfactionem sine sacramento applicatam, infertur q̃ huiusmodi pena potest a petro solui non solum ꝑ sacramentum, sed etiam per alienam satisfactionem sine sacramento applicatam. Per hoc etiam saluatur ratio communis de potestate presidentis ecclesie: quoniam vera est respectiue intellecta, hoc est, q̃ bona communicabilia per sacramenta solum, potest per sacramenta communicare: bona autem communicabilia etiã aliter q̃ per sacramenta communicare. ¶ Illud vero quod glosando seu respondendo dicitur, ea que spectant ad remissionem peccatorum commissa esse prelatis ecclesie mediantibus solummodo sacramentis. Uerum est de spectantibus ad remissionem peccatorum simpliciter: non autem de his que spectant ad remissionẽ peccatorum secundum quid, de quorum numero est remissio pene temporalis pro actuali peccato debite: presupponit enim peccatum simpliciter remissum: ꝛ secundum minimum quid tantum, puta temporalem penam remittendum.

Et per Hoc patet solutio principalis argumenti. Nam sine sacramento cõferre sacramẽti effectum simpliciter seu totalẽ, spectat ad claues excellentie: conferre aũt sine sacramẽto id q̃d partialiter potest esse effectus sacramenti, potest pertinere ad claues ministerij. Sic aũt est in proposito: q̃m remissio pene temporalis pro actuali peccato debite, nullius sacramẽti est simpliciter seu totalis effectus: licet sit partialis baptismi effectus, et possit esse partialis aliorum sacramentorũ effectus, ꝛ possit etiam sine sacramento effici ꝛ sine actu clauium. Quia cõstat, q̃ potest vel per proprios actus penitentis, vel per amicorum satisfacientium pro eo actus fieri: vt patet quum aliquis mortificat seipsum ieiunando, peregrinando ꝛc. pro peccatis suis: vel amicus similia facit, vt pro amico satisfaciat.

¶ Utrum necessario requiratur rationabilis causa indulgentiarum. Quesitum .i.

Circa Causam indulgentiarũ dubiũ duplex occurrit, primum an necessario requirat̃ causa rationabilis, secũdo an causa expressa in bulla, ex hoc ipso q̃ est expressa, sit rationabilis.

Circa primũ Uidetur pars negatiua vera: quoniã indulgentie indiscrete licet peccet concedens, sunt efficaces. Dicuntur autem indulgentie indiscrete q̃ ex causa non rationabili procedunt. ¶ Preterea. Dispensatio ministeriorum dei in ecclesia presenti, est valida etiam sine causa rationabili facta: ergo dispensatio indulgentiarum etiam sine causa rationabili facta debet esse valida. Antecedens patet in promotione indignorũ: si enim indigni aliqui promouեant̃ ad ep̃atum, prioratum, abbatiam ꝛc. q̃uis promotor pessime dispenset huiusmodi ministeria: facta tñ tenent. Consequentia vero probatur: q̃ sicut credita est pape dispensatio indulgentiarum, ita ꝛ dispensatio ministeriorum dei: iuxta illud, sic nos existimet homo, vt ministros christi ꝛ dispensatores ministeriorum dei.

In oppositũ Autem est, q̃ indiscrete indulgẽtie eneruant satisfactionem penitentialem: vt dicitur extra de peni. ꝛ remis. ca. quum ex eo. non eneruarent autem si essent valide, sed supplerent, adimplentes in veritate quod per satisfactionem penitentialem agendum erat.

In hac Questione aliq̃d supponitur ꝛ aliq̃d queritur, supponit̃ enim cũ doctrina cõmuni q̃ vnum requisitorum necessario ad efficaciam indulgentie, est causa rationabilis. Quod etiam manifestatur, ex eo q̃ si daretur indulgentia ob causam prophanam (puta pro eundo ad theatrum) constat q̃ indulgentia esset nulla. Hoc autem supposito in questionem vertitur, an quemadmodum ad collationem indulgentie requiritur rationabilis causa ita necessario q̃ sine illa indulgentia non est valida, ita ad efficaciam tante indulgentie (puta centum vel mille annorum ꝛc.) exigatur simili necessitate rationabilis causa tante quantitatis indulgentie, ita quod sine huiusmodi rationabili causa tanta quantitas indulgentie est inualida. ¶ Ex communibus autem applicatis ad hoc, non est difficile concludere partẽ affirmatiuam veram scilicet ad efficaciam tante indulgentie exigitur

rationabilis causa q̄titatis indulgētie. ita ꝙ sine illa nō est valida. Nā si vt supponitur ⁊ cōmuniter cōfitentur, rationabilis causa est sic necessaria ad indulgentiam, necessario sequitur ꝙ ad tantam indulgentiam est etiam sic necessaria rationabilis causa illi⁹ q̄titatis. Et ꝓbatur seq̄la inductiue. ¶ Verū ad minus cōmunia descendēdo cōsiderandum est. ꝙ licet potestas pape sup cōia ecclesie bona tam spūalia q̄ corpalia sit dispēsatiua: iuxta illud apli. dispensatio mihi credita est: res tñ subiecte huiusmodi ptāti, diuersimode illi subdunt̄ ⁊ diuersimode ab illa attingunt̄. ¶ Et quantū ad propositū spectat, distinguenda sunt in duo genera: scilicet validorum ex solo imperio, vel non validorum ex solo imperio. Sūt enim quedam in dei ecclesia que q̄uis ad hoc ꝙ recte fiant, vltra pontificis imperium exigant rectam regulam voluntatis imperātis. si tamen absq̧ recta regula solo pontificis imperio fiant, valida sunt: de quibus iura dicunt ꝙ multa fieri prohibentur, que tamen facta tenent. De quorum numero sunt distributiones beneficiorum, dispensationes matrimoniorum in casibus dispensabilibus, ⁊ similia. ¶ Secundum autem genus scilicet inualidorum ex solo imperio, adhuc subdistinguitur: nam quedam inualida ex solo imperio, attingi cum hoc possunt a pontifice verbo ⁊ opere per viam facti: quedam vero sunt inualida ex solo imperio, que cum hoc per viam facti attingi non possunt opere, sed verbo tantum. In primo membro huius subdiuisionis continetur dilapidatio bonorum ecclesie. si enim pontifex pro suo libito ecclesie terras ⁊c. donaret, donatio esset inualida: quoniam ipse non est dominus bonorum ecclesie: ⁊ si facto ⁊ bullis poneret eos quib⁹ donauit in possessionem, non propterea transferret dominium rerum illarum in illos. In secundo autem mēbro cōtinetur dispēsatio votorum: si enim votum castitatis solo imperio a papa dispensetur, constat dispensationem esse nullā: ⁊ circa voti vinculū propterea per viam facti nullum actum pontifex haberet nisi verborum: executio enim cuiuscumq̧ operis pontificij ex solo imperio emanans, non attingit aliquid circa voti vinculum. ¶ Tribus igitur existentibus generibus rerum subiectarum dispensatiue potestati pōtificis, facile patere potest, ꝙ primū genus dupliciter a potestate pontificia attingit̄. s. dispensatione regulata ⁊ dispensatione nō regulata: secundū aūt a potestate quidem pontificia vnico modo attingitur: scilicet dispensatione, hoc est rationabili operatiōe: sed ab ipso pontifice aliter de facto attingitur, puta dissipatione, dilapidatione ⁊c. tertiū vero sola dispensatione: id est rationabili operatione (seclusis verbis, sicut et in secundo) attingi potest tam a potestate pontificia q̄ ab ipso pontifice. ¶ In quo autem horum generum indulgentie contineantur, facile est discernere. Et cū non sint sub primo genere (que scilicet sunt valida ex solo imperio) ex eo patet. ꝙ papa non potest dare indulgentias hac sola ratione quia vult: et si pro solo libito daret. indulgentia non esset valida: vt ex communi doctrina supponimus, ⁊ aliqualiter probatum est. Et iterum probatur, ex hoc ꝙ cōmunia ecclesie bona temporalia non potest pontifex donare donatione valida, ex hoc solo quia vult: non minus enim preciosa ac chara ecclesie sunt bona communia spiritualia q̄ temporalia: ⁊ propterea si illorum donatio ex solo imperio est inualida, multo magis inualida erit horum effusio ex solo imperio. ¶ Nec soluitur hec ratio, dicendo ꝙ donatio temporalium est cum damno ecclesie. donatio vero horum spiritualium est sine damno ecclesie, nam habere damnum annexum vel carere annexo damno, per accidens se habet ad potestatem dispensatiuam: vt patet ex hoc ꝙ etiam in quibusdam habentibus annexum damnum ecclesie. donatio ex solo imperio est valida: vt attestatur distributio prelationum. Unde non penes damnum vel non damnum attenditur vis potestatis dispensatiue. ¶ Quia igitur communia ecclesie bona ex quibus efficaces sunt indulgentie, non continentur sub primo genere, ⁊ a secundo genere ex hoc distant, ꝙ per viam facti nullum operis solius verbi actum papa habere potest circa illa (non enim potest transferre possessorum de facto horum bonorum sicut potest respectu temporalium) restat vt sub tertio genere thesaurus contineatur indulgentiarum. Ex quibus potest formari talis ratio. Thesaurus indulgentiarū non potest veraciter attingi a potestate pontificia nisi actu vere dispensationis, ergo tam indulgentia q̄ tanta indulgentia data sine causa rationabili tante indulgentie est inualida. Antecedens probatum est, et supponitur f̄m communem doctrinam. Consequentia vero quo ad secundam partem probatur: tum quia eiusdem rationis est actus dans indulgentiam ⁊ dans indulgentiam tantam: ac per hoc si solus actus vere dispensationis potest attingere thesaurum indulgentie, solus etiam vere dispensationis actus poterit attingere thesaurum tante indulgentie: tum quia si quantitas indulgentie attingitur aliter q̄ per veram dispensationem, oportet alium actum fingere, puta actum imperij seu libere donationis respectu talis quantitatis: et tunc aut iste actus attingit thesaurum via facti aut via iuris: non via facti. quia ad istum thesaurum nullus est humanus accessus per viam facti: nec via iuris, quia de iure sola dispensatio credita est pape. Sicut sunt ergo inualide indulgentie que ex causa rationabili non fiunt, ita nō est valida tanta indulgentia, puta mille annorum, nisi fiat ex causa rationabili tante quantitatis: scilicet mille annorum.

Ad primum Autem in oppositū dicitur, ꝙ sententia illa, scilicet indulgētie indiscrete sunt valide, verificatur de indiscretis quo ad euentum: non autem de indiscretis quo ad causam. Sunt enim indulgentie indiscrete ratione euentus, quando indulgentie alias bene concesse pariunt propter earum multitudinem quasi cōtemptum, aut ipsarum aut satisfactionum penitentialium: ⁊ tales sunt valide. Sed si sunt indiscrete quia carent rationabili causa, aut omnino aut quo ad tantam quantitatem, sunt inualide. ¶ Ad secundum iam patet responsio ex dictis: nam ministeria sunt in alio genere dispensabilium, et indulgentie sunt in alio dispensabilium genere: illorum enim efficacia ex solo pendet imperio, horum autem efficacia absq̧ vera dispensatione esse nequit. Et propterea non est similis ratio

¶ An ex hoc ipso, ꝙ in bulla exprimitur aliquid pro causa indulgentie. sit rationabilis causa tante indulgentie. Quesitum. ij.

Circa Secundum de causa rationabili indulgentiarum quesitum (an ex hoc ipso ꝙ in bulla exprimitur aliquid pro causa indulgentie: sit rationabilis causa tante indulgentie) pro parte affirmatiua occurrit multiplex argumentum. ¶ Primo: quia aliter predicatio ecclesie esset falsa. ¶ Secūdo: quia doctrina ro. ecclesie periclitaretur. ¶ Tertio: quia non esset vniuersaliter vera illa communis sententia indulgentie tantum valent q̄tum sonāt. ¶ Quarto: quia aliter deciperetur populus ab ecclesia: audiens tantam indulgentiam pro tali opere, ⁊ exequens illud vt habeat indulgentiam: ⁊ tamen non acquireret illam in veritate.

Questio Hec non est mota propter difficultatem quam in seipsa habeat: sed ad excitādos illos qui sciūt in vniuersali ⁊ deficiunt in singulari. Unde distinguendo de rationabili presumpto vel vero, duo dicenda sunt. ¶ Primum. Causa indulgentie expressa in bulla nisi manifestus sit error, est semper rationabilis, loquendo de rationabili presumpto: nam sicut sententia a iudice lata nisi errorem contineat manifestum, presumitur iusta, ita causa a principe expressa in dispensationibus presumitur rationabilis. nisi vt dictum est error sit manifestus. ¶ Secūdum est. Causam indulgentie tante expressam in bulla, non oportet esse rationabilem in veritate. Et ratio in prōptu est multiplex: tum quia papa potest in istis errare: quum non sit hec sententia iudicialis de his que sunt fidei. ¶ Ubi scito. ꝙ licet accessus ad indulgentias et earum susceptio sit quedā christiane fidei professio, fides tamē christiana eo modo quo est de indulgentijs. non est de hac vel illa indulgentia, Sed sicut fides nostra circa eucharistie sacramentum est ꝙ sub hostia rite consecrata continetur corpus christi, nō autem est ꝙ ista hostia sit rite consecrata, neq̧ est ꝙ sub hac hostia que proponitur adoranda continetur corpus christi (quoniā vtrumq̧ eorum potest esse falsum: fidei autem christiane non potest subesse falsum) ita circa indulgentias non curando pro nunc quomodo spectent ad fidem, fides nostra est ꝙ indulgentie rite date sunt valide: et non spectat ad fidem an ista indulgentia sit rite data, an ista causa eius sit rationabilis, an ista indulgentia sit valida. Et simile est de alijs singularib⁹: quoniam hec omnia possunt esse falsa: et propterea non spectāt ad fidem nostram, sed ad humanam opinionem seu credulitatem, que est de his singularibus, et potest falli. Et propterea accessus ad indulgentias in cōmuni quidem est quedam fidei professio: sed accessus ad istam indulgentiam, procedit ex fide tanq̄ ex causa remota, et humana credulitate huius indulgentie, huius cause ⁊ huiusmodi. tanq̄ ex causa proxima. Et quia effectus sequitur conditionem cause proxime, sicut conclusio minorem seu deteriorem premissam: ideo potest concursus iste falli absq̧ christiane fidei detrimento. ¶ Tum quia non solum potest papa errare in huiusmodi. sed etiam facile potest errare, sicut ⁊ in alijs similibus actibus. Dare siquidem indulgentias. consistit in actibus absolutionis ⁊ dispensationis: absoluuntur enim per eas penitentes ab iniunctis penitentijs. ⁊ dispensantur thesaurus meritorum christi et sanctorum: sed tam in

actu abso-

actu absolutionis q̃ in actu dispẽsationis facile committi potest error etiam ex proposito: vt patet in dispensatione votorum, et in dispensatione bonorum temporalium ecclesie, ⁊ ministeriorum ecclesiasticorum, ⁊ in absolutionibus a censuris ⁊ iuramẽtis in preiudicium aliorũ ⁊c. ergo in hoc quoq; singulari facto quo dat indulgentiam seu exprimit talem causam pro tanta indulgentia, errare facile potest. Nec est recurrendum ad spiritussancti assistentiam, et propterea pie debere credi ꝙ non potest papa in istis errare. Nam in maiori causa permisit spiritussanctus romanos pontifices errare, scilicet in causa spectante ad sacramentum matrimonij: in qua (vt habetur extra de sponsa duorum in cap. licet) alexander .iij. dicit: Quis alter a quibusdam predecessoribus nostris sit aliquando iudicatum: quod longe plus est, q̃ dare indulgentiam indiscretam ex causa: tum quia erat causa sacramentalis: tum quia iudicialiter actum est: indulgentie autem possunt dari passim sine concilio ⁊ sine meditatione: ac per hoc sine discretione. Quamuis igitur non spectet ad subditos, discutere ⁊ iudicare de pontificijs indulgentijs aut causarum meritis: dubium tamen non est posse etiam per papam dari indulgentias indiscretas, et quo ad causam et quo ad euentum.

Ad primum ergo in oppositum dicitur, ꝙ predicatio ecclesie quo ad indulgentias tripliciter se habet. Primo narratiue: prout scilicet narrat contenta in bulla: ⁊ hic nulla est falsitas: quoniam narratio est vera. ¶ Secundo doctrinaliter: et hic subdistinguitur. Uel docendo doctrinam fidei: ⁊ sic etiam nullum est periculum falsitatis: quoniam sicut fides non se extendit ad istam indulgentiam aut istam causam istius indulgentie, ita nec doctrina ecclesie extendit se ad hec singularia. Uel docendo opiniones doctorum: ⁊ sic potest predicare falsa si opinio predicata est falsa: ⁊ propterea ad preseruandam predicationem ab huiusmodi falsitate, debent predicatores aut opinatiue aut recitatiue opiniones predicare. ¶ Ad secũdum dicitur, ꝙ aliud est loqui de doctrina roman ecclesie seu Romani pontificis, ⁊ aliud est loqui de operibus eiusdem. Docuerunt siquidẽ romani pontifices multi indulgentias ex causis rationabilibus dari: in qua doctrina continetur ꝙ etiam tanta indulgentia debet ꝓcedere ex causa rationabili tante quantitatis: vt superius deductũ est. Factum autem quod in bullis indulgentiarum continetur: si quandoq; periclitaretur, non propterea Roma. ecclesie doctrina periclitaretur. ¶ Ad tertium dicitur dupliciter. Primo ꝙ illa sententia communis intelligitur negatiue, hoc est non plus valent q̃ sonant: diuulgata enim videtur sententia illa ad excludendas extensiones indulgentiarum ad ea que sub earum tenore non continentur. Secundo dicitur, ꝙ vera est de indulgentijs discretis: nõ autem de indiscretis quo ad causam. Potest ⁊ tertio dici, ꝙ vera est in foro exteriori: in quo statur presumptionibus iuris. ¶ Ad quartum dicitur, ꝙ populus potest quidem decipi in huiusmodi: sed nõ decipitur ab ecclesia: sicut etiã põt decipi adorando hostiam ꝓpositam a sacerdote in missa. Si contingeret autem in huiusmodi populum falli, falleretur aut a propria credulitate, aut ab humanis opinionibus, aut ab indiscreto facto dantis indulgentiam, vel ab omnibus simul: et non ab ecclesia: ad cuius doctrinam nõ spectant hec singularia, sicut nec ad eius fidem.

¶ An preter gratiam requiratur ex parte suscipientis indulgentias, aliqua alia dispositio. Quesitum .j.

Circa suscipientes indulgentias dubiũ duplex occurrit. Primum an preter gratiam requiratur ex parte suscipiẽtis aliqua alia dispositio. Secundum est an tempore quo fit opus pro indulgentijs, oporteat operantem esse in gratia.

Et in primo quidem dubio pro parte negatiua est authoritas doctrine communis: tenentis ad indulgentiam sufficere tria, authoritatem in dante, gratiam in suscipiente, pietatem in causa. ¶ In oppositum est: ꝙ ad plenariam remissionem pene per viam sacramenti penitentie, non sufficit gratia ex parte suscipientis: ergo nec ad plenariam huiusmodi remissionem per viam indulgentie, sufficit gratia ex parte suscipientis. Antecedens est clarũ: alioquin quilibet confessus in gratia, consequeretur plenariam remissionem pene. Consequentia vero probatur: tum quia sacramẽtum est potius q̃ indulgentia: ⁊ distributor thesauri ꝑ sacramentum est longe liberalior q̃ quilibet pontifex: q̃m liberalitas diuina in infinitũ excedit liberalitatem humanam.

In hac questiõe quia difficile admittitur oppositum eorum que consueuimus, censorem desidero intellectum mundum ab opinionibus. Uidetur siquidem mihi rationabiliter dici, ꝙ nõ sufficit sola gratia ex parte suscipientis ad veraciter consequendam indulgentiam coram deo. Sunt siquidem confessi in gratia duplicis ordinis: quidam soliciti ad satisfaciẽdum per seipsos pro peccatis suis: quidam negligentes satisfacere per seipsos. Primi condignas penitentias vel petunt a confessoribus sibi imponi, parati eas implere: vel sponte illas assumunt, dum continue student per sua sancta opera satisfacere, ieiunando, orando, elemosinas dando ⁊c. ad hoc. Secundi vero paruissimam penitentiam aut rogant aut leti suscipiunt: et quũ illam impleuerint (quã sciũt esse minimam) non curant amplius de satisfaciendo: reputantes sibi sufficere ꝙ non ibunt ad infernum. Et hi sunt quibus indulgentie non prosunt iudicio meo. ¶ Et ratio que me mouet est. Nullus indignus aliena satisfactione pro pena sibi debita, consequitur veraciter fructum indulgentie: sed quilibet in gratia constitutus negligens satisfacere per seipsum, est indignus aliena satisfactione pro pena proprijs peccatis debita: ergo nullus constitutus in gratia negligens satisfacere per seipsum, acquirit fructum indulgentie. Maior propositio intelligẽtibus terminos est euidens: indulgentia enim per satisfactionem alienam (hoc est christi et sanctorum) parit fructum qui est remissio pene temporalis pro actuali peccato debite: ac per hoc si est aliquis indignus aliena satisfactione, indignus est indulgentia. Indignos autem indulgentia non consequi veraciter fructum illius, tam verum ac manifestum est vt probatione non egeat, apud intelligentes distributionem diuinorum donorum in solis dispositis habere locum: constat autem indignos non esse dispositos, et diuina operatione remissiones fieri penarum per indulgentias humano ministerio rite concessas. ¶ Ad euidentiam autem minoris prelibanda sunt duo: primum est ꝙ satisfactio pro pena temporali, actuali peccato debita est onus personale: tenetur enim ipse qui peccauit, facere satis: secundum est, ꝙ licet tam contritio q̃ confessio sit ita personalis ꝙ non possit per amicum suppleri: satisfactio tamen quia per exteriora bona fit, inter que computãtur amici, ita est onus personale ꝙ capax est amicabilis adiutorij. ¶ Quibus premissis probatur minor primo sic. Indignus amicabili adiutorio est indignus aliena satisfactione: sed constitutus in gratia, negligens satisfacere per seipsum: indignus est amicabili adiutorio: quoniam amicitie ratio poscit ꝙ amicorum sit idem velle et idem nolle: et propterea si ego pro meipso nolo satisfacere, par est vt amicus quoq; hoc nolit: quin potius non amice peterem vt me negligente satisfacere, ipse pro me pateretur. Possentq; recte huiusmodi negligentes querentesq; per indulgentias satisfacere, verbo domini reprehendi, alligant onera grauia ⁊ importabilia in humeros hominum: id est amicorum: digito autem suo nolunt mouere ea. Nec obstat ꝙ sancti iam passi sunt: quoniam similis est ratio de passionibus preteritis et futuris: quia illis solis prosunt preterite, pro quibus patiendum fuerat: ⁊ ideo si pro huiusmodi negligentibus non fuerit ab amicis patiendum, nec postea q̃ passi sunt, illis amicorum prosunt passiones. ¶ Secundo probatur eadem minor similiter ex habitudine ad communem ecclesie thesaurum: quia in qualibet bene ordinata repub. quãtumcumq; rationabilis adesset quandoq; causa dispensandi communem thesaurum in ciues grauatos ere alieno, negligentes tamen soluere, indigni censerentur adiutorio thesauri: ex eo enim ꝙ possunt de suo soluere ⁊ non curant, indignos se reddunt tali subleuamine. Et nisi tales pro indignis haberentur, foueretur negligentia: quoniam alij horum exemplo ad similem negligentiam prouocarentur: legis autem est facere non negligentes, sed virtuosos. Quum igitur ecclesia sit a deo ordinata, equum non est vt spiritualis dispensatio thesauri negligentes satisfacere pro dignis habeat: hoc enim vere esset eneruare satisfactiones penitentiales. Non prosunt igitur indulgentie constitutis in gratia negligẽtibus satisfacere per seipsos: quoniam indigni sunt indulgentia: sed oportet vltra gratiam dispositos ipsos esse, vt digni sint alienis satisfactionib⁹, sũt autem digni per hoc ꝙ sunt parati per seipsos satisfacere: sic enim sunt digni amicabili adiutorio ad satisfaciendum: parati autem ad satisfaciendum per seipsos sunt, non qui negligunt per seipsos satisfacere, sed illi soli quorum voluntas sic est ad satisfaciendum parata, ꝙ non retardat opus nisi impedita. ¶ Confirmatur autem hoc ex antiqua forma indulgentie, quum dicitur, vere penitẽtibus. Penitens enim dupliciter dicitur: vel per exclusionem contrarij: quia scilicet nihil habet in suo animo contrarium penitentie: et hoc modo quilibet existens in gratia, est penitens etiam si sit ne-

gliger ead satisfaciendum. Uel per positionem virtualis peniten- tie: quia scilicet vis affectus penitentialis in eo secundum veritatem viget. et hoc modo penitens non est nisi solicitus ad per seipsum satisfaciendum. Quum ergo dicitur, vere penitentibus: nisi superflue seu ad maiorem expressionem appositum sit ly vere, denotat indulgentias non consequi penitentes negligentes, sed penitentes solicitos: qui soli sunt vere penitentes, significante participio actum penitendi: qui non invenitur apud negligentes, sed apud solicitos. Manifestius quoque suadetur hoc idem ex alio verbo eiusdem forme, quum dicitur de iniunctis penitentijs. constat enim communiter quemlibet penitentem paratum esse ad iniunctam penitentiam peragendam: alioquin non acceptasset illam. Et propterea ex hoc verbo duo habentur: alterum est quod indulgentia nisi nova forma detur, non absolvit nisi a penitentijs iniunctis: alterum est quod indulgentia non prodest nisi parato per se satisfacere. primum enim horum explicite, secundum autem implicite (inquantum paratus ad satisfaciendum supponitur) ex eodem verbo habetur. Et hinc sequitur primo quod frustra faceret quis sibi iniungi magnas penitentias a confessore non vt ipsas adimpleret, sed vt per indulgentias ipsas exolveret: quoniam hoc non est esse paratum ad satisfaciendum, sed ad imponendum amicis iugum suum. Sequitur secundo, quod si forma indulgentie mutaretur, et ad non iniunctas extenderetur penitentias, dispositio tamen suscipientis non propterea mutaretur: quoniam ex natura rei exigitur ex parte suscipientis esse paratum ad satisfaciendum secundum vires per seipsum: vt declaratum est.

Nec intelligo hanc preparationem ad satisfaciendum ita stricte, quin per aliquid equivalens aut maius suppleri possit. vt patet ex hoc quod contingit quandoque causam pro qua datur indulgentia tale ac tantum exigere opus vt excedat preparationem ad satisfaciendum: puta si detur plenaria pro actu quo se exponit morti pro christo, aut perpetue mancipationi alicuius pij servitij, aut aliquo huiusmodi: et tunc causa indulgentie ex parte concedentis tenet locum cause rationabilis tante indulgentie, et ex parte suscipientis supplet locum dispositionis reddentis dignum amicabili satisfactione. Secus autem est si daretur plenaria pro visitante aliquam ecclesiam: nam dato quod causa esset rationabilis ex parte concedentis, visitatio tamen ipsa non supplet vicem preparationis ad satisfaciendum: quum nec illi equivaleat nec excedat.

Ad obiectionem

autem in oppositum dicitur, quantum ad divum tho. spectat, quod aliorum opiniones sequutus est: vt ipsemet tria illa colligendo explicat in. iiij. sen. dist. xx. q. j. articu. iij. q. ij. Quantum vero ad communem doctrinam, quia non nisi opinativa est (cum bona reverentia dictum sit) non inconvenit adinventis ab ipsis aliquid novi superaddi, quod sub forma indulgentie latebat, et ratione probabili roboratur. Et scito, quod iuxta hunc dicendi modum solvuntur omnes questiones, tam de nimis largo dei foro, quam de omittendis suffragijs pro plenarie absolutis in morte, quam de admiratione sapientum, et de obloquutionibus detrahentium: et excitantur christifideles ad penitentie opera. Nec aliquid adimitur efficacie indulgentiarum: sicut nihil adimitur efficacie sacramentorum ex hoc quod oportet accedentes ad illa esse digne dispositos, si fructuosa sibi esse volunt: soli siquidem indigni indulgentia, ab illius fructu iuxta hunc dicendi modum excluduntur.

An tempore quo fit opus pro indulgentia, oporteat operantem esse in gratia. Quesitum. ij.

CIrca Secundum vero quesitum de causa indulgentiarum, sciendum est, quod dupliciter dantur indulgentie. Uel ita quod tempus indulgentie et tempus operis sit unum et idem: vt quum datur indulgentia visitanti ecclesiam. Et tunc non habet locum hec questio: quoniam constat tempus fructus indulgentie exigere gratiam in percipiente illum. Uel ita quod aliud sit tempus operis, et aliud sit tempus percipiendi fructum indulgentie: vt quum datur indulgentia semel in vita et semel in morte suscipientibus crucem. et tunc habet locum proposita questio, an exigatur gratia tunc quum fit opus pro quo datur indulgentia. Uidetur enim pars negativa vera. Tum quia absque gratia tempore operis salvari possunt omnia requisita ad fructum indulgentie: nam salvatur autoritas in dante, pietas in causa, gratia etiam solicita in suscipiente tempore quo suscipit illam: ergo etc. Tum quia non minus valet huiusmodi opus pro se quam pro alio: sed si pro alio (puta existente in purgatorio) opus hoc quis faceret sine gratia, indulgentia valeret pro illa anima, presupposito vt quandoque fit, quod possit quis accipere indulgentiam pro defuncto faciendo tale opus: ergo ad faciendum opus pro indulgentia, non requiritur gratia.

In hac questione

Uidetur mihi non solum tutior sed longe rationabilior pars affirmativa, scilicet quod exigitur gratia etiam tempore operis. Probaturque hoc dupliciter. Primo ex antiqua indulgentiarum forma quum ordinate utrunque exprimitur: ita quod primo loco exprimitur gratia, et secundo exprimitur opus, non qualitercunque, sed vt ipsa gratia afficiat operantem: dicitur enim sic omnibus vere penitentibus et confessis qui visitaverint talem ecclesiam, seu qui manus porrexerint adiutrices etc. Ubi manifeste patet ex forma ecclesie consueta haberi penitentiam seu gratiam exigi ad tale opus pro quo fit indulgentia. Deinde probatur hoc ratione. Sicut thesaurus civilis non nisi pro civili causa dispensatur, ita thesaurus vitalis non nisi pro sola vitali causa dispensatur: sed thesaurus indulgentiarum est thesaurus vitalis, vtpote ex passionibus vivis christi et sanctorum constans: et vite eterne impedimenta tollens: ergo pro sola vitali causa communicatur: sed opus extra gratiam non est vivum sed mortuum: ergo pro eo thesaurus indulgentiarum non communicatur. Et confirmatur ex hoc quod reliqua requisita ad dispensationem thesauri indulgentiarum sunt viva: vivunt enim qui passi sunt sancti, vive sunt et passiones eorum, vivit et summus sacerdos qui est vt principalis dispensator indulgentie, vivit particeps indulgentie: ergo et vivam oportet esse causam indulgentie: que est enim conventio lucis ad tenebras, et vite ad mortem? Nec obstat quod pontifex dans indulgentiam possit esse mortuus secundum vitam gratie: quoniam ipse minister tantum est, et velut instrumentum christi concurrit. Ad causam enim principalem respiciendum est: vt patet in simili: quum scilicet dominus in charitate existens per reprobum dispensatorem eleemosynas distribuit: est enim opus illud vivum non obstante spirituali morte ministri. Oportet ergo vivum esse opus pro quo datur indulgentia.

Ad primam ergo

Obiectionem in oppositum, dicitur falsum esse quod sine vivo opere omnia requisita ad indulgentiam salventur: nam pietas in causa claudit in se vitam operis. Ex hoc enim quod exigitur pietas in causa, hoc est in opere pro quo datur indulgentia: consequens est quod exigatur etiam vita: nam pietas ipsa nisi sit viva pietas non est: quum nulla sit christiana virtus sine charitate. Ad secundam dicitur, quod opus mortuum sicut non sufficit ad indulgentiam pro se pro tempore quo erit in gratia ita non sufficit ad indulgentiam pro alio existente in gratia. Et si instetur, quod eleemosyna facta extra charitatem pro existente in purgatorio valet pro illo: ergo multo magis valet mediante indulgentia. Respondetur quod eleemosyna talis non valet pro defuncto per modum satisfactionis, sed per modum supplicationis: scriptum est enim: abscondite eleemosynam in sinu pauperis, et ipsa orat pro vobis. Peccatorum autem supplicationes quandoque exaudiri angu. testatur, reprehendens verbum ceci nati: nos scimus quia peccatores deus non exaudit. Ex hoc autem quod valet per modum supplicationis mortue, non sequitur quod valeat pro indulgentia acquirenda: quoniam indulgentia habet vim satisfactionis vive: supplicatio autem mortua, soli misericordie innititur dei cui supplicatur.

De modo tradendi seu recipiendi ordines. Arti. unicus.

CIrca Sacramenta tam extreme unctionis quam ordinis nihil mihi scribendum occurrit: nisi circa sacramentum ordinis cautos reddere, ne pertinax quisquam aut levis sit circa modum tradendi aut recipiendi ordines. Nam si collecta fuerint que pontificales codices, queve ratio autoritasque doctrine tradidit, incerta valde apparebit presbyteratu excepto, reliquorum natura ordinum. Et de minoribus quidem ordinibus et subdiaconatu magister sen. in. xxiiij. distin. iiij. sen. dicit institutos esse ab ecclesia. De diaconatu vero ambiguum magis est: quia non constat ex actibus apostolorum diaconos altaris, sed diaconos mensarum et viduarum institutos esse ab apostolis act. vj. quinpotius oppositum ibi dicitur: quoniam diaconi altaris ad orandum et predicandum ordinantur (vt in pontificalibus patet) ibi vero dicunt apostoli nos vero orationi et ministerio verbi instantes erimus. Quocirca licet tunc non fuerint diaconi altaris instituti: videntur tamen ab apostolis instituti, licet nesciatur quando et

vbi. Jungit siquidem diaconos episcopis Paulus ad Philip. i. dicens: omnibus sanctis in christo iesu qui sunt philippis cum episcopis et diaconibus: et prime ad Timo. iij. descripto episcopo describit qualis debet esse diaconus. Et quia ambe ecclesie: scilicet philippensis et ephesina (cuius erat Timotheus episcopus) erant ecclesie gentium, in quibus non legimus vixisse in communi christianos: vt hierosolymis, ac per hoc non egebant diaconis mensarum et viduarum: ideo diaconi altaris videntur esse ibi. Et confirmatur ex dio. ponente diaconatus ordinem in primitiua ecclesia. vnde diaconatum ab apostolis credimus cepisse. Et quod magis vrget. nulla videtur certa forma in diaconatu: nam secundum antiqua pontificalia impositio manuum super diaconum non habet certam verborum formam, nisi orationem illam: emitte quesumus in eos sanctum spiritum etc. que secundum noua pontificalia post impositionem manuum dicenda est. Datio autem libri euangeliorum certam habet formam verborum: sed tunc non imprimi characterem ex eo videtur, q antequam euangelium aliquod esset scriptum diaconi ab apostolis videntur ordinati: non dicendo accipe potestatem legendi euangelium, sed vt creditur per impositionem manuum. Idem quoque apparet in subdiaconatu: in quo nullum pontificale habet nisi materiam sine forma, scilicet traditionem calicis vacui etc. Taceo de minoribus ordinibus in quibus varietas multiplex inuenitur etiam inter antiqua pontificalia: ex quibus apparet q huiusmodi ordines sacramentalia quedam videntur magis quam sacramenta. Et ad hoc ducit ratio: quia per nullum dictorum ordinum potest ordinatus actum aliquem qui si sine illo ordine fieret esset nullus: vt patet discurrendo per singulos actus diaconi et inferiorum. Et per hanc rationem episcopatus videtur ordo: quia aliquem actum potest episcopus qui a non episcopo factus nullus est: vt confirmare, presupposita veritate decretalis extra de consuetudine: cap. quanto.

Hec autem sunt Collecta, non ea ratione vt nouam velimus ingerere doctrinam de sacramento ordinis: sed vt doctus quisque percipiat incertitudinem materie de qua est sermo: et non velit plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem: hoc est vt sit contentus consueto pontificali ecclesie in qua ordinatur. Et si aliquid fuerit omissum eorum que ex nouis pontificalibus sunt addita (puta quia non est datus subdiacono liber epistolarum cum illis verbis: accipe librum etc.) non propterea suppleri oportet in alia ordinatione huiusmodi omissum: huiusmodi enim noua additio non facit legem nouam. Nec mihi aliquis obijciat oppositum me alibi scripsisse, dum de simultate contactus in primo quolibeto scripsi. Hec enim non aduersantur illis: quoniam non nisi de his quorum contactus simul cum traditione in pontificali mandatur, loquutus sum.

Tutius tamen esse constat sequi antiqua pontificalia in tribus infimis ordinibus quam modernum: in quo ostensio materie prius mandatur cum verbis et postea tactus materie. Et certe mirum est, quum corrector ille mutauerit ministrum materie in acolitatu: scilicet archidiaconum in episcopum, vt tutiorem viam eligeret: q in precedentibus ordinibus labori episcopi tantum pepercit, vt nimis tutam viam eligeret. In antiquis siquidem pontificalibus diuersimode de minoribus ordinibus habetur: nam alicubi de ostiario et lectore habetur, tradit sibi claues vel librum episcopus dicens: de exorcista vero habetur: accipiat librum de manu episcopi dicentis sibi: de acolito autem accipiat candelabrum etc. de manu archidiaconi dicente sibi episcopo. Vbi apparet semper simultas forme et materie: et q materia non est monstratio, sed traditio et acceptio. Alicubi vero habetur, vt in nouo pontificali tempore innocentij octaui impresso legis.

De sacramento matrimonij Triplex quesitum.

Circa Sacramentum matrimonij paucula tractanda occurrunt. Et primo circa ipsum matrimonij contractum tria occurrunt dubia. Primum est an matrimonium contractum per procuratorem sit sacramentum. Secundum an contractus matrimonij clandestinus sit quandoque licitus. Tertium est an matrimonij contractus non propter prolem nec propter vitandam fornicationem, sit licitus.

An matrimonium contractum per procuratorem, sit sacramentum. Quesitum j.

Circa Primum ratio dubij est: quia matrimonium inter fideles verum et ratum est sacramentum: contractus autem huiusmodi per procuratores efficit matrimonium verum et ratum: ergo est ibi sacramentum.

Preterea. Coniugium inter infideles est sacramentum: vt dicitur extra de diuortijs. cap. gaudemus: ergo a fortiori coniugium huiusmodi quod est verum et ratum. est sacramentum.

In oppositum Est, q nullum sacramentum ministratur per procuratorem.

Ad hoc dicuntur duo: primum directe respondendo quesito, q matrimonium contractum tantummodo per procuratorem non est sacramentum ecclesie. Quod manifestatur dupliciter. Primo quia nullum sacramentum suscipitur per procuratorem: quia receptio sacramenti est passio personalis: quum sit intus quidem receptio gratie sacramentalis, foris vero exigat aliquam in sua persona sensibilem actionem vel passionem: vt patet ex communi ratione in omnibus sacramentis. Et confirmatur ex hoc q sacramentum penitentie non potest suscipi per procuratorem: nam sicut sacramentum matrimonij consistit in contractibus, ita sacramentum penitentie consistit in actibus iudicialibus, tam autem in iudicialibus quam in contractibus nihil prohibet multa fieri per procuratorem nisi ratio sacramenti: potest enim quis iudicari, absolui, ligari per procuratorem, sed non sacramentaliter: et similiter potest quis contractum facere de propria persona per procuratorem, sed non sacramentaliter. Et confirmatur rursus: quia si per procuratorem posset suscipi sacramentum, sequeretur q dormientibus ambobus coniugibus dum procuratores contrahunt, coniuges sacramentum susciperent, et nihil omnino a seipsis aut ministro aliquo sacramenti circa ipsos tunc fieret: quod non solum est absurdum, sed non intelligibile, stante constantia sacramenti ex materia et forma etc. et vltra hoc sequeretur q dormiens peccaret mortaliter peccato sacrilegij, suscipiens sacramentum in peccato mortali, si contigisset vt iuisset tunc dormitum in peccato mortali: non est ergo coniugium contractum inter fideles per procuratores sacramentum, donec coniuges ipsi coram ratificent contractum: quod tunc fit, quum coram positi primo manifestant sibijnuicem se habere vt coniuges.

Secundum est, q licet huiusmodi coniugium per procuratorem contractum non sit sacramentum: est tamen verum coniugium, dirimens quodcumque aliud postea contractum et consummatum, multo magis quam primum coniugium inter infideles dirimit secundum: vt dicitur extra de diuor. cap. gaudemus. Potest tamen facilius dissolui de consensu partium apostolica authoritate matrimonium per procuratorem contractum quam per seipsos coniuges contractum: quoniam in illo deest sacramentum, quod non deest huic.

Ad primam Ergo obiectionem in oppositum, dicitur q coniugium dicitur ratum dupliciter: vel radicaliter vel formaliter. Et q coniugium fidelium per procuratores contractum est ratum in radice baptismi, non autem est ratum ex forma ipsius sacramenti matrimonij: coniugium autem inter infideles neutro modo est ratum. Ad secundam dicitur, q vel est loquutio intransitiua, vt dicatur sacramentum coniugij pro coniugio: vel latiori vocabulo sumitur sacramentum: et non proprie, vt restringitur ad significandum sacramentum noue legis: de quo solo est nostra questio.

An matrimonij contractus clandestinus sit quandoque licitus. Quesitum ij.

Circa Secundum (an matrimonij contractus clandestinus sit quandoque licitus) absque argumentis dicendum est, q quum contractus clandestinus non sit secundum se malus moraliter, sed ratione accidentium ex illo consequentium, ideo in casu quo cessarent omnia inconuenientia, licitum esset contrahere clandestine: quoniam tunc etiam cessaret obligatio iuris positiui, quod propter huiusmodi inconuenientia constat emanasse. Contingit autem de facto pluries casus iste quando matrimonium contractum est in facie ecclesie et consummatum, et tamen fuit in veritate nullum propter aliquod occultum impedimentum dirimens: puta quia precognouerat consanguineam vxoris. Tunc enim habita dispensatione per secretas vias potest et debet contrahi matrimonium sine testibus ad euitandum scandalum: immo nec coniugi debet impedimentum manifestare, sed dulciter rogare vt pro consolatione sua velit se iterum acceptare in coniugem: et parte assentiente sufficit. Sic enim euitatur omnis infamia. et intentum habetur: et nullum potest inconueniens sequi ex huiusmodi clandestino contractu.

An vero Ante contractum in facie ecclesie matrimonium accidere possit casus in quo licitus sit contractus clandestinus, non mihi occurrit de clandestino per se, sed potest contingere de clandestino per accidens, q sit aut licitus aut sine mortali peccato. Licitus quidem, si contingeret carere testibus, et oporteret contrahere: vt si in bello seu direptione ciuitatis salui fierent coniugati, possent personae habiles contrahere et consummare: vt vel sic euaderent opprobria etc. cessant enim omnia inconuenientia, et preter intentionem est clandestinum matrimonium. Absque mortali peccato: vt si puella sub malignis tutoribus, ne tractatur viro impudenti cum damno debite sibi

dotis aut hereditatis proprie, oblata commoditate non valens ha bere testes presentes contraheret cum viro grato, prudēte ⁊c. sciēs quod post factum publicabūt ipsa ⁊ vir contractum: ⁊ sic preuale= bunt. Ex quo enim parati publicare, contrahunt preter intentum ex rationabili causa clam, excusantur saltem a mortali.

¶ An matrimonij contractus non propter prolem aut vitandam fornicationem, sit licitus. Quesitum. iij.

CIrca Tertium vero (an matrimonij contractus non propter prolem aut vitandam fornica tionem sit licitus) ratio dubij est: quia videtur sacrile gium, sacramentum non ordinari ad finem proprium: finis autem proprius sacramenti coniugij est proles educanda ad cultum dei, ⁊ remedium concupiscentie.

¶ In oppositum est coniugium inter beatam virginem ⁊ ioseph: quod neutrum finem habuit ex parte beate virginis.

Ad hoc dicitur Quod in contrahendo matrimo= nium, multiplex finis potest inueni ri: ⁊ quantum ad propositum spectat, quintuplex finis potest con= siderari. Primus est finis istius cōtractus ratione actus: ⁊ hic est proles vel remedium concupiscentie: hic enim est finis coniugij mediante concubitu: vt patet. Secundus est ipsius contractus ra tione sui: ⁊ hic est mutua potestas corporum: ad hoc enim fit hic ꝯ ctus, vt neuter coniugum habeat potestatem sui corporis, sed al= ter alterius. Tertius est eiusdem contractus ratione sacramēti: ⁊ hic est sanctificatio coniugum: vt vnusquisq3 possit vas suum possi dere in sanctificationem. Quartus esset si contractus iste ordina= retur a cōtrahēte ad aliud extraneum: puta ad aliquod maleficiū. Quintus esset finis nō contractus, sed contrahentis tantummo= do: hoc est quod esset motiuum vt finis ad hoc vt homo qui alias nollet contrahere matrimonium, applicaret se ad contrahendum matrimoniū. Verbi gratia, quū dauid cōtraxit cum abisach suna= mite, non ordinauit cōiugium ad calefaciendum se: sed applicauit se ad contrahendum cōiugium vt per mulierem calefieret: quum non esset alias dispositus ad contrahendum matrimonium.

¶ Quibus premissis dicenda sunt ad questionem motā duo. Pri mū directe rñdendo quesito, ꝙ contractus est licitus: qm̄ sufficit coniugio habere vtrūq3 finem suū proximum: finis autem proxi= mus ipsius contractus ſm se, est mutua potestas corporum, qua= ten⁹ vero sacramentum sanctificatio. Et propterea etiā si non in= tendant prolem neq3 remediū cōcupiscētie, sed solūmodo esse cō= iuges, ſm ecclesiam cōtractus est licitus. Et sic inter senes ⁊ quos cūq3 non intendentes concūbere, potest licite contrahi matrimo= niū. ¶ Secundum est, ꝙ cōmuniter extranei seu accidentes fines altero duoꝝ modorum contingūt: vel vt ratio non coniugij, sed cō iugij cū tali: vel vt ratio applicationis ad contrahendū cōiugium. Ideo cōmuniter huiusmodi contractus sunt liciti: qm̄ vterq3 mo= dus est licitus. Exemplum primi modi habetur inter iacob et ra= chelē: propter pulchritudinē eīn ipsius, elegit ꝯhere potius cū ra= chele, ꝙ cum lia: dicens socero, seruiam tibi pro rachele filia tua minore ⁊c. Exemplum secundi habetur inter dauid ⁊ sunamitē. Et primus quidem sepe contingit, ⁊ clarus est omnibus. Secūdus autem amplius manifestatur exemplo ⁊ ratione. Simile quidem est si sacerdos aliquis nollet hodie celebrare, superueniente autē amico vt illi morem gerat, applicat se ad celebrandum: ita si quis non intenderet matrimonio coniungi, superueniente autem vidua promittente maria ⁊ montes, vt sibimet vtile faciat applicat se ad contrahendū matrimoniū cum illa, intendens illā habere cōiugē ⁊c. vtrobiq3 eīn aduentitius finis nō ponitur finis celebrationis aut coniugij, sed applicationis ad celebrandum seu ad contrahen dum. Et hec est ratio quare contractus non redditur illicitus.

Et per hoc Patet responsio ad obiectionem in opposi= tum. Nam sicut sacerdos alias non celebra turus hodie: vt morem gerat amico applicans se ad celebran= dum, non constituit per hoc amicum finem celebrationis, sed ap= plicationis sue: ita qui propter bona temporalia alias non con= tracturus mouetur ad contrahendum coniugium, non constituit bonum illud extrinsecum finem coniugij, sed mutationis sue qua de non volente contrahere factus est volens contrahere: coniu= gium vero ipsum suscipit cum fine ipsius coniugij, etiam si de fi= ne ipsius nihil cogitet: sicut dictus sacerdos celebrationem ordi= nat in finem celebrationis etiam si nihil cogitet de fine. Eo ipso namq3 quod intendit coniugium intendit ipsius finem, quamuis forte ad illum non se disponat: sicut sacerdos intendēs celebrare, vult ex h ipso finē celebrationis, quāuis forte nō se disponat ad illū.

¶ An vsus matrimonij sit licitus añ benedictionē. Quesitum. j.

CIrca Vsum matrimonij, dubium primo oc currit an sit licitus ante benedictio= nem. ¶ Videtur enim quod non. Tum quia fit contra statutum ac consuetudinem ecclesie: vt patet. xxx. q. v. in pluribus ca. Tum quia quū sine causa rationabili hoc fit, non euaditur con temptus: quem constat constituere peccatum mortale.

Ad hoc Dicitur, quod licet quibusdam visum fuerit distin guendum de reddente aut petente debitum: et si= militer de loco vbi est vel non est consuetudo huiusmodi benedi= ctionis: ⁊ similiter de causa an sit rationabilis vel non. Mihi tamē videtur, simpliciter ⁊ absolute dicendum quod huiusmodi actus non est peccatum mortale. Et ratio est: quia nullum apparet in iure preceptū obligans ad mortale: imo expresse in fine ca. nostra= tes enumeratis concurrentibus ad nuptias, subditur quod hec omnia non seruare non est peccatum. Consuetudo quoq3 non ob= ligat ad mortale plus ꝙ statutum: ⁊ tanto minus hec consuetudo obligat, quanto alicubi (vt in germania) nobiles nocte preceden= te benedictionem, consummant matrimonium: alicubi vero (vt in italia) pena apposita ab ecclesia maritis consummantibus matri= monium ante benedictionem, tam leuis est, vt testetur minimum aut nullum esse peccatum. Ex parte vero benedictionis quum nulla fiat sibi iniuria (quoniam nec contemnitur, sed suscipitur etiam consummato matrimonio) nec admiscetur propterea ali= quod falsum seu mendacium, quoniam nulla fit de virginitate ibi mentio: nulla habetur ratio mortalis peccati. Nec obstat si dica tur quod canones presupponunt virginitatem in benedicendis, saltem in sponsa: vt patet ibidem ca. sponsus. Quoniam hoc de congruitate et secundum communiter accidentia intelligitur: vt patet ex hoc quod puella corrupta ante coniugium secrete ab alio nihilominus licite nuptialem benedictionem suscipit. Ex par= te demum finis ipsius benedictionis idem apparet: quoniam ad duo ordinatur scilicet, ad solennem traductionem vxoris (quam constat propterea non omitti) et ad diuinam obtinendam bene= dictionem ipsorum coniugum, que etiam non omittitur. Ex qui= bus omnibus potest formari talis ratio. Actus coniugij ante benedictionem ⁊c. quum non sit illicitus nisi quia preuenit bene= dictionem ante debitam, non plus habet illiciti ꝙ ex iniuria vel le gis seu consuetudinis inhibētis vel benedictionis ipsius seu eius finis contrahat: sed ex nullo horum contrahit rationē peccati mor talis: vt declaratum est: ergo non est peccatum mortale.

¶ A veniali autem peccato non excusari matrimonij cōsumma tionem ex parte tam petentis ꝙ reddentis ex eo patet, quod ordo ipse statutus lege vel consuetudine non seruatur: dum ante bene= dictionem fit quod post benedictionem agendum erat.

Ad primum Autem in oppositum, dicitur quod hoc argumentum nihil valet: statutum seu cō suetudo ecclesie non seruatur, ergo est peccatum mortale: plus eīn exigitur ad peccandum mortaliter ꝙ violare statutum seu consue tudinem ecclesie: quoniam nec omne statutum nec omnis consue tudo ecclesie obligat ad mortale. ¶ Ad secundum dicitur, fal= sum esse quod vbi deest rationabilis causa violandi seu non ser= uandi statutum et consuetudinem ecclesie, ibi est contemptus: stat enim quod ex infirmitate seu concupiscentia veniali fiat trans gressio: ⁊ sic communiter videtur accidere in huiusmodi casibus. Et propterea quia communiter ex contemptu non fit, communi= ter non est peccatum mortale.

¶ An vsus clandestini coniugij sit illicitus mor taliter. Quesitum. ij.

SEcundo Queritur an vsus clandestini coniugij sit illicitus mortaliter. Et est ratio dubij: quia si pars affirmatiua po neretur, aut hoc esset ratione annexi scandali aut ratione inhibitionis ecclesie: sed scandalum tollitur si vsus est occultus, inhibitio autem ecclesie non facit pec catū mortale: quum in precedenti ar. conclusum sit vsum coniugij ante benedictionem non esse peccatum mortale, ꝙuis sit contra inhibitionem ecclesie.

In oppositum Est, quod vsus coniugij non legiti= mi est peccatum mortale: clandesti= num autem matrimonium ꝙuis sit verum ⁊ ratum, constat non esse legitimum: ergo.

Ad huius Euidentiam recolendum est, in cōiugijs du= pliciter inueniri illicitum ⁊ mortale: vel quia

ntalum, vt coniugium cum parente: vel quia prohibitum, vt coniugium cum affinibus seu cõsanguineis quarti gradus. Usus autẽ coniugij clandestini vtroq; modo illicitus inuenitur, et quia malus ⁊ quia prohibitus. Et siquidem malus, non ẜm se, sed ẜm sibi annexa. ¶ Ad cuius pleniorem intelligentiam sciendum est, ꝙ licet clandestinum coniugium cum eius vsu habeat omnia requisita ad substantialia coniugij et eius actus, et propter hoc dicitur ꝙ neutrum est ẜm se malum: ex naturali tamẽ hominis proprietate qua est animal sociale atq; politicũ, prouenit turpitudo in clandestino coniugio ⁊ eius actu. Ex hoc namq; ꝙ homo est animal sociale ⁊ politicum, prouenit ꝙ cõiugiũ ⁊ ipsius act⁹ debeant sic fieri vt sint sine offensa et periculo offendendi societatem politicam: vsus autem clandestini coniugij annexum habet scandalum vite socialis, dum scitur commisceri personas que nesciunt coniuges: nec etiam sine scandalo appareret mulier grauida, ⁊ proles fieret ⁊c. Ipsum vero coniugium clandestinum annexum habet periculum offendendi vitam socialem: quoniã posset alter coniugũ noua inire connubia, dum ignoratur ligatus altero cõiugio. Est igitur tam clandestinum coniugium ꝗ̃ ipsius actus etiam si prohibitio legis non esset, de genere malorum moraliter: non ẜm se, sed ẜm sibi annexa. ¶ Utrum autem sit mortale peccatum, considerandum restat ex vtroq; principio: scilicet annexe moralis malitie, et legalis inhibitionis. Ex parte siquidem moralis iniquitatis distinguendum occurrit, ⁊ dicendũ: ꝙ quãdo actus huiusmodi habet annexam scandali turpitudinem, est peccatum mortale: quãdo vero caret annexa turpitudine, nõ est peccatum mortale. Et horũ ratio est in promptu: quia ex quo ratio peccati mortalis consurgit ex annexa turpitudine, extante illa fit peccatum mortale: ⁊ illa non extante, non est peccatum mortale. Notanter autem dixi actus huiusmodi, ad differentiam vsus: quoniam frequẽs actus qui vsum constituit, impossibile est moraliter loquendo ꝙ careat scandalo: nam frequens secreta conuentio personarum que possunt esse cõiuges, semper est suspecta, et experientia teste videmus scandala maxima ex huiusmodi vsu prouenire. Ex parte autem inhibitiõis ecclesiastice mortale peccatum videtur: quoniam euaristus papa (vt habetur xxx. q. v. c. aliter) damnat huiusmodi cõiugia: ita ꝙ non coniugia sed adulteria vel contubernia vel stupra aut fornicationes esse non dubitat. Quod quia verum esse constat in iudiciali foro, in quo clandestinum matrimonium non est matrimonium ex authoritate pape promulgatum, damnabilem constituit clandestini vsum matrimonij. Simpliciter igitur ⁊ absolute loquendo vsus matrimonij clandestini peccatum mortale est: vtpote scandalosus scandalo notabili, reddente vtrumq; coniugem infamem: et a iure damnatus vt adulterium seu fornicatio. ¶ Quocirca caueant confessores viduarum nobilium ne consulant fornicarie vt contrahat clandestinum matrimonium, quasi licite deinceps satisfacture voluptati sue cum clandestino cõiuge: tum quia non sunt facienda mala vt veniant bona, ⁊ multo minus vt euitentur peiora: tum quia per hoc non euaditur peccatum mortale in vsu dicti coniugij: tum quia adiungitur periculum homicidij vtriusq; aut alterius coniugis: vt pluries vidimus nostra etate: consanguinei enim multo magis vindicant talia coniugia ꝗ̃ si fornicatio sola fuisset.

Ad obiecta Ergo in oppositum dicitur, ꝙ licet actus vnus seu aliquis possit esse ita occult⁹ ꝙ careat ẜm se omni turpitudine scandalosa: frequens tamen actus vt dictum est, esse non potest: ⁊ ille vnicus actus omnino occultus non caret periculo scandali: quia posset inde coniunx concipere, ⁊ sic scandalum sequeretur. Inhibitio autem ecclesie non similiter se habet ad vsum coniugij ante benedictionem, ⁊ ad vsum coniugij clandestini: quoniam primum simpliciter inhibet: secundum autem non solum inhibet, sed damnat vt stuprum seu fornicationem. ¶ Et ratio est disparitatis: quia actui coniugali debetur thorus publicus, hoc est publice preparabilis seu preparatus: vnde et coniuges conthorales dicuntur: clandestini autẽ coniugij actui non potest publice thorus preparari: quum coniugium ipsum publice habeatur tanq; non sit, quum probari non possit. Ante benedictionem vero publicis coniugibus potest publice thorus preparari, imo ⁊ de facto millies preparatur: ⁊ propterea actus coniugij clandestini merito reprobatur ac damnatur: actus vero publici coniugij non reprobatur nec damnatur, sed solum cerimonie defectu accusatur: est enim preceptum cerimoniale de non preueniendo benedictionem. De non vtendo vero clandestino, est preceptum prope substantiale. ¶ Et hinc sequitur, ꝙ non solum vsus sed etiam actus vnus coniugij per se clandestini, etiam cum steril seu vetula que non potest concipere, quantumcumq; occultus est mortale peccatum, sicut ⁊ ipse contractus clãdestinus propter damnationem ecclesie damnantis omnem contractum ⁊ concubitum clandestinum in sua specie: ac per hoc omnem concubitum ⁊ contractum clandestinum: ⁊ consequenter nisi rationabilis causa subsit contrahendi clandestine aut clandestine consummãdi, damnationem sue speciei incurrit.

¶ De delectatione morosa. Triplex dubium.

CIrca Actum coniugij, quoniam multa scripsimus in commentarijs precedentis libri in tractatu de luxuria, ⁊ quedam etiam in quolibetis, ideo ne eadem repetamus, pertranseundum est. Incidenter tamen dubia aliqua de delectatione morosa soluendo.

¶ An voluntaria delectatio de cogitato actu licito conditionaliter, sit mortale peccatum. Primum dubium.

EStautem Primum dubium, an voluntaria delectatio de cogitato actu licito conditionaliter, sit mortale peccatum. Uerbi gratia: cogitat quis de actu coniugali cum tali muliere si esset vxor sua, ⁊ voluntarie delectatur de actu cogitato, an in hoc ⁊ similibus sit peccatum mortale. ¶ Et est ratio dubij: quoniam pro parte negatiua est ꝙ delectatio est de actu licito, intantum ꝙ consensus in huiusmodi actum non est peccatum: si enim consensus in actum non est peccatum, a fortiori nec cogitatio de illo erit peccatum. Pro parte vero affirmatiua est omnis religiosa conscientia, cauens huiusmodi delectationẽ: vt peccatũ mortale.

Ad hoc Dicitur, ꝙ sine dubio huiusmodi delectatio voluntaria est peccatum mortale: quia est simpliciter de concubitu peccati mortalis. ¶ Ad cuius euidentiam, discernendum est inter consensum ⁊ delectationem: quoniam tam consensus ꝗ̃ desiderium ferri potest in obiectum vel absolute vel cõditionaliter: potest enim quis desiderare cibum absolute, ⁊ potest rursus desiderare ipsum sub conditione: puta si non esset dies ieiunij. Et quod dicimus de actu, idem intellige de delectatione cõsequente actum exterius exercitum: nam potest quis desiderare delectationem cibi ⁊ absolute ⁊ sub conditione: puta velle delectari in comedendo si non esset dies ieiunij. Delectatio autem voluntaria consequens obiectum interius apprehensum ⁊ concubitum siue absolute siue conditionaliter, non potest distingui in delectationem conditionalem vel absolutam: sed ex hoc ipso ꝙ inest huiusmodi delectatio voluntarie, est simpliciter et absolute delectatio. Unde cum aliquis desiderat actum coniugij cum aliqua conditionaliter: id est si esset sua, nõ peccat: quoniam desiderium obiectum habet recte rationi consonum: sed quum delectatur quis de huiusmodi actu conditionali cogitato, delectatio ipsa non est conditionalis: quoniam conditionalis nihil ponit in esse: huiusmodi autem delectatio ponitur in esse voluntarie. Et propterea delectatio ipsa non spectat ad obiectum desideratũ ⁊ cogitatum quatenus est conditionale: ac per hoc redit ad naturam sui generis: scilicet delectationis morose de illicito concubitu. Ex hoc namq; ꝙ actus vt conditionalis, non facit ipsam delectationem conditionalem: sequitur ꝙ relinquat eam in genere delectationis voluntarie de concubitu seclusa conditione, que sola faceret illum licitum. Et hoc est nihil aliud dicere, ꝗ̃ relinquere illam in specie delectationis voluntarie de concubitu acsi illa conditio non esset cogitata: ⁊ hoc est qđ timorate conscientie vtriusq; sexus testantur.

Et per hoc Patet solutio ad obiectum: quoniam non est idem iudicium de consensu ⁊ desiderio in actum exteriorem illiusq; delectationem sub cõditione, ⁊ de presenti delectatione voluntaria de eodem actu eademq; delectatione cogitata. Nec est verum, ꝙ presens delectatio sit de actu licito: quoniam non est de illo conditionaliter: actus autem non nisi cõditionaliter est licitus.

¶ An vidua que voluntarie delectatur de coniugali actu preterito peccet mortaliter. Secundum dubium.

SEcundum Dubium est, an vidua que voluntarie delectatur de actu cõiugali preterito, peccet mortaliter. Et est ratio dubij ambiguitas scribentium.

Ad hoc Dicitur, ꝙ formaliter loquendo voluntaria delectatio de preterito actu coniugij non est peccatũ mortale. Et ratio est: quia eiusdem moris est delectari de presenti, preterito vel futuro: huiusmodi enim differentie nõ variant spe=

rem motus de bono in malum: et propterea sicut simpliciter et absolute, vidue consensu approbatiuo potest placere actus preteritus, ita potest delectari de illo. ¶ Et licet hec ratio sufficiat, manifestatur tamen ex simili: iudex enim functus officio. potest voluntarie delectari de vindicta quam exercuit occidendo perturbatores reip. nec solum intus potest delectabiliter memorari, verum potest etiam delectabiliter hec enarrare: vt patet. Idem autem est iudicium de voluntaria delectatione in cogitatione, memoria, narratione et facto vindicte ⁊ cuiuscumq; alterius actus: memoria enim de iustis seu licitis eodem more est delectabilis quo ⁊ ipsa iusta elicita fuerunt delectabilia.

¶ Aduertendum tamen est hic, quod aliud est loqui de voluntaria delectatione preteriti actus liciti, et aliud est loqui de concomitantibus illam: nam stat quod ipsa delectatio de actu preterito voluntaria immunis sit secundum seipsam a peccato mortali: ⁊ tamen ipsamet vt annexum habet malum aliquod (puta pollutionem vel delectationem interiorem consequentem velleitatem actus similis preterito, aut consequentem insurgentem concupiscentiam) sit peccatum mortale. Et quia venerea (quantumcumq; licita quũ cogitantur, annexam habent concupiscentiam carnis, motusq; qui etiam non precipiente intellectu insurgunt (vt experientia testatur) ideo si vidue delectatio periculum habet annexum pollutionis aut ruine anime ad aliquem prauum consensum huiusmodi delectationum annexarum (vt communiter videtur accidere voluntarie immorãtibus in memorijs talibus) tenetur euitare huiusmodi memoriam, sicut tenetur fugere huiusmodi pericula. Sine his tamen, huiusmodi memoria communiter sunt peccata venialia: quia carent pia necessitate ⁊ vtilitate.

¶ An voluntaria delectatio de visa pulchra muliere, sit computãda inter peccata mortalia delectationis morose. Dubiũ tertiũ.

Tertium est An voluntaria delectatio de visa pulchra muliere, sit computanda inter peccata mortalia delectationis morose. Et est ratio dubij: quia simile videtur iudicium de delectatione omnis sensus: sed voluntaria delectatio de muliere tacta, spectat ad delectationẽ morosam: ergo ⁊ de visa.

Ad hoc Dicitur, quod quum nulla sensatio naturalis sit secundum se peccatum (quoniam est a natura ipsa cum consequente delectatione) proculdubio nisi mulieris visus aut tactus sit moraliter malus, delectatio voluntaria de ipsa visa aut tacta non est mala. ¶ Uerum inter tactus ⁊ alios sensus est quo ad propositum differentia: in hoc quod visus mulieris pulchre secundum seipsum delectabilis, non est libidinosus nisi ex parte videntis ad malum ordinetur: tactus autem per oscula ⁊ amplexus vt est secundum tactum talem delectabilis est libidinosus, sicut ⁊ concubitus, nisi coniugij bono honestetur. Quoniam delectatio sensibilis secundum quendam tactum scilicet, osculorum, amplexuum ⁊ huiusmodi, est secundum se a natura ordinata ad venerea: delectatio autem visus non est secundum se ad hoc ordinata. hinc enim fit, vt illa ob solam delectationem exercitata sint libidinosa: visus autem minime. Et propterea sicut sensibilis delectatio osculorum ⁊c. extra coniugium illicita est et secundum se mortalis (vt in commentarijs precedentis libri diffuse declaratum est) ita voluntaria delectatio de huiusmodi cogitatis, mortale peccatum est delectationis morose. Et per oppositum quia videre mulierem pulchrã. non; est secundum se ordinatum ad venerea, ideo delectabiliter videre mulierem pulchrã. ex suo genere nullum est peccatũ: ac per hoc delectabiliter; cogitare de visa muliere pulchra, nisi otiose vel ob malum fiat. peccatum nullum est. Et hec similiter intellige de huiusmodi actibus secundum se: nam secundum annexa pericula iudicandum est iuxta canones periculorum: multi enim ex aspectu mulierum corruerunt: vt patet de dauid ⁊c.

Et hec Sufficiant pro hoc libro super tertia parte diui tho. ac per hoc pro commẽtarijs integris super tota summa eiusdem: ad gloriam in primis omnipotẽtis dei, deinde ipsius diui tho. vtilitatem autem ecclesie. Sub correctione sancte sedis apostolice (in qua nunc sedet leo decimus põtifex maximus) cui ⁊ scripta ⁊ scribenda omnia submissa semper esse volo. Rome die. xix. decembris. Anno christiane salutis millesimo quingentesimo vigesimo: etatis autem mee quinquagesimosecundo. Amen.

¶ Ad reuerendissimum ac illustriss. d. d. Julium medicem. s. ro. ec. presbyterum cardinalem ac vicecancellarium: tractatus de indulgentijs thome de vio caietani cardinalis sancti xisti.

¶ Prologus.

Satis constat pater amplissime. inter eos thesauros qui ab apostolice potestatis throno ad animarum salutem per ecclesiam diffunduntur, nequaq; in extremo loco ponendas esse remissiones illas quas trito iam nomine indulgentias appellamus. De quarum vi quum varias ⁊ pontificij iuris ⁊ theologie professorum opiniones esse animaduerterem. libuit mihi pro mea consuetudine, qui omnes meas lucubrationes ad ecclesie vtilitatem semper cõtuli, pro virili mea hic quoq; in summam compẽdiũq; redigere, quid illud denuq; sit quod tanq; ratum certũq; de huiusmodi remissiõibus habeamus. ¶ Nostrum vero de hac re opusculum tibi iure optimo dedicandum censui tum sequutus illorum morem qui principibus viris integritate, prudentia, fortitudine ac magnanimitate excultis (qualem te esse omnes gaudemus) libros suos nuncupare pregestiũt: vt sub illorum auspicijs honestati, gratiores in vulgus prodeant. Tum quia sanctissimi domini nostri Leonis. x. benignitate. in sacrum ro. ecclesie senatum ascitus, inclite familie vestre in vniuersum ac seorsum ⁊ singulis vestrum. tibiq; presertim (quem precipuũ mihi patronum dñmq; elegi) ⁊ meipsum ⁊ omnes ingenij mei fetus dedicandos esse cognosco. Addo etiam ꝙ quum tu ro. ecclesie vicecancellarius diuo suffectus sis laurentio, cuius est officium sedis apostolice tractare thesauros ac dispensare: iure quodam suo nostrum hũc libellum in quo agitur de spiritualibus ecclesie thesauris, vt patronus ac preses tibi vendicas ⁊ asciscis. Oro itaq; amplitudinẽ tuã, vt ea benignitate munus hoc quoq; meũ accipias, qua ⁊ meipm maximo tuo bñficio honestatũ dignatus es in clientelam accipere.

¶ Que a priscis constant de indulgentijs. Capitulum primum.

Eorum Indulgẽtiarũ si certitudo haberi posset, veritati indagãde opẽ ferret: verũ qr nulla sacre scripture, nulla priscorũ doctorũ grecorũ aut latinorũ autoritas scripta hũc ad nostram deduxit notitiam: sed hoc solum a trecentis annis scripture cõmẽdatũ est de vetustis patribus ꝙ beatus greg. indulgẽtias stationũ instituit: vt in. iiij. sen. diui tho. habetur. Lõge siqdẽ post greg. legimus ꝙ quidã indiscretas ⁊ superflua s idulgẽtias dabãt: vt innoc. iij. in. c. quũ ex eo. extra de pe. ⁊ re. dicit. Et per. xl. forte annos antea ab alex. iij. ppositã de indulgentijs datis ab epis qõnẽ solutã inuenimus ibidem in. c. qd aũt. Ex verbis quoq; inno. iij. in ca. excõicamus: extra de here. §. catholici: apparet cõcessam fuisse indulgẽtiã eũtibus in subsidium terre sancte. Et q̃uis non inueniatur i iure, idubie tamen tenetur cruciate expeditionem fultam fuisse indulgentia plenaria. ⁊ hoc hr̃i dicitur in parte decisa decretalis ad liberandam. extra de iudeis.

¶ Ex his autem textibus non solum habetur quod indulgentiarũ gratia antiqua est in xp̃i ecclesia. et non noua adinuentio: sed hr̃i clare quatuor. primo quod dare indulgentiam alicui est illum absoluere secundo quod ista absolo spectat ad forum penitentialem, tertio quod ista ablo est a penitentijs iniunctis, quarto quod quandoq; sunt indiscrete. Et primum quidem eorum habetur expresse in dicto capitulo quod autem. ab alex. 3. respondente archiepiscopo cãtuariẽsi. quod quia nullus potest ligari aut solui a non suo iudice. iõ idulgẽtie ꝯcesse ab aliq̃ epo, nõ se extẽdũt ad ñ subditos sibi nisi de consensu propriorum iudicum. Hec enim responsio clare docet, ꝙ qr idulgẽtia ẽ absolo, iõ a ꝓ pio iudice vel de ꝯsensu ꝓprij iudicis ab alieno põt fieri tñ. Reliq̃ v̾o tria hñr ex ꝯcilio generali sub inno. 3. in. c. quum ex eo. extra de pe. ⁊ re. Quod enim spectet ad forum pniãlẽ ide hr̃: qr ibidẽ ꝙ eneruat pnialem satisfactionem indiscreta indulgẽtia. Quod ab iniunctis liberet penitẽtijs: clare ibi habet. ⁊ silr ꝙ supflue ⁊ indiscrete quandoq; fiant.

¶ Quid est indulgentia. Cap. ij.

Principiũ igitur inuestigãde q̃dditatis indulgẽtie ex his q̃ ꝯstãt sumẽdo, ab illius stabilito gñe ex sacris canonib' ordiamur. Et dicamus quod indulgentia est quedam absolutio: nisi enim per se et proprie indulgentia absolutio esset, non reddidisset per se rationem ius quare indulgentia non prodest non subdito: qr ligari absolui ve non nisi subditus potest. Si enim ratio est per se, oportet indulgentiam consistere in absoluendo aut ligando: constat autẽ quod indulgere non est ligare: igit ẽ absoluere. Necessariũ ẽ igit asserere rõnẽ canonis esse ꝑ se:

quia ea que sunt p accidēs, repellunt a qlz scia. ¶ Est igit ecclasti ca indulgētia (colligēdo oia certa ex sacris canonibus) absolutio ab iniuncta pnia in foro pniali. Et q̄uis prima facie videant hec nō sufficere ad indulgētie diffinitionē: scrutādo tamē singula subtilius, apparebit sufficiēs. Differt siquidē in primis indulgētia ab oibus priuatis actiōib⁹ ex genere sub q̄ cōtinet absolo: est em̄ absoluere sicut ⁊ ligare actus iurisdictiōis. Et ex hoc indulgētia differt tam ab actionib⁹ priuatis (puta quū vn⁹ orat aut facit pniam pro alio aut seipso) q̄ ab actionib⁹ cōmunib⁹ personis publicis ⁊ priuatis: puta cōpensatiōe vni⁹ ad alterū, aut subuētione dando alicui pretium vnde soluat creditori. Null⁹ siquidē horū actuū est act⁹ iurisdictiōis: qlibet em̄ absq̧ quacūq̧ iurisdictiōe pōt huiusmodi actiōes exercere, nō solū in pphanis, sed etiā in pposita materia: vt em̄ i. iiij. sent. theologi dicūt: vn⁹ homo existēs in charitate, pōt facere pniam ⁊ satisfacere pro altero in charitate existēte. Quod eccl'ie consuetudine approbat, ieiunia aliaq̧ opa satisfactoria esse pro penis debitis aiabus in purgatorio existētib⁹ affirmāte si pro illis a psonis in charitate existentib⁹ fiāt: vbi pz opera satisfactoria priuatarū psonarū absq̧ vlla iurisdictione ecclesiastica cōpēsari pro penis aiarū q̄ purgant, ⁊ p penitētijs illis iniūctis satisfacere: ⁊ est q̄si pretiū qd priuate psone aiab⁹ donant, vñ quasi soluāt et liberentur. Differt deinde indulgētia, ex hoc q̄ nō est quicūq̧ iurisdictionis act⁹, sed talis. s. absolutio, ab actu distributionis, quo curā habēs boni cōmunis distribuit illud ptibus eiusdē cōitatis: vt quū distribuit princeps aut cōitas honores reip. inter ciues. Absolutio em̄ est act⁹ iudicis ad vnū subditū nulla habita rōne equalitatis ad alterū: vt patet etiā in hac materia quū dat indulgentia alicui vni: qd quotidie per cōfessionale aut indultū fit. Distributio autem vt patet. v. ethi. fit fm eq̄litatem pportionalē: que sine rōne ad alterū fieri non potest vni: quum hoc intelligi nō possit: vñ quū vnus tantū quandoq̧ honorat in repub. si iusta distributione honor talis illi defert, rōnem illius habere ad alios est necessariū: et q̄to alijs pstat simplr vel tunc quo ad hoc, tātum nūc honoratur. ¶ Monstratur quoq̧ ex hoc q̄ indulgētia est absolutio, ⁊ effectiua illius cā. s. iudex: actus em̄ iurisdictionis operatio est iudicis: ⁊ per hoc mōstrat reqri tā authoritatē in dāte indulgētiā (nō em̄ est iudex sine authoritate) q̄ rōnē: nō em̄ pro libito sz rōne suadente absoluit aut ligat iudex nisi cui⁹ volūtas lex est: qd soli deo conuenit. Et materialis. s. subdit⁹ in quē exercet: nō em̄ absolui pōt nisi subdit⁹: vt alex. iij. ad hoc ppositū in allato canone dixit. Sz materia circa quā exercet, per subiunctā pticulā monstrat, quū subiungit, ab iniuncta pnia. Est siquidē indulgētia subditi absolutio quo ad iniunctam sibi pniam, nō in foro contētioso, sed penitentiali: ita q̄ lz in foro penitentiali determinat duo. s. absolutionē et iniunctam penitentiā. Et est sensus q̄ indulgentia est absolutio in foro penitētiali a penitentia iniuncta in foro penitētiali. Etem̄ indulgentia qr actus est iudicis ad aliquē forum spectat: liquet aūt q̄ nō contentiosi est fori: penitentialis igit erit. Et hinc patet qualitas iudicis: forus em̄ penitentialis ad ecclesiasticum tantū iudicem spectat: et propterea ecclesiasticum opz esse iudicē qui indulgentiā cōcedit. Uerum quū penitētialis absolo secetur in eā q̄ est ordinis, q̄ sacramētalis est (vtpote facta in pnie pficiēs sacerdotis ministerio) ⁊ eā que est iurisdictionis tm̄: qa legatis ⁊ electis tm̄ pōtificib⁹ exercetur: ⁊ illa directe ⁊ per se primo culpam respiciat (est em̄ absolutio ab ipso peccato) ista autē culpe remissionē psupponat, ⁊ penā peccato debitā respiciat, nō quācumq̧, qr non penā eternam (non em̄ liberat indulgētia a pena inferni) sed tpalem: q̄ hic aut in purgatorio exoluenda pro cōmisso peccato est: ideo ad differentiam sacramentalis absolutionis remittentis culpam ⁊ eternitatē pene subiunctū est in diffinitione, ab iniuncta penitentia: iniuncta siquidē in foro penitentiali pnia nō nisi tpalis esse potest, ⁊ remissionē culpe psupponit. Monstratur nihilominus ex eadem pticula qualitas subditi cui cōfert indulgentia: q̄ s. sit vere penitens ⁊ cōfessus. Nam qr in sacramēto pnie non ligat ad penā sacerdos iniungendo penitentiam nisi absoluēdo a culpa: ⁊ prius natura absoluit q̄ ligat (quia obligatio ad penā tpalem supponit remissionē culpe: absolui autē a culpa ab ecclastico iudice nullus pōt nisi vere penitens ⁊ cōfessus) ideo ex hoc ipso q̄ indulgētia est absolutio a pena iniuncta in foro penitētiali, monstrat q̄ recipiēs indulgētiam debet esse vere penitens ⁊ confessus: attestante consueta forma indulgentiarum: in qua dicitur, vere penitentibus ⁊ cōfessis. Differt demum indulgētia a remissione penarū iudicialium ad forum contentiosum spectātiū per eandē particulam: scilicet iniuncta in foro penitentiali: indulgentia siquidē non liberat a penis iniunctis in foro contentioso: ⁊ vsque adeo ab illis elōgatur, vt diuus thomas propterea dicat religiosos per indulgentiam nō liberari a penitentijs sibi iniūctis in capitulo a suis platis. Ex qbus oibus apparet q̄ diffinitio idulgētie collecta ex sacris canonib⁹, cūcta cōplectit q̄ ad rōnē indulgētie pcurrūt. Est igit ecclastica (de q̄ est sermo) indulgētia, absolutio a penitētia iniuncta in foro penitentiali.

¶ Obiectiones contra assignatam rationē indulgentie. Cap. iij.

HAbet autem dicta diffinitio indulgentie difficultates multas ⁊ obiectiones, ptra tria in illa contenta. ¶ Contra illud in primis dictum: scilicet dare indulgētias est actus iurisdictionis, opponitur a durād. in quarto sent. dist. xx. Tum quia iurisdictio exerceri potest in inuitū: indulgentiā autem nullus cōsequi potest inuitus. Tum quia nullus potest vti actu iurisdictionis in seipsum: indulgētia autem alijs data pōt concedens vti sicut alij. ¶ Ab alijs vero: tū quia archiepūs potest in tota sua prouincia idulgentias dare: vt patet in cap. nostro: extra de pe. ⁊ re. ⁊ tamē cōstat archiepm̄ nō habere nisi in articulis q̄busdā ptātē in subditos suffraganeorum: extra de of. or. cap. pastoralis. Tum quia indulgētie dant etiā defunctis existentibus in purgatorio: qui a iurisdictione ecclesie sunt exempti, vtpote extra hāc vitā: ⁊ q̄s ecclesia nō pōt ligare, cui data est potestas ligādi atq̧ soluendi super terrā tātum.

Contra Aliud deinde dictum (scilicet indulgētia est absolutio nō compēsatio aut distributio) opponitur a cōmuni tam theologorum q̄ canonistarū doctrina, canonizata a clemente. vj. in extrauaganti, vnigenitus: de pe. ⁊ re. decernētium indulgētias fieri p modum distributionis ⁊ cōpensationis seu solutionis. Dicūt em̄ q̄ thesaurus eccl'ie in quo sunt recōdita merita christi ⁊ sctōrū quaten⁹ satisfactoria sunt nō p seipsis, distribuitur p indulgētias in christifideles: ita q̄ pnie nostre cōpensantur per penas christi ⁊ sctōrū, dum ex thesauro illo pcedit cuiq̧ quasi pretium penale vñ soluat deo debitā p suis peccatis pniam. Hec autē patet pnari snie qua dr q̄ indulgētia est absolo: quū longe distet actus absolutionis iudicialis ab actib⁹ his: qm̄ isti actus oēs sunt actus nō iudici pprij, sed cōmunes tam publicis q̄ priuatis personis, excepto distributionis actu: cui⁹ tamē differentia ab absolutionis actu clare liquet. ¶ Opponit quoq̧ q̄ ex illo canone alexandri. iij. non habetur nisi q̄ dare indulgētiā est act⁹ iurisdictionis in subditū: q̄ quidē pōt verificari ponendo q̄ est actus dispensatiōis seu distributiōis. Nā hic actus est iurisdictionis ⁊ sup thesaurum dispensandū, ⁊ sup eū cui communicat: quia cōmune bonum non nisi in partes cōmunitatis distribuēdum est: ⁊ sic ruit tota diffinitio assignata. Pōt quoq̧ ⁊ aliter exponi canon ille, vt intelligatur causaliter indulgētiam esse absolutionē, qr causat absolutionem: dispensatio nāq̧ thesauri dicti causat in illo cui cōmunicatur, absolutionem a pena peccato debita ⁊ a sacerdote iniuncta. Et sic redit ruina diffinitionis.

Contra Tertiū demū dictū (scz ab iniūcta pnia) obijcit. Tū qr diu⁹ tho. cū multis theologis ⁊ canonistis dicit indulgētiā liberare hoiem ab iniūctis ⁊ nō iniunctis penitentijs. ¶ Tum qr indulgētie tm̄ valent q̄tum sonāt: vt cōmuniter tenetur: cōstat autē q̄ in plenarijs indulgētijs non fit mētio de iniunctis. ¶ Tum qr indulgētie q̄ dant p defunctis, nō dātur pro iniunctis: nam nō presupponit iniūctas eis penitētias nō perfecisse eos qui sunt in purgatorio. ¶ Tū qr quum penitētiarius rome iniungeret pniam plenariam indulgentiā cōsequutis, accepit mandatum a papa vt nō iniungeret pniam: vt refert petrus de pal. in iiij. sent. dist. xx. q. iiij. in calce. ¶ Tum qr in forma plenarie absolutionis que cōceditur in morte, cōtinetur restitutio ad innocentiā baptismalē: que non esset vere efficax si ab iniuncta tm̄ penitentia absolueret.

¶ Questiones tres circa assignatā diffinitionē indulgētie. C. iiij.

SUnt preterea circa dicta in superposita diffinitione indulgentie tres questiones. Prima omniū difficillima est circa cām effectiuam indulgentie. Dictum est enim q̄ oportet dantē indulgentiam fultū esse authoritate ⁊ rōne. In dubium aūt nō paruum vertitur, an qlibet rationabilis causa dādi indulgentiam, sit etiā rōnabilis causa quātecumq̧ indulgētie: an potius quedā sit rationabilis cā tante indulgētie (puta vnius anni) que nō esset rōnabilis causa multo maioris indulgētie, puta viginti milliū annorum. ¶ Est autē rō ambiguitatis: qr pro prima parte hoc est q̄ causa legitima indulgētie est etiā sufficiens causa q̄tecūq̧ indulgētie, extat authoritas diui tho. in. iiij. sent. dist. xx. expresse dicentis q̄ indulgentie rō seu causa nō exigitur ad mensurandā indulgentiam. Et pbat hoc: qr eadē stāte rōne eccl'ia modo maiorē modo minorem dat indulgentiā. Et tandē dicit q̄ licet dans indiscrete indul

gentias, ita vt homines pro nihilo ab operibus pnie retrahuntur, peccet: nihilominus cõsequitur hoies plenã indulgẽtiam datam. ❡ Extat (τ quã cõtinua experientia rome docet) autoritas ecclesie dãtis indulgẽtiã plenariã ꝓ sola visitatione alicuius ecclesie sine manibus adiutricibus: τ in die sancto pasche data benedictione a papa super platea. s. petri. pnũciãt duo cardinales indulgentiam plenariam omnibus pñtibus. Si enim he cause sunt legitime cãe indulgẽtie plenarie: nulla restat cã pia tã parua q̃ nõ sit legitima causa quãtecũq; indulgentie. ❡ Extat τ autoritas veritatis ecclesia stice: sm quã oportet indulgẽtias tantũ valere quãtum sonãt: con stat autem ꝙ sonãt ex quacũq; causa etiam plenariã indulgentiã.

In oppositum

Autem est: q2 a rõne dissonat indulgẽtiam exigere vltra autoritatẽ in dãte τ charitatẽ in recipiẽte, rationabilitatem in cã. ita ꝙ sine legitima causa indulgẽtia est nulla, τ tñ quãtitatẽ indulgẽtie nõ exigere aliquid ex parte legitime cause. ❡ Cõtra quoq; rationẽ est, ꝙ potestas ecclesie q̃ nõ nisi ministri τ dispẽsatoris est. nulla ratione dispensandi arceatur in quantitate tam pretiosi thesauri. ❡ Et confirmatur: quia si in prophanis possunt ecclesie ministri ita dispensare vt dispensatio sit nulla (vt si papa donaret totum statum temporalẽ ecclesie filio suo, cũ nõ esset rationabilis causa donãdi sibi aliquid) multo magis videtur quod errare possit in dispensando thesaurum spiritualium bonorum, ita vt dispẽsatio sit nulla. vtriusq; n. est dispensator non dominus, in edificationem corporis christi mystici: non in illius dissipationem. ❡ Accedit ad hoc autoritas apostolica clementis. vj. in dicta extrauagante vnigenitus: de autoritate data a christo dispensandi hunc thesaurum, dicentis. Quem quidem thesaurum per beatum petrum celi clauigerum eiusq; successores suos in terris vicarios cõmisit fidelibus salubriter dispensandum: τ propriis τ rationabilibus causis, nunc ꝓ totali nunc pro partiali remissione pene temporalis pro peccatis debite tam generaliter q̃ specialiter prout cum deo expedire cognoscerent: vere penitentibꝰ τ confessis misericorditer applicandum. Ubi patet quod non solum rationabiles sed proprias oportet esse causas quantitatis indulgentiarum.

Secunda

Questio est: an vera penitentia exigatur tempore quo indulgentia conceditur aut opus exercetur. an extendatur ad tẽpus aliud quo quis vult illa indulgentia vti. Uerbi gratia: quo ad concessionẽ, dat papa quinq; annos de indulgentia omnibus presentibus quum infra missam in cappella sua singulis diebus dominicis aduentus et quadragesime absolutionẽ facit. si teneor tunc esse vere penitens: an sufficiat quod intendo vere penitere: τ tunc vti ista indulgentia quinq; annorum. Et similiter quo ad exercitium operis: dat papa quod dicens septem psalmos vel dans tantã eleemosynam, habeat plenariam remissionem semel in vita τ semel in mortis articulo, an teneatur esse vere penitens tempore quo dicit septem psalmos aut dat eleemosynam.

Tertia

Questio est: an oporteat esse confessum ita quod nullum sit in conscientia mortale peccatum commissum non confessum tempore quo acquirit quis τ vtitur indulgentia. an sufficiat esse confessum secundum preceptum ecclesie: hoc est semel in anno. Et est rõ dubij: quia hinc apparet quod verba iudicum sunt secundum iura interpretanda. ac per hoc quod sint illo anno confessi. Inde vero apparet quod si non requireretur confessio alia, sufficeret dicere penitentibus: quoniam in vera penitẽtia clauditur propositum obseruãdi precepta christi τ ecclesie.

❡ Soluuntur obiectiones in. iij. ca. posite contra hoc quod dare indulgentiam, est actus iurisdictionis. Ca. quintum.

Non est

Autẽ difficile ab obĩa. primo contra assignatam diffinitionem rñdere. Falsum nãq; est quod durandus dicit: omnem iurisdictionis actum posse in inuitum exerceri: quum absolutio sacramentalis sit actus non solum ordinis sed iurisdictionis (vtpote a non proprio iudice ordinario vel delegato facta nulla existens) et tamen non potest exerceri in inuitum. Sed quod nullus possit exercere actum iurisdictionis in seipsum absoluendo τ ligando se, verum est: τ propterea licet alij aliter sentiant: cõcedo ego ꝙ dans indulgẽtiã alijs: nõ acq̃rit illam: q2 absoluens alios non absoluit se. Nec tamen est deterioris conditionis q̃ alij quia et si non ꝑ istam viam: per aliam viam potest eandem indulgentiam consequi. s. committẽdo confessori suo: vt sic absoluat ipsum sicut ipse absoluit alios: hoc. n. mõ papa subijcit se absolutioni sacramentali, τ similiter indulgentie eadem ratione. Archiepiscopi q̃ potestas sup totam prouinciam, ex hoc ipso quod in quibusdam articulis affirmatur, manifestatur extendi ad dãdas indulgẽtias in tota sua ꝓuincia: qñ q̃dem ille est vnus illorum articulorũ q̃ in iure numerantur: vt panor. ibidem scripsit. Defunctos aũt in purgatorio existẽtes: extra iurisdictionẽ ecclesie q̃dam negãt: eo ꝙ sicut sunt medij inter nos τ beatos (dũ nos viatores sumus quo ad meritũ vel demeritũ τ quo ad penã τ premiũ, τ beati extra viã totaliter sunt: qui purgantur aũt quo ad meritum vel demeritũ extra viam, sed quo ad penã vel ꝓmiũ in via adhuc sunt) ita sunt quodãmodo subditi vicario christi viatoribꝰ dimisso: vt sicut quo ad punitionẽ adhuc sunt in via, ita quo ad releuationem a pena adhuc subsũt iudici viatorum. Sed hec opinio multa vera dicens non infert efficaciter intentũ: plus. n. requirit ad subditum iudici viatorum q̃ adhuc ꝑticipare aliq̃d de via. Exigit. n. ꝙ possit causa sua q̃tũ ad illud q̃d sapit vie, cognosci a iudice viatorũ: nullus. n. põt eẽ iudex cause omnino icognoscibilis ab ipso: ꝯstat aũt a pape cognitiõe oĩno esse aliena a causas existẽtũ i purgatorio: τ iõ p3 papã nõ posse absoluere aut ligare existẽtes i purgatorio. Manifestat q3 hoc idẽ ex verbis dñi: limitãtis petri ptãtem sup terrã: ita ꝙ l3 effectus potestatis petri penetret celos, dicẽte dño: erit ligatũ aut solutũ i celis: iurisdictiõis tñ actꝰ terminatur ad hoc vt sit sup terram dicente dño: quodcunq; solueris aut ligaueris sup terrã. Scriptura aũt sacra mortuos non esse sup terram vocat: vt p3 gen. 42. vbi de ioseph tãq̃ de mortuo loquẽtes fratres τ pater, itroducuntur dicẽtes ꝙ nõ est sup. Purgatoriũ rursũ nõ sup s3 sub terra esse ex eo patet, quod christus descẽdit ad iferos: vbi erat limbus patrũ: neq;. n. fas est credere ꝙ de purgatorio exeuntes anime ante christi mortem: τ ad limbũ patrũ eũtes, ad iferos a supis descẽderent: sed econtra ex iferno inferiori ad ifernũ superius ascẽderent: quũ ẽt sm philosophos loca q̃to superiora tãto nobiliora sint. Quocirca nõ dat papa defunctis idulgẽtiã autoritatiue absoluẽdo, s3 per modum suffragij. q̃d etiã ipse apostolice litere attestãtur. clare apponẽtes istã clausulã, per modũ suffragij. quũ ꝓ defunctis dantur indulgẽtie. Et potes videre ꝙ ex hoc ipso diuerso modo dãdi indulgẽtiã viuis τ defunctis. insinuatur intẽtũ: nã ex eo ꝙ nõ audẽs ecclesia defunctis autoritatiue remittere penas sicut viuis, suffragantis personã induit cõcedẽdo defunctis indulgẽtiã, mõstratur q̃d indulgẽtia simpliciter τ absolute remissio est autoritatiue ab ecclesia facta. Nisi eñ esset autoritatiua remissio, ex applicatione ecclesiastici thesauri nõ oporteret ad suffragij modũ descẽdere quũ ad defunctos extẽditur: q̃bus ecclesia nõ nisi suffragari potest.

❡ Solutio obiectionum in tertio ca. contra hoc ꝙ indulgentia est absolutio. Ca. sextum.

Ad euidẽtiam

Aũt specifice nature ipsiꝰ indulgẽtie op3 nosse duo cõcurrere ad idulgẽtiam: absolõnẽ a pnia iniũcta et dispensationẽ spũalis thesauri. applicãdo penã christi τ sanctorũ ad hunc cui datur idulgentia. Et primum quidẽ ꝓbatũ est ex canone alexan. iij. secundum aũt non solum ex communi sanctorum doctrina sed ex allata extrauagãte clemẽtis sexti patet. ❡ Uerũ multum interest ad nãm idulgentie cognoscendam: an primum idulgẽtia sit absolutio an dispẽsatio. Nã si indulgentia primo consistat in absolutione, dispensatio thesauri accessorie concurrit ad indulgentiam: vt q2 ecclesia non potest libere relaxare debitam deo penam pro peccato in illũ cõmisso, ad hoc vt remissio sua sit efficax: iũgit absolutioni dispensationẽ penarũ solutarũ a christo τ sanctis applicãdo aliq̃d eorũ huic, τ aliq̃d illi: vt sic τ remissio fiat efficax ex adiũcta satisfactiõe christi τ sanctorũ ꝓ istis q̃bꝰ indulgentia datur, τ deo debita pro peccato pena exoluta inueniatur. Si autem primum indulgentia sit dispensatio ꝓdicti thesauri, absolutio ab iniuncta penitentia accessorie concurrit ad indulgentiam: ex eo nãq; quod applicatur mihi per indulgentiam tantum de pena recondita in thesauro, sequitur quod sum absolutus ab equiualenti pena q̃ debebã deo pro peccatis meis exoluere. ❡ Quid autem horum verius sit: non ex ratione sed ex facto pendet. nam rationi consentaneum est: quod ecclesia vtroq; modo potest idulgẽtias facere: s3 an de facto idulgẽtias altero tñ τ quo aut vtroq; mõ faciat, scire op3 si idulgẽtie natura cognoscẽda est. Apparet autem prima facie inspicientibus doctores τ dictam extrauagantem clementis, primũ in indulgentia locum tenere dispẽsationem ecclesiastici thesauri, τ absolutionem accessorie comitari. cõferẽti vero posteriores indulgentias priscis, apparet ecclesiam olim fuisse vsam indulgentijs principaliter per modum absolutionis, quam necessario comitatur dispensatio thesauri: a tẽpore autem bonifacij. viij. primi authoris pẽtis iubilei vsam fuisse principaliter indulgẽtijs distributiõe thesauri, τ ꝯcomitãter ab-

solutione a penitētia:qm̄ tāta abūdātia indulgētiarū plenariarū q̄ta vix credi potest passim data,super hoc fundari videt̄. Et fm̄ hoc diffinitio indulgētie collecta ex sacris canonibus quam assignauimus,nō est diffinitio indulgētie q̄ modo fit ab eccl̄ia romana,sed illius q̄ olim fiebat:qm̄ sacri canones loquunt̄ de indulgētia q̄ erat cōsueta in eccl̄ia,⁊ nō de illa q̄ poterat inueniri de nouo. Sunt em̄ diuersarū rationū iste ⁊ ille quo ad naturas: q̄uis sint vnius ⁊ eiusdē rationis quo ad vltimū effectū.q̄ est remissio pene tpalis debite p pctō. ¶ Et sic dicēdo,cōcordia fieret inter noua ⁊ vetera. Sed hec opinio ponēs de facto indulgētias diuersarū rationū in eccl̄ia,dissonat ab vsu eccl̄ie ⁊ doctorū: nā bonifaci⁹ ipse 8.indulgentiam iubilei inchoat ab indulgētiis magnis cōcessis a prioribus,manifestans p hoc se sectari vestigia pdecessorum. Romani quoq̄ pōtifices in hodiernū vsq̄ diē indulgentias tot annorum adiunctis tot quadragenis dando corā se in capella pontificia,testant̄ aperte se modo priscorū dare indulgentias: ⁊ apponēdo semp explicite clausulā illā.s. in forma ecclesie consueta, nulli dubitationi relinquunt locū.ꝙ antiquā intendunt sequi indulgētie formā,⁊ nō inducere indulgentiā alterius rationis. Doctores quoq̄ omnes siue theologi siue canoniste quārum hactenus meminimi me vidisse,de indulgentia vt de vna quadā eccl̄iastica actione ⁊ non vt de actionibus diuersarum rationum tractant. ¶ Unde vnius rationis de facto esse indulgentiā nunc ⁊ olim colligimus: ⁊ ipsam primo esse absolutionem comitatā applicatione thesauri ad hūc cui datur indulgētia,⁊ nō econtra:hoc est ipsam esse applicationem thesauri ad hunc comitatā absolutione ipsius, canō sepedictus alexandri.3.monstrat ⁊ conuincit. Nam si principaliter natura indulgentie cōsisteret in dispensatione ⁊ applicatione thesauri eccl̄iastici ad hunc,posset eps̄ bonon̄.indulgentiā concedere alieno,qm̄ ad cōmunicandū alicui thesaurum nō exigit̄ aliq̄s actus iurisdictionis sup illū,sed sufficit autoritas sup thesauri dispensatione:vt patet in dispensatione thesauri tpalis. Absolutio aūt a pena,p viam sequele comitaret̄ absq̄ aliquo alio actu iurisdictionis:qꝛ iam exoluisset penam debitam,ex pena christi ⁊ sctōrum sibi cōmunicata,ac p hoc alienus qui solū ad.40.dies penitentie teneret̄,ab ep̄o bonon̄.per indulgentiā.40.dierū sic absolueret̄,ꝙ saltem coram deo ad nullā pro peccato penā teneret̄,cuius oppositum in canone habet̄.dum dicitur,ꝙ alieno nō prodest indulgentia nisi de consensu proprij iudicis. ¶ Et siquis dixerit,ꝙ quia indulgentia liberat eum cui datur a pena ⁊ coram deo ⁊ corā proprio iudice,qꝛ liberat ab iniuncta penitentia:⁊ alienus eps̄ licet communicando penam thesauri non subdito penitentiam iniunctam pro illo exoluat coram deo,non tamē coram proprio iudice,⁊ ideo remanet ille adhuc ad penitentiam iniunctam obligatus coram proprio iudice (sicut si sine indulgentia aliqua p alia opera satisfactoria totam penam exoluisset peccatis suis debitaꝫ, et penitentiam iniunctam a sacerdote non peregisset, remaneret obligatus in foro ecclesie ad penitentiam iniunctam peragendam) idcirco alexander. 3. dixit quod indulgentia non subdito non prodest scilicet in foro ecclesiastico in quo iura fiunt. Aduertat sic dicēs, ꝙ si indulgentie natura principaliter consistit in cōmunicatione thesauri exoluētis penā corā deo,⁊ absolutio iudicialis comes ponitur,nō debebat cōsulti⁹ alexāder rn̄dere negatiuam simpliciter ⁊ absolute,dicendo ꝙ nō pdest nisi de licentia proprij iudicis:ex quo oppositū verū est simplr̄ ⁊ absolute:qꝛ vnaq̄q̄ res simplr̄ ⁊ absolute iudicat̄ fm̄ suam naturam,⁊ non fm̄ concomitantia. Imo hec ipsa responsio monstrat intentum:qꝛ duobus cōcurrētibus ad indulgentiā (altero pertinente ad ecclesiā ⁊ deū, scilicet dispensatione ⁊ cōmunicatione thesauri penam debitā exoluentis coram deo:altero ptinente ad ecclesiam tantū,scilicet iniuncte pnie solutio in foro ecclesie) si indulgentia est principaliter ⁊ essentialiter illa thesauri cōmunicatio, debebat affirmari ꝙ prodest non subditis,ex quo illam quo ad principale et essentiale consequuntur. Et quia negatum est illis pdesse,dicimus inde ꝙ indulgentia principaliter ⁊ essentialiter est absolutio,quam qꝛ non subditus cōsequi nequit,ideo indulgentia ab alieno non sibi prodest tam quo ad deum q̄ quo ad ecclesiam. Et hic est planus sensus illius decretalis absq̄ extorsione aliqua vt patet intuenti. Est igitur indulgentia qua de facto olim vsa est ⁊ nunc vtitur ecclesia vnius rationis:⁊ est principaliter ac essentialiter absolutio iudicialis in foro penitentiali,annexam habēs cōmunionem thesauri passionum christi ⁊ sanctorum. Et confirmatur hoc ex forma plenarie indulgentie,quādo per viā cōmissionis fit. Conceditur siquidem ꝙ possit plenarie absolui in vita ⁊ in morte,constat enim ꝙ non est sermo de absolutione sacramentali,sed spectāte ad indulgentias: et constat ꝙ per modum ⁊ verbū absolutionis cōfertur. Et cōstat ꝙ eiusdem est rationis indulgentia collata sine ministro medio absoluente cum papa dat indulgentiam presentibus aut visitantibus ⁊c.⁊ quum per ministrum medium concedit ꝙ semel in vita, ⁊ semel in morte plenarie absoluatur. Tenet igitur absolutio primum in indulgentie ratione locum.

Ad obiecta Igitur ex cōmuni doctrina fulta authoritate multorū romanorū pontificū, dicitur ꝙ non ꝯtrariatur doctrina hec assignate diffinitioni:quoniam nō docet principaliter indulgentiam esse applicationem thesauri:sed docet vnde est valor ⁊ efficacia indulgētie ad remissionem pene deo debite pro peccato,videlicet ex thesauri spiritualis dispensatione. Et ad hanc efficaciam spectat modus solutionis,compēsationis, distributionis,cōmunionis,dispensationis ⁊ similium,quum dicitur ꝙ indulgentie valent aut dant̄ per modum dispensationis et huiusmodi et non spectant hec ad principalem actum indulgētie, qui est iudicialis in foro penitentiali absolutio:propter quē exigit̄ ꝙ indulgentia fiat a pprio iudice:⁊ si est nō a pprio iudice facta nulla sit:vt ex sepedicti alexādri.iij.canone patet. Nec suscipit canon ille obiectā prius expōnem,scꝫ ꝙ indulgētia est distributio inter subditos:quoniā distributio arctata ad subditos,vt ptes communitatis,est act⁹ iustitie distributiue,exigēs equalitatē pportionalem in sua forma:vt patet in.v.ethi.qḋ alienū ꝯstat esse ab indulgentia ex ipso ecclesie vsu tā moderno q̄ antiquo. Refutat quoq̄ alteram dict⁹ canon deinde obiectā expositionē.scilicet ꝙ sat est illi ꝙ indulgētia est absolutio causaliter:hoc est ꝙ est dispensatio thesauri causans absolutionē)qm̄ si sic esset,nō esset opus proprio iudice ad cōsequendā remissionē pene pctō debite ab alieno ep̄o indulgentiā cōcedēte : q̄siquidē absolutio p viam sequele comitaret̄ ex applicatione thesauri facta a potēti dispēsare thesaurū. Dispēsatio siquidē thesauri nō exigit iurisdictionē sup psonis q̄bus donat̄,sed sup thesauro:sat em̄ est psonis illis vt sint capaces cōmunionis illius.q̄ quidē capacitas in proposito cōsistit in hoc ꝙ homo sit vere penitens ⁊ cōfessus. Urgetq̄ tāto magis canon iste q̄tū credit̄ indulgētiā valere ad remittendas penitētias nō iniūctas:cōstat em̄ ꝙ respectu nō iniunctarū penitentiarū nullus requireret̄ pprij iudicis cōsensus,si indulgētia esset essentialiter cōmunicatio thesauri. Cōmunicato siquidē mihi ab alieno ep̄o thesauro,corā deo solutissem,⁊ corā proprio iudice non remanerem ligatus:quippe q̄ non erā ab eo ligatus ad aliquā iniunctam penitentiam. Cū igit̄ hoc est falsum,restat vt indulgentia sit essentialiter absolutio:cui annectit̄ dispēsatio eccl̄iastici thesauri ad hoc vt absolutio a pena,sit efficax nō solū quo ad eccl̄iam,sed etiā corā deo. Et si pspicaciter intuiti fuerimus ordinē manifestati vsus thesauri ad vsum indulgētie,videbimus ex eo intētū.s. ꝙ indulgētia est essentialiter absolutio. Nā quū viderēt doctores eccl̄iam absq̄ sacramētali medio remittere penas pctīs confessis debitas, nec ab eccl̄ia instructi essent quomodo hm̄ōi remissiones valerēt, supponētes eccl̄iam absoluere a vinculo penitentiarū, in varias inciderūt opiniones de efficacia hm̄ōi remissiōis seu absolutiōis:q̄busdā nesciētibus hūc eccl̄ie militātis thesaurū,opinātibus absolutiones has in foro tm̄ militātis eccl̄ie liberare a penitentijs, alijs nō curātibus de hoc thesauro,putātibus ex potestate data petro posse papam remittere liberaliter penas pctīs debitas, ita ꝙ nec hic nec alibi oportet illas exoluere:alijs dicētib⁹ ꝙ absolutio seu (qḋ idē est) remissio efficaciā habet etiā corā deo,ex applicato thesauro passionis christi ⁊ sctōrum:quorū dogma approbari meruit ab apl̄ica sede. Hec siquidē manifestant, ꝙ pro certo supponebat̄ ab oībus essentia indulgentie ꝙ esset remissio, ⁊ ad inuestigandā ipsius efficaciā tot concurrerunt opiniones multiplicate valde: quas nunc omitto,qꝛ sat est proposito omnes conuenire in psupposito genere indulgentie.s.ꝙ est absolutio seu remissio.

¶ Solutio obiectionum in.3.ca.contra hoc ꝙ indulgentia respicit penitentiam iniunctam. Caput septimum.

NOn Parua pterea intelligētia opus est ad euidētiā habēdā de penitētia a qua absoluit indulgentia,dū sacri canones nō nisi de iniuncta mētionē faciūt:doctores aūt ad iniūctas ⁊ nō iniunctas extendunt. Et licet doctorū opinio, quā etiā sequutū se dicit diuus tho.magnifaciēda sit:qꝛ tñ huius rei veritas ex facto pēdet ⁊ in facto cōsistit, ⁊ sacri canones solū de iniūcta faciūt mētionē:ideo tenēdo certū ⁊ dimittendo incertū,diffinita est indulgētia ꝙ est absolutio a penitētia iniūcta. In cōcilio siquidē lateran̄.sub innocen.3.determinat̄ potestas ep̄alis circa indulgentias:⁊ expresse post ipa indulgētie decreta,subiungitur, de iniunctis peniten-

tiie indulta remissio nõ excedat.in ca.quū ex eo.de pen.ꝛ re. Ubi
ſm textū ꝛ oēs doctores ep̄alis poteſtas dādi indulgētias.limita
tur:qḋ non eſſet verū ſi indulgētia abſolueret a nõ iniūctis. Nā ſi
indulgētia liberat ab iniūctis ꝛ nõ iniūctis penitētijs.ꝛ ep̄alis po
teſtas eſt reſtricta ſolū quo ad iniūctas penitētias, cõſequēs eſt
q̄ reſpectu penitētiarū nõ iniūctarū nõ ſit limitata ep̄alis ptās:
qḋ cõtra textū eſſe cõſtat,obuiantē exp̄ſſe indiſcretis indulgētijs
ſimpliciter ꝛ abſolute:ꝛ cõtra doctores ex illo textu affirmātes li-
mitatā eſſe ep̄orū poteſtatē circa indulgētias abſolute. Qḋ etiam
patet in ca.nr̄o.eo.li. Ubi archiep̄m dicit nõ poſſe excedere circa
indulgētias ſtatutū illi° capli. Nec poteſt reſpõderi, q̄ reſtricta
poteſtate quo ad penitētias iniūctas,intelligit̄ ꝛ reſtricta quo ad
nõ iniūctas:qm̄ reſtrictio poteſtatis quo ad maiora nõ infert re-
ſtrictionē eiuſdem quo ad minora q̄uis ecõtrario reſtrictio quo
ad minora a fortiori reſtcnet a maiori.Sed plus eſt remittere in-
iūctas q̄ nõ iniūctas:tū propter vinculū duplex ibi,ꝛ ſimplū hic:
tū propter forū eccl̄iaſticū ibi,q̄ nõ interuenit hic. igit̄ ex hoc q̄ li
mitata eſſet quo ad iniūctas ep̄alis poteſtas.nõ propterea limi-
tata eſſet quo ad nõ iniūctas.ſi indulgētia reſpiceret iniunctas ꝛ
nõ iniūctas. Nec pōt rurſum dici,q̄ qꝛ penitētia iniūcta eſt prin
cipalis materia indulgētie.ideo ꝓhibitio indulgētie de iniunctis
infert ꝓhibitionē etiā de nõ iniunctis,qꝛ acceſſoriū ſequit̄ princi-
pale:ꝛ ſic materia indulgētie principalis q̄dem ſed nõ ſola eſt pe-
nitētia iniūcta. Nā hec reſpõſio nr̄m infert intentū:ꝛ q̄ recte diffi-
nita eſt indulgētia ꝑ iniunctā penitentiā,vtpote principalē mate-
riā:ꝛ q̄ iniūcta penitētia ſic eſt principalis materia indulgētie, vt
ipſa principali materia ſubtracta ſubtrahat̄ acceſſoria:ac ꝑ hoc ſi
indulgētie nõ ſubſternit̄ iniūcta penitētia , intelligit̄ nõ ſubſterni
eidē penitentiā nõ iniunctā,qḋ eſſet voluntariū:quū nullo canone
nulla ratione fultū inueniat̄,ſi indulgētia liberat ab vtraq; penitē
tia q̄ nõ liberet ab vna ſine altera.Eſt ergo iniūcta penitētia ꝛ pri
cipalis ꝛ ſola materia indulgentie ſm ſacros canones intellecte.
Seruauit quoq; eccl̄ia multo tp̄e hūc ſtilū, vt exprimeret in lite-
ris relaxationē ab iniūctis penitētijs: intantū vt durādus quum
dixiſſet in.4.ſen.q̄ indulgētie tātū valēt q̄ntū ſonāt,ſubiūxit,ſonāt
aūt q̄ ab iniūctis penitētijs liberāt. Quocirca qñ nõ exprimit̄ an
ab iniūcta vel nõ iniūcta penitētia liberat,intelligit̄ de iniūcta: qꝛ
verba iudicis ſunt intelligēda ſm formā iuris:in iure aūt ſolum fit
mētio de iniūctis:igit̄ de iniūctis tm̄ penitētijs intelligēda eſt in-
dulgētia data ſimpliciter ꝛ abſolute.Expoſitio vero dicens, q̄ ly
ab iniūctis penitētijs,intelligit̄ ſubintellecta cõiunctiõe etiā(acſi
diceret̄ etiā ab iniūctis penitētijs)nõ eſt expoſitio,ſ3 diuinatio:nā
ſi liceret in textibus apponere ly etiā.infiniti textus ſubiecti eſſent
diuinationi q̄nq; etiā cõtra textū:vt facile patet diſcurrēti. Ante
ſtat̄ aūt ſic eſſe intelligendū,ratione eccl̄ie cõſuetudo in viridi ob-
ſeruātia cõſiſtens:dū ro.pon.ſingulis diebus dñicis ꝛ quadrage-
ſime ꝛ aduētus,dat oībus p̄ſentibus quinq; vel ſeptē annos ꝛ to-
tidē quadragenas de vera indulgentia. Exprimendo ſiq̄dem tot
annos.et totidē quadragenas,manifeſtat ſe loq̄ vt canones peni-
tentiales loquunt̄,taxātes penitentias ꝑ annos ꝛ quadragenas.
Cūq; de illis taxatis ꝑ ſacros canones annis ꝛ quadragenis libe
rat illos ꝓculdubio q̄ ad illos ꝛ illas ſunt obligati,mõſtrat ab in-
iūctis penitentijs tantūmodo indulgētias datas liberare. Ac-
cedit ad hoc.q̄ cõmunis forma indulgentiarum fit per tp̄a:puta
dies,quadragenas annū vel annos:qꝛ ſic taxate ſunt penitētie in
ſacris canonibus. Nec obſtat qñ fit plenaria indulgētia:qm̄ pleni
tudo etiā pleniſſima nõ mutat ſubſtātiā.ſed auget q̄ntitatē ipſius
ſubſtātie:vt patet.Et ꝓpterea ſi penitentia a qua liberat indulgē
tia eſt ſubſtātialiter penitentia iniuncta. q̄ntācūq; indulgentia ſit
pleniſſima nõ liberat niſi ab iniūcta.Et alie quidē liberāt ab iniū
cta vnius anni vel tot annorū aut dierū: pleniſſima aūt liberat a
tota iniūcta.ſicut ſi ꝑ quotā data indulgentia eſt(puta remiſſionē
tertie partis)liberat a tertia parte iniuncte penitentie. ❡ Et ſi q̄-
rat̄ an intelligat̄ hic de penitentia iniuncta tam a iudice q̄ a iure,
an de iniuncta tm̄ a iudice,reſpondet̄ q̄ quū a iure nulli ſit penitē
tia iniuncta.ſed taxata iniungēda,ideo dicendo q̄ liberat ſolū ab
iniūcta.ſoluta eſt q̄ſtio.Et ꝓbat̄ q̄ dicit̄:qꝛ ad penitentiā iniunctā
ille cui iniūcta eſt tenet̄:nullus aūt tenet̄ ad penitentias taxatas
in canonibus penitētialibus niſi ſibi ſpecialiter imponant̄:igit̄ pe
nitentie ille nõ ſunt iniūcte.Sed eccl̄ia ſicut p̄ſupponit homines
egere remiſſione penarū debitarū ꝓ ſuis peccatis. ita p̄ſupponit
vere penitentibus ꝛ cõfeſſis iniunctas eſſe penitentias ſm ſacros
canones.pēſata tm̄ qualitate pſonarū ꝛ alijs merito penſandis: et
ſupponēs illos eſſe obnoxios iniunctis penitentijs,dat illis indul
gentiā ſeu remiſſionē iuxta formā canonū penitentialiū. Quo-
circa multū veriſimile ac rationi conſentaneū eſt, vt ortā habue-
rit indulgentia a penitentiū vinculis q̄bus olim alligabant̄ a con
feſſorib° iuxta canones penitētiales:hinc eñ p̄ſeuerat vſq; hodie
vt dictū eſt,indulgētia tot annorū ꝛ tot quadragenarū:hinc indul
gētia abſolutio eſt,quā a ꝓprio iudice fieri iura teſtant̄:hinc ema
nauit opinio illa q̄uis falſa,q̄ indulgentie ſolū valēt quo ad forū
eccl̄ie militātis,hinc olim eſt cõſonātia canonū. Cū his tñ ſcito,
q̄ licet indulgētie tā pro viuis q̄ defunctis ſic ſint ſm iura inter-
ꝑtande:quū non ſint melioris cõditionis defuncti q̄ viui quo ad
cõſequendas indulgētias(imo ſint deterioris,qꝛ ad eos nõ perue
niūt niſi ꝑ ſuffragia)ſi tñ papa daret aliomodo indulgentiā.ſ.non
ſolū ab iniūctis,ſed etiā a quomodolibet debitis penis pro pecca
tis,dicendum ſecus eſſet:poteſt enim abſoluere a pena debita li-
cet non iniuncta,dūmodo culpa remiſſa ſit. Uerū aūt hactenus
pontifices ſic dederint indulgentiā.neſcio.Si eñ verū eſt qḋ pe-
trus de pal.refert(qḋ etiā Joānes monachus in extrauagāti bo-
nifacij.8.de iubileo expoſitione refert)nõ ex litera ſed ex intentiõe
pape illius.ſ.bonifacij.8.habet̄ q̄ nõ ſolū ab iniūcta ſed iniūgēda
intendebat liberare ꝑ illā indulgentiā pleniſſimā. Sed vereor ne
bonifacius nõ vt pontifex ſed vt doctor illius opinionis ſectator,
illa dixerit verba. Nec incõueniat ipm̄ vt doctorē minus bñ dixiſſe:
quū etiā dixiſſe referat̄ ab eodē ibidem, q̄ indulgētia illa libera-
bat etiā a votis:qḋ conſtat non niſi errore poſſe bene intelligi ꝓ-
ſpecta illa iubilei extrauagante. Quocirca propter huiuſmodi q̄
ex literis nõ conſtāt ap̄licis,nõ eſt recedendū a iuris tramite re-
cto,quo cõfeſſor iniūgere debet penitentiā.etiā ſi ipſemet vt mini
ſter indulgētie ſtatim abſoluturus ſit eundem penitentē plenarie
a pena. ❡ Ad id vero qḋ ex forma plenarie abſolutionis obijcit̄.
dicit̄ q̄ de autoritate talis forme q̄cquid ſit, poteſt dupliciter ex-
poni. Primo vt intelligatur edita ſm opinionem illā valde vt vi-
detur cõmunem.ſ.q̄ indulgentia liberat ab iniūctis ꝛ non iniun-
ctis penis. Nec mirum alicui videat̄ ſi eccleſie miniſtri in formis
huiuſmodi vtantur opinatis: quum in prefatione communi vtat̄
eccleſia opinione dicentium celos eſſe animatos,dū inter creatu
ras intellectuales celos inſerit̄ dicens,maieſtatem tuam laudant
angeli.adorantq; dominationes. tremunt poteſtates, celi celo-
rumq; virtutes, ac beata ſeraphin. Et q̄ cum formidine aliqua
vtantur eccleſie miniſtri opinione illa in hac forma inſinuatur ex
eo q̄ ibi apponitur q̄ntum ſe extendunt claues eccleſie: tituban-
tis enim ſunt verba hec.Secundo q̄ intelligatur ex meritis indul
gentie:ita q̄ reſtitutio ad puritatem baptiſmalem non intelligitur
fieri ſimpliciter ꝛ abſolute,ſ3 q̄ntū eſt ex parte indulgētie. Preſu-
mit eñ eccleſia arbitratas ac iniunctas eſſe vere penitentibus et
confeſſis condignas penitentias:ac per hoc abſoluēdo ab iniun-
ctis p̄ſupponit ſe abſoluere ab oībus penis illi debitis,ꝛ cõſequē
ter reſtituere innocētie baptiſmali.Et hoc ſic eſſe intelligēdū atte
ſtat̄:qꝛ ꝓculdubio p̄ſupponit in hac forma eccleſia penitentē eſſe
cõtritū de oībus venialibus:alioquin reſtitutio ad puritatē ba-
ptiſmalē locū nõ haberet.Et qꝛ vtraq; p̄ſumptio eſt facti , ꝛ tenet
ſe ex parte penitētis,ideo forma illa efficax q̄ntū ex parte eſt indul-
gētie,ſi fiat in patiēte bene diſpoſito per iniunctas penitentias,ef
ficax ſimpliciter ꝛ abſolute inuenitur.Et ab effectu ſuo deficere
pōt,ſi de facto penitēs nõ req̄ſita oīa ad hoc vt abſolutio ab omni
bus iniūctis,ſit abſolutio ab oībus ſimpliciter debitis pro pecca-
tis penis habeat:q̄ tūc accidit,qñ nõ eſt ꝑ ſuſceptas cõdignas pe
nitentias diſpoſitus.Que indiſpoſitio penitētibus merito impu-
tatur:qꝛ ob cõem penitētiū imꝑfectionē .cõdigne nõ dantur ſm
ſacros canones penitentie. Nec debēt penitētes ex imperfectio-
ne ſua reportare cõmodum indulgētiarū:vt.ſ.valeāt eis acſi iniū
ctas ſuſcepiſſent cõdignas penitentias : nõ eñ debēt equiparari
illis qui cõdignas acceptarunt ſm ſacros canones penitentias:
quorū miſerta mater eccleſia indulgētie leuamē illis contulit. Et
merito:qꝛ iā ſpōte ſuſceperāt peragēdas hic cõdignas penitētias
qḋ cõſtat nõ amplecti a modernis penitētibus.q̄bus ꝓ multis ꝛ
magnis pctīs exigua pnīa ſufficit. Cõſonat aūt hec doctrina eccle
ſie romane ↄſuetudini:quū in illa viua voce indulgētie ↄcedāt ap
poſita ſemꝑ clauſula iſta,videlicet in forma eccl̄ie cõſueta.cõſtat
eñ q̄ forma eccl̄ie nõ poteſt melius interp̄tari q̄ forma eccl̄iaſti-
ci iuris:ſm quā clauſula hec nõ ſolū denotat ly vere penitētibus
ꝛ cõfeſſis,ſed etiā ly ab iniunctis penitētijs.Et confirmat̄: qꝛ con
ſentaneū rationi eſt,vt iudex eccleſiaſticus iudicet non niſi de de-
latis ad ſuū iudicium,ꝛ nõ de reliq̄s ab eodē ſe impediat:illa eñ
que ad eccl̄iaſticum forum nõ ſunt delata(qualia ſunt peccata nõ
confeſſa)rationabiliter ab eccleſiaſtici iudicis abſolutione alie-
na ſunt : vt ſicut non ligat niſi pro cognitis in foro eccleſie : ita

non absoluit nisi a cognitis in eodẽ. Oblata pterea ad forũ eccle-siasticũ ꝑ cõfessionẽ, ⁊ a iudice minor penitẽtia punita. tanꝙ̃ derelicta quo ad reliquã ꝑtem pnie in foro ecclastico videnꝛ: presumitꝛ eñ ecclia cõfessores rite arbitratos iudicasse penitẽtes esse sibiipsis relinquẽdos quo ad reliquũ satisfactionis: ac ꝑ hoc ecclasti ca cẽsura penitẽtialis fori non se amplius impedit de illis. Quo fit, vt sicut ad ecclesiasticũ iudiciũ nõ redit reliqua satisfactio quo ad vinculũ, ita nõ redeat ꝙ̃ ad absolõnẽ: vt pari ligandi soluendiꝗ ritus passu currat. Ab iniuncta igitur tantummodo penitentia ecclesiastica idulgentia de iure communi liberat tam viuos ꝙ̃ defunctos: idẽ est eñ quod per indulgentiam viuis ⁊ defunctis datꝛ: licet modus dandi sit diuersus: vt pꝫ ex dictis. Et sic valet ꝙ̃tum sonat sane intellecta ſm formã iuris: vñ nulla fraus ab eccłie ministris in his cõmittitur si alr ꝙ̃ ſm iura intelligãt multi indulgentias, ⁊ sic illis vtanꝛ, ⁊ cõsequi se illas credant, nulli siquidẽ noxiã opinionẽ ꝑmittere qd nocetꝛ. At si dixerit ꝗ̃spiam cũ hodie nõ iniungãtur frequẽter penitẽtie indigentes tanto tpe, vanus erit accessus ad indulgẽtias. Respõdeꝛ ꝙ ꝓpterea nõ est vanus: qꝛ per indulgentias relaxanꝛ penitẽtie iniũcte ꝗ̃ sunt facte in pctõ mortali: ꝗ̃ etsi i foro eccłie exolute erãt, nõ tñ in foro dei: ⁊ ꝓpterea ꝑ indulgẽtias remittunꝛ, vtpote iniuncte ⁊ nõ adhuc deo exolute. Doctrina igiꝛ dicentiũ indulgentiã ad iniũctas ⁊ nõ iniũctas pnias se extendere, vera est ꝙ̃tum: est ex efficacia populi cõuenire indulgentie: nos autẽ dicentes indulgẽtiã remittere penitentias iniunctas tantũ, verum quoꝗ dicimus de indulgẽtia ſm iuris formã cõcessa.

Rñsio ad q̃õnẽ de indulgẽtie cã primo ꝓpositã in c. iiij. C. viij.

AD difficillimã autẽ questionẽ de causa indulgentie ꝓpositam, rñdere ꝙ̃uis temerariũ forsan censebitur, dicendũ tñ est rõne duce quid sentiendũ est de illa: opꝫ eñ ⁊ ecclesie ꝑdicationem saluare vt vera est, ⁊ fideles pascere pane intellectus. Dicendũ est igitur ad questionẽ, ꝙ nõ quecũꝗ cã sufficit ad indulgentiã dandam. sufficit etiã ad quãtumcũꝗ indulgentiam dandã: ac per hoc indulgentia data sine legitima cã ad dandã tantã indulgentiam non valet quo ad ꝙ̃titatem in ꝗ̃ excedũtur limites legitime cause.

Probatꝛ hoc multipłr. Primo autoritate cõcilij lateran. sub innocen. iij. vt enim habeꝛ extra de pe. ⁊ re. cap. cum ex eo: ꝑ indiscretas ⁊ supfluas indulgentias eneruatur penitẽtialis satisfactio. Ex hoc enim habeo ꝙ̃ indulgẽtie indiscrete ⁊ supflue nõ adimplẽt satisfactionẽ penitentialẽ, sed eneruãt: nisi quis adeo desipiat vt idẽ putet adimplere ⁊ eneruare: ꝗ̃ cõstat esse ꝯ̃ria. Et quũ cõstet ꝙ ꝓprius fructus indulgẽtie est adimpletio satisfactionis pnialis: cõsequens necessario est, vt ꝑ indiscretas supfluasꝗ indulgẽtias (que proculdubio sunt ille ꝗ̃ ex ꝗ̃cũꝗ pia cã fiunt magne valde) nõ cõsequatur penitentialẽ satisfactionẽ a nobis debitã. adimpletã esse ꝓ nobis a christo ⁊ sanctis: nã si ꝑ indiscretas huiusmodi indulgẽtias hoc cõseꝗ̃remur, nõ eneruareꝛ sꝫ adimpleret pnialis satisfactio. Sꝫ dum indiscrete hm̃õi indulgẽtie infructuose sunt ſm ꝟitatẽ ad satisfactionẽ penitẽtialẽ adimplẽdã, ⁊ penitẽtes putãdo sibi eas ꝓdesse omittũt satisfactionẽ pnialẽ, eneruaꝛ in ꝟitate penitentialis satisfactio: vt sacer canõ dicit. Probatur idẽ secundo autoritate clemẽtis. vj. in dicta extrauagãte vnigenitus qñ dicit: ⁊ proprijs ⁊ rationabilibus causis nũc ꝓ totali nũc ꝓ partiali remissione pene tpalis ⁊c. vt allegatũ est in ca. iiij. Si eñ nõ solũ rõnabiles sed proprie sunt cause nũc totalis nũc partialis remissionis, sequitur manifeste ꝙ nõ sunt cões oẽs cãe idulgẽtie ad totalẽ ⁊ ꝑtialẽ remissionẽ: sꝫ aliqua pia cã est ꝓpria ⁊ rõnabilis cã partialis remissionis ꝗ̃ nõ est totalis: alioq̃n nõ esset cã propria remissionis partialis, sꝫ cõmunis partiali ⁊ totali: cuius oppositũ litere apostolice sonãt.

Probatur tertio ratione idẽ. Legitima cã in indulgẽtijs requiritur ſm oẽs ad saluãdã intẽtionẽ christi ⁊ sanctorũ: vt. s. applicentur cõsequẽtibus indulgẽtiã passiones christi ac sanctorũ acsi ꝓ istis ex intẽtione spãliter illas sustinuissent: sed intẽtio christi ⁊ sanctorũ nõ saluatur ex quecũꝗ pia cã quo ad quãtãcũꝗ quãtitatẽ: ergo nõ quecũꝗ pia cã sufficit ad quãtãcũꝗ indulgẽtiã. Probatur minor: qꝛ intẽtio christi fuit pati pro ecclesia in cõmuni: est enim passio christi cã vniuersalis: intẽtio quoꝗ sanctorũ fuit pati vltra propriã expiationẽ ꝓ ecclesia. Est eñ eiusdẽ rõnis quo ad hoc ꝙ est esse cõmunem. passio sanctorũ cũ passione christi: qꝛ passio sanctorum est cõsummatio passionũ christi: testãte hoc apostolo ad colo. primo dicẽte: adimpleo ea ꝗ̃ desunt passionũ christi in carne mea, ꝓ corpore eius qd̃ est ecclesia. Ex hoc quippe loco sumptus est thesaurus ecclesie quo ad passiones christi ⁊ sanctorũ ab aug. super psal. lxj. dicẽte ex hoc loco. Tãtũ ergo pateris, quãtum ex passionibus eius inferẽdũ erat vniuerse passioni christi: ad cõem hanc ꝗ̃si rẽp. ꝗ̃sꝗ ꝓ modulo nostro exoluimus qd̃ debemus, ⁊ ꝓ posse viriũ nostrarũ quasi canonẽ passionũ inferimus: pariatoria plena passionũ non erit nisi quum seculũ finitũ fuerit. Quamuis quo ad passionem christi ex infinitate persone patiẽtis summi ꝓbetur, ⁊ ex autoritate Jo. in. ij. cap. prime sue cano. dicẽtis: ipse est propitiatio ꝓ peccatis nostris. nõ aũt ꝓ nostris tñ. sꝫ etiã pro totius mundi: cõstat eñ ꝙ propitiatio pro peccatis totius mundi excedit oẽs penas debitas a cõsequentibus indulgẽtias. Ex ꝗ̃bus haberi facile potest intẽtionẽ christi ⁊ sanctorũ quo ad penas in thesauro reconditas esse sicut bonũ cõe ecclesie, ac per hoc ꝙ currãt cursu boni cõis: cõstat aũt ꝙ bonũ cõe dispẽsandũ suapte natura ꝑest: dispẽsatio vero sicut aduersatur donationi ad libitũ, ita cõtrariaꝛ incõmẽsurate distributioni: dispẽsationis siquidẽ rationẽ absꝗ mẽsura intelligere nequeo. Est igitur intentio christi ⁊ sanctoꝝ, vt passiones sue nõ ꝓ libito applicentur huic vel illi, sed iuxta mẽsurã oportunam ad finẽ ecclesie dispensentur huic vel illi: sicut in reliquis cõitatibus cõmunium bonorũ dispẽsatio ex mensura oportunorũ ad bonum quod est finis illius cõmunitatis sumitur. Constat autẽ manifeste, ꝙ nec omne oportunũ ad bonũ ecclesie est equale, nec ecclesie finis exigit equaliter quodcũꝗ oportunũ etiã vnũ ⁊ idẽ diuersis tẽporibus: vt patet. nisi igitur iuxta mẽsurã oportunitatis seu oportunoꝝ ad ecclesie bonũ applicentur passiones in thesauro ecclesie recõdite, nõ saluatur intẽtio christi ⁊ sanctorũ. Et si adtũxeris, ꝙ varie mẽsure oportunoꝝ ad ecclesie bonũ non ois pia cã rñdet: perspicies ꝙ non ꝗ̃lꝫ pia cã sufficit ad quãtãcũꝗ indulgentiã. Et confirmaꝛ: qꝛ dispensatio credita petro ⁊ successoribus imitari debet dispensationẽ factã ab ipso christo: ois eñ xp̃i actio, nr̃a est instructio, imo sic agẽdo formã instituit nr̃arũ actionũ. Cõstat aũt, ꝙ xp̃s eundẽ thesaurũ dispẽsat cõmẽsurate iuxta cõcurrẽtes cõditiones causarũ mediarũ: vt patet ex differẽti dispẽsatione eiusdẽ ꝑ sacramentũ baptismi quo tota pena exoluiꝛ, ⁊ ꝑ sacramẽtum penitẽtie quo nõ tota pena soluiꝛ: ergo ipsius vicario cõmẽsuratã quoꝗ applicatione dicti thesauri creditã esse rationabile est. Et est tãto ꝓbabilior hec ratio, ꝙ̃to actio sacramẽtalis eminẽtior ⁊ efficacior causa media est ꝙ̃ actio iurisdictionalis qua datꝛ indulgẽtia. Et cõfirmaꝛ rursus: qꝛ cõstat ꝑlatos oẽs eccłie nõ nisi ministros ⁊ dispẽsatores esse: tota igiꝛ eoꝝ ptãs supra thesauꝝ ecclesie infra limites dispẽsatiue potẽtie claudiꝛ. Ex ꝗ̃bus habemus, ꝙ nõ saluaꝛ intẽtio xp̃i ⁊ sctõꝝ in applicatiõe thesauri sui, nisi dispensando applicentur passiones in illo recondite huic vel illi.

Ad obiecta

Aũt in oppositũ, dicimus ꝙ iter duas extremas opiniones incedimus medij. Putantes eñ efficaciã indulgẽtie quãtificari ſm causam indulgentie extremi sunt. cõtra quos diuus tho. processit: qꝛ causa indulgẽtie nõ est propria causa remissionis pene, ꝗ̃ est fructus indulgẽtie: sed propria causa remissionis pene est passio christi ⁊ sanctorũ applicata huic. Existimãtes aũt oẽm legitimã causam indulgentie esse legitimam causam quãtecũꝗ indulgẽtie extremi quoꝗ sunt, contra quos procedimus. Media aũt via est opinari, ꝙ causam indulgẽtie oportet esse legitimã causam tante dispensationis: ita ꝙ causa indulgẽtie qꝛ nõ est propria causa remissionis pene, ideo nõ quãtificat illã, ⁊ qꝛ est propria causa dispẽsationis, ideo quãtificat dispẽsationem: quãtitas enim effectus propriã causam consequiꝛ. Qꝛ aũt causa indulgentie sit propria causa dispensationis, ex hoc patet, ꝙ actus applicandi indulgentiam carens legitima causa indulgentie, non est dispensatio, ⁊ ſm cõmunem doctorũ doctrinã non est indulgẽtia. Qꝛ igitur concurrentibus reliquis ad indulgentiam requisitis sola legitima causa deficiente actio dandi indulgentiã nõ est dispẽsatio: habemus ꝙ causa legitima constituit actum dandi indulgentiam, in hoc qd̃ est esse dispensationẽ. Et si subiunxeris vt iã dictũ est, ꝙ propria causa quãtificat effectũ: apparebit ꝙ sicut dispensationẽ oportet causari a causa legitima, ita tantã dispẽsationẽ oportet ex causa legitima tãte dispẽsationis ꝓcedere: alioq̃n dispẽsatio ipsa depẽderet ex causa ꝓpria legitima, ⁊ quãtitas dispẽsationis nõ depẽderet ex ꝓpria cã legitima ipsius quãtitatis. Qd̃ ſm philosophie ꝓcessus mõstrũ eẽt: qñ in reliquis magnitudo effectus magnitudini cause illius rei respondet: magnus enim calor ex magnitudine calefacientis procedit, ⁊ sic de alijs. Nõ dicimus ergo ꝙ remissio pene attendaꝛ penes quantitatem cause pro qua fit indulgẽtia: sed dicimus ꝙ actus dãdi indulgentiã oportet ꝙ habeat causam sufficientẽ ad hoc ꝙ tãta applicatio passionũ christi ⁊ sanctorũ ad hos nunc ⁊c. sit vere dispensatio earundẽ. Et qꝛ dispẽsatio habet vt propriam causam bonũ ecclesie seu pietatem, dicimus consequenter, ꝙ nõ quodlibet ecclesie bonum seu non quecunꝗ pietas sufficit ad minorem dispen-

satiené sufficiat etiã ad quãtũcũq; maiorẽ: sed quãtitas dispensa-
tiõis cõsequit̃ suapte natura magnitudinẽ sue cause. Magnitudi
nem aũt cause dico nõ ſm se, hoc est nõ ſm quãntatẽ quã in se ha
bet. sed ſm relationẽ ad eccl'ie bonũ. nã idẽ labor, eadẽ eleemosi-
na, eadẽ deuotio ⁊ huiusmodi est qñq; vt parua ratio indulgẽtie ⁊
qñq; vt maxima ratio indulgẽtie. Et ideo qñq; ex causa eadẽ ſm
se, dat̃ indulgẽtia parua ⁊ qñq; maxima, ⁊ apparet ꝙ sit eadẽ cau
sa totaliter, ⁊ nõ est eadẽ in veritate, sed ſm se: est enim relata val-
de maior seipsa absolute. Verbi grã, visitatio eccl'ie sancti petri,
equalis est ſm se hodie ⁊ in anno iubilei. sed nõ est equalis rela-
ta ad bonũ eccl'ie: qm̃ relata ad professionem vnitatis eccl'ie sub
vno capite petri successore (ad qđ in anno iubilei refert̃ ab vniuer
so orbe terrarũ) est immẽsa causa indulgẽtie. Et similiter manere
in platea sctĩ petri ĩ die pasche ꝓ bñdictiõe. nõ est absolute ratio
magna indulgẽtie: sed ꝙ ꝓfiteamur vnitatẽ eccl'iasticaꝫ sub vno
capite, ⁊ viuã cõseruemus autoritatẽ vniuersalẽ ⁊ plenissimã ro.
põt. immẽsa est ratio indulgẽtie, ⁊ sic de aliis. Et ideo nõ est mirũ,
si ex eadẽ ex se causa, nũc maior nũc minor fit idulgẽtia. Quãuis
etiã hec varietas possit aliũde ꝓuenire: ex hoc s. ꝙ causa legitima
tãte dispẽsatiõis nõ intelligit̃ ad modũ puncti indiuisibilis, sꝫ in
latitudine quadã cõsistit: infra quã etiã si indiscrete ꝑlatus indul
gentiã det, ac ꝓpterea peccet, valet tñ. Ac ꝑ hoc habes quomo-
do verificare potes obiecta ex autoritate doctorũ ⁊ romane eccle
sie. ¶ Ad id vero qđ obiicit̃ ex autoritate veritatis eccl'ie (q. s. nõ
valerẽt vt sonãt) dr̃. ꝙ q: causa indulgẽtie sortit̃ magnitudinẽ ex re
latione, ⁊ relationes huiusmodi discutere ac pẽsare nõ est cuiusq;
sed dãtis indulgẽtiã: ideo eccl'ia rationabiliter ꝓsumit ꝓ dãte in-
dulgẽtiam, vtpote ꝓ iudice. Presumit̃ eñ de iure ꝓ iudice semp,
nisi manifeste appareat error, ⁊ supponẽs ex cã legitima datã tãtã
indulgentiã, veritatẽ ꝑdicat: sicut absq; falsitate ꝑdicat talẽ sctm̃,
supponẽs illũ rite canonizatũ. Ita ꝙ dato ꝙ iste canonizatus nõ
esset sctũs sꝫ dãnat⁹, eccl'ie doctrina aut ꝑdicatio nõ esset mẽdax
aut falsa: q: hec nõ ꝑtinẽtia ad fidẽ. nõ intelligunt̃ affirmari ⁊ ꝑdi
cari nisi cũ grano salis, hoc est stãtibus cõiter ꝓsumptis. Presu-
mit eñ eccl'ia canonizationẽ rite factã, ⁊ similiter indulgẽtiã rite
datã: ⁊ sic ꝑdicat indulgẽtias valere q̃tũ sonãt. Sed sicut potest
interuenire error human⁹ in canonizatione alicuius sctĩ (vt sctũs
tho. dicit) ita potest interuenire error human⁹ in collatione indul
gẽtie. Siq̃s aũt putet romanũ põti. nõ posse errare in istis parti-
cularibus actiõibus (quales sunt dispẽsatiões bonorũ, tã tpaliũ
q̃ spũaliũ eccl'ie) putet quoq; ipsum nõ esse hoiem. Verũ q: nulla
forte est tã parua ſm se pia causa, q̃ nõ possit eẽ maxima ex aliqua
relatiõe: ideo noli velle iudicare an ista vel illa causa posita in in-
dulgẽtia sit sufficiens, si non vis errare. ¶ Habes aũt ex his duo.
Primũ, quomodo intelligẽda sit indulgẽtia si fiat principaliter ꝑ
modũ dispẽsatiõis, cõmunionis aut applicatiõis thesauri eccl'ia-
stici: qm̃ hec dicta ad hm̃õi cõmunicationẽ spectãt. Deinde qua-
re mẽb⁹ nõnullorũ fideliũ insita sit ambiguitas nõnulla de effe-
ctu indulgẽtiarũ: q: eñ latet eos rõnabilitas cause tãte indulgẽ-
tie. ideo scrupulũ incurrũt, ⁊ admirari nõ desinũt qũo verũ sit ꝙ
pro tam paruo actu cõsequatur q̃s tam magnam indulgentiam.

¶ Responsio ad secundam questionem de tempore vere peniten
tie. propositam in quarto ca. Caput nonum.

SEcũda Questio in quarto ca. ꝓposita de tpe vere penitẽtie, facile soluit̃, dicẽdo ꝙ
tp̃s vere penitẽtie ꝓculdubio est tp̃s vsus indulgen
tie. Opꝫ eñ qñ q̃s vtitur indulgẽtia, tũc esse vere pe
nitentẽ: alioqñ nõ recipet remissionẽ pene pctõ debi
te. Sed quũ sint in proposito tria tpa (scilicet cõcessionis, opis ⁊
vsus) q̃ patet diuersa esse, quũ papa dat danti eleemosynã talẽ, vt
semel in vita ⁊ semel in morte possit plenarie absolui: tũc enim ho
die concessio fit, ⁊ opus eleemosyne fit cras, ⁊ absolutionis plena
rie vsus fiet forte hinc ad annum, constat ꝙ hec tempora cõcur-
runt qñq; simul: vt quum pro actu presenti dat̃ indulgẽtia absolu-
te, vt quum datur indulgẽtia oĩbus hic presentibus. Et tunc que-
stio nõ habet locũ: nã non est in potestate suscipiẽtis indulgentiã
differre vsum illius quũ absolute datur pro actu presenti: q: intel-
ligitur dari tũc pro tunc, vt sonant verba. ¶ Et similiter dicũt ali-
qui de tpe operis qñ diuersum est a tpe vsus eadẽ ratione: q: scili-
cet non absoluit̃ tunc a pena. Sed salua eorũ reuerẽtia oppositũ
est verũ. Tum q: consueta forma eccl'ie que semp in indulgentiĩs
subintelligit̃ (etiam si non exprimat̃) continet expresse ꝙ opus fiat
a vere penitentibus: ait enim, oĩbus igitur vere penitẽtibus ⁊ con
fessis, q̃ visitauerint vel dederint vel iuerint. Ubi clare patet opus
presupponere vere penitentem. Tum q: causa indulgẽtie ex hoc
ipso ꝙ est ratio communionis passionum christi ⁊ sanctorum cum
membris viuis, oportet ꝙ sit infra latitudinem operum viuorũ: q̃
enim est conuentio tenebrarũ ad lucem aut mortis ad vitã? con-
stat autem ꝙ opus factũ a nõ vere penitente est opus mortuũ: nõ
potest ergo esse legitima causa indulgentie: quã constat cõsistere
in cõmunione vitali christi ⁊ mẽbrorum, nõ aridorũ sed viuorum.
Unde si datur indulgentia alicui ꝙ dicendo septem psalmos, vel
visitãdo tot eccl'ias, vel faciẽdo tale opus piũ etiã sit sit eleemosy
na, nisi fiat in statu charitatis nõ acquirit̃ apud deũ indulgentia.
Nã licet tunc nõ fiat remissio semp (puta quum absolutio futura
est) fit tñ tunc meritũ remissionis quãuis mediate, hoc est mediã-
te applicatione passionũ christi ⁊ sanctorũ. Adimpletio eñ cause
indulgentie est meritũ communionis remissiue, ita ꝙ nihil aliud
exigitur ad remissionẽ nisi mera executio: debet̃ enim adimplẽ-
ti causam indulgentie communio remissiua pene: constat autem
ꝙ meritum remissionis pene peccato debite est opus viuũ. Opor
tet ergo vere penitentem esse consequutum indulgentiam non so-
lum tempore vsus sed etiã tempore operis quod est causa indul-
gentie: vt ipsa indulgentie verba sonant.

¶ Responsio ad tertiam questionem in ca. quarto propositaꝫ de
tempore confessionis. Caput decimum.

TErtia Questio circa indulgẽtias proposita de tpe confessionis, a multis soluit̃ dicẽdo
ꝙ sufficit confessum esse illo anno: q: sic intelligitur
confessus ſm preceptum ecclesie. Et licet hec solutio
rationabilis multum appareat propter dictam ratio
nem, quia verba iuris sunt intelligenda secundum formam iuris:
duo tamen sibi obstant. Primo: quia si ista ratio esset in proposito
efficax, quum in forma indulgentie contineantur due cõditiones
simul: scilicet penitentie ⁊ confessionis, si tempus confessionis in-
telligitur secundum formam iuris, tempus quoq; penitentie in-
telligendum est secundum formam iuris. Constat enim prece-
ptum penitentie sicut ⁊ confessionis affirmatiuũ esse, et non obli-
gare necessitatis articulo excepto nisi pro loco ⁊ tempore: ⁊ eccle-
siam iam determinasse tempus vtriusq; ad semel in anno. Non
obligatur igitur ex forma indulgentie volens particeps illius
fieri ad veram tunc penitentiam, si non obligatur tunc ad confes-
sionem. ¶ Secundum quod magis viget, est: quia si intelligitur
confessus secundum formam iuris, vel quod idem est secundum
preceptum ecclesie, sequitur vnum maxime absurdum: hoc est ꝙ
indulgentie non dantur nisi confessis singulis annis: quia soli isti
sunt confessi secundum formam iuris, ⁊ soli isti sunt confessi secun
dum preceptum ecclesie: vt patet. Et consequenter quicunq; ali-
quo vno anno quantuncunq; ꝑterito violasset preceptum eccle
sie de confessione annua, non comprehenderetur sub capacibus
indulgentie date: constat enim hoc esse contra communem animi
conceptionem omnium ⁊ sapientium ⁊ fidelium. ¶ Quia igit̃ solu
tio ista vbi credidit extendere indulgentiam, restringat multum
illam si rationabiliter ⁊ consequenter loqui debet, ideo cum bona
tantorum doctorum venia omittenda est. Et dicẽdum est cũ ipsis
indulgentie verbis, ⁊ antiquiore vt apparet mihi doctrina, ꝙ tem
pus vere penitentie ⁊ tempus confessionis est vnum ⁊ idem ad ca
pessendam indulgentiam, quamuis diuersa ratione necessarium:
quia vera penitentia exigitur ex diuino ⁊ humano simul iure, con-
fessio autem exigit̃ ex humana tantũ autoritate: q: scilicet statuta
est sic indulgentie forma ab ecclesia, vnde papa dare posset indul
gentiam absq; actuali confessione. Dicere autem ꝙ forma indul-
gentie intelligitur de confessis non ſm formam iuris aut prece-
ptum ecclesie simpliciter ⁊ absolute, sed anno illo, voluntariũ est:
quia nec ex forma iuris nec ex forma iudicis nec ex ratione hoc
emanat. ¶ Nec surda pertranseundi sunt aure, detrahentes huic
quamuis exigue vigilie, vanitatis eam accusantes: eo ꝙ cras
existimantes questum pietatem, apostolicas pulsabunt aures, et
indulgentias ad non iniunctas extendi penitentias, confessisq;
anno illo modo vere penitentes sint, conferri obtinebunt. Au-
diant hi primum non frustra fuisse tantillum laborem, si occasio-
nem tanti fructus christiano populo contulerit: neq; enim ea scri
psimus ratione vt alios dirigeremus, sed inter certa ambiguaq;
discernere sat fuerit. Percipiant deinde pias deuotasq; fidelium
mentes, hinc potius excitandas ad petendas condignas secun-
dum sacros canones a confessoribus penitentias: vt vel indul-
gentie gratia ex passione christi ⁊ sanctorum soluant deo peniten-
tias, quas prompto animo a seipsis peragendas postularunt
atq; susceperunt. Redirent siquidem hoc pacto aurea penitentiũ
patrum secula.

¶ Et hec de indulgentiis dicta secundum proprii ingenioli vires saluo omnium melius sentientium iudicio sufficiant. Rome anno salutis.1517.pontificatus.S.D.N.leonis.10. quinto:etatis vero mee.48.die.8.decembris.

¶ Tractatus de indulgentiis.thome de vio caietani, cardinalis sancti xisti:finis.

¶ Thome de vio caietani,cardinalis.s.xisti vigintiseptē questionum opusculum.

¶ De thesauro indulgentiarum. Questio.j.

VTrum Indulgētie ecclesie fiāt de thesauro meritorum christi ꝛ sanctorum. Et vr ꝙ nō. Primo.qꝛ indulgētia non esset indulgētia seu remissio,sed satisfactio ꝛ persolutio vsqꝫ ad nouissimū q̄drātē p aliorū opa.¶ Et sequitur vlterius qd oēs negant.s. ꝙ cōcedens oneret se ad satisfactionē. Et pbat̃ sequela.qꝛ sic papa nō remitteret, sed satisfaceret per alios. ¶ Secūdo:qꝛ sic virtute clauiū nō fieret absolutio , sed trāslatio operū:ꝯ verbū christi:qd̄cūqꝫ solueris.¶ Et vlterius idē p claues ageret̃ qd de facto fit:qꝛ si sunt opa sanctorum in thesauro ecclesie, nō pmittunt̃ ociosa a spū.s.sed de facto succurrerēt qbus possunt. ¶ Tertio. Nulla sanctorum opa sunt relicta irremūerata:ergo. Antecedens pbatur:tū qꝛ nō sunt cōdigne passiones huius tpis ad futurā gloriā:tū qꝛ sm hoc opera superogationis nō remunerarētur in sanctis.sꝫ in nobis:ac per hoc minora essent remunerata et maiora nō.¶ Et si dicat̃ ꝙ eadē opa sunt etiā in ipsis sanctis remunerata.ergo nulla sunt eorum opa irremunerata relicta. ¶ Quarto. Nullus sanctorum sufficiēter impleuit in hac vita mādata dei: ergo nihil fecerūt supabūdās:ergo nihil reliq̄runt p indulgētiis. Ans pbat̃ primo p illud christi.quū feceritis oīa q̄ scripta sunt, dicite serui inutiles sumus:sꝫ seruus inutilis nō vltra sꝫ citra fecisse intelligitur.¶ Secūdo p illud math.25.ꝙ sapientes virgines noluerūt cōicare de oleo suo,timentes ne ipsis deficeret.¶ Tertio.Ois sanctus debitor est dei diligēdi q̄tū pōt,imo vltra q̄ꝫ pōt:sꝫ null⁹ id fecit aut potuit:ergo.¶ Quarto. Sācti p martyriū (qd est opus pfectissimū) nō faciūt vltra q̄ꝫ debēt,imo vix faciūt qd debēt: ergo multo min⁹ in aliis opib⁹ plus fecerūt q̄ꝫ debuerūt. ¶ Quinto: qꝛ sine scripturis,doctoribus atqꝫ rationibus oppositum dicitur.

Probatur Quoqꝫ idē autoritate sctōrum. Primo aug.oib⁹ sanctis ꝯuenit dicere,dimitte nobis debita nr̃a:sed q̄ cōfitent̃ debita,nō supabundāt:ergo. ¶ Scdo autoritate hiero.tractātis cōtra pela.illud:btūs vir cui nō imputauit dñs pctm̄,infra,p hac orabit ois sctūs in tpe opoꝛtuno. Quō est sanctus,si pro impietate sua orat⁊ si est impius,non est sctūs. Itaqꝫ scti p orōnē ꝛ cōfessionē sue ipietatis merent̃ sibi nō iputari pctm̄. ¶ Tertio. Aug.li.primo retrac.ca.19.oia mādata iplent̃ qn̄ q̄cq̄d nō implet̃ ignoscit̃. Negat em̄ sctōs implesse pfecte mādata dei: dicēs,magis ignoscēte deo q̄ꝫ implēte. ¶ Quarto. Aug.confess.li.9.Ve hoim vite quātūcūqꝫ laudabili, si remota mia iudicetur: iuxta illud iob:si etiā iustū q̄ppiā habuero,iudicē meū depcabor. ¶ Quinto.Scdm aug.null⁹ sctūs in hac vita sine pctō fuit: iuxta illud prime Io.primo,si dixerimus qꝛ pctm̄ nō habemus ꝛc.ergo merita sctōrum nulla sunt supflua.¶ Et si dicat̃ ꝙ sctis habētib⁹ aliqd veniale,potuerūt plura facere q̄ꝫ debuerūt. Cōtra,opus bonū optie factū est veniale pctm̄:ergo semp min⁹ q̄ꝫ debuerūt fecerūt, ꝛ peccarūt. Antecedēs est ex aug.vbi supra oia mādata iplent̃ ꝛc.

Deinde Arguit̃,ꝙ dato ꝙ sint supflua sctōrum merita nō prodessent:qꝛ vnusquisqꝫ propriā mercedē accipiet sm propriū laborē,non sm aliena:vt ad ro.3.dicit̃.¶ Nec digne ab ecclesia expenderent̃: qꝛ solutio pene est vilissimum ecclesie donū.¶ Nec pie ecclesia ageret relaxādo penas: castigare em̄ alios potius est pietatis q̄ꝫ remittere penas.

Deniqꝫ Probat̃ ꝙ merita christi nō sint thesaurus indulgētiarū. Primo:qꝛ assertio illa est sine autoritate scripture. Et si afferat̃ autoritas ro.eccle,remaneret periculū exponēdi ecclīam hereticorū irrisioni:dū non possemus reddere rationē de hac q̄ in nobis est fide atqꝫ spe. ¶ Scdo:qꝛ locū habent primo inducte rationes etiā hic.s.ꝙ indulgētie nō essent indulgentie,sed satisfactiones p aliū:ꝛ tn̄ canon dicit,p indulgētias penitētiales satisfactio eneruat̃,de pe.ꝛ re.cū ex eo. Nō dixit minuat̃, sed eneruat̃. Et similiter claues nō soluerēt, sed trāsferrent pro alio: impiū est aūt dicere claues nō soluere:ꝛ si soluūt.totū tollunt,non transferūt. Et similiter merita christi de facto idē operant̃: qꝛ non sunt ociosa. ¶ Tertio:qꝛ insignis fieret irreuerentia meritis christi,si solū pro pene relaxatione expenderent̃: quum ipse p ea fuerit exēplū oim martyrū:vilissimū q̄ppe est remissio pene. ¶ Quarto. Sanctus tho.ꝛ bonauē.dicūt opera nr̃a bona meliora esse q̄ꝫ indulgentias,ꝛ merita christi expēdi per indulgentias. Et merita christi esse multo meliora bona q̄ꝫ opera nr̃a bona, cōstat ergo meliores sunt indulgentie q̄ꝫ nr̃a opera bona,qd est contrariū prime propositioni. Aut ergo indulgētie non sunt merita christi: aut omissis oibus indulgentie sectande sunt, scilicet christi merita. ¶ Quinto. Consulit̃ cōmuniter a doctoribus ꝙ post indulgētias nihilominus sit ieiunanduꝫ:qꝛ nemo scit vtrū odio vel amore dignus sit. Tūc sic. Aut ista sententia est impia in deū ꝛ ecclesiam, aut merita christi non sunt thesaurus indulgentiarum.¶ Primo, qꝛ sic claues ecclesie nihil faciūt certi:quod est blasphemia:et indulgentia esset incerta donatio:ac per hoc impia illusio ab ecclesia fieret,aut post indulgentiā ex meritis christi ꝛ sanctorū debe ret quiescere ab operibus suis.¶ Secundo:quia si per indulgentias impendunt̃ merita christi ꝛ adhuc incertus sum de remissione peccatorū , aut credo opa christi applicata ꝛ donata mihi esse sufficiētia ad remissionē aut dubito. Si credo, tam non est ampli⁹ ieiunandum:quia non debeo mea opera meliora putare q̄ꝫ christi opera. Si dubito,quid hoc dubio execrabilius?¶ Et cōfirmatur: quia merita christi nulla proportione bonitatis excedunt opa nostra:ac per hoc aut ipsa nō sunt thesaurus indulgētiarū,aut indulgentie pferēde sunt omnibus operibus diuinorū p̄ceptorū,nisi iniuria fiat meritis christi. ¶ Sexto:qꝛ ipsa appositio meritorū sanctorū min⁹ cōsonat,quasi merita christi nō sufficiāt. ¶ Septimo. Nulli datur grā cōtritionis q̄n simul ei dentur merita christi,ergo sine indulgentiis habet q̄s thesaurum meritorum. ¶ Octauo. Si meritum christi est thesaurus indulgentiarum,ergo remittet mortem cuiusqꝫ penas. Probatur sequela:tum quia alioquin esset infirmus:tum quia potens est remittere penam eternam.

Demum Arguitur. Si absoluere in indulgentiis est dispensare thesaurū christi,ergo alie etiā absolutiones dispensabunt thesaurum christi:ꝛ precipue ab excōicatione,quādo quis particeps fit meritorum christi ꝛ ecclesie. ¶ Preterea. Si absoluere in indulgentiis est distribuere thesaurum christi,ergo ligare est includere vel colligere thesaurum christi:quod tamen non spectat ad potestatem clauium:quia sine omni indulgentiarum actu hoc fit.

In oppositum Est sententia sacrorum doctorum.

¶ Ad euidentiā huius questionis monstrandum est merita christi ꝛ sanctorum esse thesaurum indulgentiarū: ꝛ qua ratione hoc notum sit,ꝛ quid sit,ꝛ propter quid sit. Et quidem merita christi ꝛ sanctorum esse thesaurum indulgentiarum,authoritate apostolica tenemus:in extrauaganti siquidem clementis sexti de pe.ꝛ re. vnigenitus:dicitur de thesauro meritorum christi. Quem quidē thesaurum per beatum petrum celi clavigerū eiusqꝫ successores suos in terris vicarios cōmisit fidelibus dispensandum:ꝛ pro piis rationabilibusqꝫ causis nunc pro totali nunc p partiali remissione pene temporalis pro peccatis debite,tam generaliter q̄ꝫ specialiter prout cum deo expedire cognoscerent, vere penitentibus et confessis misericorditer applicandum : ad cuius quidem thesauri cumulum beate dei genitricis ꝛ omnium electorum merita adminiculum prestare noscuntur. Hec ibi,post multa de superabūdantia meritorum dicta.¶ Est autem ex duobus huius decretalis autoritas pensanda. Primo ex decretis dist.xx.in canonicis: vbi epistolis decretalibus romanorum ponti.primus autoritatis locus post sacrā scripturā decernitur:ꝛ ibidem:cap.j.vbi extrauagantes aplice defendunt̃. Secūdo ex eo ꝙ de vna pte sacramenti penitentie:scilicet satisfactione docet:cōstat nāqꝫ extra de here.ad abolendā:nulli in materia sacramentorū licere dissentire ab eo qd ro.eccl̄ia facit ꝛ p̄dicat:credendū est igit̃ , nec in dubium autopi-

nienem vertendū sic esse. Nec somniauit aut finxit sibi romana ecclesia thesaurū istum indulgentiarū: sed ex scripture sacre autoritate, certaqꝫ inde ratione sacrorū doctorū sententia probata id habetur. ¶ Ad cuius clariorē notitiā differētia inter meritū ⁊ satisfactionē prelibāda est. Meritū condigni (de hoc eñ sermo est) appellatur opus ex quo operans dignus est eterna beatitudine, ita ꝙ debet̄ sibi illa: iuxta illud apl̄i. bonū certamen certaui ⁊c. ⁊ subdit̄. reposita est mihi corona iustitie. quam reddet mihi dñs in illa die iustus iudex. Satisfactio aūt appellat̄ voluntaria solutio pene: tūc eñ debitor pene facit satis iustitie. qñ debitā penā exoluit: adequādo ei solutionē debito, satis ꝓculdubio facit. Nec meritū ⁊ satisfactio adeo a se inuicē elongantur, vt nō coeant sepe in vnū idēqꝫ opus: nā de operibus ex charitate procedētibus loquēdo, quātum habet opus bonitatis tantū habet meriti: ⁊ quātum habet mali pene, tm̄ habet satisfactionis. Verbi grā. ieiuniū vt opus bonū, est meritoriū: idēqꝫ vt est penale. est satisfactorium. Hec est formalis differentia inter meritū ⁊ satisfactionē. ¶ Est ⁊ alia differentia quo ad efficaciā seu fructū: nam meritū non excedit psonā que meret̄. solo christo excepto, nullus enim potest mereri felicitatem eternam alteri, sed sibi soli: excepto christo. ꝗ meruit suis electis. Et ratio assignat̄: qꝛ gratia christo data est gratia capitalis seu vniuersalis: gratia aūt reliquorū est gratia partialis: meritū eñ christi ⁊ non aliorū per sacramenta communicat̄ nobis ⁊ nos saluat. Propterea paulus dicebat, nunqd paulus crucifixus est pro vobis, aut in noīe pauli baptizati estis: Satisfacere aūt potest vnus pro altero: vt patet quum vnus implet sacramentalē penitētiam pro altero. Et ex hac differentia prouenit, ꝙ sanctorū opera quatenus meritoria fuerūt. acceperunt mercedem suam in ipsis sanctis: qm̄ ipsis solis profuerūt: quatenus vero satisfactoria fuerunt, primum quidē soluerunt debitā pro illorū peccatis penam: deinde si plus penalitatis habuerunt ꝙ̄ pena ipsorū peccatis debita exigeret, remansit illud plus tanqꝫ ipsis sanctis superfluū. Et hoc plus est illud qđ a quibusdam vocat̄ irremuneratum in ipsis sanctis nō propter defectū diuine largitatis, aut operis, aut ipsius sancti: sed propter excellentiā ipsius persone que superabūdanter passa est voluntarie. Ex eo nāqꝫ ꝙ persona patiēs non habet propria penarū debita pro peccatis. prouenit ꝙ satisfactiones superflue non possunt in ipsis remunerari: seu rectius loquendo: nō possunt in ipsis habere effectū solutionis. Et qm̄ constat sanctos multos multo plus passos ꝙ̄ ex peccatis suis debuerunt pati: cōsequens est vt multa satisfactoria remanserint superflua ipsis sanctis. Patet autē sanctos satisfactorie plus exoluisse ꝙ̄ debuerant pro peccatis suis. Tum qꝛ beata virgo nulla satisfactione ꝓ suis peccatis eguit (qꝛ nullum peccatū commisit) ⁊ tñ satisfactoria multa subijt: eius enim vita cunctas illustrauit ecclesias: ⁊ de ipsius dolore scriptū est. ⁊ tuā ipsius aīam ptransibit gladi⁹. Iob quoqꝫ testat̄ ca. 7. vtinam appenderent̄ peccata mea qbus iram merui ⁊ calamitas quam patior in statera, quasi arena maris hec grauior appareret. Et qs est tam mētis inops, vt dicat laurentium, vincētium, reliquosqꝫ tanta passos martyres. oībus illis penis indiguisse vt satisfacerēt pro pena peccatis suis debita: Superfluunt igit̄ multa satisfactoria sanctis vltra ingens pelagus superfluentis satisfactionis christi: qui pro totius mundi peccatis (vt ioannes euangelista testat̄) satisfecit, vt etiā ex hoc patet, ꝙ si totus mundus post oīa peccata cōmissa baptizaret̄. statim meritorū satisfactione christi euolaret ad celū. Et tñ constat ꝙ tanta hoīm multitudo dānata indignam se reddens christi satisfactione, superfluere illam testat̄ que pro oībus sufficeret. Quocirca ex meritis christi ⁊ sanctorū quatenus satisfactoria superfluis. thesaurum indulgentiarum constitui intelligito si non vis errare. Et quidē ꝙ huiusmodi opera christi ⁊ sanctorū satisfactoria remanserint, declaratū est: ꝙ vero remāserint pro nobis. ⁊ ꝙ remanserint dispensanda per militantem ecclesiā manifestari oportet. ¶ Et primū. s. ꝙ ad hoc remanserint huiusmodi satisfactoria vt nobis communicata, pro nobis satisfacerent tanqꝫ si ipsi sancti viuētes ea intentione fecissent vt penas nostris peccatis debitas ipsi exoluerent, monstratur. Tum ex eo ꝙ nō inania aut inutilia huiusmodi satisfactoria esse debent: essent autem vt satisfactoria infructuosa si proprio fructu (qui est satisfacere) essent priuata. non per accidens, puta qꝛ desint hi in quibus fructificēt: sed per se. qꝛ scilicet suapte natura omnia satisfactoria supererogationis essent infructuosa: quia nec in ipsis operantibus nec in alijs effectum habere possent, eoipso ꝙ satisfactoria supererogationis sunt. Tum qꝛ vtilitas ecclesie exigit, vt quelibet suorū ciuium ꝗ possunt esse vtilia reipublice christiane, ordinata a spū. s. ecclesiam regente sint ad vtilitatem ipsius ecclesie. Constat aūt satisfactoria supererogationis posse ad vtilitatē ecclesie cedere: vt patet ex eo ꝙ per propriā intentionē ipsorum sanctorum potuissent applicari hec ad satisfaciendū pro isto vel illo ecclesie mēbro, debente satisfacere pro suis peccatis. Consentaneum igitur rationi est, ꝙ hec satisfactoria supererogatorie facta a sanctis. ad vtilitatem aliorum mēbrorum ecclesie ordinata sunt. Vtilitas autem propria eorum est satisfacere pro alijs, ex quo pro his qui fecerunt satisfacere non possunt, dici autem vtilitas propria: qꝛ non ex communibus sed proprijs iudicandū est de rebus. Tum maxime, qꝛ paulus apl̄s ad colo. primo hoc de suis satisfactorijs testatur dicens, gaudeo in passionibus pro vobis. et adimpleo ea ꝗ desunt passionum christi in carne mea pro corpore eius qđ est ecclesia. Vbi clare viderē potes. intentionē adimplentis in propria carne passiones deficientes passioni christi ad conficiendam mensam a deo definitam pro ecclesia. Idem autem est iudicium de paulo ⁊ alijs sanctis: vt ex aug. super psal. 68. afferente dictam apostoli sententiam patet. ¶ Secundum autē scilicet ꝙ thesaurus iste meritorum vt satisfactoria sunt, dispensandus sit per summum pontificem, facile manifestatur: quoniam commune omni reip. est, vt illius princeps dispensator sit communiū bonorum illius reipublice: nā sine omni contradictione, cui cura credita est ipsius reipublice. eidem quoqꝫ credita intelligitur dispensatio eorum que ad commune bonum illius spectant. Huiusmodi autem satisfactoria constat esse velut bona quedā communia ipsius ecclesie: vtpote pro ipsa facta ⁊ relicta, vt patet ex dictis. Cōsequens igitur est, vt ad eum qui totius ecclesie curam habet. spectet dispensatio dicti thesauri. Et qꝛ solus petri successor preest toti ecclesie, ideo ad solum romanum pontificem spectat dispensare, nō pro libito donare thesaurum istum. Et quoniam per indulgentias remittitur pena temporalis debita pro satisfactione peccatorum (vt dicta extrauagans dicit) nec papa potest illam remittere sine sacramēto ecclesiastico, nisi applicādo satisfactoria aliorum ad istū cui remittit, ideo aplica sedes in dicta extrauagāte, ⁊ sacri doctores theologi spiritussancti lumine illustrante concludunt ⁊ rationabiliter dictū thesaurum dispensari per indulgētias christi fidelibus, qui per charitatem. christi mēbra sunt. Unde euidentissime sequitur, ꝙ indulgentia absoluendo hunc a tanta pena pro suo peccato debita, applicat illi tantum ex dicto thesauro, de satisfactorijs quantum equiualet tante pene que relaxatur, et simul fit opus misericordie. remittendo huic penam: et opus iustitie, applicando huic satisfactionem aliorum pro eo, sic enim terrestris hierusalem descendit de celo per imitationem: quoniam vniuerse vie domini misericordia et veritas. Ex quibus patent omnia premissa.

Ad primam Obiectionem in oppositum dicitur, ꝙ indulgentia secundum diuersos suos actus diuersis rationibus exprimitur: nam secundum ꝙ est absolutio et remissio pene. sic iudicis actus est et dicitur: secundum vero ꝙ est applicatio satisfactionis ad hunc, sic dispensatio est et dicitur: et secundum quod efficit exolutionem pene apud diuinam iustitiam per applicatam satisfactionem, sic opus iustitie est ⁊ dicitur. Unde breuiter respōdetur ꝙ indulgentia vt respicit hūc cui conceditur. est remissio ⁊ relaxatio: quamuis vt respicit diuinam iustitiam sit solutio vsqꝫ ad minimum quadrantem. Est eñ solutio, sed non ab hoc, et istud est maxime gratie, quod soluatur debitum meum non a me. Nec hoc est mirum aut nouum in mysterijs ecclesie: quum etiam in baptismo omnia donari gratiose concedamus eodem modo scilicet vt omnia soluantur nō per baptizatum. sed per christi meritum quod illi per baptismum cōmunicatur. Celerius dicam, tanto vinculo iunxit deus iustitiam misericordie, vt peccatis nostris parcere sic voluerit, vt tamē ꝑ vnigenitum suum filium sue iustitie satisfieret pro nobis: et hoc abundantioris gratie fuit, vt nō solum debita remitteret, sed satisfactorem daret. Nihil ergo secundum diuine sapientie ordinem adimitur indulgentiarū gratie ac misericordie, ex hoc ꝙ interuenit ibi etiam solutio per christi ⁊ sanctorum merita satisfactoria. Argumentum vero procedit acsi hec duo essent incompossibilia: ꝗ vt dictum est, se consequuntur sm̄ ordinem dispositionis diuine: vt ex dictis clare patet. Ad vlteriorē vero sequelam (s. ergo concedens obligat se ad satisfactionem) dicitur ꝙ nec apparentiam habet. ¶ Et quum probatur, qꝛ hoc modo satisfacit per alios, respondetur ꝙ ad bonum sensum admittendo ꝙ papa dando indulgētias satisfacit per alios, hoc est applicat aliorum satisfactionem: hinc etiam nulla ratione apparenti sequitur, ergo papa obligat se ad satisfactionem: aliud est enim applicare huic alienam satisfa-

ctionē, ⁊ aliud est obligare se ad satisfaciendū pro illo sicut aliud est volare, ⁊ aliud sedere. ❡ Ad secundam negatur. ꝙ sic virtute clauium nihil fiat: fit namq; non solum applicatio operū sanctorū ad istuz, sed ⁊ absolutio istius a pena pro peccatis suis debita fit: vnde ⁊ verbū christi, quodcunq; solueris, ad literam adimpletur. Et similiter negatur. ꝙ sic virtute clauium nihil fieret: nisi qḋ de facto fit. ❡ Et ad probationem q: merita sanctorum si sunt: nō relinquuntur a spiritu. s. ociosa. respondetur ꝙ huiusmodi sanctorū merita satisfactoria sunt facta pro ecclesia, ⁊ non determinate ꝓ hoc vel illo. et ideo non operantur in hoc vel illo particulari, nisi fuerint applicata ab ipso deo vel eius vicario ad hunc vel illum. Non ergo de facto operantur absq; applicatione: q: sunt communia, nec sunt ociosa: q: ad hoc suapte natura sunt ordinata, vt applicata ⁊ non aliter operentur. ❡ Ad tertiam de operibus sanctorum irremuneratis, dicitur ꝙ communicando in abusu vocabulorum: hoc est accipiendo irremuneratum prout sumitur a sic dicentibus, hoc est non sortita suum fructum in ipsis sanctis. Sic inquā loquendo respondendū est ꝙ opera bona sanctorum dupliciter sumi possunt, scilicet vt meritoria: ⁊ sic oīa sunt remunerata in ipsis sanctis, vel vt satisfactoria: ⁊ sic ea que supererogauerunt. nō sunt remunerata in ipsis sanctis, sed relicta sunt remuneranda in nobis. Et contra hoc probationes nō militant. Non prima. s. nō sunt condigne passiones huius temporis: quia de passionibus nostris ſm substantiam operis seu vt sunt ex libero arbitrio intelligitur: remuneratio autem respicit opera ⁊ passiones vt sunt ex charitate seu gratia dei. Non secunda: scilicet deus premiat vltra condignum, tum quia de premio operum vt sunt meritoria intelligitur sententia illa, tum q: non ex defectu largitatis premiantis, sed ex excellentia sancti operantis prouenit ꝙ opus suum vt satisfactoriuz non remuneratur in ipso sancto: hoc est nō satisfacit pro ipso quia ipse non est debitor pene pro qua satisfactio fit. Non tertia. s. ꝙ opera supererogationis non remunerarentur in ipsis sanctis, sed in nobis ⁊c. quoniam opera supererogationis vt sunt meritoria, remunerantur in ipsis sanctis: iuxta verbum samaritani, quodcūq; supererogaueris, ego quum rediero reddam tibi. Sed inquantū supererogant penalitates, sic propter ipsorum sanctorum excellentiam non possunt in ipsis sanctis remunerari. Unde patet nullum inconueniens sequi, sed omnia consonare, habet enim recte rationis ordo vt quis prius pro se satisfaciat: ⁊ si superogat soluēdo qḋ non debet, nō pro se sed pro alio soluat. Nec ex hoc ꝙ diximus eadem opera esse remunerata in sanctis ⁊ in nobis, sequit᷑ ergo nulla sunt sanctorū opera irremunerata in ipsis. Nam quum dicitur quedā esse sanctorū merita relicta irremunerata, non fit distinctio operū: quasi quedā fuerint eorum opera remunerata ⁊ qdā alia relicta irremunerata: vt argumentū interpretat᷑, ⁊ male: sed fit distinctio conditionū ꝫ etiā vnius ⁊ eiusdē operis. Et est sensus. ꝙ opera sanctorū inquantū sunt meritoria, sunt remunerata in ipsis sanctis: inquātū vero sunt satisfactoria, sunt relicta irremunerata quantum ad illud penalitatis qḋ supererogauerūt. Ubi patet absq; cōtrouersia oīa consonare. ❡ Ad quartā dicitur, ꝙ vir sanctus potest iudicari dupliciter. primo inquātū operatur ex suo libero arbitrio, ⁊ sic nullus sanctorū impleuit sufficiēter in hac vita mandata dei. Alio modo inquātū operatur ex gratia diuina, ⁊ in existente et assistente ⁊ sic quilibet sanctus sufficienter impleuit mandata dei in his que obseruasse eos laudamus. ❡ Et si contra hoc probationes assistentis afferant᷑, respondet᷑. Et ad primam dicitur, ꝙ si verba dn̄i integre afferant᷑ monstrat oppositū: nam dn̄s dicit, quum feceritis oīa quecūq; precepero vobis, dicite, quod debuimus fecimus, serui inutiles sumus. Ubi vides quod dicendo, quod debuimus fecimus, mōstrat eos implesse mādata sufficienter: alioquin non fecerunt qḋ debuerunt: nam debuerunt sufficienter implere. Non est autem verum, seruum qui fecit qḋ debuit inutilem citra fecisse: quoniā si citra fecisset, iam nō fecisset quod debuisset. Sed verū est ꝙ vt sic, nō superogauit: ⁊ ꝓpterea inutilis dicit᷑: qui eīn nō facit nisi qḋ dꝫ, inutilis dicit᷑. Unē ex ista autoritate nihil aliḋ habet᷑, nisi ꝙ sancti ex hoc ꝙ impleuerūt ꝑcepta xp̄i nō superogauerūt: cū quo stat ⁊ ꝙ sufficiēter mādata christi implere potuerūt, ⁊ superogare: vt sic nō solū fecerint qḋ debuerūt: sed essent serui inutiles in domo dn̄i. ❡ Ad secundā dicit᷑, ꝙ oleum quod sapientes virgines timuerūt sibi nō sufficere, ad meriti ꝯsciētiā spectat: ⁊ nō ad penalitates. ❡ Ad tertiam dicit᷑, ꝙ falsum esse cōstat ꝑceptum de deo diligendo obligare hominem plus q̄ possit: maledictus (inquit hiero.) dicens deum precepisse aliqḋ impossibile. Falsum quoq; est sub ꝑcepto de deo diligēdo cadere ꝙ homo diligat q̄tum pōt: intelligendo sic ꝙ si dilectionis aliquē actū possibilē sibi omittat quis, peccet: vt patet ex hoc ꝙ multi dilectionis actus spectant ad opera supererogationis: vt bene velle ⁊ bene facere inimicis in ꝑticulari extra necessitatis casum: perfectionis siqdem est hoc, non ꝑcepti. Sed ꝑcipit᷑ ꝙ hō diligat deum ex toto corde ⁊ oībus viribus ⁊c. ad hunc sensum ꝙ nihil cōtrariū diuine dilectioni in corde suo, in mēte sua, in viribus suis ⁊c. admittat. Intellectum autem preceptū illud de actuali dilectione, vt sonat, non quid agere hic debemus, sed quo tendere debemus monstrat: ſm aug. Unde patet ꝙ sancti impleuerūt hoc ꝑceptū, ⁊ superogauerūt. ❡ Ad quartam dicit᷑, ꝙ sancti ꝑ martyriū extra necessitatis articulum faciunt plus q̄ debent: quia supererogāt. Et rursus in articulo necessitante ad martyriū ꝓ confessione fidei, supererogant sepe quo ad satisfactionem: dū plus patiunt᷑ voluntarie q̄ pro peccatis suis debeant. ❡ Ad quintam dicit᷑, ꝙ doctrina hec, super scripturas ⁊ rationes ⁊ autoritates ro. ecclesie sacrorumq; doctorum fundatur. Et non solum temerarie ꝓsumptionis est cōtrarium dicere: verum indisciplinate mentis est nō acquiescere tot allatis, vltra autoritatē sanctorū tho. ⁊ bonauenture ⁊ infinitorum doctorū sequatium: oportet enim virum docilem in morali tam theologia q̄ philosophia non querere certitudinem mathematicam: sed nisi rōni consentanea, simulq; a cōmuni doctorū sententia probata in moralibus vt certa habeamus, confundere necesse est omnia.

Ad probationes

Deinde ex autoritatibus sanctorum respondēdo dicit᷑, ꝙ cū hoc ꝙ omnes sancti aliquod peccati debitum habuerūt, ꝓ quo q̄diu viuunt orare possunt (non quod oporteat eos semper peccatum habuisse coeuū, quandoq; enim sine omni peccato fuerunt: sed q: quandoq; peccauerunt) stat quod multa supererogationis, ⁊ meritoria ⁊ satisfactoria fecerint: qui enim orat dimitti sibi peccata, fatetur se debitorem. Et hoc in tota vita verificatur quantum est ex parte nostra: quamuis secus sit si secundum adiunctam dei gratiam sancti iudicentur. ❡ Et ne sepius idē repetatur, distinguito, ꝙ sancti ⁊ sua opera dupliciter iudicari possunt. Primo ſm se ⁊ ſm proprias vires. ⁊ sic sunt semper debitores ⁊ dānabiles, nō implentes mādata dei: iuxta illud isa. vniuerse iustitie nostre quasi pānus mēstruate. Alio modo ſm gratiam spiritussancti in ipsis ⁊ operibus suis, tā informantem q̄ assistētē ⁊ sic implēt mādata ⁊ non sunt debitores sed creditores, digni vita eterna ex ipsis sanctis operibus suis nihil dānationis habentes ⁊c. iuxta illud prime Jo. iij. omnis qui natus est ex deo non facit peccatum, quoniam semen ipsius in eo manet: ⁊ nō potest peccare, qm̄ ex deo natus est. Et illud apostoli ad ro. viij. nihil dānationis est in his qui sunt in christo iesu. Et illud eiusdem ad thimo. bonum certamē certaui, cursum consummaui, fidem seruaui, in reliquo reposita est mihi corona iustitie, quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex. Unde prudētis lectoris erit discernere quando scriptura vel sanctorum doctrina loquitur de nobis aut operibus nostris ſm ꝙ sunt nostra, ⁊ quādo ſm ꝙ sunt diuine gratie: omnia eīn mala verificātur de nobis ⁊ nostris ſm ꝙ sumus nostri vel sunt nostra: ⁊ rursus simul infinita bona verificantur de eisdem, vt sunt diuine misericordie ac gratie: vt patet ex his scripture locis ⁊ multis alijs que afferri possent. ❡ Et hinc habes solutionē huius ⁊ sequētium ⁊ similium obiectionum: nā cū hoc ꝙ omnes sancti sunt ex se debitores, stat ꝙ ex diuina gratia operando superogent. Et similiter quod sint impij ex se: ⁊ orando ex diuina gratia merentur non imputari sibi impietatē. Et similiter deo ignoscente, hoc est gratiam dante implent mandata: non homine ex seipso implente. Et similiter oīa mandata tunc implentur: quando quicquid nō ex nobis impletur, per gratiā impletur. Et similiter ve vite hominum laudabili. si sine gratia (diuine misericordie effectu) iudicetur. Et similiter siquid iusti habuero ſm humanā iustitiam, iudicem meum deprecabor. Et similiter omne opus bonum optime factū, inquātū est ex nobis factū, peccatum est sicut pānus menstruate: sed quatenus ex dei gratia est, nullum peccatum sed meritorium ⁊ supererogatiuum bonum est. ❡ Unde si in quinta probatione intenditur ꝙ simpliciter ⁊ absolute ⁊ nō ſm ꝙ ex nobis est, oē opus bonum optime ex charitate factum, est peccatū veniale: non risione sed sensu autigne opus est: nā ſm hoc beata virgo in oī ope suo peccauit venialiter: cui tamen aug. dicit gratiam collatam esse ad peccatum ex omni parte vincēdū. Et ex hoc sequitur cōtra apostolum, indignitas operū suorū ad coronam ſm iustitiam diuinam. Et ex hoc sequitur contra ioānem euangelistam, ꝙ etiā natus ex deo facit peccatum. Et ex his patet solutio omnium obiectorum ex authoritate sanctorum.

Ad obiecta

Autē ꝫ naturalē vtilitatē ex superfluis sctorū meritis, rndet᷑. Et ad pmū: vniuscuiusq; p ꝑti i

mercedez ꝛ ſm ꝓpꝛiū laboꝛē)dicit̄ ꝙ vt patet.de mercede loquit̄: merces aūt merito reſpōdet:ꝛ nos idē dicimus ꝙ quilibet ſibi ſoli meret̄. Nos aūt de penarū remiſſione loquimur,dicētes ꝙ vnus poteſt ſatiſfacere p aliū. ¶ Ad ſecundū(ꝙ non digne expenderet illa eccleſia)dicitur ꝙ digniſſima expendit:dū ſatiſfactoꝛia pro ſatiſfactoꝛe expendit:neq; enim poſſunt dignius expendi. Et licet remiſſio tpalis pene in comparatione ad dona ſpiritualis gratie ſit vile donum:eſt tñ pꝛopoꝛtionatum ꝛ comme ſuratum donum meritis ſanctoꝛū inquantū ſunt ſatiſfactoꝛia:qm̄ vt ſic non niſi expiatiua tpalium penarū ſunt. ¶ Ad tertium(ꝙ non pie ageret eccleſia) dicitur,ꝙ piiſſime mater eccleſia filijs ſuis remittit, quos deus ex rationabili cauſa in adoptionis filios cōputauit: non eñ omni actu debet mater caſtigare filiū:ſed oīa tempus habent.

Ad obiecta Deniq; contra theſaurum indulgentiarū ex meritis chꝛiſti,reſpondetur. Et ad pꝛimum iam patet ex dictis,ꝙ cum autoꝛitate non ſolius ro.eccleſie, ſed ſacre ſcripture,ſanctoꝛū ꝛ doctoꝛū hoc dicitur. Et ſi ſolius ro. eccleſie autoꝛitate diffinitiua diceret̄,ſufficeret ad rationē reddēdam de ea que in nobis eſt fide: non minus q̄ ſi autoꝛitate generalis concilij diffinitū eſſet. Heretici aūt ſicut refutare poſſunt ro. eccleſiā,ita ꝛ conciliū. Nec hoc ego ſomnio: ſed hiero. ad damaſum papā dicit,ſi apoſtolatus tui iudicio fuerit appꝛobatū, hereticū ſe experiet̄ qui cōtradixerit. Et in concilio floꝛē.ſub eugenio 4.acceptat profeſſio armenoꝛū dicētium,appꝛobamus qđ appꝛobat ro.eccleſia,ꝛ repꝛobamus quicquid repꝛobat ro.eccl̄ia. ¶ Ad ſecundum iā dictum eſt,niſi ad ſubiunctam ex canone autoꝛitate male allatam:qꝛ textus non de indulgentijs, ſed de indulgentijs indiſcretis dicit ꝙ ſunt eneruationes ratiōe indiſcretionis. ¶ Ad tertiū ſimuliter dictū eſt ꝛ pꝛobatū ꝙ nulla ſit irreuerentia. ¶ Ad quartum dicitur,ꝙ opera bona dicūtur eſſe melioꝛa indulgētijs, hoc eſt effectibus indulgentiarū:ꝛ non meritis chꝛiſti ꝛ ſanctoꝛū, q̄ non ſunt indulgentie.ſed ex eoꝛū ſatiſfactoꝛia ſupererogatiōe eſt efficacia indulgentie. Unde proceſſus illius argumēti aſſumit tot falſas pꝛopoſitiones,vel veras cauſaliter ꝛ non foꝛmaliter: vt nō ſit mirum ſi ſeipſum interimit. ¶ Ad quintum dicitur,ꝙ conſiliū illud pꝛimū eſt:ꝛ claues eccleſie ſicut ꝛ alia ſacramenta facere aliquid certi vel nihil certi.poteſt intelligi dupliciter. Pꝛimo quantum eſt ex ſeipſis,ꝛ ſic dicitur ꝙ faciunt certum quid: ꝛ oppoſitū eſt impium. Alio modo per accidens:puta pꝛopter indiſpoſitionē materie vel ſubiecti,ꝛ ſic contingit non ſolum claues eccleſie ſed ꝛ baptiſmum non habere certū effectum:puta ſi adultus ſuſcipiat ablutionem occulto animo non ſuſcipiendi baptiſmum: tunc eñ nec characterem recipit. Et ſi cum animo ſolū peccandi moꝛtaliter accedat,licet characterem ſuſcipiat,gratiam tamen non ſuſcipit. Et ſic eſt in pꝛopoſito:quia pꝛopter ambiguitatē de diſpoſitione ſubiecti dubitamus de effectu clauium in iſto: ꝛ cū hoc ſumus certi ꝙ claues habent certiſſimum effectum in ſubiecto diſpoſito ad earū effectum ꝛ ſimuliter indulgentia eſt certa donatio diſpoſitis ad illā. Unde nulla eſt illuſio ſi applicat̄ vere penitētibus, nec inſufficientia meritoꝛum chꝛiſti ꝛ ſanctoꝛum:ſed ex dubio de diſpoſitione ſubiecti, que conſiſtit in facto non hominis ſolius ſed dei miſerentis donando veram contritionem,pꝛouenit ꝙ non quieſcimus a noſtris penitentijs poſt indulgentias. ¶ Et quum ſecundo adiungit̄,aut credo mihi merita chꝛiſti applicata p indulgentiaz eſſe ſufficiētia aut dubito,reſpondet̄ ꝙ plus opoꝛtet addere.ſ.ſuſcepta in me ſeu participata me. Credo enim indubie merita chꝛiſti applicata per indulgētiaz mihi ꝛ participata a me ſeu ſuſcepta in me eſſe ſufficienter exoluentia debitas a me penas tpales pro meis peccatis:ſed dubito an ſint a me participata:quia dubito an ego fuerim diſpoſitus pro participatione illoꝛum,hoc autem dubium eſt ſanctum. Et rurſus ſi credo me participaſſe, volo etiam addere meas ſatiſfactiones,non tanq̄ melioꝛes ſatiſfactione chꝛiſti:ſed qꝛ melius eſt duplici via ſatiſfacere q̄ vna tantū:ꝛ plura bona ſunt ſatiſfactio chꝛiſti ꝛ mea q̄ ſatiſfactio chꝛiſti tātum. ¶ Ad cōfirmationem dicit̄,ꝙ merita chꝛiſti non ſunt indulgentie,ſed cauſe indulgentiarū efficacie,indulgentie eñ quas conſequunt̄ chꝛiſtifideles,nihil aliud ſunt q̄ remiſſiones ſuarū penarum p merita chꝛiſti. Unde ſicut remiſſiones penarum non ſunt pꝛeferende meritis chꝛiſti nec pꝛeceptis chꝛiſti aut eccleſie,ita nec indulgentie:ꝛ tamē cum hoc ſtare liquet ꝙ remiſſiones fiant per merita chꝛiſti. ¶ Ad ſextum dicitur, ꝙ appoſitio meritoꝛum ſanctoꝛum conſonat diuine diſpoſitioni:non ꝙ inſufficiens ſit chꝛiſti ſatiſfactio:ſed vt plura ſint in chꝛiſti coꝛpoꝛe myſtico ſatiſfactoꝛia. Sic eñ docuit apl's,adimpleo inquit ea que deſunt paſſioni chꝛiſti in carne mea pro coꝛpoꝛe eius qđ eſt eccleſia. ¶ Ad ſeptimum dicitur, ꝙ non eſt hec eccleſie doctrina:vt theſaurus meritoꝛum chꝛiſti ꝛ ſanctoꝛum ita cōmiſſus ſit eccleſie diſpenſationi per indulgentias, ꝙ ſine ipſis non diſpenſet̄ a chꝛiſto ſummo ſacerdote. Sed iſta conſequentia non valet,theſaurus ille poteſt haberi ſine indulgentijs: ergo non habetur per indulgentias:ſtat eñ ꝙ multis modis participari poſſit a chꝛiſti membris. ¶ Ad octauum dicitur,negādo ſequelam,non ex inſufficientia meritoꝛum chꝛiſti:ſed pꝛopter diuine ſapientie diſpoſitionem ex parte dei,qui non oꝛdinauit theſaurum eccleſie ad remittendū penam moꝛtis:ꝛ pꝛopter diſparitatez penarū ex parte noſtri. Penarū ſiquidē noſtrarū quedam ſunt pene naturales:ꝛ q̄dam pſonales:hoc eſt quedā conſequunt̄ nos ꝓpter peccatū nature,qđ eſt peccatū oꝛiginale, ꝛ quedā ſunt nobis debite ꝓpter actualia peccata noſtra. Ille pene quas incurrim⁹ pꝛopter infectā naturā,reſeruant̄ vſq; ad renouationē nature,q̄ in reſurrectione fiet ex merito etiā paſſionis chꝛiſti:qm̄ ipſe moꝛtem noſtrā vtramq;.ſ.anime ꝛ coꝛpoꝛis moꝛiendo deſtruxit,ꝛ ideo non remittunt̄ p indulgentias:qm̄ ſpectant ad tempus nature infecte. Ille vero ad quas tenemur ex ꝓpꝛijs peccatis actualibus,in hac vita remittunt̄ per indulgentias:pꝛeſens enim vita tēpus eſt purgandi,nō naturalia,ſed pſonalia:vnde etiā in baptiſmo pſona nō natura ſanatur. Et qꝛ moꝛs cum ſuis penalitatibus eſt pena nature,ideo merita chꝛiſti per indulgentias applicata,ad penam moꝛtis non ſe extendunt. ¶ Unde patet ꝙ nō ex infirmitate meritoꝛū chꝛiſti,ſed ex natura pene ꝛ ſtatus pꝛeſentis pꝛouenit ꝙ pena moꝛtis non remittit̄ per illa in hac vita. Nec ex hoc ꝙ remittunt penā eterne moꝛtis ſequitur,ergo ꝛ tempoꝛalis moꝛtis penam,tū quia eterna ſenſus pena eſt de numero perſonalium penarū,moꝛs aūt de numero naturaliū. Tum qꝛ aliud eſt loqui de meritis chꝛiſti ſatiſfactoꝛijs abſolute, ꝛ aliud de eiſdem vt ſuperfluunt ſacramentis,vt per indulgentias diſpenſanda relinquuntur:ipſa eñ abſolute in ſacramentis tollunt penam damni ꝛ ſenſus eternam, potius per viam concomitantie q̄ per viam ſatiſfactionis. Reconciliando quippe hoſtem in dei filium adoptiuum,ſequitur ꝙ non hoſtili pena puniendus eſt:quod eſt tollere penam eternam. Soli eñ hoſtes exterminatrice pena digni ſunt:filij enim caſtigandi, purgandi ſuapte natura relinquuntur. Theſaurus autem indulgētiarum chꝛiſti merita vt ſatiſfactoꝛia exhibet.

Ad Demū obiecta,contra hoc ꝙ abſolutioni q̄ fit per indulgētias,annectit̄ diſpēſatio theſauri meritoꝛū chꝛiſti ꝛ ſanctoꝛum,reſpōdet̄. Et ad pꝛimū dicit̄,ꝙ non eſt par ratio de actu abſolutionis in indulgētijs,ꝛ de alijs abſolutionibus, ſiue a cenſuris, ſiue alijs,ſine ſacramēti exhibitione. Tum qꝛ abſolutio iſta reſpicit tertiā ſacramēti penitentie partē.ſ.penitētialem ſatiſfactionem (ſupplet eñ eā)chꝛiſti ſiūt merita directe ad ſacramēta reſpiciūt: reliq̄ aūt abſolutiones nō reſpiciūt partē aliquā ſacramēti alicui⁹. Tū qꝛ abſolutio iſta eſt a pena debita apud diuinā iuſtitiā in hac vita vel alia:alie vero abſolutiones ſunt a penis in hac tñ vita debitis. Hinc eñ fit,ꝙ ad iſtas remittēdas ſola poteſtas pape ſufficiat ꝛ efficiat:ad illas vero vltra poteſtatē in papa exigat̄ ꝛ diſpoſitio ſubiecti p verā penitentiā,ꝛ meritoꝛū chꝛiſti diſpēſatio, non ad libitū applicatio:qm̄ miniſtri nō eſt remittere penas pꝛincipali debitas,niſi diſpenſando. Sic eñ nos exiſtimet homo(inquit apl's) vt miniſtros chꝛiſti ꝛ diſpenſatoꝛes myſterioꝛum dei. ¶ Ad ſecūdum dicit̄,ꝙ ſicut in ſacramēto penitentie claues reſpectu peccatoꝛū actum quidē ſoluēdi exercēt poſitiue, ligādi autez negatiue quo ad clauē potentie, q̄uis poſitiue ad vtrūq; ſe habeat clauis ſcientie,ita in indulgentijs inuenitur ꝙ clauis ſciētie poſitiue decernit ſolutionem ꝛ ligationem:clauis vero poteſtatis poſitiue quidem abſoluit,negatiue autem ligat:quia ligare hic ſicut ꝛ in peccatis non eſt aliud q̄ non abſoluere ex iudicio ꝛ autoꝛitate clauis ſcientie. Unde non ſoluere abſolute non eſt actus clauis q̄ eſt ligare:ſed ex iudicio clauis nō ſoluere eſt ligare,qui actus eſt clauium. Et per hoc patet ꝙ licet effectus ſolutionis et ligationis, ſit ſine clauibus:ipſum tñ ſoluere vel ligare nō eſt in militanti eccleſia ſine clauiū exercitio. ¶ Auguſte,die.vij.octob.m.cccc.xviij.

¶ De acquiſitione indulgentiarum. Eiuſdem queſt.ij.

Queritur Utrum dare operā ad acq̄rendas indulgentias ſit imperfectiōis. Et videt̄ ꝙ ſic. Pꝛimo qꝛ actus nō meritoꝛius eſt imperfectionis:ſed acq̄rere indulgentiā,non eſt meritoꝛiū: ergo ꝛc. ¶ Scđo:qꝛ indulgētie ſunt relaxationes penarū debitarū:perfectoꝛū aūt eſt penas amplecti,non fugere:qm̄ ſitiūt crucem xpi:vt de ſanctis andrea,laurentio ꝛ vincentio legit̄. ¶ Tertio:quia ſm doctoꝛes ſacros,habēs indulgētias meli⁹ facit ſi per ſeipm̄ adimplet iniūctā pniam,q̄ ſi ꝓpter indulgentias

omittat illã: pfecti aũt emulant charismata meliora: imperfectorũ igitur est, idulgẽtijs incũbere. ¶ Quarto: q indulgẽtie nõ psunt nisi ad relaxationẽ penarũ canonicarũ: sed nõ nisi criminosis publice iponunt canonũ pene, q sũt publice pnie ptes: ergo nõ ẽ nisi imperfectorũ indulgẽtijs egere, ac p hoc dare operã ad eas acqrẽdas.

Ad huius Euidẽtiã, sciẽdũ q indulgẽtiarũ fructus proprius est satisfacere diuine iustitie quo ad penã tpalem ppriis pctis debitã ex penis christi z sctõrũ, fm traditionẽ eccl'ie ro. vt patet in extrauaganti clemẽtis. 6. z multorũ romanorũ ponti. aplicis literis. Hac aũt suppositione facta (in alia qstione adhuc magis probãda, quã in tractatu de idulgẽtijs firmauerimus) cõsequẽter dicendũ est, q quũ actus iste q est satisfacere p aliũ, nõ sit ex suo genere malus, nullã em deordinationem importat nec habet imperfectionẽ moralẽ annexam: qm cũ feruẽti charitate z prõptissima volũtate p seipsum satisfaciẽdi, stat q tali modo .s. p sctõrum penas velit satisfacere, z nihilominus operibus sctissimis tãto magis intẽdere, quãto liberior a debita pena z gratior esse debet ppter hoc cumulatũ officiũ. Sed est actus de genere bonorũ moraliũ: est em appetitu recto appetibilis: vtpote ablatiuus impedimẽtorũ ad celestẽ patriã. Pene em pctis debite impediũt ingressum ad eternã btitudinẽ, vnde tm oportet aias in purgatorio morari, donec exolutis penis oibus debitis pro suis pctis, libere ab oi malo pene, oim bonorũ aggregatione perfectũ statum assequant. Nec solũ est moraliter bonus, sed etiã meritorius si fructuosus est: qm nõ nisi existẽtibus in charitate indulgẽtie psunt (vt ipsa cõcessionis forma mõstrat, dicẽdo vere penitẽtibus) oẽs aũt actus humanos ex charitate pcedẽtes meritorios esse cõstat. Nec solũ est meritorius eterne vite, sed cõsonus etiam pfectis viris: qm cõtinue suspirãtibus ad celestẽ patriã, z cupiẽtibus dissolui z esse cũ christo, cõsonãt oia recta acceleratiua celestis ingressus: cõstat aũt exolutionẽ penarũ debitarũ p pctis acceleratiuã esse celestis itineris: qm impedimẽta ingressus ad felicitatẽ tollit. Omni igit ex parte apparet q dare operã indulgentijs, est actus cõmunis pfectis z impfectis in charitate cõstitutis, si penis adhuc pro pctis suis obnoxij sunt. ¶ Et cõfirmatur: q oibus q̃tuncunq perfectis cõuenit dicere quotidie. dimitte nobis debita nostra: in quorũ numero constat esse debitum pene pro peccatis, quod autem consonat petere, consonat z querere. Cõsonat igit etiam perfectis querere debitum pene pro peccatis suis debite exolui per satisfactoria opera christi z sanctorum.

Ad primã Autẽ obiectionem dicitur, q sermo doctorũ dicentiũ indulgentias nõ esse meritorias, est formalis, z verus formaliter intellectus: hoc est, q indulgẽtia, vt satisfactoria, nõ est meritoria. Cõmune est em satisfactorijs oibus (siue p seipsum homo satisfaciat, siue p aliũ viatorẽ vel sanctũ) q meritoria nõ sunt formaliter sumpta, hoc est, vt satisfactoria. Et ratio est in promptu, q satisfacere nõ est aliud, q̃ liberari a debito: ex hoc aũt, q aliqs a debito liberat, nõ meretur: vnde z in purgatorio qlibet satisfacit, z nemo meret. Cũ hoc aũt, q indulgẽtia, que, quo ad fructũ, satisfactionẽ per aliũ, hoc est christũ, z sanctos sonat, nõ est meritoria: stat q aliqd facere pro indulgentia satisfactoria, sit meritoriũ, non solũ ex genere operis (puta subuenire ecclesie, aut orare) sed ex intẽtione faciẽtis, qui mouet ex charitate, ad hoc vt impedimẽta sui ingressus ad eternaz vitam tollant. Et hoc consonare pfectis manifestũ est. ¶ Ad secundã dicit, q perfectorũ est, penas promotiuas sui vel aliorũ ad eternã vitã amplecti. Penas aũt ex propria culpa impeditiuas eterne vite, non est pfectorum iterare, sed q̃ citius fieri potest, liberare se ab illis: vt expedit' semp inueniat p celestis patrie ingressu. Cõstat aũt penas p peccatis debitas esse ex propria culpa impeditiuas ingressus celestis: z ideo a pfectis p se vel p aliũ citius sunt exoluende. ¶ Ad tertiã dicit, q nihil obstat dictis consiliũ de meliori bono: q .s. melius facit cõsequutus indulgentiam si p seipsum satisfacit. Nã proculdubio melius est duobus modis satisfacere q̃ vno .s. p aliũ z p se q̃ per aliũ tm. Et rursus p aliũ satisfit solũ, sed p seipm z satisfit z medela adhibet: penitentia em per seipsum impleta, est nõ solũ satisfactio, sed medicina. Cũ his em stat q pfecti emulando charismata meliora, secent etiam indulgẽtias, vt expediti sint ad vitã eternã. ¶ Ad quartã dicit, q multa falsa cõtinet. Primũ est q indulgẽtie nõ prosint nisi ad relaxationem penarũ que, p canones penitẽtiales imposite sunt: patet em hoc esse falsum ex ipsa forma cõcessionis, sonãtis remissionẽ penarũ iniunctarũ: iniũcte aũt sunt siue fm canones siue fm arbitriũ confessoris. Aliud falsum est, q pene canonũ pro solis criminibus publicis imponi possunt: quum constet in foro penitẽtiali posse imponi, vt pro secretis secrete penitentiã agant. Aliud falsum subintelligit, reprobatum in alia qstione .s. q sub pena canonica non includat etiã pena simpliciter debita pctõ. Qd ex eo patet etiã esse falsum, q nõ iudicat deus bis in idipsum: iudicaret aũt bis, si semel p seipsum z semel p suum vicariũ tpalem penã satisfactoriã p peccato exigeret: qd cõtingeret si, penitẽtia a sacerdote fm canones imposita, nõ euacuaret p sua portione penã satisfactoriaz apud deum. Et hinc est quartũ falsum .s. q remissio penitẽtie iniuncte adepta p indulgentias nõ sit remissio pene debite p satisfactione peccati apud deũ: vt in alia qstione manifestauimus. ¶ Quocirca cuicũq obnoxio pene tpali pro satisfactione cuiusq actualis peccati prosunt indulgẽtie: siue sint iniũcte fm canones, siue cõfessoris arbitrio. Et etiã si nõ sunt actu iniũcte: dũmodo eccl'ia seruatis seruãdis in forma indulgẽtie, etiã ad nõ iniũctas penitẽtias extẽdat illã: vt al's hoc .s. de nõ iniunctis manifestabit. Et q tam pfecti q̃ impfecti, tã sani q̃ infirmi, tã morituri q̃ diu victuri, tam impediti q̃ nõ impediti in charitate cõstituti, rei possunt esse alicuius pene tpalis pro satisfactione suorũ actualiũ peccatorũ, ideo nullus excipitur a fructu indulgẽtiarum, q voluerit earum particeps fieri, rariq videntur esse adeo satisfacientes per seipsos, qui non egeant indulgentijs: qui tamen tutius agunt si per indulgentias etiam a debitis se absolui curent. ¶ Auguste die. 2. octobris. 1518.

¶ De acquirendis rursum indulgentijs. Questio. iij.

Queritur Utrũ occurrẽti paupi negãs elemosinã quã tm dat pro indulgentia cõsequenda, peccet. Et videt q sic. primo: q agit contra ordinẽ diuini pcepti: quo qs primo seruare tenet pcepta seu mandata christi q̃ acqrendis vacare indulgẽtijs: vtpote q hoc nõ est mandatũ, sed voluntariũ. ¶ Secũdo: q talis agit cõtra illud ioan. siqs viderit fratrẽ suũ necesse habere, et clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas dei manet in illo: prime ioã. 3. Et dicat q sola extrema necessitas obligat ad mortale. Contra, tum q fm hoc charitas nunq̃ vel rarissime locum haberet operandi, tum q quilibet in necessitate constitutus, vellet non sibi expectari necessitatem extremam, sed prius subueniri: ergo hoc idem seruandum est in alijs.

Ad euidentiã Huius, considerandũ est, q ad hoc q aliqs actus humanus sit peccatũ, non sufficit negatio bonitatis maioris: alioquin nõ daretur gradus in actibus bonis, sed soli summe boni actus effugerent rationẽ peccati, sed exigit q sit inordinatus: nisi enim a diuino ordine declinaret, pctm nõ esset. Deordinatio aũt actus effusiui pecunie sicut et ceterarũ moraliũ actionum tunc tm est, quum vel non sua, vel ad qd non debet, vel qñ non debet zc. impendit pecunia: nisi em aliquid qd debuerat adesse desit aut qd debuerat abesse assit, peccati ratio nõ saluat: quocirca ad debiti rationẽ oportet spectare pcti iudiciũ. Et hinc fit, vt licet meli' faceret q pecunias suas i elemosinas daret, q̃ si expẽderet eas in humanis officijs defunctorũ, q sunt cõsolationes viuorũ: non tm peccaret expendẽs eas p honorabilibus exequijs, q non tenet illas pecunias dare pauperibus: z actus exequiarũ humanus iuxta statũ persone z patrie morem nõ est deordinatus. Unde in proposito quũ dare elemosinam sit preceptũ affirmatiuũ, obligãs tm pro loco z tpe: si in casu loqmur quo pceptũ de elemosina obligat nõ est dubiũ q negans illã vt det pro indulgẽtia peccet: non em sunt faciẽda mala vt veniant bona. Si autez sumus extra casum in quo preceptum de elemosina obligat, q̃uis pauper occurrat petẽs elemosynam, licite potest quis omittere elemosynam z dare pro indulgẽtia non minus q̃ posset illã simpliciter omittere, z q̃ posset pecuniaz illam in vsus suos cõuertere. Unde dñs mariã discipulis defendit, obijciẽtibus q ptiosum vnguentũ quo multis potuisset subueniri paupibus, in vnũ humanũ opus pderet: affirmãs q bonũ opus operata est. Ubi ex subiũcta ratione, pauperes em semp habebitis zc. docuit q cõcurrentibus duobus bonis, altero cõtinuo, altero pro instanti cõmoditate, licitũ est omisso pro tunc maiori ex suo genere bono, dare operaz minori illo tpe occurrẽti: ad hoc enim spectat, q pauperes semp assunt, ipse autem non semper.

Ad primam Autem obiectionem dicitur q ordo preceptorũ ad cõsimilia est in precepto tunc tantũ pro quãto preceptũ affirmatiuũ obligat extra tempus siquidem pro quo obligat, liberum est cuiq consilia sequi. Sic autem esse in proposito supponitur. ¶ Ad secundam negatur, q talis agat contra doctrinam ioan. euange. quia ioannes loquitur pro quanto preceptum affirmatiuum obligat: certo autem certius cõstat, q non quelibet necessitas fratris visa constituit tempus pro

quo ꝑceptū elecmosyne obligat. Uñ glosa ibidē dicit in verbo necessitatē victus vel vestitus. Multi aūt sunt pauperes hñtes victū ⁊ vestitū: vt patet de gabelo apud thobiā. Et rursus glosa ibidem de substantia superflua exponit dicēs, si superflua nō potes dare saltē animā tuā nō potes ponere ꝓ fratre. Nō loq̄r ergo ioannes de q̄libet necessitate fratris: nec de quolibet hñte substātiā huius mūdi: sꝫ de superfluā substātiā habente: iuxta verbū dñi: qd̄ superest: elecmosynam date. luc. xj. Nec ꝓpterea ego abūdans teneor huic pauperi dare, q̄uis tenear dare elecmosynā: si recta ratio moraliū actuū regula est. ¶ Utrū aūt sola extrema necessitas tꝑs ꝓ quo ꝑceptū obligat determinet. alia qd̄ est. ⁊ alibi memini me scripsisse post beatū tho. q̄ q̄tū est ex parte necessitatis pauperis. sola extrema necessitas determinat tꝑs ꝓ quo ꝑceptū de elecmosyna obligat ad peccatū mortale. Sꝫ extrema necessitas nō intelligit̄ qñ ꝓpe mortē homo est: tūc eñ nō pōt sibi subueniri: sꝫ qñ est adhuc tēpus vtiliter subueniēdi, nec apparet alia via q̄ illi subueniatur si a me nō sibi succurrit̄: tūc. n. necessitas est extrema lꝫ lōge sit a morte. Rursus lꝫ necessitas nō extrema nō obliget ad peccatū mortale omittētē elecmosynā: magna tñ necessitas visa a potēti sine suo incōmodo subuenire, rōnabiliter tenet̄ vt obliget etiā ad peccatū q̄uis nō mortale. Sicut eñ ꝑm phos in actibus bonis qd̄ est ꝓpe mediū, ad virtutis actū spectat: ita in oppositis nō solū q̄ totaliter declinat peccat, sꝫ etiā q̄ prope aduitū appropinq̄t. ⁊ ꝑm theologos nō solū q̄ ꝯ ꝑceptū sꝫ q̄ ꝑter ꝑceptū facit, peccat. Et pp istā latitudinē q̄ necessitas ꝓximi visa qñq; ad mortale. qñq; ad veniale, qñq; ad nullū obligat peccatū: ioā euāge. dixit, quō charitas dei manet in illo: ⁊ nō manifeste asseruit charitatē dei non manere in illo. Q̄uāuis asseritur intellecta verba illa. seclusa superfluitate bonorū, de extrema necessitate accipiēda sint: qm̄ tūc tm̄ debita negat̄ subuētio in notabile dānū ꝓximi vergēs: ⁊ ppea fit ꝯ charitatē ꝓximo debitā. Extra hāc aūt necessitatē. aut subuētio nō est ad hoc debita. aut nō est illatiua dāni notabilis ꝓximo. ⁊ sic nō fit ꝯ charitatē debitā, sed aut preter eā aut nec ꝑter nec ꝯ illā. ¶ Et quū contra hec arguit̄: primo, qꝛ ꝑm hoc charitas nūq̄ aut raro haberet locū operandi. Negatur sequela: qm̄ charitas etiā sine ꝑcepto operari potest, ⁊ frequētissime elecmosyne opus opat̄. ¶ Et quū dr̄ secundo, qꝛ q̄lꝫ vellet sibi extra necessitatē extremā subueniri: cōcedit̄: sꝫ negat̄ sequela, ergo subuētio est in ꝑcepto. Nō eñ oē qd̄ volumus nobis fieri, cadit sub ꝑcepto, vt alij nobis faciāt: q̄lꝫ eñ vellet nunq̄ sibi mēdaciū dici, nō tñ ꝓpterea seq̄t̄. ergo q̄libet mētiēs facit contra ꝑceptū. ⁊ sic de alijs. ¶ Auguste die. vij. octobris. 1518.

¶ De effectu indulgentie. Questio. iiij.

QUeritur Utrū indulgētia absoluendo ab iniunctis penitentijs, absoluat a pena debita peccato apud diuinā iustitiā. Et videtur q̄ nō. Primo: qꝛ iniūcte pnie ab hoīe sicut nō obligāt nisi in foro ecclesiastico, ita earū absolutio nō est nisi in foro ecclesiastico. ¶ Secundo: qꝛ penitentia volūtaria de qua christus dicit, penitentiam agite, est de precepto christi ⁊ de essentia penitentie spiritualis. ac omnino de necessitate salutis: ⁊ cōsequēter nō est in potestate sacerdotis cuiusq; dimittere illā. Est eñ mortificatio passionū ⁊ crux portāda post christum. ¶ Tertio: qꝛ potestas ligādi atq; soluēdi par est: sed papa nō pōt ligare nisi ad penā canonicā: ergo nō pōt absoluere nisi a pena canonica. ¶ Quarto. Satisfactio sacramētalis nō dr̄ satisfactio qꝛ satisfaciat pro culpa simplr̄, sꝫ qꝛ satisfaciat ꝑm statuta eccl̄ie: ergo absolutio ab illa nō est absolo a satisfactiōe simplr̄. Añs ꝓbat̄: qꝛ dicēdo ꝓ culpa satisfit (per penā mortificatiōis ꝓpue ⁊ hmōi.

In oppositū Autem est communis Ecclesie sensus.

Ad euidētiā Huius, sciēdū est q̄ pena canonica (hoc est iniūcta a sacerdote in cōfessione sacramētali) ⁊ pena satisfactoria ꝓ culpa ꝑm diuinā iustitiā, nō se habēt sicut due pene: sꝫ se habent sicut pena indeterminata ⁊ pena determinata. Sicut etiā ꝑceptū de cōfessione faciēda editū a deo ⁊ ab ecclesia, nō ꝑcipit duplicē cōfessionē: sꝫ se hꝫ ecclesie ꝑceptū ad diuinū vt determinatū ad indeterminatū. Illud eñ idē quod ꝑcipit deus, precipit ecclesia: sed deus ꝑcipit q̄ cōfiteamur nō determinādo tꝑs ecclesia idē ꝑcipiendo determinat tꝑs. s. singulis annis: vnde vna ⁊ eadē est cōfessio ꝑcepta a deo ⁊ ecclesia. Et ꝓculdubio vnica confessione implet quilꝫ preceptum dei ⁊ ecclesie: ridiculum q̄ppe esset semel confiteri vt obediatur deo, ⁊ iterū vt obediat̄ ecclesie. Simile qd̄ est videre in ꝓposito: nā ꝓ peccato cōmisso (puta periurio, tenetur ex diuino ꝑcepto homo satisfacere, sꝫ nō determinate per istā vel illā penā: nā pōt satisfacere per elecmosynā vel per ieiuniū vel oratione. Et ꝓ eodē peccato tenetur ex iniunctione sacerdotis imponētis satisfacere per determinatā penam, puta ieiunijs septem annorū. Nec tenetur penitens ad duas penas: alteram satisfactoriam apud deū, ⁊ alteram satisfactoriā ecclesie: sꝫ implēdo iniūctā ab ecclesia, satisfecit deo ⁊ ecclesie: vel ꝓ tota pena debita illi peccato (si imposita a sacerdote adeq̄t debitā ꝑm diuinā iustitiā) vel pro parte illa que correspōdet imposite, si pena imposita minor est ea q̄ ꝑm diuinā iustitiam determināda erat. ¶ Nec hec volūtarie dicimus: sed euidenter mōstramus discurrēdo per oēs actus preceptos ab vtrisq;. s. deo ⁊ ecclesia: vt patet in precepto de obseruatione festorū ⁊ ꝑcepto de obseruatione ieiuniorū. Unū eñ atq; idē est qd̄ a deo ecclesiaq; precipitur, ab illo indeterminate, ⁊ ab ista determinate: ⁊ dū ecclesie obeditur, nō remanet homo obligatus ad dei ꝑceptū iterū implendū circa illud. Et simile est, in alijs. ¶ Quocirca deo ecclesiaq; idē ꝑcipiēte, vnus atq; idē actus fit debitus duplici vinculo. s. dei ⁊ ecclesie. Et ꝓpterea putari potest q̄ si iniūcta penitētia relaxatur per indulgētiā, nō remittitur pena satisfactoria simpliciter ⁊ absolute, sꝫ solū vt est debita ex vinculo ecclesie: ⁊ propterea remanet vt est debita ex vinculo diuine iustitie. Sicut quū papa relaxat ieiuniū alicui persone, nō cōcedit illi q̄ nō impleat dei seu nature preceptū de ieiunio: sꝫ q̄ nō arcetur ex vinculo ecclesiastici precepti ad ieiunium. Et secundū hāc viam sicut ligat sacerdos ad penā, nouum adijciendo vinculum determinādo q̄ per qualē q̄ātāq; penā satisfacere debet penitens: ita absolueret per indulgētiā tollendo vinculū ecclesie ⁊ determinationem ad talem penā. Fallitur autē opinio hec in hoc q̄ nō discernit inter absolutionē per viā indulgentie ⁊ absolutionē per viā licentie. Absolutio eñ per viā licentie cōis est oībus principibus ecclesiasticis ⁊ secularibus: dū quilibet pōt soluere q̄ ligauit, licentiam prebendo vt nō teneatur iussa a se adimplere: ⁊ de huiusmodi absolutione verificatur licentia ieiunioꝝ ⁊ similiū. Sꝫ q̄ nō sit talis absolutio per indulgentias. patet ex eo q̄ innititur illi priuilegio christi. quodcūq; solueris super terrā: certū est eñ absolutionē concessam per hoc priuilegium, nō esse illā que cōis oībus principibus est: ad quā nō est opus priuilegio, sꝫ statim vt quis est princeps hꝫ illā. Amplius absolutio per modū licentie. extendit se indifferēter ad singula positiui iuris: pōt eñ ita relaxare obseruationē vnius precepti iuris sicut alterius: vt patet. Absolutio autē petro concessa ex priuilegio christi habet pro materia ea q̄ regni celorum sunt, dicēte christo, tibi dabo claues regni celorum) ⁊ specialiter culpas (vt patet ex verbo christi: quorū remiseritis peccata, remittūtur eis) ⁊ penas ꝓ culpa: vt patet ex verbo christi math. xviij. Ubi quū dixisset: si ecclesiam nō audierit, sit tibi velut ethnic⁹ subdit: amē dico vobis, quecūq; alligaueritis super terrā ⁊c. Amplius si indulgētie nō essent nisi relaxationes vinculi a sacerdote vel canone impositi, decepta esset vniuersitas fidelium, credentiū nō solū vinculū sed ipsas penas remissas esse. Alio ergo modo absolutionē per indulgētias fieri, ex eo cōuincitur q̄ indulgētia vere acquisita tenet cōis ecclesie ⁊ doctorū sensus satisfecisse hominem illū acsi penitentiā correspondentē illi indulgētie perfecisset. Ex hoc eñ manifeste seq̄tur, q̄ indulgētie absoluēdo ab iniūctis penitentijs absoluūt nō solū a vinculo per sacerdotē aut canonē apposito: sed etiā a pena tpali debita secūdum diuinā iustitiā peccato, q̄ta correspōdet illi acquisite indulgētie. Nec est parui momēti ratio sumpta a cōmuni sensu ecclesie ⁊ doctorū sacrorū: sed est tante autoritatis vt nō nisi temere liceat sentire oppositū. Et confirmatur sententia hec: quoniā sic vere relucet operatio priuilegij petro concessi, qd̄cunq; solueris super terrā: absoluere enim a penis peccato debitis in foro diuine iustitie, nō principis, non iuris humani sed diuine est potestatis petro cōmunicate a christo. Amplius clemēs. vj. tradidit expsse q̄ indulgētia remittit penā tēporalē ꝓ peccato debitā: vt patet in extrauagāte ab orbe accepta de iubileo q̄nquagesimo quoq; anno: ⁊ habet̄ in extrauagātiū cōium titulo de pe. ⁊ re. ca. vnigenit⁹. Nō lꝫ aūt cōtra apostolice sedis doctrinā sentire.

Ad primā Ergo obiectionē dicitur q̄ pena iniuncta ab homine seu canone est duplex: quedam simpliciter apposita ab homine vel canone: vt excommunicatio carcer ⁊ huiusmodi: ⁊ he nō ligāt nisi in foro ecclesiastico. Quedam vero sunt apposite ab homine seu canone, ⁊ apposite solum quo ad quātitatem ⁊ qualitatem, vt suppositas penas euacuent. Et iste obligant partim in solo foro ecclesie. pro quanto nō tenetur nisi in hac vita implere illas q̄litates: ⁊ partim simpliciter apud deū: pro q̄to si nō secundum iniunctas qualitates satisfecit, tenetur satisfacere apud diuinam iustitiam in alia vita de tota illa pena que euacuata fuisset si secundum iniunctas satisfecisset. Unde sicut penitentia sacramentalis obligat in foro dei, ita absoluit in foro dei. ¶ Ad se-

candam dicitur, ꝙ ecclesia potest absoluere per indulgentias a penis debitis ex precepto ⁊ vinculo diuino. Nec hoc facit ecclesia humana sed diuina autoritate sibi concessa ex priuilegio quodcunqꝫ solueris: petrus eñ vt vicarius ⁊ minister christi agit autoritate christi. Nec mirũ si potest absoluere a pena debita ex precepto christi, ⁊ ad quam obligat interior penitentia, ⁊ que est de necessitate salutis, qꝛ potest absoluere a culpa: que tantum excedit penam vt iudei dixerint, quis potest peccata dimittere nisi solus deus? Sacerdos eñ ministerialiter absoluit a culpa, ⁊ remittit peccata confitentium sibi dicente christo, quorũ remiseritis peccata, remittuntur eis. Et multo magis potest christi minister absoluere a penis. quum enim culpa ⁊ pena impedimenta sint regni celorũ (qꝛ ⁊ nihil coinquinatum intrabit illud, ⁊ absterget deus omnem lachrimam, nec dolor erit vltra ⁊c.) ad claues regni celorũ spectare necesse est vtrũqꝫ impedimentũ tollere: alioquin aperire regnũ celorum fidelibus nõ sufficerent. Constat aũt sufficere in patiente disposito ⁊ reliquis concurrentibus requisitis. Quocirca pena ad quã peccator ex dei precepto tenet̃, ⁊ quam penitẽtia interior operatura erat pro peccato: ⁊ q̃ de necessitate salutis eterne habende implẽda erat, per indulgẽtie absolutionẽ vere acquisitaꝫ sublata, desinit talis homo illã obligari, ⁊ ex diuino precepto ⁊ ex penitentia interiori, ⁊ ex fine salutis eterne, qꝛ iam satisfecit per aliã viam. s. per absolutionẽ indulgentie, ⁊ hoc christi autoritate per suũ ministrum rite exequuta. ¶ Quod aũt dicitur, ꝙ penitẽtia ad quã tenet̃ peccator est crux christi ⁊ mortificatio passionũ, iam a priscis solutum est doctoribus dicẽtibus ꝙ pene inq̃tũ sunt medicine passionum, nõ supplent̃ p indulgentias: ⁊ propterea debemus etiam indulgentiis acquisitis penitentiã agere vt medicinã passionũ nostrarũ. Inq̃tũ vero sunt satisfactiue pro peccatis cõmissis, sic supplent̃ per indulgẽtias. Et similiter est distinguẽdũ de cruce post christũ portãda, ⁊ similibus. ¶ Ad tertiũ dicit̃, ꝙ ppositio assumpta (s. potestas ligãdi atqꝫ soluẽdi par est) est cũ grano salis intelligenda: qꝛ etsi est par quãtũ ad materiã (qꝛ vtrobiqꝫ dñs dixit quodcũqꝫ: sicut enim dixit quodcũqꝫ solueris, ita dixit quodcũqꝫ ligaueris) non tñ est par quo ad moduꝫ. Nã ⁊ pctã sacerdos ministerio autoritatiuo tollit, ita ꝙ absoluẽdo facit de peccatore iustum: nõ potest tñ ministerialiter ligando facere de iusto peccatorẽ. Ex hoc enim patet ꝙ alio modo soluit q̃ liget petrus q̃tum ad culpas: ⁊ similiter fas est vt alio modo pontifex liget q̃ soluat penas. Absoluit eñ ministerialiter ⁊ per sacramentalẽ absolutionem ⁊ p indulgẽtias a penis s̃m diuinã iustitiã debitis: ligat aũt ad penam sicut ad culpã. Nã sicut ad culpã ligat vel nõ remittẽdo, vel precipiendo aliqd cuius trãsgressio cõstituit pctõrem: ita ligat ad penã vel non remittẽdo, vel agẽdo vnde p seipsum qs incurrat debitũ pene apud diuinã iustitiã. ¶ Sub hac aũt distinctione dicit̃ ad minorẽ: ꝙ si sermo sit de posse quibuslibet modis, papa potest ligare ad penam canonicã ⁊ nõ canonicã, hoc est absolute apud deũ (vt patet ex dictis) ⁊ similiter absoluere. Si vero sermo sit de posse tali modo. s. directe imponendo vel tollendo, sic minor est falsa: qꝛ non equaliter se habẽt quo ad modũ claues in ligãdo ⁊ soluẽdo. Potest eñ directe absoluere quod nõ potest directe imponere: vt in culpa. ¶ Potest ⁊ nihilominus ad minorẽ aliter respõderi: dicendo ꝙ in canonica pena q̃ in foro penitẽtie iniungit̃ in satisfactiõnẽ, claudit̃ pena debita peccato coram diuina iustitia: qm̃ eadem est pena supposita ⁊ qualificata ab homine vel canone: vt patet ex dictis. Et propterea sicut sacerdos ligando ad penam canonicam ligat ad penam simpliciter vestitam qualitatibus appositis ab homine vel canone: ita absoluendo ad huiusmodi pena canonica. absoluit ⁊ a pena simpliciter. Nam absoluendo a pena qualificata p hoiem vel canonẽ absoluit ⁊ a pena ⁊ a qualitate: qui enim absoluit a toto, absoluit a qualibet illius parte qꝛ in toto includit̃ pars. Et sic dato ꝙ non liget nisi ad canonicam, nec absoluat nisi a canonica, adhuc habetur intentũ, ꝙ ligat ⁊ absoluit penam simpliciter debitã in satisfactione pro peccato. ¶ Potest ⁊ tertio dici ad eãdem, ꝙ qꝛ actus ⁊ potẽtia diuidũt ens ⁊ quodlibet genus entis, et ad idẽ ppterea genus spectat homo in potentia ⁊ homo in actu, ⁊ album in potẽtia ⁊ albũ in actu, ⁊ sic de aliis, ideo etiam pena canonica diuiditur in canonicã in actu vel in potẽtia: ⁊ vtraqꝫ infra genus canonice pene clauditur. Et ꝙ ecclesia non solum potest super penas canonicas in actu, sed etiaꝫ sup penas canonicas in potẽtia. Imo de facto eccl̃ia p canones penitentiales ⁊ p arbitriũ cõfessorũ, nihil aliud facit q̃ ꝙ penas debitas simpliciter p pctis q̃ sunt canonice in potẽtia facit canonicas in actu, adhibẽdo illis formam canonicam: puta tot dies ieiunii ⁊c. Ac per hoc ecclesia ex hoc ipso ꝙ põt super penas canonicas tam actu q̃ potẽtia, põt super oẽm penã tp̃alẽ debitam p satisfactione peccatorũ: qm̃ oẽs tales pene sunt canonice aut in actu aut in potẽtia. hoc est sunt aut determinate per canones aut determinabiles. sunt aut iniuncte p sacerdotem aut possunt iniungi. Et propterea lꝫ ecclesia in indulgentiis non consueuerit nisi iniũctas penas remittere, quia ita sonãt, posset tamen etiam nõ iniunctas remittere: sequitur eñ hoc ex nũc pbatis, ⁊ fulcitur autoritate diui tho. aliorũqꝫ doctorũ. ¶ Ad quartam dicitur, ꝙ ly simpliciter in duobus sensibus sumi consueuit. Primo vt equiualet ad ly totaliter. secũdo vt excludit additionẽ vt ethiops nõ dicitur albus simpliciter. sed cũ additione dicit̃ albus dentes: nos autẽ quia dicimur albi sine additione aliqua, dicimur albi simpliciter. In proposito ergo si simpliciter sumitur pro totaliter, sic satisfactio sacramentalis qñqꝫ satisfacit simpliciter, ⁊ qñqꝫ nõ simpliciter sꝫ partialiter: quia qñqꝫ adequat penam debitam peccatis ⁊ qñqꝫ nõ. ⁊ hoc est manifestũ. Si aũt sumitur p sine additione, sic satisfactio sacramentalis semper satisfacit simpliciter, dũmodo penitẽs agat illã recte dispositus: quia nõ solũ satisfacit ecclesie, sꝫ deo p tãta pena debita peccatis quãta correspondet illi satisfactiõi sacñali. Nec hec voluntarie dicimus: sed pbata efficaciter sunt ex supradictis. ¶ Auguste die. xxix. septembris. 1518.

¶ De indulgẽtia plenaria cõcessa defũctis, quibus ⁊ quõ psit. Qõ. v.

Queritur Vtrũ ob plenariã indulgẽtiã concessam p defunctis, ⁊ acceptã a viuis pro certis defunctis, aĩe illorũ defunctorũ in purgatorio existentes liberentur totaliter a penis purgatorii. Videtur eñ ꝙ sic: quia indulgentie tantum donant quantũ sonãt: sꝫ plenaria indulgentia sonat remissionem omnium penarũ: ergo ⁊c. ¶ Preterea. Indulgẽtia valet (vt dicũt doctores) per modum solutionis: ac per hoc indulgẽtia plenaria valet per modũ solutionis plenarie: sed facta solutione integra alicuius debiti liber est debitor ab vniuerso quod debebat: igitur habita indulgẽtia plenaria, liberatur anima a penis purgatorii. ¶ Preterea. Doctorum sententia est, ꝙ cõcurrẽtibus tribus scilicet autoritate in dante, pietate in causa, ⁊ gratia in recipiente, indulgentia valet: sed hic cõcurrũt oĩa: ergo. ¶ Et cõfirmatur ex autoritate predicationis ecclesiastice: multi enim predicando hoc dicunt.

In oppositũ Autem est: qꝛ ex hoc sequeretur ꝙ per indulgẽtias posset pontifex expoliare purgatoriũ. ¶ Ad euidentiã huius difficultatis supposito (prout rei veritas est) indulgẽtias nõ nisi per modũ suffragii prodesse defunctis, tria sunt premittenda: ⁊ postmodũ rñdẽdũ quesito. Primum premittendum est de ista indulgentia in se, quid sit plenaria indulgentia per modum suffragii. secundum est de modo seu via quomodo perducatur indulgentia ad animas in purgatorio: tertium est de ipsarũ animarũ in purgatorio dispositione ad percipientem indulgentie fructum. ¶ Quo ad primum, a quid nominis inchoãdo, quia suffragium auxiliũ significat, ⁊ in proposito de ecclesiastico suffragio est sermo, modus suffragii moduꝫ ecclesiastici auxilii denotat: ita ꝙ indulgẽtia per modũ suffragii significat indulgentiam per modum ecclesiastici auxilii: hoc est per modum quo nos per pia opera nostra suffragamur seu auxiliamur defunctis. Nequit autem intelligi modus iste suffragii nisi ecclesie suffragia p specta fuerint: qm̃ ad horum similitudinem indulgentia suffragii modum induit. Et quum trifariã nostris operibus suffragemur defunctis (vel merendo bonis operibus de congruo tamen defuncti alicuius liberationem a purgatorio, vel impetrando nostris orationibus illam, vel satisfaciendo nostris passionibus seu penalibus operibus pro illis) ⁊ indulgentiam supponamus fieri ex thesauro superabundantium in ecclesia passionum seu penaliũ operum: consequens est si singula singulis reddenda sunt, vt indulgentia que penarum solutionem ecclesiastica autoritate collatam sonat, quum ad modum ecclesiastici suffragii determinatur, non cuiuscũqꝫ ecclesiastici suffragii sed satisfactorii suffragii modũ induat. Nam quum indulgentia inq̃tum indulgentia non sit meritoria neqꝫ impetratoria sed satisfactoria, consentaneum rationi est, vt non induat modum suffragii meritorii, neqꝫ modum suffragii impetratorii: sed modum suffragii satisfactorii, ita ꝙ indulgentia per modum suffragii, est concessum ex thesauro ecclesie opus satisfactorium per modum ecclesiastici suffragii satisfactorii: hoc est per modum quo nostra satisfactoria suffragia opem ferunt. hec de primo. ¶ Quo ad secundum, qua scilicet via indulgentia per modum suffragii perueniat ad animas in purgatorio, in promptu est vnde manifestum fiat. Ex hoc enim ipso ꝙ indulgentia modum ecclesiastici suffragii satisfactorii induit: via eadem est via, per quam ecclesie suffragia satisfactoria pro defunctis facta

(vtricunia.peregrinationes ⁊ alia huiusmodi)ad defunctorū animas perducuntur,⁊ per quā indulgētia per modū suffragij ad illas peruenit. Et via hec nō est via iustitie.sed via gratie seu misericordie:qm̄ vniuersa ecclesie suffragia diuinā efflagitāt gratiā:qua hec accepta sint pro aīabus illis purgādis q̄bus suffragari intendimus. Qđ ex duobus ad ꝓpositū spectātibus declaratur.primo ex hoc ꝙ pene nostre (vt diuus tho.docuit)sunt alterius ⁊ deficientis rationis a penis aīaꝝ separataꝝ:sicut pena pecuniaria est alterius ac deficiētis rationis a pena seruitutis. Hinc em̄ fit.vt sicut seruitus pecunia nō redimitur ſm iustitie rigorem.sed ſm dn̄i acceptationē:ita pene anime separate penis nostris nō redimuntur ſm iustitie rationē.ſʒ ſm diuine misericordie dispēsationē. Secundo ex hoc ꝙ alter est forus noster in quo nos patimur,⁊ alter ac altior in quo aīe separate puniunt̄.noster est forus mitis.quasi canonicus vel ciuilis:ille rigorosus.quasi sanguinis ⁊ criminalis. Et ꝓpterea sicꝫ hic ob debitā pecuniā in seruitutē redact⁹ esset(vt olim fiebat)aut clericus in forū sanguinis decidisset:sicut nō sufficeret amplius pecunia ad redimēdū illū.nec pene canonice sufficerent ad redimēdā clerici vitā:ita nō sufficiūt passiones nostre ad satisfaciēdū pro penis aīaꝝ in purgatorio.q̄ tn̄ nostre passiones sufficerent ad satisfaciēdū ꝓ eorūdē delictorū penis in hac vita soluendis,antea .s.ꝙ in penas alterius rationis essent trāslate in foro ire ac rigoris diuine iustitie:qualis est forus in quo puniunt̄ anime separate:spect ītem illarū pene ad statū penarū inferni. Nec putes ꝓpterea ecclesie suffragia satisfactoria ꝓ defunctis esse vana aut incerta:sed scito esse vtilia ⁊ certa:sicut etiam vtilia sunt ⁊ certa suffragia orationū ꝓ illis:q̄ ↄstat diuine misericordie inniti. Bene siquidem nobiscū ⁊ cū illis agitur,si diuina gratia acceptāte,ecclesie suffragia satisfactoria ad releuamē animarum q̄ in alia vita puniūtur deducūtur. Nō est nobis via iuris aliqua adeūdi forū illū ad alicuius redēptionē:sed gratia opus est.⸿ Manifestius quoqꝫ fit qđ dicim⁹ locū habere in indulgētijs ꝓ defunctis.ex differentia inter modū quo cōceditur defunctis ⁊ quo cōceditur viuis:nā defunctis cōceditur per modū suffragij,viuis autē per modū absolutionis:vt patet extra de pe.⁊ re.ca.ꝙ autē. Ubi videre potes,ꝙ ecclesiasticus princeps vtrobiqꝫ autoritatiue hꝫ actū dispēsandi thesaurū ecclesie:ſʒ respectu viuoꝝ superaddit actū absolutionis,respectu vero defunctoꝝ nullū addit proprie loquendo actū:latius tn̄ loquendo addit actū modificatiuum ad suffragia ecclesiastica. Et merito sic fit:qm̄ nos q̄ viuimus sumus subditi pōtifici,⁊ pene nostre ad forū p̄sentis vite spectāt:⁊ ꝑpca seruatis seruādis.indulgētia ad viuos defert̄ via iustitie per iudicis actū .s. absolutionem. Existentes aūt in purgatorio(vtpote extra ecclesie presentis foꝝ)a papa absolui non possunt,sicut nec ligari:⁊ ideo indulgētiā quā autoritatiue ex thesauro ecclesie cōfert illis per modū auxilij.ad eorū subleuationē mittit cōfidēs in diuina misericordia ꝙ acceptabitur ad subleuamē eoꝝ q̄ in foro ire ⁊ furoris dn̄i puniuntur purgādi. Et est simile acsi sit princeps ciuitatis alicuius.ex erario publico liberaturus oēs ciues ere alieno grauatos,quorū aliq̄ sub suo dn̄io.alij in alieno iā propterea seruituti addicti essent. In hoc em̄ casu princeps ex publico erario autoritatiue nūmos dispēsaret ꝓ istis ⁊ illis:sed degētes sub sua iurisdictione etiam iudicialiter absolueret a debito:ad degentes autē alibi seruos nō posset nisi ꝑ modū auxilij subuenire cū pecunia illa,⁊ alterius gratiam ac absolutionē expectare. Simili modo ecclesiasticus princeps ex thesauro ecclesie,viuorū ac defunctorūʒ penas pro peccatis debitas soluturus,vtrisqꝫ thesauri opes dispensat:sed viuis applicat absoluēdo illos,defunctis aūt applicat auxiliādo:hoc est vt ecclesie satisfactiua suffragia ad defunctorū liberationē dirigēdo. Notāter aūt dico ecclesie:qm̄ satisfactiones ex thesauro ecclesie dispensari intelliguntur si proprie loquendū est:non ita vt sint istorū quibus conceduntur tanq̄ ipsimet opera illa fecissent.aut illi qui fecerūt fecissent specialiter pro istis:sed tanq̄ ecclesie cōmunia suffragia appropriātur singularibus personis. Est siquidem inter sacramētorū ⁊ indulgētiarū efficaciā differentia ad ꝓpositū:in hoc ꝙ remissio pene per sacramētū fit ex intentione ipsius christi.cuius est sacramenti operatio:ita ꝙ iste suscipiens sacramētū releuatur a tāta pena,acsi ipse passus fuerit patiente christo:vt sacramentū baptismi testatur:docente hoc apostolo ad ro.vj.⁊ diuo Tho. in tertia par.q.lxix. Per indulgētiā aūt remissionē pene cōsequimur tanq̄ ecclesia pro nobis illa passa fuerit:qm̄ abundātia passionū christi ⁊ sanctoꝝ ecclesie dispēsationi credita,intelligitur donata ecclesie vt cōmune ipsius ecclesie bonū:ac per hoc per ecclesie rectores vt ipsius ecclesie sunt,ex intentione ecclesie applicanda his vel illis. Deuenerunt siquidem passiones iste ad thesaurum ecclesie ex intentione christi ⁊ sanctorū ad cōmune ecclesie bonum in generali,⁊ commissa sunt vt ex intentione ecclesie ad hos vel illos. Et hoc explicatur in forma indulgentiarum pro defunctis.quum per modum suffragij proculdubio ecclesie conceditur. Deducitur igitur indulgentia ad defunctos non iustitia.sed gratie diuine acceptatione duce. Hec de secundo.

¶ Quo ad tertium prima fronte apparet ꝙ indulgētie sicut ⁊ alia communia ecclesie suffragia oībus in purgatorio existentibus ꝓ quibus fiūt ꝓsint:qm̄ omnes tales inter valde malos ⁊ valde bonos medij sunt:quibus secundum augustini doctrinā ecclesie prosunt suffragia. Si tamen diligentius perspexerimus.oppositū apparebit,sectando augustini doctrinam in enchiridio,⁊ in libro de cura pro mor.agen.recitatam a gratiano.13.q.2. Uidetur em̄ ꝙ ecclesie suffragia saltē specialia,⁊ similiter indulgētie q̄ vt specialia suffragia subrogantur.illis solis defunctis prosint.qui in hac vita meruerunt vt in purgatorio hec illis prodessent. Et quoniam fructus quem ex suffragijs anime que purgantur percipiunt,ad premiū accidentale spectat.quū sit pene temporalis remissio:consequens est ꝙ nō ad essentiale sed ad accidentale meritū pertineat mereri in hac vita vt suffragia prosint in alia vita. Et si his adiūxeris.ꝙ huiusmodi accidentalia merita nō sunt oībus in gratia decedētibus ad purgatorium ducēdis:perspicuū erit,ꝙ nō oībus in purgatorio indulgētie ⁊ alia spālia suffragia prosint:quia non omnes hic meruerunt vt hec illis possint ꝓdesse. q̄uis oēs hic meruerint vt hec illis possint prodesse:quia hoc spectat ad meritum essentiale. Eodem enim merito quo meruerūt vitam eternam tandem eis exhibendam,meruerunt vt sanctorū cōmunione iuuari interim ⁊ tandem frui possint. Uidentur autem ad accidentalia hec merita spectare,deuotio magna ad claues ecclesie indulgētie donatiuas.misericordia solicitudo ad satisfaciendū ꝓ peccatis. studiū ad suffragādū defunctis,⁊ similia.⸿ Et confirmatur qđ dicimus autoritate diui tho.dicentis in tertia par.q.lij.ar.viij.ad primū,ꝙ in descēsu christi ad inferos nō solū liberati sunt illi quorū tp̄s purgationis aduenerat,ſʒ illi qui ob specialē in hac vita deuotionem ad christi aduentum,meruerūt vt christo visitāte liberarētur. Ubi videre potes accidentali merito in hac vita tributum,vt pene remissio in purgatorio accelerata fuerit. Dicendum ergo videtur.ꝙ omnes qui in purgatorio sunt possunt ecclesie suffragijs ⁊ indulgētijs iuuari:ſʒ de facto specialibus suffragijs ⁊ indulgentijs nō oēs iuuantur.sed illi soli qui hic meruerūt vt illis iuuarentur. Cōmunibus aūt suffragijs pie puto omnes iuuari:plus tn̄ et minus ſm diuine dispensationis gratiam. Nam qui in hac vita defunctos obliuioni dant,satisfacereqꝫ proprijs peccatis negligunt,⁊ sui ita sunt vt vix cum gratia discedant.alienos a fructu omnium suffragiorum ibi crediderim:q̄uis multa pro eis hic fiant,diuina vlciscente iustitia huiusmodi duritiā cordis atqꝫ incuriam. Hec de tertio. ¶ Ex omnibus aūt premissis facile patet responsio ad quesitum. Liquet nāqꝫ non oēs animas in purgatorio oportere liberari ꝓpter plenariā indulgētiam illis concessam:tū quia multe earum sunt forte de illaꝝ numero que hic nō meruerūt vt huiusmodi indulgētia illis prodesset:tum quia non constat si huiusmodi indulgentia per modum suffragij coram diuina acceptata sit gratia pro illa anima.

Ad primum Ergo argumentum dicitur,ꝙ indulgētie tantum donāt quantum sonāt:apud tamē aures doctas:apud quas indulgētia plenaria sonat remissionem omnis pene pro peccato actuali iniuncte. Et si extēderetur ad nō iniunctam,semper subintelligeretur modus suffragij:qui non minuit rationem plenarie,sed apponit modum quo indulgentia plenaria fit auxiliaris tantum. ¶ Ad secundum dicitur,ꝙ indulgentia plenaria in presenti foro est absolute indulgentia:⁊ ideo valet per modum solutionis plenarie. Sed indulgentia plenaria relata ad forum alterius vite,quia vt sic induit modum suffragij,valet per modum solutionis plenarie suffragando tantum:ac per hoc expectando diuine gratie acceptationem. Et propterea licet indulgentia plenaria solueret:nihil tamen fieret nisi solutio acceptetur a principe cuius interest.⸿ Quāuis possit etiam dici vltra plenariam solutionem requiri ꝙ ad debitorē perueniat fructus solutionis:qui potest impediri ex hoc ꝙ debitor non meruit in ista vita ꝙ hec plenaria solutio ei prosit:vt declaratum est. ¶ Ad tertium dicitur,ꝙ cōcursus illorū triū ꝓposito nihil officit:qm̄ nō est hic sermo de indulgētia simpliciter.sed de ipsa per modum suffragij.qui modus licet nō mutet indulgētiā,nec ipsius plenitudinem tollat:mutat tamen modū perueniēdi ad eos quibus prodest:quoniam ponit modum perueniendi per viam gratie. Hoc em̄,vt declaratū

est, importat modus suffragij. ¶ Ad confirmationē autem de pdicatoribus, dicit, q pdicatores ecclie personā agunt dū predicant christi & eccle doctrinā. Dum aūt ex proprio sensu aut cupiditate dicūt ea q nesciunt, nō agunt ecclie psonā: & ideo nō est mirum si in istiusmodi verbis errant. Rome. 20. nouembris. 1519.

¶ An papa autoritate clauium det indulgentiam animabus in purgatorio. Questio. 6.

Utrum Papa autoritate clauium det indulgētiam animabus in purgatorio. Et videtur q non. Primo. q potestas petro data nō nisi sup terrā est: dicente dño, qdcūq solueris vel ligaueris super terrā. ¶ Secundo: q ipse stilus literarū indulgentie pro defunctis, expresse habet q per modum suffragij indulgentia animabus datur: constat autem suffragium non spectare ad potestatem clauium, sed ad suffragantium auxilium. ¶ Tertio: quia hec potestas nō habetur ex sacra scriptura, nec ex sacris canonibus: ergo &c.

In oppositum Uidetur autoritas literarum apostolicarum. ¶ Ad euidētiam huius sciendū est, q quū actus clauiū sit aperire, cōsequēs est vt actus clauiū regni celorū petro concessarū sit aperire regnū celorū, procul dubio ingressuris in illud: quos constat oportere esse membra christi. Aperiri siquidē regnū, quum nihil aliud sit q tolli impedimenta ingressus ad illud, sicut duplicia sunt impedimenta, ita dupliciter aperiri inuenit regnū celorū. Sunt eīm quedā impedimenta nature, hoc est ex peccato originali: & quedā impedimenta psone, ex peccato actuali. Et quoad impedimēta peccati originalis, aperuit christus p seipsum celorū regnū per passionē mortēq suā (in qua etiā portas abstulit, vtpote nunq claudēdas) & per baptismū: in quo celi aperti sunt. Quoad impedimēta vero personalia (q. s. ex peccatis nris actualibus sunt: vt culpa & pena p actualibus debita) per petrū aperire regnū celorū statuit. ¶ Et ppterea sicut ad potestatē clauium petri spectat tollere personalē culpam p sacramentū penitentie: dicēte dño, quorū remiseritis peccata remittunt eis, ita ad clauiū petri potestatē spectat tollere personalē penam, que. s. pro actuali culpa est debita. Utraq eīm impedit ingressum hoīs ad regnū celorū: alioquin claues nō sufficiēter aperirent: dū nō sufficerent ad tollendū vtrūq genus psonalis impedimēti ad regni celorū ingressum. Et periclitaret illa vniuersalis a dño data autoritas, quodcūq solueris super terrā: nam si pena exciperetur actuali peccato debita, iam nō ad quodcūq soluendum extenderetur clauium subiunctus actus per dicta verba. Clauiū igitur Petri actus, cum sit aperire regnū celorum christi mēbris, tollendo personalia culpe et pene impedimēta, consequēs est, vt quia indulgentie autoritate ecclesiastica date seruatis seruādis, tollūt penam pro actualibus peccatis debitā, ad potestatē clauiū pertineāt. Et si his iunctum fuerit, q indulgentie omnes eiusdem rationis sunt quo ad causam & effectum (q oēs sunt ab ecclastica potestate dispēsante thesaurū meritorū christi & sctōrum quatenus satisfactoria sunt: & oēs tollūt penam aliquam tpalem pro actualibus pctis sm diuinā iustitiā debitā) cōsequēs erit q indulgentia q pro defunctis conceditr, ad potestatem clauiū spectet: ad quam spectat cōcedere indulgentiā pro viuis. ¶ Et confirmatur hoc ex ipso romane ecclesie stilo in literis indulgētiarum pro defunctis: duo enim ibi dicunt, & q aplica autoritate indulgētia pro aīabus in purgatorio conceditur, & q indulgentia ipsa per modum suffragij opituletur animabus in remissionem suarum penarum. Docet. n. per hoc romana ecclesia q apostolica sedes thesaurum meritorum christi & sanctorum pro animabus in purgatorio dispensat autoritate clauium: sola eīm clauiū ptās est apostolica autoritas super aperiendo celorum regno ex meritis christi et sanctorum animabus purgatorij, tollendo earum penas impediētes illas ab ingressu regni celorum: vt patet. Et q ad animarū in purgatorio penas relaxandas indulgentiam concessam transfert per modum suffragij, & non per modum absolutionis: quo scilicet absolutionis modo indulgentiam impendit viuis: vt patet extra de pe. & re. ca. quod autem. Unde patet quod indulgentia concessa viuis & defunctis, hoc habet commune, quod vtriq ex potestate clauium dispēsante thesaurum meritorum penalium christi & sanctorum in remissionem pene temporalis pro actualibus peccatis debite conceditur. Sed modus quo peruenit indulgentia ad vtrosq diuersus est: quia ad viuos qui illam consequuntur veraciter, per modum absolutionis peruenit: defunctos autem qui etiam illam veraciter consequuntur, per modum suffragij liberat.

Ad primam Ergo obiectionem conceditr, q papa nō potest autoritatiue absoluere aīas existentes in purgatorio: sed aliud est absoluere autoritatiue illas, & aliud est dispensare autoritatiue thesaurum christi & sanctorum pro illis, vt per modum suffragij absoluantur ille. hoc enim papa faciens, non excedit fines iurisdictionis sue: quia non soluit autoritatiue per hoc sub terra. ¶ Ad secundam dicitur, q stilus literarum apostolicarum continet quidem modum suffragij: sed non tantum: quoniam continet cum hoc autoritatiuam concessionem indulgentie. Et per vtrūq monstrat & autoritatem dispensandi, & modum suffragij in perueniēdo ad animas in purgatorio. ¶ Ad tertiam dicitur, q hec potestas sano habetr ex sacra scriptura, dū ex ea habentur claues petri: & ex conductice canonum romana ecclesia explicatum est, q modis diuersis claues aperiunt celorum regnum christi membris viuis & defunctis: vt patet ex dictis. Auguste die. 15. octobris. 1518.

¶ An quis obligetur ad contritionē peccatorū mortaliū. Qō. 7.

Queritur Un quoties recordatur quis sui peccati mortalis, teneatur habere contritionē. Et est ratio dubij: tum q partē affirmatiuā multi tenere videntur ex verbis sancti tho. in. 4. sen. di. 17. q. 13. ar. 1. questio. 4. dicentis: Ad contritionem tenetur homo qn peccata memorie occurrūt quum precipue in periculo mortis existit, aut in aliquo articulo &c. ¶ Tum q sicut quoties occurrit peccatum mortale vt a se committendum tenetur homo refutare commissionem, ita quoties vt a se commissum tenetur illud detestari. ¶ Tum quia nec per momentum licitum est stare in peccato mortali: ac per hoc statim vt occurrit tenetur illud fugere: iuxta illud ecclesiastici. 21. quasi a facie colubri fuge peccata.

In oppositum Autem est. Tum quia sequeretur q quotiescunq aliquis de commisso peccato occurrente sibi anereretur peccaret mortaliter: q non haberet contritionem. Tum quia efficax ratio non apparet precepti ad contritionem pro tali tempore scilicet memorie peccati.

Ad euidentiam Huius dubitationis premittendū est, q non est hic questio de peccato mortali semel contrito: quoniam hoc iam deletum prima contritione est: & sicut peccatum semel rite confessum non tenetur homo iterum confiteri, eadem ratione de peccato semel contrito non tenetur homo iterum conteri. Non enim iudicat deus bis in idipsū (vt dicitur naum primo) tam quo ad vindictam exteriorē, quā per confessorem exercet, q quoad vindictam interiorem, quam per actum ipsius penitentis conterendo peccatum exercet: sufficit eīm semel contritio q non placeant sibi commissa a se peccata. Et hoc siue contritio fuerit de aliquo mortali in speciali siue in generali: dummodo fuerit contritio illa sufficiens ad salutem vsq ad tempus confessionis, quando singula detestando in confessione conteretur in speciali. Est autem contritio generalis sufficiens ad salutem ad confessionem, illa qua homo dolens de omnibus offensis dei mutat deliberate cor ad preponendum deum omnibus etiam proprie vite, intendens congruo tempore cōfiteri. Et est sermo de contritione ipsius peccati sm se non sm suum effectum, qui est retardatio a felicitate, ratione cuius totum tempus presentis vite est tempus contritionis: quia tempus peccato occupatum irreparabile effectum est pro felicitate. Nec est hic questio de contritione in veritate, hoc est de dolore charitate informato: quoniam quum nemo sciat vtrum amore vel odio dignus sit, si exigeretur certitudo vere contritionis, semper esset homo perplexus, aut nunquam cessaret obligatio contritionis: quod est falsum. Sed est questio de contritione qtum est ex parte penitentis: hoc est quod qtum est ex parte conditionum requisitarum ad contritionem ex parte penitētis est vera contritio, quamuis nesciatur an sit charitate informata, quia nescitur presentia charitatis. Et similiter est questio de peccato mortali a se commisso nunq contrito, siue secundum veritatem siue secundum estimationem.

¶ Quibus pmissis sciēdū est pceptū de contritionis & esse p se primo affirmatiuū, & claudere in se preceptū negatiuum. Nā precipit actum contritionis habendū, & per hoc est affirmatiuū: & precipit non esse retinendum odium dei in quod ex peccato mortali incurritur, & per hoc est pceptum negatiuum. Et propterea primo tractādū est de vinculo eius quatenus est affirmatiuum & deinde quatenus est negatiuum: & demum quatenus est ex vtroq mixtū.

¶ Preceptorum igitur affirmatiuorum natura quum sit obligare quidem semper: sed non ad semper sed ad determinatum tem-

cius. hec est tēpus necessitatis (vt diuus tho. in quarto sen. di. xvij. q. iii. ar. j. q. iii. dicit) cōsequens est vt preceptum de contritione habenda nō obliget nisi ad tempus vigēs ad cōtritionem. qđ cōstat esse tempus tam mortis (q2 summa est tūc necessitas contritionis: qm̄ nō remanet āplius tp̄s penitēdi) q̄ȝ tp̄s an̄ sacramēti cuiuscꝫ susceptionē aut administrationē: qm̄ nisi tūc esset cōtritus, mortaliter peccaret suscipiēs sacramentū aut exercēs actum quem sine peccato mortali oportet exercere. Tēpus aūt occursus quia. s. memorie occurrit commissum peccatū etiā practice (puta vt detestandū seu cōterēdū) nulla apparet ratione esse tp̄s necessitatis: qm̄ cū tali occursu stat hominē se habere circa cōmissum peccatū neutraliter, ac si nō meminisset, ac si dormiret. Nā occurrēte peccato cōmisso vt materia detestationis habēda a me, possum tripliciter me habere: vel cōsentiēdo in detestationē, vel aspernādo detestationē vel nec amplectendo nec cōtēnēdo: sed vel nullū actū voluntatis circa illā exercēdo, ꝛ tunc essem neuter: vel habendo actum velleitatis circa illā. puta q2 vellē habere cōtritionem q̄uis in veritate nō velim: q2 nō intēdo abstinere ꝛc. Si occurrēs ergo memoria nō necessitat hominem ad articulū aliquem quo oporteat ipsum actū aliquē exercere (quo pacto tempus necessitatis cōstituit) ꝛ si rationē preceptoꝝ affirmatiuoꝝ perspexerimus, apparebit occursum nō cōstituere tp̄s necessitatis: nā in p̄cepto baptismi q̄ntūcūqꝫ memorie occurrat baptismus vt suscipiendus cū cōmoditate oblata, nō propterea obligatio fit ꝑ tūc ad baptismū. Et similiter in p̄cepto cōfessionis, ꝛ in precepto eleemosyne de superfluo, nō tenetur quis tunc cōfiteri aut eleemosynā dare qm̄ memorie occurrit cum cōmoditate parata: vt patet ibidē ex diuo tho. Si ergo in alijs affirmatiuis preceptis occursus exercēdi actus cōmode, nō constituit necessitatis tēpus. cōsequens est vt nec in p̄cepto cōtritionis habende occursus peccati vt cōterēdi constituat tp̄s necessitatis. Oportet enī oppositū dicētē rationē reddere quare a cōi regula occurrētis actus ꝛ materie cū reliquis paratis in preceptis affirmatiuis excipiatur occurrēs cōtritionis cū sua materia actus: vt scilicet ipse solus habeat vim constitutiuā tēporis vigentis ad seipsum exercēdū, reliquis hāc vim nō habentibus. Et q2 nulla apparet exceptionis ratio: sequamur generalē regulā, tanq̄ȝ cōmunē huic ꝛ alijs preceptis affirmatiuis. ¶ Negatiua vero p̄cepta obligāt semper ꝛ ad semper: ꝑhibēt enī mala, que nullatenus cōmittēda aut incurrenda sunt. Et licet oīa negatiua p̄cepta conueniant in obligatione ad semper quo ad esse illicitū: differentia tn̄ quedā inter ipsa precepta extenso precepti nomine est in obligatione ad semper quo ad actum peccati. Nam negatiua precepta de actibꝰ peccatoꝝ obligāt ad semper non solum quo ad esse illicitum, sed etiam quo ad actum peccati: quia prohibent actum peccati, puta mendaciū, adulteriū, blasphemiā ꝛ similia: q̄ nō solū sunt illicita, sed quando assunt peccati actus cōmittitur. Nullus enī trāsgreditur precepta hec, non mētieris, nō adulteraberis, non blasphemabis, nisi qui mētitur, adulteratur aut blasphemat actu exteriori vel saltē interiori. Negatiua aūt p̄cepta de habituali statu peccati obligant secundum se ad semper solū quoad esse illicitū, ꝛ nō quoad actū peccati: quia nō ꝑhibēt actum peccati, sed perseuerātiam in statu peccati talis vel simpliciter. Preceptū autē verbi gratia de nō retinendo alienum inuito dn̄o, dupliciter intelligi potest: primo de detētione habituali: q̄ nō est actus sed effectum peccati. ꝛ sic nō est p̄ceptū ꝑhibēs actū aliquem. Quod patet ex eo q̄ qui abstulit etiam si dormiat retinet alienū inuito dn̄o: sed prohibet perseuerātiā in statu peccati talis. Similiter ꝛ preceptū de nō retinendo habitualiter odium erga deū. nō prohibet aliquem actum, puta actū odij diuini: sed supposito q̄ homo peccando mortaliter odio habuerit deum. ac per hoc perseueret vsqꝫ ad cōtritionē in statu diuini odij nō solum passiue (quia altissimus odio habet peccatores) sȝ quod peius est actiue, quia perseuerat in statu peccati mortalis includentis in se diuinū odium propter contrarietatē ad dilectionē charitatis. prohibet perseuerantiam in statu peccati mortalis simpliciter quo fit vt quia statibus sicut habitibus nō meremur nec demeremur sed actibus, nullū nouum peccatum cōtra hoc negatiuum preceptū incurratur nisi status talis de nouo acceptetur: puta si de nouo consentiatur in perseuerātiā talis status. Secundo de detētione actuali: que nihil aliud est q̄ȝ consensus efficax in detentionem habitualē seu que est effectus peccati. ꝛ sic preceptū est prohibens actum peccati: ꝛ constat q̄ obligat semper ꝛ ad semper sicut reliqua negatiua. ꝛ sic proprie habet vim ꝛ nomen precepti: qm̄ precepta proprie de actibus sunt. ¶ Discutiendo vero preceptū contritionis vt mixtum ex affirmatiuo ꝛ negatiuo sicut preceptum de restitutione: inuenimus q̄ obligat ad statim habendā contritionē. sicut preceptū de restitutione obligat ad statim restituēdū. Et ratio est: quia tempus huiusmodi actuū dilatū annexam habet cōtrarietatē ad virtutē. Restitutio enī dilata annexā habet retentionem alieni inuito dn̄o, que cōtrariatur iustitie: ꝛ similiter contritio dilata annexā habet retētionē diuini odij, q̄ cōtrariatur charitati. Hec propterea huiusmodi mixta p̄cepta exorbitāt a cōmuni regula preceptorū affirmatiuoꝝ: sed sequuntur eā obligādo tn̄ ad tp̄s necessitatis: nā implicatio inhibite contrarietatis ad virtutē, determinat tempus necessitatis ad statim: tempus quippe necessitatis exercēde affirmationis est tēpus ad actionem illam vigēs, sic q̄ȝ nisi fiat incurritur peccatum. Sicut igitur preceptū de restitutione propter implicitam detentionem alieni obligat ad statim restituendū: ita p̄ceptū de cōtritione ꝑpter implicitā detētionē odij ꝯ deū, obligat ad statim cōterendū. Et hec ꝓculdubio est veritas.

Sed Exurgit difficultas qñ peccatur contra hoc preceptū. Dicere enim vt prima facie apparet, q̄ cōtra precepta affirmatiua obligātia ad statim peccetur statim (puta consummato furto si non statim fiat restitutio peccatur cōtra preceptū restitutionis, omittendo statim restituere: ꝛ similiter cōsummato peccato mortali, agitur contra p̄ceptū cōtritionis si nō statim contritio habetur) irrationabile videtur: q2 huiusmodi p̄cepta obligant ad singula statim, ꝛ nō ad primū statim tn̄. Ut patet ex eo q̄ transacto primo statim, non absoluitur a vinculo p̄cepti. sed remanet semper obligatus ad statim donec adimpleat preceptū. Si autem obligāt ad singula statim, sequitur q̄ infinities peccat mortaliter non restituēdo qui furatus est. ꝛ nō restituit statim, iuxta infinitas moras temporis intermedij inter furtum ꝛ restitutionem si tandē fit. Magis aūt rationi cōsentaneū est, vt cōtra huiusmodi precepta tunc solum peccetur ex preteritione temporis, qñ nō solum omittit̄ sed cōmittitur actus peccati determinātis preceptū affirmatiuum ad statim. ¶ Pro cuius clariori notitia aduertēdum est, q̄ tripliciter inuenitur concurrere tempus vigens ad exercitiū p̄cepti affirmatiui. Primo vt actus illius mensura simpliciter ꝛ absolute: sicut tēpus diei festi determinat preceptum de audiendo missam, ꝛ quadragesima ieiunii preceptum. Secundo vt actus illius mensura ex preparatione ad aliū: sicut tempus precedens susceptionem vel administrationem sacramenti determinat p̄ceptū contritionis: nō enī tēpus illud viget absolute ad cōterendū, sed si suscipiendū aut administrandum est sacramentum. Tertio vt actus illius mēsura ex cōnexione alterius actus: sicut tēpus significatū per ly statim, determinat preceptum restitutionis, quia actus differendi restitutionē, habet annexū actum volūtarie detētionis alieni interim. Inter hec aūt tempora differentia vna ad propositū inuenitur: q̄ si tēpus viget ad actum vt illius mēsura absolute, adueniente illo tempore si omittitur actus ita q̄ omissio sit voluntaria priuatiue (quia scilicet potuit ꝛ sciuit exercere actum illum. puta audire missam ꝛ nō audiuit) incurritur peccatum omissionis contra preceptū illud. Si vero tempus viget ad actum vt mēsura illius ex ordine ad alterū actū, adueniente quocūqꝫ tēpore nisi ille alter actus ꝑpter quē tempus viget exerceatur, nō fit contra preceptū: quātūcūqꝫ enim aliquis sit administraturus sacramentū nisi administret illud aut ꝓponat administrare illud in ꝯtritione, nūq̄ȝ agit propterea cōtra preceptum cōtritionis: vt patet. Et simili mō eadem ratione q̄ntūcūqꝫ aliquis non conteratur statim, nisi ad hoc deueniat q̄ commissionis peccato incurrat detētionē diuini odij, non peccat mortaliter q̄uis perseueret in statu peccati mortalis: sicut qui nō statim restituit, nisi ad hoc deueniat q̄ cōmissionis peccato incurrat detentionem alieni, non peccat de nouo mortaliter. Cōtra precepta nāqꝫ hec de non detinendo odiū dei vel alienum, quū sint negatiua, commissionis peccato oportet q̄ agatur: ac per hoc si propterea peccatur cōtra precepta affirmatiua de restituendo vel cōterendo, quia contra hec negatiua agitur, non est omissio affirmatiui nisi assit commissio contra negatiuum. Et hec absqꝫ omni scrupulo veritas amplectenda est. ¶ Ex his autem patet quid dicendū sit ad motā questionē principalē: patet nāqꝫ q̄ p̄ceptū cōtritionis nō determinatur secundum se ad tp̄s memorie, sed ad statim. Et propterea nisi memoria afferat vigentem causam ad actū actualis detentionis odij dei, nō incurritur noua omissio contritionis: sed antiqua perseuerat. Nulla aūt apparet ratio quare memoria aut occursus commissi peccati vt detestandi, constituat tunc tempus necessarie commissionis ad detinēdum odium dei magis q̄ȝ si nō occurreret: nisi forte aut ad diuine inspirationis sequelam dicatur occursum obligare (sed aliud est preceptum de sequela inspirationis diuine: aliud de restitutionis aut cōtritionis tēpore) aut occursum seu memoriā tanq̄ȝ appropriās materiam constituere dicatur

tempus agēdi:q₃ tps agēdi est qñ materia est pñs.sed aliud est lex de necessitate agendi.aliud de commoditate seu congruitate agēdi.Approximatio em̄ ad agēs liberū.nō cōstituit tps necessitatis sed cōmoditatis ad agendum:nos aūt vt patet ex dictis.tps necessitatis agēdi.ita q₃ nisi agaf nouū peccatū incurrif qñnus. Unde restat vt recordatio peccati cōmissi ꝙtūcūq₃ practica non obliget ad cōtritionē:sicut nec in preceptis alijs occursus materie obligat ad actū.Et hoc loquendo de memoria ſm ſe:nam ſi ſit ſermo de memoria ſm ſuum effectum quem vt in pluribus habet (q₃ ſcilicet parit aut deteſtationem aut approbationem peccati cōmiſſi occurrentis)ſic obligat ad deteſtationem:que tamen poteſt eſſe attritio vel contritio.ne in approbationem lapſus fiat.

Ad primam

autem obiectionē in oppoſitū dicitur.q₃ vox dicentiū q₃ homo tenetur cōnteri qñ recordaf.verificaf ſm id q₃ vt in pluribus videtur accidere:quia ſcilicet cōmuniter practica memoria in nō dolente.parere approbationē videtur.Dum aūt tho.verba ſi exacte libranf.non dicunt hoīem teneri ad contritionem qñ recordaf:ſed vnum qñ determinant p alterum qñ.Nam dicunt qñ peccata memorie occurrunt. quum in periculo mortis exiſtit.aut aliquo articulo.vbi apparet q₃ tempus memorie determinaf per tempus periculi mortis vel p tempus alicuius articuli ꝛc.Nec obſtat q₃ apponif ly pcipue qm̄ ly precipue pncipalē denotat periculi mortis reſpectu alterius partis diſiūctiue.ſcilicet aut alicuius articuli ꝛc.periculoſius em̄ omittif cōtritio in periculo mortis:q₃ non reſtat locus penitentie. Uel ly pcipue denotat principalitatē rationis obligantis ad cōtritionē.ita q₃ tēpus memorie eſt quedā ratio conterēdi:ſed q₃ nō eſt ſufficiens ratio obligandi ad conterendū.ideo addit principalis ratio obligādi.dicendo quum precipue periculū aut articulus ꝛc.ꝛ redit eadē concluſio.Approbat aūt hanc doctrinā cōmunis peccatorū attritio.qua fatenf ſibi diſplicere cōmiſſa peccata ꝛ dicunt ſuā culpam.ꝛ confitenf qñq₃ citra abſolutionē.ꝛ velleitatē habēt ſtatus ſine peccato.Ibi em̄ actus boni ſunt ꝛ diſpoſitiui ad penitentiā.adeo vt eccſia tales cōfeſſiones ſuſcipiēdas dicat extra de pe.ꝛ re.q₃ quidā.ꝛ tñ ſemper peccarēt mortaliter.omittēdo cōtritionem ſi tps memorie eſſet tps contritionis:quum iſti actus nō ſint ſine memoria peccatorū.Nec obſtat q₃ iſti cōtriti nolūt ſuſcipere abſolutionē.dicētes ſe eſſe impenitētes:qm̄ narrare ſe habituali volūtate eſſe pſeuerantē in ſtatu peccati.non eſt petīn:qm̄ non approbaf ſed narraf in penitētia.nec proponit tunc meretrix peccare.ſed narrat ſue miſeriam ſtatus ſui cum voluntate illius. Nolle aūt abſoluti.actus bonus eſt indiſpoſito tunc ad abſolutionem. ¶ Ad ſecundā obiectionē dicitur.q₃ etiā qñ peccatū occurrit vt cōmittendū.ſufficit nō cōſentire:nec tenef homo diſſentire. ¶ Ad tertiā dicif:q₃ licet nunq₃ ſit licitum ſtare in ſtatu peccati: non tamen de nouo ſemper peccat perſeuerans in ſtatu peccati: vt patet ex dictis. ¶ Rome.4.martij.1518.

¶ Circa diſpoſitionem ad confeſſionem. Queſtio.8.

Utrum

cōfeſſurus peccata ſua.id potiſſimū debeat cogitare.quid faceret ſi non eſſet preceptum confitendi.an etiā vellet confiteri ꝛ exinde iudicare cor ſuus.Et videtur q₃ ſic:q₃ niſi paratus ſit confiteri ſecluſo precepto.iam non ex amore nouie vite.ſed ex timore precepti confitetur.

Ad euidentiam

huius conſiderandum eſt.quod actuum humanorū eligibilium duplex eſt differentia.Quidam em̄ ſm ſe boni ſunt.ꝛ ideo eligibiles: vt diligere deū bene facere proximo ꝛ alia huiuſmodi. Quidam vero ſunt propter aliud boni.ꝛ ſimiliter propter aliud eligibiles: vt ieiunare.peregrinari ꝛ huiuſmodi.hec em̄ nullus ſane mentis eligeret niſi propter aliud:puta mētis eleuationem.carnis domationem.diuinū cultum ꝛ huiuſmodi.Actus aūt iſte de quo eſt queſtio(ſ.proponere ſibiipſi quid faceret ſi non eſſet preceptū de confeſſione)conſtat q₃ non eſt ſub primo genere bonorum.Tum quia actus iſte ad malū ꝛ benū eſt ſm ſe:eſt enim via ad bonū.ſi ad voluntatem bonam terminaf:ꝛ eſt via ad malū.ſi ad voluntate malam terminaf.Tum qm̄ actus iſte non propter ſe.ſed propter diſcuſſionē preparationis prone exercetur ad inueniēdum.an ſit ſm preparatus homo ad confitenduꝫ etiam ſecluſo precepto.Reſtat ergo vt ſi eſt eligibilis.ſit propter aliud eligibilis.In his autem que propter aliud eligenda recte ſunt.oportet duo conſiderare. alterū eſt vt cōſona ſint ſini bono.alterū eſt vt conſonent eligenti. Uidemus em̄ medicinas vel q₃ non conſonāt morbo pellēdo.vel q₃ pportionate nō ſunt cōplectionibus infirmorū.ſm rectam rationem repelli ꝛc.Et quidē q₃ actus iſte.ſ.proponere ſibiipſi qd faceret ſi ꝛc.diſſonet a diſpoſitione infirmorum(quales credimus communiter eſſe confeſſuros peccata ſua)ex eo patere poteſt.q₃ actus iſte nihil aliud eſt q₃ tentatio periculoſa. Multi enim ſunt caſti.qui ſi tentarentur virginitatem perderent:ꝛ multi abſtinent qui ſi tentarentur non abſtinerent.ꝛ ſic de alijs.Non conuenit autem infirmis periculum:ergo actus iſte non conſonat diſpoſitioni confitentium. Qꝫ diſſonet etiam a fine.ſ.bono conſcientie.ex eo patet:q₃ licet tentari vtile ſit ad bonum virtutis.tamen tentari a ſeipſo diſſonantiam importat ſm rectam rationem:q₃ eſt ſeipſum exponere abſq₃ neceſſitate periculo peccandi.Et cōfirmatur hoc. tum q₃ imitari debemus in actibus noſtris deum:deus aūt nemi nem tentat:vt iacobus dixit.no ergo debeo meipſum tentare. Tū q₃ in ceteris vitioſum eſſe conſtat tentare ſeipſum:ergo et in hoc. Antecedens patet:q₃ male faceret quis ſi proponeret ſibi quid faceret ſi mulierem in lecto ꝛc.haberet.ꝛ ſimiliter ſi regnum mundi vno mendacio poſſet comparare.ꝛ alijs ſimilibus conditionalibus ſeipſum tētaret.Tum q₃ officium diaboli eſt tentare:ꝛ huiuſmodi conditionalibus deijcere mentem humanā. Amplius tentare ſe huiuſmodi conditionalibus eſt ſuperfluum:ergo peccatū. Antecedens probaf:q₃ perfecti nō egēt hac ſe tentatione diſcutere:qm̄ ipſorū charitas eſt adeo radicata vt dicere cum paulo poſſint.quis nos ſeparabit a charitate chriſti:certus ſum em̄ q₃ neq₃ mors neq₃ vita ꝛc.Infirmis aūt ſufficit ſi teſtimonū habent conſcientie ſue q₃ deuꝫ ſuper oīa ament opere ꝛ veritate: hec em̄ notitia humano more ſufficit hoibus ad accedendū ad ſacramēta eccleſie:ꝙuis nō in hoc iuſtificenf. Et hec in cōmunt dicta ſint de huiuſmodi tētationibus cōditionalibus:quas opera diaboli eſſe teſtaf infinita multitudo peccatorū.que fieret ſi huiuſmodi cōditionales ſibi hoīes proponerēt in varijs ꝛ diuerſis materijs.inciderent em̄ in velleitates innumeras.que proculdubio eſſent peccata mortalia:vt de ſe patet.Unde laudabiliter referf prudēs cuiuſdam reſponſum ad conditionales huiuſmodi propoſitas.ſcio quid facere deberem:ſed neſcio quid facerē. Optime dixit:q₃ neſcimus ſi diuina nobis tūc manus adeſſet ſup caput nr̄m. ¶ Ad propoſitam aūt conditionalē ſpecialiter deſcendendo.apparet q₃ multo vanior eſt.Tum q₃ preceptū de confeſſione facienda eſt.de ſecundo ordine diuinorū preceptorum.ſ.de bono q₃ preceptū:ac p hoc ſublato precepto non teneref quis confiteri.Sunt em̄ diuina pcepta duplicis ordinis.Quedā de prohibitis q₃ mala.ꝛ pceptis q₃ bona:vt ſunt pcepta de dilectione dei ꝛ dilectione proximi: hec em̄ ſunt pcepta q₃ bona ſunt.Et ſimiliter de furto ꝛ falſo teſtimonio:ſunt em̄ hec de prohibitis q₃ mala ſunt. Alia vero ſunt de bonis q₃ precepta:vt preceptū de baptiſmo.baptiſmus em̄ niſi inſtitutus eſſet.nō eſſet de genere bonorū:ꝛ potuit inſtitui a deo ita q₃ cūq₃ aliud ſicut baptiſmus: ſed ex quo inſtitutus eſt.bonus eſt. Et ſimiliter ſunt precepta de malis q₃ prohibita: vt ſunt contraria ſacramētis.non baptiʒari ſ.em̄ ꝛ non cōmunicare ꝛ huiuſmodi.nō ſunt mala niſi q₃ prohibita ſunt a deo poſt tot temporū curricula. ſ.aduenienté chriſto:vt de ſe patet.Unde ſi precepta hec ſecundi ordinis non eſſent.ſicut ſtulte.inaniter ꝛ ſuperſtitioſe ageret ſiqs ad baptiſmum propter eternā ſalutē iret:ita ſiquis confiteretur ꝛ alia q₃ nunc ſunt ſacramenta ageret. Et ſi conditionalis reſtringat.q₃ ſacramento confeſſionis preſuppoſito nullus eſſet obligatus ſub precepto ad illud.tunc dicif q₃ inanis quoq₃ eſt iſta tentatio quid ſic faceret:nā cōſentiens in hoc q₃ non confiteref.in nullo peccaret:q₃ non confiteri nō eſt prohibitum q₃ malum.ſed malum q₃ prohibitum.ꝛ ideo ſublata prohibitione nō remaneret malitia non in nolle confiteri.Non ſoluꝫ ergo confeſſurus peccata ſua non tenef ad tentandū ſe tali propoſitiōe qd faceret ſi non eſſet preceptū cōfeſſionis:ſed debet alienus eſſe ab hac tentatiōe.ꝛ ſi fuerit ſibi ab alio illata.prudenter ſuperare illam:vt predictum eſt.

Ad obiectionem

autem in oppoſitū negatur ſequela:cum hoc em̄ q₃ ſecluſo precepto non confiterer.ſtat q₃ ex quo video deū hoc precipere. amo ꝛ preceptorē ꝛ preceptum ꝛ finē precepti.ꝛ amore moueor ad implēdum illud. Nec hoc eget probatione:q₃ ex ſe clare patet.ꝛ experientia teſtatur multa nos paterno precepto impoſita ex amore implere.que niſi precepta eſſent non faceremus:vtpote vel neſciētes patris voluntatem.que per preceptum innotuit:vel ſcientes paternam amicitiam non offendi ſi illud omitteremus: vt eſſet in propoſito ſi confeſſio eſſet non ſub precepto.ſed ſub conſilio. Falſum ergo ſignum ad diſcuſſionem amoris aſſumeretur ex hoc in ſimilibus.non operaretur quis ſine precepto.Sed ꝛ in his que ſunt ſm ſe bona vel mala.ꝛ ideo precepta vel prohibita.non eſt talis diſcuſſione ideo examinandum:quoniam ſufficit homini habere

cooperatum ad implendum diuina precepta ex amore dei: non secu rando si deus non precepisset & alia huiusmodi incitamenta ad ma lum. Plena est enim sacra scriptura quod est amandus, quod pre cepta sunt seruanda: & nunq̃ in ea legi preceptum, mandatum aut consultum, seruare precepta dei si deus non preciperet. Auguste die. viij. octobris. Anno domini. 1518.

¶ De confessione venialium & omnium mortalium. Q̃ō. ix.

Queritur Utrum sit presumptionis confiteri venialia & omnia mortalia. Et vide tur q̄ sic. Primo: quia impossibile est vt quis omnia mortalia cognoscat: ad impossibile autem nemo obli gatur. ¶ Secundo: quia in primitiua ecclesia solum manifesta mortalia cōfitebantur: vt patet prime ad cor. v. si quis in ter vos est fornicator, aut auarus, aut idolatra, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cū huiusmodi nec cibum sumere. Et illud ad gal. v. manifesta sunt opera carnis &c. ¶ Tertio: quia nulla sunt opera nostra etiam bona quin sint peccata damnabilia si deus in iudicium intret nobiscum: iuxta illud: non intres in iudicium cum seruo tuo domine, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Item omnis homo mēdax: ergo &c. ¶ Quarto: quia dum volumus omnia peccata confiteri, nihil misericordie dei relinque re volumus ignoscendū: q̄ non confidere in eo sed in confessione nostra cupimus, & securi esse volumus, nec eius timere iudicium.

Ad euidentiam horum, scito duo hic verti in du bium: & an omnia mortalia, & an ve nialia confiteri sit presumptionis. Et de primo quidem clare pate re potest, quod non presumptionis sed necessitatis ac virtutis est confiteri omnia sua peccata mortalia. Nam ex sedecim conditio nibus ad confessionem requisitis secundum communem doctorū sententiam, vna conditio necessaria est q̄ sit integra quo ad pecca ta mortalia: non esset autem integra si quedam mortalia essent cō fessa & quedam non. ¶ Est autem huius ratio: quia peccata morta lia quecūq̄ simul in vno homine sunt, sic se habent q̄ sunt conne xa ex parte auersionis a deo. ita q̄ vnum non potest remitti sine re liquis omnibus: iuxta illud augu. impium est a deo dimidiam spe rare veniam. Et propterea sicut in prima penitentie parte que est contritio, necessarium est vt omnia mortalia concludantur (opor tet enim hominem conteri de omnibus mortalibus & non de ali quo tantum) ita in secunda q̄ est confessio, oportet omnia contineri mortalia: sic enim integre homo submittit se ministro christi in con fessione, sicut submisit se integre deo per contritionem. ¶ Et ne ali cui liceat sentire contrarium, affero textum rotundum de pe. & re. omnis vtriusq̄ sexus. Ubi expresse p̄cipitur q̄ quilibet omnia sua peccata solus confiteatur proprio sacerdoti. Et quum ly omnia, nō distribuat pro venialibus (vt tota ecclesia attestatur) restat vt di stribuat pro mortalibus, que sunt materia necessaria confessionis: vt etiam ibi glosa dicit. Restringere autem ly omnia ad manife sta tantum, temeritatis est: quia sine ratione & sine autoritate & cō tra communem sententiam doctorum rationiq̄ consentanea, sit re strictio ista. Imo in cōcilio florē. sub eugenio. iiij. declarata est ista particula, omnia quorum memoriam habet.

¶ De secundo autem, scilicet confessione venialium, cogitari vix potest q̄ sit actus presumptionis: quum clare liqueat q̄ accusare se in cōfessione de venialibus, est actus & humilitatis & iustitie vin dicatiue in seipsum, seu penitentie. Et licet nō sit actus preceptus, est tamen consultus: consilium autem non datur de actibus pre sumptuosis, sed de actibus virtutum scilicet de bonis supereroga tionis. Testatur autem sic esse communis bonorum religiosorum consuetudo: nam communiter de venialibus confitentur & crebro. magne autē p̄sumptionis est arguere approbatos mores tot reli giosorum ac religiosarum. Laudabilis siquidē mos hic vltra vim satis factiuā acq̄sitiuā gratie ex virtute sacramenti, hꝫ vim cōseruatiuā hominis in gratia dei: nā q̄ minima negligunt, paulatim defluunt.

Ad primam autē obiectionē dicitur primo q̄ ecclesia nō p̄cipit q̄ quilibet cognoscat sed q̄ con fiteatur omnia sua peccata mortalia quorum memoriā habet: hoc enī constat non esse impossibile. Dicitur secūdo negando q̄ sit im possibile hominem oīa mortalia cognoscere: peccatū quippe mor tale quū sit voluntarium, non sm̄ primos motus sed secundū ra tionē deliberatam, nullā habet in se causam quare sit impossibile vt cognoscatur ab eo qui commisit illud. Si enim impossibile est vt oīa cognoscantur: aut hoc est quia sunt cognoscibilia superna turalis ordinis (vt de gratia & diuinis dicitur) & hoc nō: aut q̄ sunt adeo minime entitatis vt cognosci non possint, & hoc nō: tū q̄ aliq̄ nos cognoscere conceditur: tū q̄ non est questio de cognitione q̄d est, sed de cognitione an est: nā sufficit penitentem cognoscere q̄ ipse cōmisit talem actum puta rapinā, licet nesciat diffinitiue quid sit rapina: tum quia actus humani deliberati contra dei legem nō sunt tam minime entitatis. Aut hoc est quia sunt in quolibet infini ta peccata mortalia: & hoc esse falsū patet, ex eo q̄ a primo die quo q̄s habuit vsū liberi arbitrij vsq̄ ad quēcūq̄ diē sue cōfessionis, nō fuerūt exercitati a quocūq̄ infiniti actus deliberati: vt patet. Aut hoc est quia sunt infinita nō simpliciter sed illi qui commisit: & hoc etiam nō esse necessarium ex eo patet, q̄ multi sunt qui diariū ope rum suorū scribūt: ac per hoc finita sunt eis omnia deliberata ope ra sua contra legem dei. Non est ergo impossibile hominem cogno scere omnia sua peccata mortalia: vel sic q̄ sciat hec esse mortalia, vel in ambiguis q̄ sciat se commisisse tale de quo dubium est an sit mortale. Et scientia hec & sufficit & requiritur ad confitendum om nia mortalia quorum memoriam habet: & communis est omnibus penitentibus bene instructis. Obligat enim ecclesia ad confiten dū oīa peccata mortalia quorū memoriā quis habet, facta secun dum humanas vires collectione omnium suorum mortaliū, siue sint manifesta mortalia, siue sint ambigue mortalia: tenetur enim omnia confiteri certa pro certis, & ambigua p̄ ambiguis. Sic enī absq̄ nostra volūtaria glosa, sane patet planus sensus canonis o mnis vtriusq̄ sexus: sic testatur cōmunis mos penitentium atq̄ confessiones audientium: omnes enim ambigua pro ambiguis confitentur. Nec satisfacere credimus confessioni eum qui opina tur se consensisse in sacrilegiū licet nō sit certus, si nō confitetur de illo consensu vt opinato. ¶ Ad secundam autem obiectionē dici tur, q̄ ex neutro illorū textuum habetur q̄ in primitiua ecclesia so la manifeste mortalia confiterentur homines: nam tex. illi non lo quuntur de confessione: vt clare patet. ¶ Ad tertiam dicit, q̄ ope ra nostra bona possunt dupliciter considerari. Primo vt ex nobis sunt: & sic licet dicantur dānabilia, p̄ q̄nto indigna sunt deo & felici tate eterna: non tamen sunt damnabilia vt peccata mortalia: qm̄ in veritate etiam vt ex nobis sunt, non sunt peccata mortalia, sed indi gna diuina retributione. Et propterea dicitur: nō intres in iudiciū cum seruo tuo domine: quia non iustificabitur in conspectu tuo o mnis viuens, q̄ntum est ex se. Et ad hūc sensum multa similia inue nies scripta. ¶ Alio modo considerantur opera nostra vt sunt ex deo in nobis operante per suam gratiam, & destinante in vitā eter nam: & sic sunt merita ex condigno eterne felicitatis. Nec sunt dā nabilia, sed sunt remunerabilia etiam secundum diuinam iustitiā: vt patet ex verbis apostoli. Reposita est mihi corona iustitie, quā reddet mihi dominus in illa die iustus iudex: non solum autē mi hi, sed & his qui diligunt aduentum eius. Ubi vides secundum iu stitiam a deo iusto iudice reddendā coronam diligentibus ipsum deum. Non sunt igitur ignota nobis omnia nostra mortalia: quia opera nostra sunt dānabilia q̄ntū est ex nobis. Oportet enī inspice re ad opera nostra bona simpliciter, vt sunt in veritate qualificata, puta a charitate & gratia informata &c. non secundum quid (puta vt sunt ex nobis) quando iudicari debent si sunt peccata vel nō: q̄ uis ad beneficia diuine gratie, reuerētiam diuinam gratiarū actio nes, laudesq̄ diuinas exercendas cōsiderata, oīa nostra vt sunt ex nobis multum prosint: & nō solum in nobis, sed etiam in beatis cō sideratio hec creature vilitatem seu nullitatem efficiat. Propter ea etiam de spiritibus beatis canit ecclesia: tremunt potestates. ¶ In augusta vindelicorum. die. xxix. septembris. 1518.

¶ Utrum circūstantia diei festi sit necessario confitenda. Q̃ō. x.

Queritur Utrum circūstātia diei festi sit ne cessario confitenda. ¶ Et videtur q̄ sic. Quia circūstātia repugnās spāli p̄cepto, est spe cialiter explicanda sm̄ omnes, sed tp̄s festiuum repu gnat precepto de obseruatione festi: ergo. Minor pro batur. tum autoritate ambro super illud luce. xi. archisynagogus indignans q̄ sabbatho curasset. lex enim inquit in sabbatho nō ho minem curare, sed seruilia opera facere .i. peccatis grauari prohi bet. Tum autoritate san. tho. in secunda secunde. q. cxxij. ar. iiij. ad tertium magis inquit facit cōtra hoc preceptum qui peccat in die festo, q̄ qui aliquod corporale, opus licitum facit: afferens ad hoc autoritatem aug. in lib. de decem chordis.

In oppositum Est multorum modernorū opinio, te nens circūstantiam temporis festiui non esse necessario cōfitendam, nisi in cōtēptū festi peccatū fuerit.

Rn̄deo. In hac questione due sunt opiniones. Una est te nentium partē affirmatiuā: & hi mouentur ex rōne quam tangit san. tho. s. q̄ quū in festo p̄hibeat oē opus seruile, et peccatū mortale sit magis opus seruile q̄ op̄ corpale (puta ara-

re) magisq; contrarietur peccatum mortale sanctificationi ad quã ordinatur festum, q̃ opus corporale (vtpote per se ꝛ directe excludens illam) consequens est, ꝙ vtriusq; prohibitio sub precepto cõprehendatur. Aliorum vero opinio oppositum sentit: ꝛ hi mouentur ex eo, quod ex solo sensu literali secundum diony. ꝛ aug. potest trahi efficax argumentum. Opera autem seruilia prohibita in festo ad literam sunt opera corporalia, quibus serui distinguuntur a liberis: ꝛ non peccata nisi mystice: vt san. tho. expresse dicit in tertio sen. di. xxxvij. ar. v. q. ij. ad secundum.

¶ Et quoniam hec opinio rationabilior est, ideo ad eius euidentiã sciendũ est, ꝙ quum obseruatio festi, ad literã partim sit moralis ꝛ partim cerimonialis, oportet aut ex morali aut ecclesiastico precepto innasci quicq̃d obligationis in ea est. Ex morali quidẽ precepto ꝙ obligatio talis nõ pueniat, patet propterea q: nulla certa tẽporis pars est quã cultui diuino exteriori naturalis ratio dedicãdã censeat: q̃uis enĩ morale sit in hoc precepto, ꝙ aliqđ tps dei cultui exteriori deputetur, non tñ ꝙ hoc vel illud tps. Unde quũ singule partes temporis possint ab hac dedicatione absolui, q̃ñcũq; peccatũ cõmittatur, nisi q̃ tps aliqđ diuino dicatũ cultui polluitur aut impeditur a debito cultu: põt siquidem alio tpe debitus cultus exolui. Et eadẽ ratio est de opere corporali: solũ, enĩ peccatũ omissionis debiti cultus, ex pcepto morali accideret. ¶ Ex ecclesiastico autẽ mandato nõ prohiberi specialiter peccata in die festo, ex eo habet ꝙ ecclesia nõ plus phibet q̃ id qđ ex literali cerimonia antique legis in sabbato prohibebatur: imo minus: vt san. th. placet.

¶ Ex pcepto aũt hoc ad literam cerimoniale triplex erat. s. certũ tẽpus, puta dies. vij. ꝛ certus cultus. s. memoria creationis mundi in ipsa quiete (quasi quies ipsa esset pfessio q̃dam diuine quietis a creando) ꝛ determinatio operũ a quibus cessandũ esset. s. ab operibus seruilibus. ¶ Ex nullo aũt horũ peccatum specialiter phiberi conuincitur: sed oppositũ potius ratione suaderi põt. Tum quia (vt allegatũ fuit) ad literam opera seruilia tñ sunt, opera, ad que seruos deputatos habemus. Tum q: ex hoc ꝙ aliqđ certũ tẽpus dedicatur cultui dei exteriori, nihil aliud sequitur phiberi nisi id quod repugnat tali cultui illo tẽpore exhibendo: ꝛ hoc aut ratione cultus aut ratione tẽporis. Sꝫ nec macula nec actus peccati mortalis repugnat aliquo modo cultui exteriori exhibendo in die festo non ergo cadit sub hoc speciali precepto. Quod enim macula ei nõ contrarietur patet: alioquin quilibet in peccato mortali existẽs, transgrederet preceptum hoc singulis diebus festiuis: qđ superstitiosa adinuẽtione nõ est inducẽdũ, cũ his q̃ credũt cõtritionẽ esse in pcepto in die festo. Tum quia finis precepti non cadit sub precepto. Tum quia preceptum de interiori cultu dei (quo fide. spe et charitate colitur) sub hoc precepto nõ cadit. sub quo cultus exterior includitur ꝛ determinatur: sed ecclesia videtur interioris cultus tempus determinasse. quando tempus sacramenti penitentie ꝛ eucharistie decreuit. Tũ quia nec doctorꝫ sanctorũ nec ecclesiastica doctrina aut consuetudo hoc habet: qđ tamen si esset pceptũ: de iure esset positiuo: vt ex dictis patet. ¶ Quod vero actus mortalis etiam non repugnet tali cultui, probatur ex eo ꝙ si cultui dei exteriori certo tpe statuto repugnaret peccatũ mortale illo tpe cõmissum, hoc nõ esset q̃ñq; sic ꝛ q̃ñq; nõ, sed vniuersaliter, sed aperte videmus, ꝙ sub pcepto quo deus quotidie colẽdus a clericis horis canonicis statuit, nõ comprehendit prohibitio ab actu peccati mortalis quocũq; tpe, ergo nec in proposito. Uterq; siquidẽ cultus exterior est, ꝛ eundẽ habet finẽ, ꝛ habẽs aliq̃d morale ꝛ aliquid cerimoniale. s. certũ tps, ꝛ certuꝫ cultus modum, nec minus facer est secundus primo, aut minus sub precepto cadens. ¶ Nec obstat si dicat nõ esse aliquam certã horam diei sub precepto taxatã ad horas canonicas, sicut tot⁹ dies fest⁹ deputat⁹ est cultui diuino. Hoc enĩ nihil adimit efficacie processui facto: cuius vis nõ consistit in determinatione tpis actu tã precepta, sed possibili vel supposita ac si esset. Si enĩ eccl'ia certas horas sub precepto deputaret horis canonicis exoluẽdis. non ppterea abstinere ab actu peccati mortalis sub tali precepto comprehenderet, sed satisfieret tpibus debitis horas exoluẽdo: sicut modo satisfit intra diẽ deputatum dicẽdo, q̃tñcunq; alias peccet. Unde quum ecclesia cerimoniale legis preceptuꝫ mutando impleuerit, pro die. 7. dñicum diem, ꝛ pro cultu missam, ꝛ quietẽ in memoriã resurrectionis dñice determinãdo, ꝛ ab operibus seruilibus non sic arcte cõsueuerit abstinere, cõsequens est, ꝙ nõ iudicat speciali precepto quietẽ a peccato in die festo, sed opere corporaliter seruili. ¶ Et cõfirmatur, q: quum eccl'ia non iudicet de actibus interioribus (in q̃bus solis plerĩq; cõmittit pctm̃ mortale) sat est sub eius prohibitione comprehendi illorũ impedimentorũ amotionẽ, q̃ ecclesiastici fori sunt: q̃lia vniuersaliter nõ sunt nisi opa seruilia corporaliter. ¶ Ex q̃uis magis repugnet sanctificationi que est finis huius pcepti, peccatum mortale q̃ opus corporale licitum ẽm se: q: tamen sanctitas ipsa interior, que finis est, sub precepto hoc non cadit, consequens est ꝙ nec exclusio ipsius que per peccatum mortale fit, sub hoc precepto comprehendatur: si enim affirmatio non precipitur, ex ipsa non conuincitur ꝙ eius opposita negatio prohibeatur, q̃uis prohiberi possit.

Ad ea Uero q̃ in oppositũ obijciunt, respondet. ¶ Et ad autoritatẽ amb. dicit cum. s. th. ꝙ sensum mysticũ ꝛ non literalẽ tangit. ¶ Ad autoritatẽ ipsius sancti tho. dicit dupliciter. Primo ꝙ loquit de pcepto quo ad suũ finem, qui sub pcepto non cadit, ꝛ nõ de ipso pcepto absolute: inãtũ enim dicit repugnare huic precepto peccatũ mortale inquantũ excludit sanctitatẽ ꝛ applicationem ad diuina, que est finis precepti. ¶ Secundo ꝙ loquitur de precepto hoc indistincte. s. ꝛ literaliter ꝛ spiritualiter intellecto, vnde eodẽ contextu de operibus seruilibus corporaliter ꝛ spiritualiter, doctrinã tradit. Et tñ constat ibidem in responsione ad primum, cessationem a peccato sub sensu spirituali huius precepti claudi: ꝛ sic non numerari inter precepta decalogi, sed tñ ẽm sensum literalem q̃tum ad id qđ continet de iure nature. Ex hoc autem ꝙ aliquid repugnat precepto huic mystice, non potest trahi efficax argumentum: sed rationabilis exhortatio, vt ꝛ a peccando in festis abstineat (ne de nobis dicatur, populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est a me) ꝛ commissa confiteantur in fine confessionis perpetrata pro magna vel tanta parte in diebus festis, quatenus reprehensi tempora sacra reuereantur. Mediolani, die. xxiij. aprilis. m. cccce.

¶ De fide ad fructuosam absolõnem sacr'alem necessaria. Q̃o. xj.

Queritur Utrum ad fructuosam absolutionem in sacramento penitentie exigatur fides, qua penitens credat certissime se esse absolutum a deo. Uidetur ꝙ sic. Primo: q: oportet fidẽ habere in verbum christi, quodcũq; solueritis super terram. ¶ Scđo: quia si per impossibile confessus non sit cõtrit⁹: aut sacerdos non serio sed ioco absoluat, si tamen credat se esse absolutum, verissime est, absolutus: tanta res, est fides in verbum christi. ¶ Probatur assumptũ ex ecclesiastica historia: quia beatus Athanasius ludens cum pueris baptizauit eos, sicut viderat fieri a sacerdotibus: ꝛ baptizatos eos iudicauit beatus Alexander episcopus. Item quidam mimus, vt placeret imperatori, ludicro baptismo est baptizatus. ¶ Tertio: quia non sacramẽtum sed fides sacramẽti iustificat: ẽm illud aug. Sacramentũ abluit, nõ q: fit, sed quia credit. ¶ Quarto: quia plus est a cõfitẽte requirendũ an credat sese absolui q̃ an sit vere contrit⁹: quia contritio nunq̃ est vera satis: ꝙ si esset vera, non tamẽ certa, et si certa, non tamen satis: fides autem ꝛ verbũ christi sunt certissima dignissima ꝛ sufficientissima. ¶ Quinto: quia non solum attritus absq; obice actualis peccati vel propositi, sed etiam cõtritus accedens ad sacramentum, a gratia cõsequẽda est alienus nisi crediderit in absolutionẽ: quia sacramẽta essent in mortẽ ꝛ dãnationẽ etiã cõtrito. ¶ Sexto: quia ad sacrm̃ pnie accedit homo petens a deo remissionem peccatorum: scriptũ est aũt: quicq̃d orãtes petitis, credite q: accipietis: ꝛ fiet vobis. Et iacobus dicit: postulet autem in fide, nihil hesitans: ergo. ¶ In oppositum est communis ecclesie sensus.

Ad euidentiam Horum sciendũ est nouitatẽ superexortam esse, ꝙ huiusmodi fides adeo exigatur vt plus q̃ contritio requirenda sit, ꝛ damnandi sint omnes qui nolunt confidere sese absolutos donec certi sint se satis contritos. Fundatur autem phantasia ista, primo super cõmunissimis scripture autoritatib⁹ de fide ac spe in verbo dei: puta: memor esto verbi tui, in quo spẽ dedisti: ꝛ similia infinita. Secũdo super cõmunib⁹ de efficacia sacramentorũ: scilicet ꝙ fides est que in sacr'is operat. Tertio sup spãlis christi verbi ad ppositum pertinẽtis efficacia certissima: quodcunq; solueris super terrã ꝛc. Ex huiusmodi siquidẽ efficacie certificatiõe deducit oportere cõfitentẽ credere se absolutũ si sacerdos absoluat, siue erret, siue nõ erret: sicut etiam certus est se esse baptizatum, etiam si sacerdos erraret ipsum baptizando. Adiungunt ꝙ dicendo quodcunq; solueris. dedit potestatem: dicendo erit solutum, excitauit fidem de effectu. ¶ Nouam autem hanc inuentionem alienam esse ab ecclesiastica doctrina, facile patet distinguendo de duplici fide quam habere possumus: scilicet vel acquisita vel infusa. Nam si sermo est de fide infusa (que est vna de theologicalibus virtutib⁹, cui⁹ plena est sacra scriptura, sine qua impossibile est placere deo,

et per fidē sancti vicerūt regna, operati sunt iustitiā) cōstat q̄ illa est ne cessaria ad sacramentū pnie: cū ei⁹ nō nisi christifideles baptizati capaces sunt. Et ḡ huiusmodi fides licet ad sacramēta se extēdat (vt patz in symbolo) non tñ extēdit se ad hec singularia: puta q̄ hoc sit sacramentū, ⁊ q̄ in hoc sit effect⁹ sacri: verbi gratia: tenemur credere vnū baptisma in remissionē peccatorū: sed nō teneor credere, q̄ dū iste sacerdos abluit ioseph adultū iudeū, dicēs ego te baptizo in nomine patris ⁊ filij ⁊ spūs scī. sit ioseph vere ꝯsequutus gratiā dei ⁊ characterē: q̄r ex intētione baptizātis vel baptizati pōt occulte fuisse simulatio talis q̄ nō intēderit ille facere qđ facit ecclesia, aut ioseph non intēderit suscipere baptisma: vt tpibus nostris de facto cōtigisse sibi quidam iudeus corā me cōfessus est: ⁊ hec quo ad characterem. Quo ad gratiā vero, quia potest esse q̄ ioseph cū proposito deliberato fornicationem cōmittendi baptisma susceperit, ac p hoc gratie dei obicem posuerit. Similiter posset dari exēplum de eucharistia: q̄uis eñ teneamur ex fide credere in hostia rite consecrata esse verū corpus christi: nō tamē ad fidem infusam spectat credere an ista hostia sit rite ꝯsecrata: tum ꝓpter intentionem ministri: tum etiā ꝓpter incertitudinē materie, ⁊ similes pticulares defect⁹ humanos. Ratio aūt vniuersalis q̄re sub fide infusa nō cadūt huiusmodi particularia, ē: q̄r fidei infuse, (vtpote diuine veritati innixe) nō pōt subesse: falsum est eñ nō minus circa verū q̄ quecunq̄ sciētia acq̄sita, que nō nisi verorū est. Esset aūt quādoq̄ circa falsum, si extenderet se ad hec pticularia, vt patz ex infinitis similibus q̄ possunt afferri in mediū. Nō spectat igitur ad fidem infusam credere absolōnis effectū in hoc pticulari, puta in me ipso, sed ad fidē ipsam infusam pertinet credere absolōnē ab ecclesiastico ministro rite factā efficacem esse, ⁊ in suscipiente digne gratiam operari. Hac siquidē fide nullus pōt errare: sed credendo effectum in me vel in illo determinate, possum errare: quia potest adesse impedimentū aliquod ex parte mei seu illius. Sicut in alijs sacramentis credimus ⁊ verbo dei ⁊ sacris: ⁊ specialiter efficaciam certissimā illi⁹ verbi: quodcūq̄ solueris sup terrā, in subiecto disposito: sed nō habemus infusam fidē q̄ in me effectū sortiatur, q̄ ego sim subiectū dispositū: q̄r pōt in me inueniri impedimentū ignotū. Ex quo autē nō dz subesse falsum fidei (que nō nisi verorū certissimorū est) excitatur imo certificatur fides infusa p illud verbum, erit solutum in celis, de effectu absolutionis in subiecto disposito, ⁊ non in me qui forte nō sum dispositus: ⁊ sic fides esset falsi. Erronea igitur inueniť opinio dicta de fide infusa intellecta: q̄r sequitur q̄ infuse fidei posset subesse falsum. ¶ Si autē dicta opinio intelligať de fide acquisita, erronea quoq̄ inueniť: nā licet acquisita fides circa huiusmodi pticularia v̄setur (tali nāq̄ fide credimus hāc hostiam rite cōsecratā esse, ⁊ hunc rite baptizatum ⁊ similia) sed hec fides nō est illa qua in verbo christi cōfidimus, que in sacramētis operatur, qua credimus efficax esse christi verbum, quodcūq̄ solueris super terram: ⁊ reliqua que fidei sunt christiane. Et ꝓpterea ex illis authoritatibus, que de fide infusa loquuntur, non potest acq̄sita fides cōcludi: nec potest fides ista de obiecto: (scilicet me esse absolutū etiā per absolutionem in effectu corā deo) esse certa infallibiliter: quia quilibet est dubi⁹ in hac vita fm cōmunem legē ⁊ nescit an sit in gr̄a dei. Nec aliquis est q̄ cert⁹ sit se esse sufficienter dispositū p gr̄am dei que p absolutionē ꝯcediť: iuxta illud iob. x. ⁊ si simplex fuero, hoc ipm ignorabit anima mea. ¶ Amplius fides ista pōt esse in scismatico vel heretico alias bene confitente: esset igitur iste vere absolut⁹ si errans sacerdos ipsum absolueret: ⁊ cōsequenter iste simul esset in gratia dei (quia vere absolut⁹ corā deo) ⁊ in peccato mortali, q̄r heretic⁹ vel scismaticus: quod est impossibile. ¶ Amplius. Si fides ista est q̄ quātū credis tantū habes, quū fides ista sit op⁹ humanū (q̄r est acquisita) cōsequens est vt in ope sue fidei cōfidētia penitentie cōsistat: quod est alienū a christiana veritate. ¶ Amplius. Quū nec ex sacra scriptura, sacris canonibus, ecclesie traditione, sacrisq̄ doctorib⁹, dispositionis istius necessitas in sacramento pnie habeať ⁊ rōni aduersetur, non videtur presumptione aut ignorantia ista excusari.

Ad obiectiones

Infinitas de fide vt respōdeas, habeto pre oculis hāc distinctionem: scilicet vel ex parte sacrorum vel ex parte suscipientis. Et dicito, q̄ fides certissima est ⁊ esse debet etiam de effectu sacramenti particulari in me quantum est ex parte sacramenti: sed ex parte mei suscipiētis licitum est dubitare de illius effectu in me. Et hoc est quod ecclesia docet, dum in orationibus post communionem petit sacerdos q̄ susceptum sacramentum non sit ad reat⁹ penā, nec ad iudicium ⁊c. Consequenter etiam docet omnem q̄tumcūq̄ credentem post cōfessionē ⁊ absolutionē dicere: domine nō sum dignus ⁊c. ⁊ non aduertere ad distinctionem hanc, est vt puto causa dicte nouitatis.

Ad primam

Ergo obiectionē dicitur, q̄ in v̄bo dei et christi sufficiēs fides habeť: quum q̄s credit oēs articulos fidei. Nec fides infusa q̄ credimus in deū ⁊c. est de effectu horū verborū in me: vt dictū est. ¶ Ad secundā dicitur, q̄ peccat argumentū fm nō causam vt causam quo ad sacramentū baptismi. Nā non ideo illi fuerūt v̄e baptizati q̄r credebāt se baptizatos, imo credebāt forte nihil recipe gr̄e: sed ideo baptismus iocose factus est v̄e baptism⁹, q̄r intentio iocosa nō ad baptismum sed ad exercitium baptismi refertur. Simile est eñ delectandi causa baptizare ⁊ baptizari, sicut si auaritie cā quis baptizaret aut baptizareť: vtrobiq̄ eñ est verū baptisma: q̄r delectatio ⁊ auaritia nō baptismi sed q̄ iste exerceat vel suscipiat baptismum causa est. Secus autem esset si intentio iocandi ad baptismum referretur. sic q̄ nō baptizare sed similitudinem baptismi exercere aut suscipere intenderet ioci aut auaritie gratia: tunc enim nullum esset baptisma. ¶ Quod autem assumitur q̄ non contritus si absoluitur credēs se absolui est vere absolut⁹: nisi sit ita attrit⁹ q̄ saltē virtute clauiū de attrito fm quosdā fiat cōtritus: impossibile est. Nam ex eo q̄ poniť incontritus ⁊ virtute clauiū nō factus de attrito contritus, oportet q̄ aut sua fide acquisita sit iustificatus, qđ est erroneū: aut q̄ simul sit incontritus ⁊ absolut⁹ apud deum, qđ est impossibile. ¶ Ad tertiam dicitur, q̄ sacramentū abluit nō q̄ fit, hoc est nō fm substantiam facti: sed quia crediť, hoc est fm virtutem creditam in eo, ⁊ non quia creditur a suscipiente, effect⁹ su⁹ in eo certissime ab hoc. Et nota q̄ non dixit, quia credit minister aut suscipiens, sed impersonaliter quia crediť, hoc est propter rem creditam: nam nisi intendat quis facere quod facit ecclesia, nō baptizaret. In hoc autem quod est imitari in illo actu ecclesiam, includitur res credita: q̄uis nec a suscipiente nec a baptizante: vt patet si infidelis baptizaret infantem aut adultum, dicentem valeat q̄tum valere potest. ¶ Ad quartā dicitur, q̄ assumptum nō solum falsum, sed ⁊ p̄sumptuosum est valde ꝯtra vniuersalis ecclesie ritū: ꝯtrito enim est summe necessaria. Ista autē fides acq̄sita de effectu sacramēti in seipsa est impossibilis: q̄r semper est ⁊ debet esse ambigua: nec est requirenda a cōfitente: qui nisi crederet se absolutum, absolutioni se nō submitteret. Nec obstat q̄ contritio sit incerta: iussit enim deus ipse, vt cum nostra hac incertitudine accedamus ad sacramenta. Quod aūt dicit, q̄ nunq̄ est vera fatis, falsum est: vt patet in multis cum vera ⁊ sufficiēti cōtritione cōfitentibus, q̄uis incerta eis. Et quum subditur, q̄ fides christi est verissima et certissima ⁊ sufficientissima: respōdetur q̄ talis est de rebus subiectis fidei infuse: sed nō de impertinentibus ad ipsam: vt sunt ex parte nostri singulares singulorum effectus sacramentorum. De his enim nec certa nec incerta est fides infusa: quia nō est eorum: est enim fides infusa de gratia per sacramēta certissime cōferenda suscipientibus digne illa: vt in concilio Floren. sub Eugenio. iiij. determinatum est: ⁊ ex apostolo assumptum est, dicente: qui manducat ⁊ bibit indigne, iudicium sibi mādūcat ⁊ bibit. Ubi etiam apostolus, fm quid reputare se homo debeat dignum vel indignum premittit dicens: probet autem seipsum homo: ⁊ sic de pane illo edat. Ubi ex subiunctis q̄ si nosmetipsos iudicaremus non vtiq̄ a domino iudicaremur, patet q̄ probare seipsum est seipsum iudicare: contra se vindictam exercere: quod vocatur cōtritio communi vsu ecclesie ⁊ doctorum. Et propterea falsum ac temerarium esse cōstat q̄ plus est a penitēte requirēdum si habeat credulitatem de effectu in se futuro sacramenti q̄ de illius contritione: probare enim seipsum (quod est conteri) iussit apostolus, iubet ecclesia, exigunt omnes cōmuniter confessores. Credere autē se penitentē omnino effectum habiturum, nouitatū exigit dogma. ¶ Ad quintam dicitur, q̄ duorū que ibi tanguntur, primum q̄ attritus nō ponēs obicem nō cōsequiť gratiam absolutiōis nisi credat (vt iam patet ex dictis) voluntarie dicitur, apponēdo nouellū et impertinēs accidēs ꝓ dispositione necessaria ad gr̄am dei per absolutionem sacramētalem. Secūdum aūt q̄ contritio in damnationem sunt sacramēta nisi credat se absolui, nō est respōsione sed correctione dignū: q̄m sacramentū pnie ab ecclesia sufficiēter traditum per cōfessionē, cōtritionē ⁊ satisfactionē, dānabile cōstituiť sine quarto. s. certa fide effect⁹ in suscipiente. Hoc eñ est nouā ecclesiam cōstruere. ¶ Ad sextam de oratione dr̄ primo, q̄ rō digrediť ad accidentia q̄ sunt extra essentiā sacramēti: orō eñ ꝯstat q̄ a sacris distinguiť: imo poniť sub satisfactiōe, q̄ est tertia pars sacri pnie. Uerūtñ de oratiōe ipsa etiā dicēdū est, q̄ fides de effectu orationis dupl̄r hᵬ̄i pōt. Primo ex pte ipsi⁹ diuine mie, gr̄e, potētie, pro=

uidētie. p̄re misstienis ⁊c. ⁊ sic fides debet esse in oratione absq; hesitatione aliqua. Alio modo ex parte eius q̄ orat vel pro quo orat: ⁊ sic nisi p̄e q̄sq; dubitaret de effectu petito. plerūq; fides inueni retur falsa: vt patet in paulo orante. q̄ absq; hesitatione credendo q̄ acciperet id q̄d peteret, iuxta dñi doctrinam, rogauit ter vt stimulus carnis a se discederet. ⁊ nō est cōsequutus effectū petitum: vt patet. 2. ad cor. 12. Hinc eñ patet q̄ fides q̄ accipiamus q̄cq̄d petimus. non refert ad rem petitā accipiendā simpliciter ⁊ absolute: s; q̄tū est ex parte diuine misericordie ⁊c. alioq̄n esset q̄sq; falsa. et pauli fides fuisset falsa: potest eñ aliūde ex aliqua ex parte nostri ratiōe fieri vt illud nō accipiamus. Unde saluator de hac fide docēs p̄mittit: habēte fidē dei, ⁊ subdit, amē dico vobis ⁊c. ostendens p̄ hoc q̄ firmitas nostre fidei de effectibus particularibus debet esse de illis quātum est ex parte dei, ⁊ nō ex parte nostri. In augusta vindelicorum. 26. septembris. 1518.

¶ De effectu absolutionis sacramentalis. Questio. xij.

Queritur Utrum sacramentalis absolutiōis effectus sit remissio culpe. Et videt̄ q̄ non. Primo: q̄ solius dei est remittere culpam: vt omnis scriptura ⁊ ecclesia fatetur. ¶ Secundo: quia culpa est remissa a deo proponēti confiteri anteq̄ penitens a sacerdote absoluatur: iuxta illud, dixi cōfitebor aduersū me iniustitiam meam, ⁊ tu remisisti impietatem peccati mei.

¶ In oppositum est, q̄ sacramenta noue legis conferunt gratiā: s̄m communem ecclesie doctrinam.

Ad euidentiam Huius questionis, scito antiquā esse hanc questionē, ⁊ in. 18. di. 4. sen. tractari Ubi q̄ obscure satis sunt autoritates antiquorum doctorum applicate ad hoc, magister sen. concludit sacerdotē euangelicum absoluere, hoc est declarare absolutum a deo, ⁊ ad ecclesie communionē admittere. Nouitia aūt quedā opinio addit sup hoc effectu pacem animi: q̄m ante absolutionē inquieta est anima de remissione suorū peccatorū, recepta aūt absolutione cum fide q̄ vere absoluat̄, fit secura aīa de remissionē peccatorū percepta, ⁊ in pace quiescit. tāq; sit fides de gratia presenti ministerio sacerdotis. q̄ peccatū maneret nisi remissum crederet: non eñ sufficit remissio peccati ⁊ gratie donatio. sed oportet etiā credere esse remissum. ¶ Uerum si dñi verba diligentius p̄specta fuerint quum potestatē sacramentalē dedit, aliter sentiendum est. nō enim dixit, quorum declaraueritis remissa peccata, sed dixit quorum remiseritis peccata: ⁊ similiter dixit q̄dcunq; solueritis. Neq; dixit remittūtur eis aut solutum erit quoad ecclesiam: sed solutū erit in celis, ⁊ remittuntur eis, simpliciter et absolute. Ideo si verba dñi sunt vera in sensu proprio, conuincunt ecclesie ministros habere potestatem remittendi peccata autoritate christi: par enim ratio est q̄ verba hec dñi ad sacramentū penitētie spectantia in proprio sensu verificent̄, ⁊ q̄ verba eiusdē ad sacramentū eucharistie p̄tinentia (s. hoc est corpus meū) in proprio sensu verificent̄. Nulla eñ est ratio quare ista in proprio sensu vera esse fateamur, ⁊ illa a p̄prio sensu aliena faciamus: presertim quum maius miraculū sit q̄ de pane fiat corpus christi ministerio sacerdotis. Unde si verba eucharistie a sacerdote prolata vt vera sint compulerūt vt fateamur hoc idest contentum sub hac specie est corpus meum. s. christi: nō minus compellimur ad verificandum hec dñi verba (quorum remiseritis peccata remittuntur eis, ⁊ quodcunq; solueritis super terram. erit solutum ⁊ in celis) in sensu proprio, credere q̄ sacerdotis ministerio remittuntur peccata, absoluuntur peccatores a culpis suis. Nec enim minus operatorius esse debet sermo christi per os sacerdotis dicentis absoluo te a peccatis, q̄ eiusdē christi sermo per os sacerdotis dicentis hoc est corpus meum. vterq; igit̄ operatorius est eius q̄d significat, seruatis seruandis. s. concurrente ex parte ministri autoritate (non enim quilibet homo, sed sacerdos ordinariam vel delegatam autoritatē habēs est minister sacramētalis absolutionis) ⁊ ex parte penitētis debita dispositione, vt. s. sit absolutione dignus. Alioq̄n extremus rediret error a hiero. dānatus: vt pro n̄ro arbitrio dānare innoxios ⁊ absoluere noxios possemus, sicut etiam in sacramēto altaris nō q̄cunq; materiā sed panis triticei tantū. cōsecrari per illa verba, nō diaconi sed sacerdotis ministerio prolata cōcessum credim̄. In cuius signū domin̄ quum daret potestatē remittendi retinendiq; peccata, premisit accipite spiritū: scilicet subiungendo quorū remiseritis peccata ⁊c. tanq̄ diceret spiritu: scilicet dirigēte quorū remiseritis peccata remittūtur eis, ⁊ non spū vestro instigante. Mouet ⁊ dirigit proculdubio spūs instanter ad absoluēdum vel ligandum, quum seruatis vndiq; seruādis minister christi absoluit vel ligat. ¶ Credendū est igitur ⁊ cōfitendum, q̄ effectus sacramētalis absolutionis rite facte: scilicet a debito ministro. debita forma. supra dispositam materiam. s. peccatorē cōfitentē dignum absolutione est peccatorum remissio: quam autoritatiue quidē solus deus facit: ministerialiter autem minister ipse christi sacramēto mediāte efficit. Sic eñ ad literam implet̄ illud, quorum remiseritis peccata remittunt̄ eis: nō q̄ prius ecclesia remittat q̄ deus: tanq̄ deus ecclesie iudiciū sequatur. Nō enim dixit quorum remiseritis peccata remittent̄ eis, in futuro: sed remittūtur in presenti: ad denotandum q̄ ipsa per ministrum remissio est vna atq; eadē cū remissione quā facit deus. Illam quippe vnā ⁊ eandē remissionem peccati quā sacerdos ministerialiter facit, efficit ⁊ deus autoritatiue: sicut eandem cōuersionem panis in corpus christi quā sermo christi per os sacerdotis operatur, efficit deus autoritatiue. Et licet olim dubia fuerit hec questio, hodie tamen determinata est in cōcilio florent. sub Eugenio iiij. Ubi dicitur: effectus huius sacramenti est absolutio a peccatis. Absolutio inquit. nō declaratio, nō pax. Et rursus effectus sacramenti huius dixit, non effectus solius dei. Et hinc patet, q̄ sacerdos absoluendo seruatis seruandis, ⁊ in veritate absoluit a peccatis, ⁊ per viā sequele declarat penitentem absolutum, ⁊ certificat (humana tamē coniectura) peccatorē de peccatorū remissione. Remanet enim semper s̄m cōmunem legē peccator ambiguus de cōsequuta apud deū remissione: quia semp restat ambiguū nobis an ex vel cū infusa charitate sacramentū susceperit penitentie. ¶ Quocirca nouitia opinio relata, nō opinio sed error est: p̄ q̄to efficaciam adimit sacramento penitētie sine credulitate effectus in seipso, ⁊ nulli cōferri veniam remittente sacerdote dicit, nisi credat sibi remitti: ⁊ quod intolerabilius est nec intelligibile, manere: scilicet peccatum etiā remissione facta ⁊ gratia donata nisi credat penitens peccatū remissum. Indigna nempe sunt hec non solum eruditorum sed quorumlibet christianorū auribus. Et quo ad illorum impugnationem seruandū est illud philosophi: quolibet proferente contraria solicitum esse stultū est. Cōstat enim baptismum remittere peccata absq; tali suscipientis credulitate: vt patet in infantibus. Constat omnes fere timorate domini refertos semper dubios de diuina in se gratia ⁊ penitentie et eucharistie sacramenta suscipere, et sic ambiguos perseuerare. Imo et hoc sacri doctores laudant: et eius oppositum presumptioni communiter ascribitur aut ignorantie.

Ad primam Ergo obiectionem, dī q̄ diuersus remittēdi modus omnes huiusmōi autoritates manifestat. Solus eñ deus peccata remitit ⁊ autoritatiue: cū quo stat q̄ minister euangelicus autoritate a deo concessa peccata remittat ministerialiter, mediāte christi sacramento ad hoc ab ipso christo instituto. ¶ Ad secūdā dicit̄, q̄ sacramentalis absolutio dī operari remissionē peccatorū dupliciter: vel in voto vel in exequutiōe. Nā q̄ ante cōfessionē remissionē cōsequit̄, ex sacramētali absolutione in voto cōseq̄tur: iuxta illud: dixi confitebor, ⁊ tu remisisti: p̄culdubio mediāte cōfessione, ad quā tēdēs dixi cōfitebor: alioquin non oportuisset dicere dixi confitebor: sed sat fuisset dicere, dixi aduersum me iniustitiā meā dño. Et si quidē ante absolutionē cōsequit̄ penitens remissionē peccatorū, per sequētē absolutionem augetur gratia remissiua peccatorū: si vero nō prius cōsequutus est veniā, cōsequitur per absolutionē, si tñ (vt dictū est) dignus absolutione tūc est. ¶ Nec hec ex proprio arbitrio dicimus: sed ab vniuersa ecclesia accipimus, confitente vnū baptisma in remissionē peccatorum: per oīa similiter intelligendo vt diximus scilicet q̄ baptisma in exequutione remittit peccata in illo in quo inuenit peccata non remissa ex baptismo in voto, ⁊ digne ad baptismum accedit: in quo autem remissa ex seipso in voto inuenit. gratiam auget. Hec enim varietas non ex defectu sacramentorum, sed ex varia dispositione participātiū sacramēta p̄uenit. Auguste die primo octobris. 1518.

¶ De effectu excommunicationis. Questio. xiij.

Utrū Excōicatio priuet a participatione interiori fideliū. Et videtur q̄ nō. Primo: quia excōmunicatio nō tollit plus q̄ ecclesiastica autoritas iurisdictionis pōt cōferre: est eñ excōicatio actus potestatis, nō ordinis: sed iurisdictionis: quam non dedit christus maiorem in auferēdo q̄ in cōcedēdo, quū ipse sit magis pronus ad inferendum bona q̄ mala. Sed ecclesiastica huiusmodi potestas nō pōt dare fidē spem ⁊ charitatē, per q̄s q̄libet fidelis participat interius aliorū fideliū bona: ergo nō p̄t tollere huiusmodi participationē interiorē. ¶ Secūdo: q̄ excōicatio cōiter se habet ad iustā ⁊ iniustā: est eñ veraq; efficax ad ligandū: q̄ vt greg. dicit, ⁊ habet̄. xj. q. iij. sententia pastoris siue iusta siue iniusta

est timenda: sed excõmunicatio iniusta nõ priuat excõmunicatũ cõmunione interiori. sed solum exteriori: ergo excõmunicatio simpliciter nõ priuat nisi externa cõmunione fideliũ. ¶ Et ɔfirmatur: quia in sacra scriptura nũq̃ inuenitur excõmunicatio nisi ꝓ priuatione ab externis actibus, seu cum sola extrinseca pena: vt patet discurrenti per epistolas iohannis ꝛ pauli in quibus nihil aliud inuenitur prohibitum nisi extrinseca cõmunio: nam quum tradebantur sathane solum extrinsece vexabanẽ: vt patet ex eo ꝙ ibi dicitur: vt spũs saluꝰ fiat. prime ad cor. v. Nõ nisi voluntarie ergo dicitur, ꝙ excommunicatio priuet spiritualibus suffragijs ecclesie.

In oppositum

Est magister sententiarũ in. iiij. dist. iiij. quẽ cõmuniter doctores sequi in hoc videntur. ¶ Ad euidẽtiã questionis huiꝰ sciẽdũ est, ꝙ oportet extremũ v[t]rumq̃ vitare, ne in errorẽ incidamꝰ. Tria siquidem inueniunẽ in cõione fideliũ q̃tenꝰ fideles sunt. Unum est cõio extrinseca in simul orãdo: vt fit cõueniẽdo I ecclesia ad missarũ aliorumq̃ diuinorum officiorum solẽnia: ꝛ hoc est vnũ extremũ. Aliud est sanctorũ cõmunio: q̃ fit per charitatẽ viuentẽ christi mẽbra ẽm fidẽ formatã capiti christo ꝛ reliq̃s christi mẽbris similibus: ꝛ hoc est alterũ extremũ. Tertium est cõmunio fideliũ ẽm cõmunia suffragia, q̃ in eccl̃ia ex institutione ecclesie fiũt: vt pꝫ in orationibus ꝛ missis, ꝛ hoc est mediũ. ¶ Dupl̃r ergo cõtingit in ꝓposito errare: vel dicendo ꝙ excõicatio aufert solã extrinsecã cõmunionẽ: vel dicendo ꝙ excõicatio tollit directe oẽm cõmunionẽ: vtrumq̃ enĩ est falsum: vt patebit. Ueritas autẽ est, ꝙ excõmunicatio tollit extrinsecam ꝛ intrinsecã quo ad cõmunia suffragia cõmunionẽ fidelium: ꝛ supponit ablatam cõmunionem sanctorũ per charitatem.

¶ Pro quorũ intellectu (quia de externa communione nõ est dubium) videnda est primo differẽtia inter dictas duas cõiones internas: ꝛ mõstrãdum est deinde ꝙ altera earũ ꝑ excõicationẽ auferrur. Cõmunio fidelium quũ cõsistat in cõferẽdo ꝛ recipiendo, opꝫ ꝙ interna etiã cõmunio cõsistat in collationibus ꝛ receptionibus. Et collatio quidẽ fit meritis orationibus atq̃ suffragijs apd̃ deum adiuuantibꝰ ꝛ intercedẽtibꝰ pro alijs. Receptio aũt fit suscipiendo ex aliorũ ope vel gratiam vel gratie augmentum, vel ꝓtectionem diuine assistẽtie a malis ꝓseruãtis, vel ad bonũ promouẽtis ꝛ huiusmodi. Uerũ collationes horũ spiritualiũ auxilioꝝ ex duplici oriunẽ cã: nã q̃nq̃ oriunẽ ex charitate immediate: vt quum in charitate cõstitutus ex priuata intẽtione orat, operaẽ affligitq̃ se pro alio, ꝛ impetrat illi vel gratiã vel gratie augmentũ vel adiutorium ꝯ tentationes ꝛ huiusmodi. Uel ex charitate mediãte institutione seu actione ecclesie: vt quũ ex missis diuinisq̃ officijs aliq̃s adiuuaẽ ad bonum opandũ vel ad malũ vitandũ: hec enĩ ex charitate, sancta matre ecclesia instituẽte sunt, ꝛ ꝓ cõmuni ecclesie bono ordinata: ꝛ ꝑ singulis eius mẽbris agit ea, iuxta singulorũ fidem deuotionẽq̃ offerentium. Et ad hoc collationũ genus, spectat sacramentorum collatio q̃ christifidelibus dispensantur: q̃m actione ecclesiastica ɔferunẽ. ¶ Quocirca inter cõmunionẽ internã ẽm charitatẽ immediate ꝛ cõionẽ internã mediãte ecclesie institutione seu actiõe, ex parte receptorũ nõ est differẽtia ẽm substãtiam: sed ẽm magis ꝛ minus, nisi quo ad grãs sacramentales: q̃m omnia illa spũalia dona q̃ ego possum recipere ex vna communione possum recipe ex alia: ꝛ ecõtra. Excepta (vt dictũ est) sacramentali gratia: vtputa charactere in sacramẽto cõfirmationis, ꝛ similiter in sacramento ordinis: hec enĩ nõ põt quis accipe ex cõione solius charitatis: sed oportet interuenire cõionem ẽm ecclesiasticã sacramenti actualẽ susceptionẽ. Cõio siq̃dem in sacramẽtis in voto tñ, stat infra limites cõionis charitatis: sꝫ cõio in sacr̃is ẽm rẽ, ad cõmunionem actionis ecclesiastice spectat. Et hinc pꝫ ꝙ recepta differũt ẽm magis ꝛ minꝰ: q꞉ cõstat ꝙ maior grã habeẽ quum sacramenta actualiter sumunẽ, q̃ cũ in voto tñ. ¶ Ex pte autẽ collationis inueniẽ magna differẽtia ẽm substantiã: q̃m interna cõio charitatis immediate, in meritis orationibꝰ suffragijsq̃ ꝓuatis cõsistit. Cõio aũt charitatis ad intima penetrãs mediãte ecclesie actione seu institutione, in meritis, orationibus suffragijsq̃ cõibꝰ (hoc est in ipsiꝰ eccl̃ie ꝛ sacramẽtis ac sacr̃alibꝰ) vt in actionibus cõsistit. Orat enĩ eccl̃ia, suffragaẽ, meretur, sacramẽta dat ꝛ sacr̃alia ex charitate ꝓculdubio: ꝛ his efficit apud deũ, vt nõ solum ecclesia sed singuli fideles bonum gratie aut augmentum, ꝓtectionem et reliqua bena habeamus, nisi obicem ponamꝰ. ¶ Ad primam communionem spectat illud: particeps ego sum omnium timẽtium te. Ad vtrãq̃ simul spectat articulus fidei: scilicet sanctorum cõmunionem: quoniam ad illum spectat cõmunio in sacramentis. Prima cõmunio non est proprie nisi existentis in charitate: secunda autem ad christianos etiam in peccato mortali existentes se extendit: nam ꝛ pro peccatoribus ecclesia orat (ꝛ frequenter exauditur) etiam proterius, ex hoc ꝙ missas celebramus pro cõuersione peccatorum. Hec autem dicta sunt a deo nota vt nulla egeant probatione: q̃m ex ritu ecclesie apparet eorum veritas. ¶ Ex his autem premissis manifestũ est, ꝙ excõmunicatio q꞉ extra ecclesie cõmunionem ponit, ab actionibꝰ in quibꝰ ecclesiastice charitatis communio cõsistit vt actionibꝰ, separat: ꝛ cõsequẽter a receptionibus que ex illis actionibus ꝓueniunt segregat. Et q꞉ inter hec multa sunt interiora bona anime: cõsequẽs est vt excõmunicatio a cõmunione multorũ internorũ bonorũ separet excõicatũ. ¶ Qꝫ autem excõmunicatio extra eccl̃ie cõionẽ ponat quo ad actiones eccl̃ie (ex qua cetera pendẽt) manifestaẽ ex eo ꝙ ecclesia nõ orat pro excõicatis. Cõstat enĩ ꝙ nõ licet celebrare ꝓ excommunicatis: imo (vt bernardus dicit) vide q̃ mala sit excõmunicatio: ꝙ in pasceue ecclesia pro iudeis ꝛ paganis orat, sed nõ ꝓ excõmunicatis. Probaturq̃ hoc radicaliter ex euãgelica doctrina: cõstat enim ꝙ ecclesia nõ orat ẽm cõmunem legẽ nisi ꝓ fratribꝰ nostris: sed excõicati non sunt nr̃i fratres: ergo ꝛc. Minor pꝫ ex eo, ꝙ saluator nr̃ math. xviij. (vbi excõicandi authoritatẽ eccl̃ie dedit) dixit de excõicato, sit tibi sicut ethnicꝰ: id est gẽtilis. Ubi manifeste apparet, ꝙ excõmunicatio ex fratre facit nobis sicut gentilem: vnde aug. dicit: noli illũ iam reputare in numero fratrũ tuorũ: ergo. ¶ Amplꝰ. Si excõmunicatus extra ecclesiã poniẽ quo ad externa tñ, sequiẽ ꝙ excõmunicatio nõ egeret authoritate christi: q̃m q̃libet princeps, q̃libet ciuitas, q̃libet cõmunitas põt externã suã cõionẽ ponere. Cõstat aũt christi authoritate excõicationẽ fieri matth. xviij. vbi subiungit: amen dico vobis, q̃cumq̃ alligaueritis sup terram (glosa, vinculo anathematis) vbi chry. dicit. Uide qualiter duplicibꝰ colligauit necessitatibus: ꝛ pena que hic est: scilicet ꝓiectione ab ecclesia, sit tibi sicut ethnicus: ꝛ supplicio futuro, quod est esse ligatũ in celo. ¶ Amplius. Eccl̃ia extra seipsam excõicatũ eiciẽdo, ab oĩbus his separat q̃ suis mẽbris cõfert: sed ipsa ecclesia sua institutione ꝛ actione confert membris suis cõmunes orationes, suffragia ꝛ huiusmodi: ergo hec tollit excõmunicando, ꝛ ad hec admittit recõciliando. Maior patet ex eo ꝙ excõmunicatio est suprema pena eccl̃ie: non esset aũt sup̃ma si nõ tolleret totũ qđ ecclesia dedit: q̃m adhuc maior superesset pena si adhuc restaret separãdus excommunicatus ab his q̃ dedit ꝛ dat cõtinue ipsa suis membris. Minor probatur: q꞉ eccl̃ia instituit missas nõ solum pro ecclesia in cõmuni, sed pro singulis: vt patet in canone misse: vbi dicitur, ꝓ ecclesia tua sancta catholica, quo ad primum. ꝛ omnibꝰ orthodoxis atq̃ catholice ꝛ apostolice fidei cultoribus, quo ad secũdum. Instituit etiam in memento pro aliquibus singularibus orari, instituit horas canonicas et orationes pro fidelibus: vt patet. Hec omnia esse suffragia ꝛ ab ecclesia ꝛ in persona ecclesie qui dubitat, nõ eget rõne, sed sensu. Et sic pꝫ excõicatum esse alienũ ab actionibus cõmunibus quibus ecclesia cõmunicat suis fidelibus. Et pꝫ cõsequẽter alienũ quoq̃ esse a fructu illarũ actionũ: hoc enim manifeste sequitur. Et quia fructꝰ actionũ illarũ sunt adiuuari ad gratiam vel gratie augmentũ, ad bene operandũ, ad declinãdũ a malo, ad resistẽdum diabolo ꝛc. ideo patet ꝙ a multis internis bonis excõicatio separet. ¶ Et cõfirmaẽ authoritate aug. de verbis apostoli: sermo. lxviij. omnis christianꝰ q̃ a sacerdotibꝰ excõicaẽ, sathane tradiẽ. Quõ? quia scꝫ extra ecclesiã diabolus est, sicut in eccl̃ia christus: ac per hoc q̃si diabolo traditur, qui ab ecclesiastica cõione remoueẽ. Ubi habes q̃uo extra ecclesiã intelligit aug. nõ ecclesiam materialẽ, nõ extrinsecã cõionẽ, sed extra christũ. Replicãdo aũt dicit, quasi diabolo tradiẽ: q꞉ nõ tradiẽ diabolo possidendus, sed corripiendus. Ad idẽ est authoritas hieron. quorum dimiseritis peccã ꝛc. id est q̃bus ecclesiã interdixeritis, nisi recõciliati per satisfactionẽ fuerint, ipsis ianua regni celestis clausa erit. Et habẽtur. xj. quest. iij. ambe authoritates. Ex quibus patet ꝙ excommunicatio ab internis bonis excludit (que regni celestis ianuam aperiunt) pro quanto priuat excommunicatum a communibus ecclesie suffragijs: per q̃ interna bona a diuina misericordia suauiter omnia disponente ad nos descendunt.

Ad obiectionem

Ergo primã in oppositum dicitur, ꝙ licet omnia suffragia ex charitate ꝓdeant: non tamen omnia eodem modo a charitate ordinata ꝓcedunt. Sꝫ quedã ꝓcedunt immediate ꝑ solas priuatas intentiones seu actiones fideliũ: ꝛ horum cõmunio spectat ad charitatem: ꝛ ista nõ tolluneẽ directe per excõmunicationẽ: sed ꝓsupposituue tolluneẽ per eã, quia excõicatio nõ incurriẽ absq̃ mortali peccato tollẽte charitatem ꝛ consequenter cõionẽ istã. Quedam autem suffragia procedunt ex charitate per ecclesie actionem: vt sunt

communia suffragia q̄ in psona ecclie fiunt: ⁊ horū cōmunio spectat ad fideles o͠es ab ecclia nō p̄cisos: sunt enim hec cōia fidelib⁹ omnibus etiā existētibus in pctō mortali: vt ꝓbatū est. Et hec est differētia inter hoīem fidelē existētē in mortali pctō absq̧ excommunicatione vel cū excōmunicatione. q̄ non excōmunicat⁹ adiuuatur a pia matre cōmunib⁹ ecclie suffragijs: excōicatus autē nō adiuuat̄ per illa, sed sibiipsi relinquit̄ vt gentilis, iuxta dn̄i p̄ceptū: non tn̄ omnino deserit illos mater ecclia: quia requirit illos vt resipiscant: nec salutē eorū sicut nec paganorū negligit: vt aug. vbi supra subiūgit. Et ad hanc solicitudinē vltra personale onus spectat, q̄ ecclesia obligat clericum excōmunicatū ad horas canonicas: sicut ⁊ omnes excōmunicatos ad ieiuniū ab ecclesia institutū. Cōceditur igitur q̄ excōmunicatio non nisi presuppositiue tollit cōmunionē charitatis: sed cum hoc stat q̄ directe tollit cōionē suffragiorū cōmuniū ecclie: ac per hoc internorū bonorum que sunt illorum suffragiorū fruct⁹: q2 ista nō spectant ad cōmunionem charitatis immediate: de qua sola dictū est, p̄ticeps ego sum omniū timētium te: q̄uis hec v̄ba verius intelligēda sint in psona veri membri ecclesie nō p̄cisi ab ea: hic enim vere dicit: particeps ego sum ⁊c. quia omniū simpliciter est p̄ticeps. ❧ Ad secūdā dicit̄ q̄ proprie loquendo excōicatio iniusta quo ad ipsam causam (puta pro non crimine) non est excōmunicatio simpliciter ⁊ absolute: sed s̄m quid tantum. hoc est in foro iudiciali. Et q̄ nō sit simpliciter excōmunicatio: patet ex illa vniuersali: iniustū iudiciū nō est iudicium: excōmunicatio enim quoddā iudiciū est. Et manifestatur facile: quia excōmunicatio actus iudicis est: actus autē iudicis est ius dicere: cōstat autem q̄ dicere iniustum nō est dicere ius. Et similiter excōmunicare est ius tale dicere: iniusta autē excōmunicatio est iniustum tale dicere: nō igit̄ est excōicatio si iniusta est s̄m substantiam excōicatio. Secus autē est de iniusta ex parte motiui: puta quia ille potest excōmunicari ex suo crimine, sed tamen ego non moueor nisi ex odio ad excōmunicandū. Hec enim excōmunicatio est iusta s̄m se, q̄uis sit iniusta ex parte motiui: ⁊ ideo est vere excōmunicatio, ⁊ omnes excōicationis effect⁹ secū fert. Sed excōmunicatio s̄m se iniusta, nō fert secum excōmunicationis effectus nisi in foro exteriori: nō est enim sic excōicat⁹, priuatus suffragijs ecclesie s̄m veritatem: quia nō est vere excōmunicatus in celo: quia nō est ecclie nō auditor, ac per hoc non sicut ethnicus. (vn de aug. de verbis domini matth. xviij. cepisti habere fratrē tuum tanq̄ publicanū: ligas illū in terra, sed vt iuste alliges vide: nam iniusta vincula dirūpit iustitia). Parere tamen excōmunicationi debet, ab extrinseca cōmunione se abstinendo: q2 in foro extrinseco ligat. Et hoc est quod greg. docet, dicēs q̄ sentētia pastoris siue iusta siue iniusta est timenda. Secus aūt (vt cōmuniter dicitur, et bene) esset si sententia esset nulla, hoc est inualida etiam in foro exteriori: ita q̄ inter excommunicationem iniustam ⁊ nullam non est differentia quia illa excommunicatio sit ⁊ ista non (neutra enī est excommunicatio absolute) sed quia illa est excommunicatio in foro exteriori, hec autem in nullo foro: ⁊ ideo nulla dicitur. Et est quando continet errorem intolerabilem: vel in facto: puta si excōmunicat̄ quis quia non tenet concubinam, vel in iure, vt si excommunicet̄ post legitimam appellationē ab eodem, ⁊ huiusmodi, vt habes in glosa dictica. Non ergo cōmuniter se habet excōmunicatio ad excōmunicationem iustam ⁊ iniustam: sed ly iniusta est conditio diminuēs rationem excommunicationis: sicut homo nō se h3 communiter ad hominem verum ⁊ pictum. Et propterea nō est de natura excommunicationis iudicandum secundum quod saluatur iniusta: sed simpliciter ⁊ absolute, prout est in sua integra ratione ⁊ efficacia, quam solum significat excommunicatio proprie et formaliter loquēdo, q2 actus est iudicis dicētis ius. ❧ Ad confirmationē dicit̄, q̄ ex sacra scriptura habet̄ excōicatū priuatū eē spūalibus bōis ⁊ regno celorū matth. 18. Ex eo. n. q̄ ecclesie fit vt gentilis, priuatur ecclesie suffragijs: sicut gentilis expers eorū est. ex eo aūt q̄ ligatus est in celo. priuat̄ bonis soluentibus vincula celestia. Habet̄ quoq3 idē ex ipsa forma excōicationis: nā ea q̄ extra fiūt ab ecclia sunt signa eoꝝ q̄ fiūt intus, si error nō interuenit. Et ꝓpterea ex hoc ipso q̄ ecclia ab ecclesiastica cōione exteri⁹ separat hoīem excōicādo, significat illū ab interna cōione ecclesie separari. In cuius signū in primitiua ecclia etiā sensibiliter p̄tā in demonum excōicati tradebantur: quasi a christo excisi. Nec est verū q̄ in primitiua ecclia sola externa pena excōicati mulctabant̄: sed vltra internas addebant̄ externe pene a diabolo: sicut vltra interna bona in primitiua ecclia boni visibiliter visitabant̄ a spiritusancto: loq̄nies linguis ⁊c. Nec obstat qd̄ dicit̄, vt spiritus saluus fiat: quoniam hoc spectat ad finē, constat aūt q̄ excōicatio priuat etiam suffragijs ecclesie, ⁊ relinq̄t hominem sibiipsi, vt resipiscat, vt spiritus saluus fiat: est enim velut medicina quedam in ca. quium medicinalis. de sen. excommu. lib. vj. Auguste, die. 29. octobris. 1518.

❧ De impletione iniuncte penitentie. Qō. 14.

Queritur Utrū pnia s̄m canones imposita a cōfessore, si nō ipleatur in hac vita, exoluēda sit in alia vita. Et videtur q̄ nō: q2 nec canones pniales nec sūie hoīs intelligunt̄ imponi nisi in hac vita: vt patet discurrēdo. ❧ Et cōfirmat̄ q2 mortui sunt extra territoriū humani iuris: ɔstat aūt ipune posse non parere extra territorium ius dicētī.

❧ In oppositum autem est cōmunis ecclesie sensus.

Ad euidentiam huius sciendū est, q̄ pena rite imposita. q̄ in hac q̄stione nuncupat̄ pena canonica. duo in se cōtinet. Alterū est id qd̄ pro culpe satisfactione debet̄: q2 nisi penitēs remaneret debitor ad satisfaciendu3 diuine iustitie, nulla deberet ei pena imponi. Claues enim ecclesie sicut non soluunt in veritate nisi dignos absolutione, ita nō ligant s̄m rei veritatē nisi alligatione dignos: sic enī ⁊ non aliter cōfessor exhibet se christi ministrum vtendo claue potestatis. Unde ad discernendū dignos ab indignis data est ei altera clauis s. autoritatis discretiue. Alterum est id qd̄ confessor apponit: qd̄ se habet ad primū sicut determinatū ad indeterminatum, ⁊ sicut qualitas ad substantiā, seu accidentale ad substantiale. Nā ad satisfactionem pro peccato, substantialiter exigit̄ q̄ pena sufficienter exoluat̄: an aūt tali vel tali pena satisfactio fieri debeat: pro indeterminato habetur donec a deo vel homine determinetur: puta q̄ ieiunet, peregrinetur ⁊ huiusmodi. Et q2 possunt etiam he determinationes mutari (vt patet quum imposita penitentia commutatur, ⁊ substātiale debitum satisfactionis qd̄ erat quasi vestitum priori qualitate penitentie induit ex cōmutatione nouam qualitatem: puta si prius erat sub forma orationis, ⁊ postea mutat̄ in formā elemosine) ideo vt accidentale ad substantiale, ⁊ vt determinatio ad determinabile se habet qd̄ apponit̄ a confessore ad id qd̄ pro peccati satisfactione exoluendū restat. Importat ergo canonica pena, nō solū qualitates appositas ab hoīe s̄m canones, nec solam suppositā penā peccato debitā: sed vtrūq3. Ita q̄ inter penam debitam pro satisfactione peccati simpliciter ⁊ absolute, ⁊ penam canonicam, hec est differentia, q̄ illa primo modo significat̄ nuda: secundo autē, hoc est per penam canonicā, significatur vestita p determinationes a confessore canonice appositas. ❧ Quocirca ad propositam questionem respondendum cum distictione est: vt vterq3 extremus error vitetur. Nam si dicatur q̄ penitens non remanet post hāc vitā obligatus: errabunt multi, inferentes ex hoc q̄ mors absoluit omnes a penis debitis pro peccatis, dummodo hic fuerint imposite a confessoribus ⁊ acceptate, q̄uis non exoluerint omnes. hoc enim clare constat esse erroneum. Et rursus si dicatur q̄ penitēs remanet obligatus post hanc vitam: errabunt forte aliqui, sumentes ex hoc alterum extremum scilicet q̄ mortui tenentur ad ieiunia, peregrinationes ⁊c. quod est ridiculum. ❧ Dicatur ergo s̄m distinctionem iam dictam ⁊ probatam, q̄ pena canonica non remanet exoluēda q̄tum ad qualitatem ab homine appositam: ⁊ ex hoc sequitur quod non teneantur ad ieiunia et alia huius vite opera mortui. Remanet autem quo ad substantialem penam: et ideo sequitur q̄ post mortem tenentur exoluere quod hic non soluerunt. Ratio autem quare remanet quo ad substantiale est: q2 satisfactio substantialis erat debita ex ipso peccato, seclusa impositione canonis ⁊ sacerdotis, ⁊ nunq̄ est soluta in hac vita. Ex hoc. n. cōuincit̄ primo q̄ aut nunq̄ exoluet̄: ⁊ sic pctm̄ remanebit absq3 satisfactione (qd̄ est impoſſe in his qui saluantur) aut quod exoluet̄ post hāc vitam: qd̄ est verissimū, ⁊ a catholica ecclesia cōfessum. Cōuincit̄ secundo q̄ non est eadē rō de remansione post hāc vitā pnie sacr̄alis quo ad substātiale, ⁊ de alijs penis vel operationibus impositis a iure humano vel ab homine: puta quod dicamus horas canonicas, q̄ ieiunem⁹ in quadragesima ⁊ huiusmodi. Manifesta siq̄dē est diuersitatis ratio, ex hoc q̄ pnia sacramentalis claudit in se penā debitā simpliciter ꝓ satisfactiōe peccati. ratione cuius remanet: q2 pena simpliciter debita pctō, non hic tantū, sed aut hic, aut in futuro exoluenda est, si in patriam celestē igressus patebit. pene aūt ⁊ opa alia solūmō presentis vite exercitationes debitas continent: ⁊ ideo cum vita presenti totaliter spirant.

Et per hoc patet rn̄sio tam ad primā obiectionē q̄ ad secūdam: vtraq3. n. loq̄tur de vinculo canonū quo ad id

quod ex solo humano vinculo pendet. ¶ Nam aūt sacramentalē remanere cōstat non ex canonis vinculo: sed ex eo q in ipsa claudi tur pena simplr peccato debita hic aut in futuro, tam holo q̄ ca- sonis arbitrio secluso. Auguste die .xxx. septemb. m. cccc. xviij.

¶ De pontificatu.

¶ Utrum cōfessor teneatur occultā seruare deliberationē, cōfiten- tis se oīno occisurū regem aut pontificē summum. Questio .xv.

Queritur Utrum confessor teneatur occul- tam seruare deliberationem, con- fitentis se omnino occisurum regem, aut pontificem summum. ¶ Uidetur enim q non. Tum quia confi- tens non habet cōtritionē aut attritionē de tali delibe ratione, et cōsequenter non est occultanda a sacerdote, sicut nec a deo occultatur. Tum quia peccatum cadens sub sigillo confessio- nis est cōmissum, non cōmittendū: cum cōfessio non sit de futuris. Sed homicidium est futurū: igit licitū est illud reuelare vt caueat.

In oppositum Autē est authoritas theologorū in iiij. dist. xxj. ibi eñ cōmuniter tenēt, q in nullo casu etiam infectionis heresis licet reuelare peccatū in cōfessione detectum: vt patet in sancto tho. sco. petro de palude et c.

Hec questio Nota est occasionaliter quidem propter quendam reuerēdissimum dominum car dinalem, qui de hoc percontatus iussit vt scriberem: complectiue autem propter opinionē panormitan. in cap. omnis vtriusq sex⁹: de penit. et remis. ¶ Unde duo facienda sunt. Primo fundabitur il- lius opinio. Secundo confutabitur, ostendendo quid sentiendum sit: et sic satisfiet obiectis.

Quo ad Primum, Panormita ex quibusdam innocentij verbis in eodem cap. motus dixit, q cōfessor po- test reuelare ne eueniat tantū malū. dixitq hoc sentire innocentiū: fundatq se super rationibus principio adductis. ¶ Sed vt meli⁹ veritas elucescat, fundetur opinio ista sic iuxta verba innocentij. Illa tantum cadunt sub sigillo confessionis, que a penitente inq̄n- tum penitens est dicuntur. Sed obstinatio sua ad occidendū, non dicit ab eo inq̄ntum est penitens: quia implicat esse obstinatū et pe nitentem respectu eiusdē: ergo. ¶ Preterea ex parte peccati: et i idē redit. Illa tantū cadūt sub sigillo cōfessiōis, que reuelant vt occul- tabilia sacramēto cōfessionis. Sz obstinatio ad futurum homici- dium non reuelatur vt occultabilis p sacramentū: q2 implicat cō- ponere vt absolubile et vt ptinax: ergo. ¶ Et similiter pōt fundari ex parte confessionis. Quia scilicet ad illa tm̄ se extendit sigillum, ad que se extendit ministeriū cōfessoris actu vel potentia: sed ad obsti nationem nullo modo se extendit: ergo. Hec de primo.

Quo ad Secundum. Ista opinio tripliciter errat primo a veritate: ex triplici enim capite ostendit talem obstinationem sub sigillo cadere confessionis. ¶ Primo: quia eius- dem rōnis est cōfiteri peccatū vt absoluendū, et cōfiteri impedimē tum prohibens absolutionem: vt pz ex eo q ad eundē iudicē et in eo- dem foro spectat nosse vtrūq, quid absoluendum sit et an adsit im pedimentū aliqd. alioqn non posset nisi casualiter recte absolue- re. Sed obstinatio in peccato, reuelat et cognoscitur vt impedimē- tum prohibēs absolutionē: ergo eiusdē rōnis fori et iudicis sunt: sz cōstat peccatū reuelari a penitente ministro dei: ergo et obstinatio nem. Et p hoc patet defectus fundamenti opinionis aduerse: qm̄ penitens inquantū penitēs non solum dicit ea quorum penitet sed impedimēta vere pnie, et sic dicit se obstinatum. Et similiter nō so- lum quod cōponitur vt occultabile p absolutionem, sed quod ap- ponitur vt impedimentū absolutionis, infra ordinem occultabiū clauditur. Et similiter ad ministerium cōfessoris pertinet non solū absoluere, sed impedimēta absolutionis cognoscere. ¶ Secūdo: q2 sermones, circūstantia, et vniuersalr q̄cquid dictū pādit hoc pctm̄ cōmissum et cōfessum hui⁹ persone, cadit sub sigillo cōfessionis. Sed manifestare homicidiū ab hoc cōmittendū, pandit peccatum iam cōmissum et cōfessum, scilicet volūtatem, qua deliberauit se homici dium cōmissurum: ergo cadit sub sigillo cōfessionis. Et ex hoc ruit secunda ratio in principio adducta ex panormita. Non enim vidit q in cōfessione illi⁹ obstinationis reuelantur duo connexa scilicet cōmissum propositū, et cōmittendū factum: et q similiter in reuela- tione quam faceret cōfessor, non solum reuelaret cōmittendum fa ctum, sed cōmissum cōpositū. ¶ Tertio: q2 si obstinatio huiusmodi posset reuelari, ergo cōtrum est natura sacramenti, nulla obstinatio de mortali caderet sub sigillo cōfessionis: et tūc ergo nō esset reus violati sigilli cōfessionis, quicumq reuelaret aliquem obstinatū in odio, in luxuria, in superbia et c. que sunt manifeste contra cōm- munem ecclesie doctrinam: ergo. Et propterea sanctus tho. vbi su pra hanc opinionem erroneam reputauit in responsione ad pri- mum. ¶ Errat secundo a cōmuni theologorum doctrina in quar to vbi supra, vbi etiam si aliquis obstinatus in heresi cū periculo infectionis aliorum confiteretur, occultandus de necessitate sacra menti dicitur. Et ratio est: quia confessio immunda nihilominus confessio est sacramentalis, sicut et baptismus immundus verum sacramentum est. Et tanto detestabilior est error iste, quanto ma- teria hec theologalis non canonica est, nisi per accidens quia ca- noni inserta: sicut etiam materia de trinitate.

¶ Errat tertio ab ipso innocentio: cui hanc imponit opinionem: vt enim ex plana verborum innocentij serie apparet, due ibi distin ctiones ponuntur: altera de cōfessione: altera de fine confitentis. ¶ De confessione quidem: quia primo ponitur cōfessio sacramenta lis: secūdo confessio per modum secreti: scilicet dico tibi hoc in pe nitentia, seu in cōfessione. De fine autem, quia aut cōpter partē pe nitentie suscipiendā, et orationum suffragia et cōsilium anime sue; aut propter auxilium vel consilium non anime, sed ad alia. ¶ Et dicit ibidem innocentius de confessione primo modo propter fi- nem spiritualem, q cōfessor tenetur occultare: et q non placet sibi responsio dicentium q non reuelantur vt ministro. Deinde addit de confessione secundo modo propter finem secularem: et dicit q tenetur manifestare non obstante cōfessione. Ex quibus apparet, q oppositum concludit eius quod panormitan. somniauit.

¶ Nec prima ratio in principio adducta de incontritione aliquid valet. Quia (vt patet ex dictis et sufficit q manifestetur vt impedi mentum contritionis, et confessio immunda vere sacramentalis confessio est et c. ¶ Unde tu simplex confessor caue a summa angeli ca in hoc passu: quia nesciens quid diceret, scripsit sibi placere opi nionem panormitan. Rome die .xiij. septemb. m. cccc. liij.

¶ De pollutione ex audientia cō fessionis proueniente.

¶ Utrum cōfessor cognoscens ex his que audit in confessione se- qui in seipso emissionem seminis sibi displicentem, peccet mortali- ter audiendo vel prosequendo tales confessiones. Questio .xvj.

Queritur Utrum confessor cognoscēs ex his que audit in confessio ne sequi in seipso emissionem seminis sibi displi centem, peccet mortaliter audiendo vel prose- quendo tales confessiones. ¶ Et videtur q sic. Primo quia omnis voluntaria seminatio extra matrimonium est peccatum mortale: sed hec est huiusmodi: ergo. Probatur minor: quia in potestate istius stat au- ferre causam pollutionis talis: voluntaria enim est auditio taliū: vt patet. ¶ Secūdo: quia sicut tentatio carnis ex his proueniēs: non excusatur a peccato veniali (dicente Aug. q nonnullum pec- catum est cum caro concupiscit aduersus spiritum) ita seminatio ex eisdem proueniens non excusatur a mortali: est enim huiusmo- di seminatio fm se mortalis, sicut tentatio venialis. ¶ Preterea. Si excusaretur a peccato mortali, hoc esset quia sic esset volunta- ria causa q non esset voluntarius effectus. Sed hoc est impossi- bile in causis ad quas naturaliter sequitur effectus, et sequela est cognita: quicumq enim vult antecedens, vult consequens neces- sarium naturali necessitate et cognitum: q̄uis diuersimode: quia antecedens directe, consequens vero indirecte.

In oppositum Uidetur, et est multorum opinio: q2 ex retractione confessionis ab huius modi, sequeretur scandalum cū pluribus incōuenientib⁹: puta q bonus cōfessor nō posset vacare saluti animarū: imo q curat⁹ qui tenetur ad audiendas confessiones, teneret omittere curā ouiū: et quādoq (puta in pascha) esset perplexus audiēdo vel omittendo, propter preceptum, quo alligatur penitens et c.

Ad euidentiā Hui⁹ dubitationis, primo manuducē dus est intellect⁹ ad cō :lonē. Deinde inuenta rūsio ratione firmāda est. Et sic demum satisfiet obiectis.

Quo ad Primum sciendū, q aliquid est dupliciter volūta- rium. Primo in seipso: cum s. aliqs vult illud fa- cere, puta dormire. Alio modo in sua causa: puta cum aliquis vult bene comedere et bibere, que sunt causa somni: q̄uis non hoc ve- lit vt dormiat. Uoluntarium autem tātum in causa, non refert quo ad bonitatem vel malitiam moralem, an in somno an in vigilia fiat: ex quo enim fm causam tantum habet rationem volūtarij, in ea quoq tm̄ oportet habere rōnem boni vel mali moralis: et si in causa tm̄ cōsistit moralitas, cetera erūt p accidēs: et cōsequēter per

accidens erit vtrũ in somno vel vigilia effectus expleatur. Ex hoc aũt seq̃r ꝙ qñ pollutio est volũtaria in sua cã tñ, non refert vtrum pollutio sequatur in vigilia vel somno: ac per hoc si talis pollutio in somno non esset peccatum mortale, nec auferret virginitatem, si etiam eueniat in vigilia, non auferet virginitatem, nec erit mortale peccatum. ¶ Cum autem in questione proposita seminatio non sit voluntaria secundum seipsam, sed in sua tantum cã, idẽst iudicium de tali pollutione, si cognoscitur ꝙ sequitur statum ⁊ vigilando, ⁊ si cognoscitur quod sequetur nocte sequenti dormiendo.

¶ Ad hoc ergo questio oĩs venit, ꝙ si talis pollutio in somno nõ esset peccatum mortale, nec in vigilia, ⁊ si in vigilia, ꝙ ⁊ in somno. ¶ Nec obstat his, si dicatur ꝙ hoc nõ sequitur, quia in somno homo nõ põt peccare. Quia hoc non est verum nisi de peccato volũtario secundũ seipsum, ⁊ quo ad actum electionis seu imperij: quia scilicet non potest tunc illud imperare vel eligere. Peccatum autẽ voluntarium in causa ⁊ in seipso, potest homo cõmittere in somno vt exequens. Mulier enim que ideo obdormit, vt a consanguineo quasi nescia opprimatur, incestus rea est ⁊ virginitatem vtramqȝ perdit, si ab eo dormiens cognoscitur: electus est enim tunc somnus vt mediũ cõueniens ad perpetrandũ peccatum. Nec minus reus est vtẽs seipso dormiente ad peccandum ꝙ̃ vtẽs ministri alicuius opera ad explendũ homicidium, qḋ cõtingit compleri dormiente eo qui precepit. ¶ Pari igitur mõ cadẽ existẽte ratione boni vel mali in somno vel vigilia in proposito, cũ constet ex sancto tho. in. iiij. sen. di. ix. ꝙ pollutio in somnis accidens, cum secundum se non est voluntaria, secundum causam considerãda iudicãdaqȝ est, ⁊ ꝙ pollutio ꝓueniens in somno ex cogitatione disputatoris vel predicatoris de materia venerea non est peccatum, proueniẽs vero ex cogitatione tali ⁊ delectatione absqȝ consensu est peccatũ veniale: sequitur ꝙ si pollutio secundum se non voluntaria in vigilia ex eisdem contingat causis, eodem quoqȝ modo aut non sit peccatum aut sit veniale. ¶ Nec obstat si dicatur, ꝙ sequela futura in somno aut nescitur aut non consideratur, sequela aũt que tunc est in vigilia, ⁊ scitur ⁊ consideratur. Quoniam sequela in somnis sciri potest: tum quia naturalis causa est vt in pluribus: multiplicata enim imaginatio venereorum, naturalis est causa seminationis, vt experientia testatur: tũ propter nature cognitionem: tum quia si sciret aliquis sequelam futuram in somnis, non propterea peccaret. Et idem est iudicium de consideratione: potest enim quis considerare hoc actualiter, ⁊ si consideraret, non propterea peccaret. Nõ enim causa quare talis predicator aut disputator non peccat aut non nisi venialiter peccat, assignatur: q2 nescit talem sequelam, aut quia non aduertit: sed quia cogitatio talis nullum peccatum est, delectatio vero sine consensu veniale. ¶ Et confirmatur hoc: quia aliter non redderetur ratio de disputatore ⁊ predicatore absolute, sed tali scilicet ignorante aut inaduertente: cum tamen de eis absolute sit sermo. ¶ Ex his igitur patet iam hoc demonstratum esse ꝙ huiusmodi pollutiones q̃ secundum se non sunt volũtarie, sed displicent, siue in somno siue in vigilia, tantum habent boni vel mali, quantum in sua causa sortiuntur. Si ergo auditio talium in confessione vel extra sine peccato est, ipsa quoqȝ sequens pollutio sine peccato est: ⁊ similiter si cũ peccato veniali, ipsa quoqȝ venialis est: ⁊ si cum merito, ipsa quoqȝ cum merito est. Cum igitur confessor non solum qui tenetur (vt curatus) sed quilibet vacans animarũ saluti, sine peccato quandoqȝ ⁊ quandoqȝ cum veniali tantum et quandoqȝ cum merito audiat talia, interroget respondeatqȝ: consequens est, vt patiendo talem pollutionem quandoqȝ non solum non peccet, sed mereatur: ac per hoc non virginitatem perdit, si virgo est: nec ecclesiam polluit, si in ecclesia hoc accidit, quemadmodum nec personam suam sacram polluit: sicut nec si in somnis hoc pateretur. Hec de primo.

Quo ad Secundum: iam habetur ex dictis vna ex communibus ratio scilicet ꝙ voluntarium in causa tantum, mensuratur in bonitate ⁊ malitia morali secundum bonitatem vel malitiã cause tantum: sed hec pollutio (de qua est q̃stio) est voluntaria in causa tñ, ergo ⁊c. Cum igitur cã quandoqȝ non mala, q̃nqȝ bona sit moraliter, restat vt pollutio ipsa mala moraliter non sit. ¶ Ex propriis aũt probatur dicta conclusio ⁊c. Voluntarium indirecte, i. q2 est in potestate volũtatis, nõ imputatur voluntati ex eo quia potest facere ⁊ nõ facit, sed ex eo ꝙ potest ⁊ dȝ facere ⁊ nõ facit: vt patet in prima secunde. s. th. q. vj. ar. iij. in cor. ar. vbi sic dicit in forma. Volũtarium dicitur, quod est a volũtate. Ab aliquo aũt dicitur esse aliquid dupliciter: vno modo directe, qḋ s. ꝓcedit ab aliquo inq̃tũ est agẽs: sicut calefactio a calore. Alio modo indirecte, ex hoc ipso ꝙ nõ agit: sicut submersio nauis dicitur esse a gubernatore inq̃tum desistit a gubernãdo. Sed sciendũ, ꝙ nõ semp id qḋ sequit̃ ad defectũ actionis, reducit̃ sicut in causam in agẽs ex eo ꝙ nõ agit: sed solũ tũc cũ potest ⁊ debet agere ⁊ non agit. Si eñ gubernator nõ posset nauẽ dirigere, vel nõ esset ei cõmissa gubernatio nauis, non imputaret̃ ei nauis submersio, q̃ per absentiã gubernatoris cõtingeret ⁊c. Hec ille in forma. ¶ Voluntarium igit̃ indirecte, i. q2 est in potestate volũtatis, nõ imputat̃ voluntati ex eo q2 potest facere ⁊ non facit, sed ex eo ꝙ potest ⁊ debet facere ⁊ nõ facit. Sed in proposito pollutio hec nõ cadit sub volũtario nisi indirecte (q2 s. volũtas non diuertit ab auditione, que est eius causa) ⁊ volũtas q̃uis possit, nõ tñ debet diuertere a tali actu auditionis, cogitationis ⁊ similiũ: ergo hoc nõ imputat̃ volũtati. Declarat̃ minor: q2 nullus artifex debet omittere inchoationẽ aut prosecutionem operis propter defectus consequentes ex necessitate materie: stulte eñ aliquis omitteret cõstructionem serre aut gladij ex eo ꝙ rubiginem contrahant: propterea q2 ex ferro fiunt: ⁊ sic de aliis. Pollutiones autem ⁊ stimuli carnis in proposito cõtingunt ex necessitate materie: ex eo enim quod res venerea est materia purganda, lauanda, disputanda, predicanda, cogitanda, exinde naturali sequela, sequitur commotio carnis ⁊c. ¶ Testatur autem hoc non solum experientia, sed doctrina triplici de anima, vbi in capitulo, de motiuo principio vult aristo. quod quandoqȝ intellectu non precipiente, ex imaginatione moueatur pars aliqua corporis ⁊c. Non igitur debet homo propter defectus contingentes ex necessitate materie veneree, omittere non solum necessarias, sed vtiles cogitationes, locutiones, auditiones ⁊c. nam alioquin oporteret aut angelos, aut viros valde priuilegiatos tãtum, de huiusmodi disputare, audire ⁊c. cuius oppositum ecclesiastica habet consuetudo, ⁊ ratio docet. ¶ Animaduerte in re hac quatuor: primum in mente: secundum in imaginatione: tertiũ in ore: ⁊ quartum in corpore. ¶ In mẽte q̃dẽ, ne ex auditione huiusmodi multiplicetur tẽtatio in mẽte: aliud est eñ tentari in mẽte, ⁊ aliud in carne tñ: hec enim (vt dictum est) ex necessitate ꝓueniũt materie, ⁊ ꝯ voluntatẽ sustineri ꝓsupponitur: illa autem ad voluntatẽ currit: ⁊ ad cõsensum trahit. Si enim aliquis ex his periculo cõsensus ꝓximus fit: omittere dȝ tã incoationem ꝙ̃ ꝓsecutionẽ: quoniã ad mortale pctm̃ nulla rõne ꝓperandum est. ¶ In imaginatione vero, ne timeat commotiões carnis: quoniam sicut imaginatio lapsus pedum, facit labi (quia excitat motũ circa partes imaginatas) ita imaginatio huiusmodi cõmotionũ, que magna est in timentibus: causat illas: eueniũtqȝ actualiter timentibus: vt vnde credunt obuiare cõmotionibus, inde excitent. Et hoc dico de timore habẽte pro obiecto huiusmodi cõmotiones: timor autem habens pro obiecto dei offensam cũ eleuatione ab imaginatione talium, valde iuuat cõtra huiusmodi commotiones. Unde huiusmodi confessores saluti animarũ vacare sic debent, vt de huiusmodi cõmotionib⁹ quas patiunt̃, q̃tum possunt nõ cogitẽt q̃uis sentiant: ipsa enim cogitatio in causa est. ¶ In ore autem, ne superfluas faciant interrogationes in hac materia: ⁊ q̃tum possunt celeriter hec pertranseant: agentia namqȝ naturalia magis videntur agere ex mora, ꝙ̃ ex magnitudine virtutis. ¶ In corpore demũ ne putent omnem effluxum humoris esse seminationem: est enim preter vrinam ⁊ semen, tertius quidam humor, qui ex calefactione seu ex inflammatione carnis fluit: de quo nisi cum rebellione carnis veniret, non magis curandum est ꝙ̃ de sudore videtur. Nunc autẽ non ratione sui, sed tentationis cauenda est, non tamen tanꝙ̃ pollutio: vñ non excedit limites peccati venialis. Hec de scdo.

Quo ad Tertium. Pro solutione obiectorum memor esto duarum distinctionum iam positarum, altera est de voluntario in seipso, ⁊ volũtario in sua causa tantum, altera est de voluntario in sua causa tantum, aut quo ad conditionem electam in causa, aut ex necessitate materie eiusdem. Seminatio enim voluntaria, in seipsa, extra matrimonium est peccatũ mortale: voluntaria autẽ ẜm causam, ⁊ non quatenus est electa, sed ex necessitate materie, non est peccatũ, imo meritoria quãdoqȝ. ¶ Et per hoc patet rñsio ad primũ ⁊ tertiũ. Idẽ enim est iudiciũ de causa ⁊ effectu ⁊ antecedente ⁊ cõsequente. ¶ Quis etiam possit ad vtrumqȝ argumentũ aliter distingui de voluntario in cã seu indirecte: q2 quoddã est qḋ volũtas põt ⁊ dȝ in sua cã vitare: quoddã est qḋ potest q̃dam, sed nõ dȝ: ⁊ ꝙ primũ est peccatũ, secũdũ non. Et quia pollutio in casu proposito est voluntaria in causa tantum secundo modo, ideo q̃uis sit quodãmodo voluntaria, nõ tñ est voluntaria imputabilis. ¶ Ad secundũ vero dr̃, ꝙ licet oĩs concupiscentia carnis aduersus spiritũ sit cũ peccato: nõ tamẽ habet rõnẽ peccati ex hac pte, qua procedit ex cogitatione vtili et quandoqȝ

meritoria:vnde hec causa excusat quantũ est ex pte sui.et a mortali pollutione.⁊ a veniali temptatione. Sʒ q: pollutio aliũde nõ hʒ rõnem mortalis:ideo simplr restat sine mortali : concupiscentia aũt carnis aliunde põt habere rationem venialis:⁊ ideo nõ concluditur, ꝙ concupiscentia carnis interueniens simplr non sit veniale peccatum. Et hec de questione hac dicta sufficiant. Florentie in sancto marco.die.xiij.octobris.m.cccclx.

¶ An in purgatorio possit esse meritum ⁊c. Questio.xvij.

VTrum In purgatorio possit esse meritum aut charitatis augmentũ. Et videt ꝙ sic. Primo.q: vna ex penis purgatorij est timor ex imperfecta charitate pcedens:q̃ desinere nõ potest nisi charitate pfecta:que foras mittit timorem.prime iohan.iiij. Probat assumptũ:q: horror mortis.q̃ imperfecte annex⁹ est charitati.peccatũ est:q: qui voluntarie non morit.non obedit deo vocanti nisi inuitus:huiusmodi autem horror animã sequitur in purgatorio proportionaliter. ¶ Secũdo,quia anime in purgatorio sunt in via:impossibile aũt est eẽ statũ in via in qua nõ pgredi,reuerti est:vt Hiero.dicit. ¶ Tertio,quia virtus in infirmitate perficit,prime ad cor.xij. in purgatorio autẽ est maxima infirmitas. ¶ Quarto,q: diligentibus deum omnia cooperant in bonũ ad ro.viij.igitur ⁊ his qui sunt in purgatorio. ¶ Quinto,quia impossibilis est vlla creatoris perseuerantia nisi accipiat magis atq3 magis:igitur non perseuerarent in charitate qui sunt in purgatorio nisi magis ac magis acciperent.

Ad euidentiam Huius sciendum est, ꝙ q: stat⁹ purgatorij est a nobis remot⁹.et parum de eo in scriptura sacra habet.op3 nõ ex opinatis sʒ ex certis inuestigare qd̃ querim⁹. Certũ aũt est imprimis ꝙ stat⁹ ille medius est inter nostrũ ⁊ beatorũ statũ:dum nos omnino in via,beati omnino in termino felici.illi vero q̃ in purgatorio sunt nõ totalr in via aut extra viã.⁊ similiter nõ totaliter in termino aut extra terminũ sunt. Et quidem ꝙ nõ totaliter in via sint.ex eo patet ꝙ extra viam cõmunem ad inferos ⁊ superos,non possunt incurrere amplius supplicium eternũ. Et similiter ꝙ nõ totaliter sint extra viã, ex eo patet ꝙ adhuc nõ peruenerunt ad patriã celestem: pro qua assequenda purgãtur. Et hinc patet quoq3 ꝙ nõ sunt totalr in termino,ad quem continua purgatione appropiquãt:nec sunt totaliter extra terminũ.in quo sunt sic diuina cõfirmatiõe fixi,vt ab illo diuerti nequeãt. Hec de purgatorij statu vt certa cõmuniq3 ecclesie sensu cẽsessa habemus:ex quibus clare patet an purgatorium sit vt via vel vt terminus quo ad meritũ. ¶ Sed qm̃ status purgatorij nõ est per se sed per accidens medi⁹ inter nostrũ ⁊ patrie statum(vt patet ex hoc ꝙ medium per se est in quod oportet ex altero procedentem extremo,primo peruenire q̃3 in extremũ:vt patet v.phy.⁊.x.meta.constat autem ꝙ ex hac peregrinatione multi in celestem patriam perueniunt absq3 transitu per purgatorium: nõ igitur est purgatorij status per se medius inter nostrũ ⁊ beatorũ.) et ppterea ex ratione medij si pcesserimus.facile fallemur:cõtingit eñ in his que sunt p accidens etiam sapientes falli. Quocirca oportet videre penes quid est mediũ purgatoriũ,vt sic veritatem quesiti sciamus:inuenimus autem ab ecclesia diffinitum purgatorium esse medium quo ad satisfactionem p actualibus peccatis. Et tantũ quãdo homo in charitate decedens non plene satisfecit pro illis in hac vita:ita ꝙ si homo in charitate decedens satisfecit hic, non transit per purgatorium.et si non satisfecit hic,trãsit per purgatoriũ. Ex qua determinatione iuxta regulã non topicorum sed posteriorum analeticorũ:si affirmatio est causa affirmationis, negatio negõnis,⁊ econtra in causis ppriis : habemus ꝙ purgatoriũ per se ⁊ proprie nõ est nisi ad satisfactionem debitã p actualibus peccatis exoluendã. Nã affirmatio satisfactionis adhuc debite in decedente in charitate.est causa affirmati trãsit⁹ per purgatorium : ⁊ negatio debite satisfactionis in decedente in charitate, est causa negati transitus per purgatorium. Habetur autem hec determinatio in cõcilio flor.sub eugenio.iiij.inter definita pro concordia grece ⁊ latine ecclesie:vbi sic legitur : Si vero penitentes in dei charitate decesserint anteq̃3 dignis penitentie fructibus de commissis satisfecerint ⁊ omissis:eorum animas penis purgatorijs post mortem purgari. Ubi apparet affirmationem debite pro actualibus peccatis satisfactionis.esse causam purgatorie pene: et subditur: Illorumq3 animas qui post baptisma susceptum nullam omnino peccati maculam incurrerũt,illas etiam que post cõtracti peccati maculam vel in suis corporib⁹ vel eisdem exute corporibus(prout superius dictum est)sunt purgate.in celum mox recipi ⁊ intueri clare ipsum deum trinum ⁊ vnum sicuti est. Ubi patet negationem debite satisfactionis poni causam negationis purgatorie pene:dum ⁊ baptizatos sine adiuncta decedentes culpa,⁊ eos qui in suis corporibus satisfecerunt,mox in celum recipi ⁊ intueri clare deũ sicuti est,diffinitur. Ex his siquidem patet, ꝙ nec pro fomite purgãdo(qui etiam in baptizatis remanet)nec pro reliquijs quibuscũq3,nisi satisfactione debita pro cõmissis vel omissis, pene sunt purgatorie. Et similiter nec pro merito augendo: quoniam satisfacere pro peccatis,nec meritũ nec cum nouo merito oportet esse:quia nihil aliud est q̃3 exoluere penas debitas. Credendum est igitur ⁊ pro determinato habendum ꝙ anime in purgatorio nõ sunt in via quo ad meritum. ¶ Et confirmatur authoritate aug.in enchi.cap.cx.de purgatorio loquẽdo dicentis,ꝙ illis prosunt ecclesie suffragia,qui hic meruerunt vt eis prodessent. Et rursus:hic omne meritũ cõparatur. Et rursus:nemo speret quod hic neglexerit,cum obierit a domino se promereri quo possit post hanc vitam releuari quispiam. Ex quibus absq3 alia probatione patet, quod ponere meritum post hanc vitam,contradicit sententie beati aug. apertissime. Et in literis apostolicis, vbi dat indulgentia pro defunctis,dicitur de illis:quo magis aliorum egẽt suffragijs,⁊ quo minus sibiipsis proficere valent. Consonat autem hoc etiam rationi recte:q: ex eo ꝙ constat illos qui in purgatorio sunt,non posse demereri(alioquin possent dãnari)cõsequens est vt non possint mereri. ¶ Quocirca cõsequenter ad determinationem ecclesie loquendo,dicendũ est ex similitudine in naturalibus: ꝙ qu̾admodum naturalia corpora extra propria loca genita(puta si lapis genitus sit in loco superiori) habent determinationem sui ad propriũ locum.a quo impediuntur propter aliquod prohibens motum.ita decedẽtes in charitate habent determinationem sui ad celestem patriam,ad quã statim irent nisi prohibens pena debita temporalis pro peccatis adesset. Et ppterea sublata pena,vel per propriã exolutionem vel per aliorũ suffragia,statim celum adit:sicut graue remoto prohibenti tendit deorsum. Et sicut nihil acquirit graue ex remotione prohibentis(sed iuxta pristinam grauitatẽ tendit ad propriũ locum)ita anima ex remotione prohibentis,iuxta sortitam prius charitatem in celestis patrie mãsionem sibi paratam intrat. Et hec sic exemplariter sint exposita: ⁊ vt nouitij intelligere possint, qualiter anima in morte sortitur diffinitionem sui status quo ad meritũ ⁊ demeritum,⁊ cũ hoc stat ꝙ impeditur a cõsequutione regni celestis propter debitã penam:que absq3 merito exoluitur ⁊ aufertur a suffragãtibus,velut a remouente prohibẽs. Consonare siquidem discursum hunc determinationi ecclesie de purgatorio pro sola satisfactione necessario,cuilibet exercitato facile patere potest. Quod tanto magis approbandum est, quanto illi omnia consonare videntur : que de purgatorio habentur: legitur enim scdi Mac.xij. Sancta ergo ⁊ salubris est cogitatio pro defunctis exorare,vt a peccatis soluantur. Solui enim vinculi absolutionem importat:detinentur enim penalibus vinculis suorum peccatorũ. Nec obstat si in textu hoc nõ inuenit:quia maior est ecclesie authoritas,ex Hier. hoc docentis, Purgatorij quoq3 nomen ideo accepit, ꝙ a peccatorum penalibus immunditijs animã purget : vt idonea sit ciuis celestis patrie. ¶ Et quia status augmenti charitatis ad statum meriti eiusdem spectat(nam augmẽtum charitatis terminat illius meritum)eadẽ ratione qua charitas in purgatorio extra statũ est meriti.a statu quoq3 augmenti excluditur.

Ad primum In oppositum dicitur,ꝙ cõcesso in purgatorio timore non damnationis sed durationis magne future pene(vtpote quia incerti sunt de affuturis suffragijs diminutiuis penarũ) non propterea sequit ꝙ oporteat charitatem augeri ad excludendum timorem:qm̃ potest aliũde timor auferri.s.ex certificatione tẽporis ⁊ q̃titatis pene. Sed argumentum falsum assumit.s.ꝙ timor ois aut ille ex imperfecta procedat charitate:potest eñ cũ pfectissima charitate stare timor:vt patet de timore christi. Nec obstat ꝙ perfecta charitas foras mittit timorẽ : quoniã nõ vniuersaliter.sed particulariter intelligitur ṩm gloss.de timore:scilicet seruili vel initiali inq̃tum initiali. Falsum quoq3 est.ꝙ horror mortis sit peccatum:qm̃ naturalis est:⁊ si cum imperfecta charitate sit non tamen ex illa , sed ex naturali fuga mortis. Et licitum est inuoluntarie voluntate naturali mori,⁊ similiter voluntarie voluntate rationali mori:dicendo cum christo: non sicut ego volo , sed sicut tu vis. Ubi monstrat se nolle mortẽ, et submittere tamen se voluntati dei.talis autem est dispositionis quicumq3 in charitate decedit. Huiusmodi autem volũtas naturalis fugiens naturaliter penas.comitatur animã si ad purgatorium accedit,⁊ facit animã tristari de penis:q: tristitia est de his que nobis nolentibus accidunt : ṩm aug. Nec vnq̃3 separatur ab anima,

anima.nisi ipsa posset separari a seipsa:sz act⁹ eius (puta tristari,timere) cessant cessantibus eorū materijs seu causis.s.malis pene. Et ideo nō oportet crescere ꝓpterea charitatē:sz desinere obiecta tristitie ⁊ timoris:que si āte equali charitate tolli posse cōstat. Ꝺenieti ā si aīa secū aliquod timoris vel alteri⁹ passiōis pctm̄ deferret,nō ꝓpterea oporteret nouū in illa meritū ponere ad delendum illud pctm̄:vt patet matth.xij.in glo.sup illo ꝟbo:neqꝫ in futuro dicente:quedā culpe puē.s.in futuro laxantur:que quidē post mortē grauant,sed ⁊ dimittunt si homo bonis actibus in vita vt ibi dimittant promeruit. Hec illa. ¶ Ad secundum dicitur,q anime in purgatorio eo modo quo sunt in via,progrediunt:sunt enī in via quo ad satisfaciendum:⁊ cōtinue ꝓgrediunt exoluendo per se vel per alium. ¶ Ad tertiū dr̄,q ad literā apl's loquit in hac peregrinatione:in qua virt⁹ in infirmitate perficitur:non directe (infirmitas enim nō est virtutis ꝑfectiua) sed occasionaliter. Nō est aūt in purgatorio huiusmodi occasione op⁹:vbi nō est stat⁹ ꝑficiēdi. ¶ Ad quartū dicitur,q diligentib⁹ deum oīa cooperantur in bonū celestis beatitudinis:⁊ sic oīa in purgatorio cooperantur animab⁹ in bonum celestis patrie:quia in maiorē appropinquationē in illud. ¶ Ad quintum dicitur,q ly magis ac magis potest referri vl' ad rem acceptam,vt sit sensus,nisi maiorem rem accipiat:⁊ sic falsum assumitur:cōseruatur enim res sine augmēto sui. Uel ad acceptionem:vt sit sensus,nisi maior extensiue sit acceptio:⁊ sic est verum: nā nisi conseruatio continue extendatur,desineret res esse:omnia enim in nihilū redigerentur,nisi ea manus omnipotentis conseruaret,inquit greg. Unde ex hoc non habetur augmentum charitatis:sed conseruatio eius. Auguste die.xvij.octobris.m.ccccc.xviij.

¶ An omnes aīe in purgatorio sint certe de sua salute. Qō.xviij.

Queritur Utrum anime oēs in purgatorio sint certe de sua salute eterna. Et videtur q nō. Primo,quia pene inferni ⁊ purgatorij sunt eedem:ac per hoc tantus est pauor ⁊ horror aliquarum animarū:vt impediat eas vt nesciant in quo statu sint. ¶ Preterea. Qr multe defunctorū anime apparuerunt nescientes statum suū:tanq̄ deus sic eas iudicauerit:suspenderit tamen promulgationē sentētie respectu illarū. ¶ Tertio,qr nulla ratione aut autoritate scripture aut ecclesie inuenit,q omnes anime in purgatorio sint certe de sua eterna salute ⁊c. ¶ In oppositum est communis ecclesie doctrina.

Ad euidentiam Huius questionis sciendū est,q quum quelibet aīa a corpe separata videat seipsam,⁊ omnes species seu habit⁹ in seipsa existētes (qm̄ directe intuitus eius fertur in seipsam nō impeditā a corpe:vt in hac vita cōtingit) cōsequens est vt anima existens in purgatorio videat charitatem seu gratie habitū in seipsa existentem:ac per hoc sciat q est in statu gratie:⁊ cōsequenter est certa de sua salute eterna. ¶ Et confirmatur:qr in omni anima separata que purgatur,remanet fides ⁊ certa cognitio quā hic habuit q omnes in purgatorio sunt de numero electorū:⁊ scit se esse in purgatorio:ergo est certa de sua salute. Probatur q sciat se esse in purgatorio:quia retinet certam fidem quā hic habuit:scilicet q nō datur quartus gradus animarū separatarū baptizatarū:sz aut beate,aut dānate,aut purgande sunt statim post mortem:⁊ scit se esse baptizatā,⁊ extra hāc vitam corpoream,⁊ non beatam nec damnatam:ergo purgari ad eternam salutem. ¶ Et confirmari idem potest ex parte spei:remanet siquidem in oībus animabus purgatorij virtus non solū charitatis ⁊ fidei,sed etiam spei:non otiose,sed tunc maxime accense ad suum obiectum,quod est beatitudo eterna. Et quum spes sit certa expectatio future beatitudinis:quam in dānatis impossibile est esse,sequitur idem quod prius.

Ad primam Ergo obiectionem dicitur primo,q licet alique pene sint cōmunes inferno ⁊ purgatorio:non tamen eodē modo ex parte patientiū:quia patientes in inferno diuersissimo modo sunt dispositi a patientibus purgatorie:vt patet. Quia qui purgant,habent voluntatem rectam ⁊ conformē dei voluntati amātes iustitiā dei,⁊ sperantes in deo ac iesu christi salute:dānati vero opposito modo se habent. Et ꝓpterea ignis communis inferis ⁊ purgādis nō eodem modo suscipitur a dānandis ⁊ purgandis:⁊ ad modorum diuersitatem spectat error. in inferno enim horror est ⁊ diuine iustitie ⁊ penarum propter peruersam voluntatem eorum:in purgatorio vero dolor quidem penarum,sed non horror est:quia amant diuinam iustitiam,⁊ libēter sustinēt penas propter diuinam iustitiam. ¶ Dicitur secundo,q sicut horror maxime in dānatis non impedit eos a perceptione sui status,multo minus impediret purgandos a perceptione sui status:non enim horror maior in purgatorio q̄ in inferno est. ¶ Ad secundum dicendum,q doctrina ecclesie non inheret incertis visionibus:quales sunt iste,quas ecclesia nō approbauit:⁊ forte fuerunt somnia aut extases,aut syncope:aut illusiones demonū ad noua dogmata inducenda. ¶ Ad tertium patet ex dictis,q certa ratione habetur omnes animas in purgatorio certas esse de sua eterna salute. In Augusta.xxv.septembris.m.ccccc.xviij.

¶ An imperfecta charitas necessario deferat secū post mortem,timorem penalem. Questio.xix.

Utrum Imperfecta charitas necessario deferat secum post mortem,timorem penalem. Et videtur q sic:quia impfecta charitas q̄diu homo est in hac vita habet secum timorem (qm̄ de sola perfecta charitate scriptū est prime Jo.iiij.perfecta charitas foras mittit timorem) sed ex sola morte nō perficitur: ergo necessario fert secum timorem:sed timor penam habet:vt ibidem dicitur:ergo.

In oppositum Est:quia si sic esset,oporteret vt quilibet imperfecte charitatis transiret per purgatorium:quoniam nullus ingreditur celum cum timore penali,sicut nec cum quacunqꝫ alia pena.

Ad euidentiam Huius sciēdum est,q quia de statibus vite future id tenere debem⁹, qđ scripture sacre aut ecclesie autoritate didicimus,idcirco oportet hic supponere ecclesie diffinitionē,scilicet q si aliquis baptizatus moriatur anteq̄ culpam aliquam committat,ipsum in celum mox recipi,⁊ intueri clare ipsum deum trinum ⁊ vnum sicuti est: vt sub Eugenio iiij.in cōcilio Flor.patet. Ex qua diffinitione sequitur q charitas imperfecta nō necessario fert secum post mortē,timorem penalē:quoniam cōstat baptizatum hodie Johannē adultum,⁊ statim absqꝫ cōmisso peccato aliquo defunctum,non oportere habuisse charitatem perfectā. Imo cōmuniter baptizati sortiuntur charitatem imperfectā,qr incipiētiū,⁊ deinde proficiunt, et,demum sunt ꝑfecti:charitas enim meretur augeri,⁊ aucta meretur perfici ꝟm aug. Nō consonat igit ecclesiastice doctrine,charitatem imperfectā ferre secum necessario post mortē timorē penalem:a ratione quoqꝫ dissonat huiusmodi necessaria cōnectio. Habes quoqꝫ ex dicta diffinitione flo.cōcilij,aīas nō retardari a visione dei ⁊ beatitudine,ex hoc q q̄diu vixerūt in corpore,fomitē cū imperfecta charitate habuerunt:nam si retardarentur,non statim baptizati qui post non peccauerunt,beati migrantes essent. Nam quum timor seruilis a quacunqꝫ minima charitate excludat (qm̄ per charitatem filij sumus dei,⁊ non per spiritum seruitutis in timore:sed spiritum adoptionis filiorum dei accepimus,in quo clamamus abba pater ꝟm apostolum) timor quicūqꝫ alius cōpossibilis charitati nō necessario ponitur in actu ex sola imperfecta charitate:sed oportet aliā positiuam causam apponere:puta aliquod malum imminēs. Sed stat q homini impfecte charitatis nihil imminentis mali occurrat post mortem:puta quia est in statu in quo satisfecit plene pro omnib⁹ peccatis suis:ergo charitas illius nullum penalem secum ducit timorem:sed statim perficitur perfectione patrie celestis. Et sic licet in toto tempore precedente charitas cōpassa fuerit aliquem timorē: ratione tamen status illius hominis (quia.s.nulli culpe nulliusqꝫ pene malo pro peccato subiacere tunc inuenitur) in primo instanti quo nō viuit hic sed ibi,charitas illa perficitur perfectione patrie:vt dictum est ⁊ non nisi timorem illum secum retinet qui permanet in seculum seculi.

Ad obiectionem Dicitur,q glo.ibidem exponit de timore seruili:qui nec cū perfecta nec cum imperfecta charitate manet. In cuius signum text. dicit vtrumqꝫ:⁊ q timor nō est in charitate,⁊ q perfecta charitas foras mittit timorem. Aliter exponit primum de timore seruili,⁊ secundum de timore initiali. ¶ Aliter ⁊ altius posset exponi de timore simpliciter ⁊ charitate simpliciter:vt sit sensus:timor non est in charitate:quia scilicet necessario contrat charitatē. Et ratio redditur,qr perfecta charitas (q̄ scilicet est ꝑfectio ⁊ perfecta simpliciter) foras mittit timorē:qr timor penam habet. Charitas aūt simpliciter sine omni etiam passibili malo ⁊ pene ⁊ culpe est:charitas enim quum sit vna ex perfectionibus simpliciter,cōmunis est deo et creaturis:⁊ in solo deo inuenitur perfecta,sicut et sapientia et bonitas:in quo nullum cōpati timorem siue naturalem siue reuerentialem manifestum est. Et hec expositio licet sit quo ad text.illū noua:est tamen in se vera,⁊ non aliena a tex.illo incipiente ibi,de⁹ charitas est ⁊c.⁊ ex charitate dei perfectionē charitatis in nobis imitandam proponente ⁊ docente. Sed ad propositum sufficit ex=

positio duplex inducta ex glosa. ¶ Ad id vero qđ dicit, ꝙ per solā mortem charitas nō perficitur: ꝛ ꝟidetur ꝙ sola mors non perficit charitatē: sꝫ solus deus gloriosus inueniēs hominem in morte liberū a culpa ⁊ pena peccatis cōmissis debita, perficit charitatem, lumē glorie illi infundendo, ⁊ ad visionem fruitionē𝔮 sue maiestatis illum admittendo. Auguste die .xiiij. octobris. 1518.

¶ An iustus timendo penam, peccet. Questio .xx.

VTrū Iustus timēdo penā, peccet. Et videtur ꝙ sic. Primo, qꝛ iustus nihil timere dꝫ nisi solum deū. ⁊ Tū secundo, qꝛ timor pene est ex amore sui, qui est peccatum: charitas enim non querit que sua sunt: prime ad cor. xiij. ⁊ ab apostolo vituperantur .ij. ad timo. iij. homines seipsos amātes: ⁊ infinite ad hoc sunt autoritates. ⁊ Tū tertio, qꝛ ratio suffragat: qꝛ odio hñs penā, plus amat suā quietē 𝔮ꝫ dei iustitiā ⁊ voluntatē: hoc aūt cōstat esse iniquum. ⁊ Quarto, qꝛ timor omnis ex diffidētia est: iuxta illud: confidite, nolite timere: ⁊ similia: diffidentia aūt peccatum est: ergo ⁊c.

Ad euidentiā Huius questionis sciendum est, ꝙ timor ⁊ dolor conueniunt in materia hac scilicet malo pene: vt patet: ⁊ vtrum𝔮ꝫ est de his que nobis nolentibus accidunt (vt aug. dicit) 𝔮uis differenter: quia dolor de presenti. timor de futuro est malo. Unde sicut contingit recte ⁊ non recte dolere de presenti malo pene, ita contingit recte ⁊ non recte timere futurū malū pene: nā si dolor 𝔮ꝫtū𝔮ꝫ magnus sit, volūtatem hominis a diuinis preceptis non auertit, recte tristamur ⁊ dolem⁹ de malo quod patimur. Et vtrū𝔮ꝫ clare videmus in domino iesu: qui ait, tristis est anima mea vs𝔮ꝫ ad mortem. Et rursus: o vos omnes q̇ transitis per viam, videte si est dolor similis sicut meus. Et similiter timor futuri mali pene 𝔮ꝫtus𝔮ꝫ sit, si non auertit hominem a diuinis preceptis, rectus est: ⁊ hoc etiam est videre in domino iesu: qui cepit pauere ⁊ tedere. mar. xiiij. Tunc autem tātum tam dolor 𝔮ꝫ timor malus est, quando hominem abducit a dei mādatis: vt patet in his qui dolore ⁊ timore fidem negant, vel quic𝔮ꝫ aliud mandatorum omittunt. Ex quibus clare patet, ꝙ nec dolor de presenti malo pene, nec timor de futuro, est secundum se malus: alioquin nun𝔮ꝫ esset rectus. Nec dissonat ab homine mortali 𝔮ꝫtū𝔮ꝫ perfectissimo: alioquin nō inuentus fuisset in christo omniū perfectionum fonte. Et hinc prouenit ꝙ timor pene q̄n𝔮ꝫ vituperatur, ⁊ quando𝔮ꝫ non, sed nature testis est bone. Et propterea iust⁹ timendo penam infra limites nature ac recte rationis, nullo modo peccat: nisi christus peccauerit, quod est blasphemia.

Ad obiectionem Primam in oppositum dicitur, ꝙ naturalis timor mali pene infra limites rationis recte consistens, non est timor alterius 𝔮ꝫ dei vt infligentis penam: quoniam non est malum pene in ciuitate quod non fecerit dominus. Timor enim solius dei vt punitoris, non excludit timorem rectum penarum: vt patet. ¶ Ad secūdam dicitur ꝙ amor sui duobus modis in sacris literis sumit. Primo pro amore sui secundum id quod est ex naturalibus siue gratuitis dei donis: ⁊ sic amor sui est de precepto nature. Et ad huius sui amoris imitationem precepit deus, diliges proximum tuū sicut teipsum: ⁊ ſm hoc apostolus dixit, nemo vn𝔮ꝫ carnē suā odio habuit: ⁊ dñs, dedi dilectā aiam meam in manus ⁊c. Aliomodo sumitur ꝓ amore sui secundum id qđ ex peccato habet: puta ꝓnitatē ad malum, auersionem a deo ⁊ huiusmodi: ⁊ sic amor sui nō est rectus: dꝫ eñi homo odisse in se quicquid mali hꝫ in𝔮ꝫtum est malū: amor eñi nō nisi boni est. ⁊ Quocirca si timor ex amore sui secundum dei in se dona naturalia vel gratuita procedit, ⁊ infra rationis recte limites sistit, nullum peccatū est: sed testis est bone nature, bonitatis𝔮ꝫ diuinorū effectuū amabiliū. Si aūt prouenit ex amore sui secundo modo, sic est peccatū: sicut ⁊ ipse sui amor: qui est fundamētū ciuitatis diabolice. Unde prudentis lectoris erit discernere q̄ñ scriptura catholica vel doctorū loq̇tur de amore vel odio sui primo modo ⁊ q̄ñ secundo modo: ⁊ sic nō falletur. Qđ eñi dicitur, erūt homines seipsos amantes. de amore sui 𝔮ꝫtum ad id qđ peccati est refertur ⁊ sic de alijs vituperatis amoribus sui. Qđ autem dicitur, charitas non querit q̄ sua sunt. multipliciter a glo. exponitur. Primo referendo cōmuniter ad ea q̄ ipsius charitatis esse possunt materia: ⁊ exponit apponendo ly tm̄: hoc est charitas nō tm̄ querit q̄ pro ipsa in habente ipsam sunt, sed etiā q̄ pro alijs sunt: secundo exponēdo de tēporalibus bonis: ⁊ sic vel nō repetit ablata. vel nō est amatrix pecuniarum. Aug. aūt in regula exponit de eisdē tꝑalibus: qꝛ cōmunia ꝓprijs, nō propria cōibus anteponit. Ex q̇bus oībus patet ꝙ in nullo obstat hec autoritas dictis. ¶ Ad tertiam dicitur, ꝙ maior est vniuersaliter falsa: christus eñi testatur ⁊ se nolle mortis penam, ⁊ se tamen plus velle dei voluntatem 𝔮ꝫ suam, quū dixit, verūtm̄ non sicut ego volo, quo ad primum: sed sicut tu vis, quo ad secundum. Et similiter accidit in omnibus recte tristibus ⁊ timentibus: habent eñi simul nolle seu odium respectu malorum ex amore naturali quietis a malis (⁊ quo ad hoc aug. dixit, ꝙ sunt de his que nobis nolentibus accidunt) ⁊ velle respectu diuine voluntatis, iustitie ⁊ precepti: alioquin non sisteret tristitia aut timor infra limites recte rationis. Et propterea falsum esse liquet, ꝙ odio habens penam ⁊ appetens non pati, plus amat se ⁊ suam quietem 𝔮ꝫ dei iustitiam, preceptum aut voluntatem. ¶ Ad quartam dicitur falsum esse, ꝙ omnis timor sit ex diffidentia: 𝔮uis enim timor quia spei opponitur, minuatur ex confidentia ⁊ ex diffidentia augeatur: nō semper tamen ex diffidentia oritur: vt patet de timore christi in quo nulla fuit diffidentia. Et de timore hiero. ad eustochium dicentis: ego ille qui timore gehēne tali me carceri dānauerā: ⁊ tamen tunc maxime confidebat de diuina gratia. Unde autem oriatur vniuersaliter timor, alterius est negotij: sat est ꝙ nō est opus culpabilem semper esse. Auguste die .xiiij. octobris. 1518.

¶ De obligatione precepti. Qō .xxi.

QUeritur Utrum omne preceptum obliget ad peccatum mortale. Et videtur ꝙ sic: quia communis animi conceptio est, quicquid sub precepto positum est ad mortale peccatum obligare: intantum ꝙ percūctantibus de aliquo actu an cadat sub precepto, vbi responsum est affirmatiue, statim intelligitur obligatio ad mortale peccatum.

In oppositum Autem est: quia sequeretur omnem actum cuiuscū𝔮ꝫ virtutis esse peccatum mortale: quod cōstat esse falsum. Et patet sequela: quia cuiuslibet actio cuiuscū𝔮ꝫ virtutis cadit sub precepto.

Ad euidentiam Huius dubij sciendum est, ꝙ preceptum contra consilium distinctum in hoc a consilio differt ꝙ consilium est de bonis quorum opposita non sunt mala: datur eñi consilium de virginitate: quam si quis noluerit seruare, nō peccat: vt patet prime ad cor. vij. ⁊ simile est de alijs. Preceptum autem de his bonis quorū omissio mala est mortaliter: soli enim illi virtutum actus sub precepto cadunt quorum omissio peccatum est: vt patet discurrendo. Et propterea apostolus ibidem dicit, de virginibus preceptum domini non habeo, consilium autem do. ⁊ subdit, ꝙ si nupserit virgo, non peccat. Habet ergo preceptum pro materia actum bonum cuius oppositū est peccatum: ⁊ econtrario omne peccatum opponitur alicui commissioni vel omissioni precepte. Qđ ex eo patet ꝙ trifariam diuisis actibus (quia aut precepti aut consulti aut indifferentes sunt) ne𝔮ꝫ contra indifferentia ne𝔮ꝫ contra consulta agendo vel omittendo peccatum incurritur: restat igitur vt quod peccatum sit, opponatur cōmissioni vel omissioni precepte. Quo fit vt euidenter hinc sequatur non quicquid clauditur sub precepto vinculum habere mortale: nisi quis putet omne peccatum esse mortale. Si enim omne peccatū opponatur alicui ꝓcepto, ⁊ nō omne peccatum est mortale, clare seq̇tur ꝙ aliqđ peccatū est contra preceptum qđ nō est mortale. ¶ Sed q̄uō hoc sit declarandū, restat. Scito ergo ꝙ ꝓceptorū moraliū (de quibus solis est sermo) quedā habent ꝓ materia bonos actus quorū cōtrarij cōtrariantur charitati: vt patet de ꝓceptis fidei ⁊ iustitie. Sūt eñi de credēdo articulos fidei, ⁊ de tribuēdo vnicuī𝔮ꝫ quod suū est: quorū cōtraria (vt infidelitas ⁊ iniustitia) contra charitatē sunt: illa contra dilectionē dei, ista cōtra dilectionem ꝓximi. Quedā vero habent ꝓ materia actus bonos quorū cōtraria nō cōtrariantur charitati: vt patet de ꝓceptis abstinētie, affabilitatis, vrbanitatis ⁊ similiū. Sunt eñi de obseruandis modis debitis in sumēdo cibū aut cōuersando aut iocādo: quorum contraria (vt species gule ⁊ rusticitatis) nō sunt contra charitatē dei ⁊ proximi. 𝔮uis mala ⁊ peccata in genere moris sint. ⁊ Spectandum est ergo ad charitatem, quū discernendum est precepti vinculum ad mortale peccatum: quia solū per mortale peccatum charitas tollitur, ⁊ omne peccatum mortale charitatem tollit. Si eñi precepti violatio charitatem tollit, ad mortale peccatum obligat: si autem non tollit charitatem, 𝔮uis tollat 𝔮ꝫcū𝔮ꝫ aliam virtutem, ad mortale peccatum non obligat. Charitas enim est anime vita: q̄ quia per peccatū mortale tantū tollitur, adeo peccatū tollēs ipsam, mortale appellatur: tolli aūt charitatē solūmodo cōstat per id qđ contrariat dilectioni dei aut ꝓximi. ⁊ Et propterea duo sunt gña moraliū ꝓceptorū. q̄dā habentium vinculū peccati mortalis: ⁊ sunt illa sola que precipiūt aliquam commissionē vel omissionem necessariā ad dilectionē dei vel proximi. Necessariam autē dico vel sim-

plicitér: vt in quibusdã preceptis naturalis iuris: vt deum esse colendum, nõ esse adulterãdum, & hmõi. Vel ex suppositiõe: vt in quibusdã pceptis diuini vel humani iuris: vt suscipiendũ esse baptismũ, obseruãdos esse tales dies festiuos & huiusmodi: sunt eñ hec necessaria ad salutem, quia sic instituit deus vel ecclesia. Quedã habentiũ vinculũ peccati venialis tantũ: & hec sunt quorũ violatio stat cum charitate dei & pximi. Siue sint de iure nature: vt nõ esse mentiendũ esse affabilem & hmõi: siue sint de iure positiuo: vt benedicendam esse mẽsam a clericis & hmõi. Peccant eñ violantes hec pcepta, sed nõ mortaliter. Vñ patet q nõ omne pceptũ habet vinculũ peccati mortalis. Et si ad hãc distinctionem aduertissent priores, nõ cõclusissent aliqd esse de psilio, ex eo q non est in precepto habẽte vinculum pcti mortalis. Crediderim quoq ego multa nos habere hodie fm animi cõem cõceptionem p pceptis habentibus vinculũ pcti mortalis, que si a patrib' cũ hac distiõne fuissent interptata, nõ haberemus hodie hec sub precepto vinculi mortalis: vt est pceptum de ieiunio &c. Multa enim sunt, & opinione mea infinita, positiui iuris pcepta moralia absq vinculo peccati mortalis. Sub huiusmodi siquidem morali nõ mortali precepto cadit tota regula beati aug. ex eo q in principio dicit: hec sunt que vt obseruetis precipimus in monasterio constituti: & q monachi carnes nõ comedant. de consec. dist. v. carnem &c.

Alias hec hab' + mortalis seu moralis.

Ad obiectionem Ergo in oppositum dicit, q qr nominibus vtendũ est vt plures vtuntur, precepti nomen dupliciter inuenitur. Primo fm proprietatem significationis sue: & sic preceptum in politicis seu moralibus distinctũ pt cõsilium in duo secatur genera: vt declaratũ est. Alio modo p antonomasiã: & sic preceptum antonomasice dicitur solum illud qd habet vinculum peccati mortalis. Et hec orta videtur ista communis vox. Rome, die. xiiij. februarij. m. ccccc. xviij.

An religiosus factus episcopus ad obseruantias regulares ex debito legali teneatur. Questio. xxij.

Queritur An religiosus factus episcop' teneatur debito legali ad obseruantias regulares. Et videtur q nõ: qr in decretis. xviij. quest. j. cap. vnico: dicitur q monachus fact' episcopus electione canonica, est absolutus a iugo regule professionis monastice: constat enim absolutum a iugo legis, non teneri debito legali ad legis obseruationem. Et confirmatur ex glo. ibidem dicente, q non tenetur ad ieiunia: similis enim ratio est de alijs.

In oppositum Autem est autoritas et ratio. s. tho. in secunda secunde. quest. clxxxv. ar. viij. dicentis q tenetur ad omnia nõ repugnãtia episcopo: quia dispositio non tollitur adueniente perfectione, sed magis perficitur. Et confirmatur hoc, quia aliter sequeretur q monachus episcopus gauderet beneficio capituli explicari, extra de obser. ieiu. vbi conceditur in die natalis domini esus carnium etiam feria. vj. eis qui nec voto nec regulari obseruantia sunt astricti ad abstinentiã a carnibus. Consequẽs aũt videtur falsum, quia constat exceptionem illam comprehendere monachos quibus regularis institutio carnes inhibet, absq tamen peccati mortalis nota.

Ad euidentiam Huius dubitationis sciẽdũ est, q dupliciter aliquis tenet ad aliqd obseruandũ, vel ex debito legali, vel ex debito morali tñ. Dico autem tantum: quia debitũ legale claudit in se morale debitũ, & addit sup illud legalitatem. Appellatur autem & est debitum morale, vinculum ex recta ratione: debitũ vero legale est vinculum ex lege. Ita q vis obligatiua in debito morali, ex sola recta ratione vt a coactiua virtute proficiscitur, siue habeat aliunde occasionẽ siue non. Tenet enim quilibet ex debito morali ad non mẽtiendum: quia naturalis ratio sic dictat veritatem sectãdam vt pcuum fm se prauum diffiniat: & simile est de vinculo ad vitanda quelibet vitia. Tenetur quoq princeps ad obseruationem legis cõmunis ex debito morali (iuxta illud. patere legem quã ipse tuleris: extra de constit. cap. quum omnes: & dñicam rephensionẽ. matth. xxiij. dicũt et non faciũt) quis non teneatur ad legis obseruationem ex debito legali: quoniã lex nõ habet vim coactiuam supra principẽ. Verũ hmõi debitum morale ex naturali ratione sola vt a virtute coactiua vim habens, occasionaliter ortũ habet a lege extãtẽ: nã nisi lex maneret in suo robore, rõ naturalis nõ obligaret principẽ ad illi' obseruationem, sicut nec subditos: quos lex primo & recta ratio secundo obligat vt vis coactiua ad legis eiusdem obseruationem.

Alias + et

Debitum autem legale est, quod a lege, vt + a coactiua virtute est: lex enim nisi habeat coactiuam virtutẽ lex non est: ac per hoc respectu illius supra quem non habet virtutem coactiuam lex nõ est simpliciter & absolute, sed fm quid scilicet vt directiua. Et propterea dicitur & bene, q princeps solutus est legibus: quia scilicet lex simpliciter & absolute nõ est supra eũ: quia nõ ligatur coactiua virtute legis. Et quia vis coactiua legũ per legis actum puniuum exercetur vt pprium actũ: qr pena est propriũ legis medium per qd ad sui obedientiã inducit: vt. s. tho. docuit in prima sc'de. q. xcij. art. ij. ideo illi soli subsunt virtuti coactiue legis q legũ penas incurrunt cõtrafaciendo. Qui autem suapte natura nõ ex priuilegio, legum penas nõ incurrũt, qñtũcũq cõtra pcepta legũ agant, virtuti coactiue legis nõ subijciunt. Quocirca qr religiosus fact' episcopus nõ subiacet penis regule aut statutorum regularium (quod ex eo patet, q si puniẽdus est, nõ punit fm regularia instituta, sed fm sacros canones, sicut reliqui epĩ) consequens est, vt religiosus factus episcopus nõ teneatur ex debito legali ad obseruãtias regulares. Et qr censurarũ & peccati mortalis pena ad vim coactiuã legis spectãt, ideo nõ incurrit cẽsuras aut mortale peccatum, si huiusmodi ex regula aut cõstõnib' tantũ prohibeant, oppositum faciẽdo: quis peccet mortaliter aliqd trium essentialium votorũ trãsgrediendo: quia ad illorum obseruationẽ ex voti vinculo cessante lege tenet. Tenetur tñ ex debito morali religiosus factus episcopus ad sue religionis regulares obseruãtias nõ cõtrarias aut dissonas epõ: quia ex ascẽsu ad pfectionis statũ nõ debet deficere a fructu prioris vite: vt rõ sancti tho. monstrat. Perderet autem si ea que etiã nõ cõferũt ad pfectionem epalem, per q ad illam peruenit, desereret: simile siquidẽ accidit istis regularib' bonis in epõ quod accidit in naturalibus & disciplinabilib' dispositionibus. Videmus enim ad generationẽ ignis perueniri per calorem disponẽtem ad ignẽ: & ppterea igne genito calor non minor manet: aliter tamẽ: qr prius inerat per virtutem qsi coactiuam agẽtis: postea inest vt cõsequens naturam geniti. Et similiter frequẽs meditationis studiũ ad doctoratum ducit: & ppterea doctor nisi cancri more retrocedat amplr' meditat: licet aliter: qr prius quasi pedagogo cogente, postmodũ tanq actum cõnaturalẽ exercens. Ita & religiosus pficiẽdo per regulares obseruãtias, ad episcopalem perfectionem deducit: qua adueniente, regulares obseruantie episcopum decentes magis assunt: aliter tamẽ: qr prius tenebatur ad illas ex virtute coactiua legis: modo vero ex recta rõne dictante laborẽ vie non debere pire in termino, & q p eadem bona perfectio conseruari debet per que acquisita est. Ex quibus patet vtrãq opinionẽ verũ diuersimode dicere, & q tenet ad regulares obseruãtias, & q nõ tenet: nã tenetur ex debito morali & non tenetur ex debito legali. Et hinc patere potest, q monachus factus epũs licite põt carnib' vesci in sexta feria quãdo natiuitas domini in illa euenit: qm a debito legali quo sub iugo prohibẽtis regule astringebat, absolutus est, & debitũ morale tunc nõ habet locum. Quia cõuenientissimum est, inquit diu' th. in tertia parte. q. xl. art. ij. vt quisq aliquibus cõuersatur, se eis in cõuersatione conformet: itaq in cibo & potu cõformiter se sicut alij habeat: constat enim monachum episcopũ ad cõuersandum cũ ecclesia sua & specialiter clericis suis translatum. Et hoc precipue locum habet in tanta solennitate: in qua & sancti viri abstinentie detrahunt: decet enim tantam interne letitie causam foris erũpere ad letas mẽsas.

Ad primam Ergo obiectionẽ pro pte negatiua ex decretis, dicitur q monachus factus episcopus absoluitur a regulari iugo, qd coactionẽ importat: sed nõ absoluitur a morali debito opis regularis. Et similiter glo. verificanda est, q absoluitur a iugo ieiunij, & nõ a ieiunij debito morali. Ad obiectionẽ autẽ primam p parte affirmatiua ex autoritate s. tho. dicit, q intelligẽd' est de debito morali, & nõ de legali. Qd patet tum ex ratione ibi reddita, q non nisi debitum morale cõcludit: tum ex eo q iuxta illã doctrinam religiosus factus episcopus etiam romanus tenet ad regulares obseruãtias non dedecentes ipsum: & tamen cõstat ipsum non teneri debito legali, sed morali tãtum ad huiusmodi. Ratio enim littere illius nõ magis militat pro alijs episcopis q p romano: quã iste teneatur esse perfectior ceteris. Ad secũdam obiectionem dicit, q canon ille honorij. iij. explicando restringẽs esum carnis in die natalis domini ad eos qui nec voto nec regulari obseruãtia sunt astricti, intelligit de astrictis ex debito legali ad regularem obseruantiã: & nõ de his qui ex debito morali subsunt regulari obseruantie. Et ratio est: quia in qualibet scientia nomina sunt interptanda fm vsum illius sciẽtie: constat aũt solos astrictos debito legali appellari in iure astrictos lege. & non astrictos legali debito appellari solutos a lege: princeps enim solut' dicitur legibus, qui tamen fm morale debitum subest

legibus. Et qđ magis viget ad propositū, monachus eps a iugo regule monastice ꝓfessionis absolutus dicitur. ca. statutū. xviij. q. j. nō cōprehenditur igitur monachus eps in iuris dispositione inter astrictos regulari obseruantia: sꝫ inter absolutos a iugo regularis obseruātie. si iuris textum vnum ſm eiusdem iuris textū alium intelligere debemus. Et tu lector memento scripta nostra de huius questionis materia in commētarijs super secunda secunde ad hec referre subtilius discussa. Rome. xiij. februarij. 1518.

De collatione ordinis.

Utrū in collatione sacri ordinis sufficiat tactus corporalis post cōpletā prolationem verborū in quibus cōsistit forma. Qō. xxiij.

Queritur An in collatiōe ordinis sufficiat tactus corporalis post cōpletam prolationem verborū in quibus cōsistit forma. Et videtur ꝙ sic. Primo quia de facto ritus hic seruat̃ alicubi absqꝫ reprehensione: vt a fidedignis dicit̃. Porrigitur siquidem ab epo dicente semel tantū forme verba in numero plurali. accipite potestatē ꝛc. calix preparatus, ꝛ quotquot sunt ordinandi in sacerdotes, singillatim accedunt ad contactum calicis epo non repetente: neqꝫ cōtinuāte verba, sed deinceps silēte. absurdū est autem dānare tantam multitudinem: ergo ꝛc. Secūdo: quia vbi est diuersitas opinionū, nō est diffinitiue asserēdū nisi liquide manifestata sit veritas. ergo multo magis vbi nihil inuenitur etiam opinatū, non est dānāda altera pars. sed quilibet sensui suo relinquendus. Sed de simultate contactus corporalis in sacrorum ordinum susceptione, nihil apparet etiam opinatum, quinpotius de contactu ipso corporali diuerse sunt opiniones: vt. s. th. in iiij. sen. di. xxiiij. dicit. Nō sunt igitur dānandi, qui tetigerūt quidē calicem preparatum ꝛc. ꝗ̄uis non simul cum prolatione verborū. Tertio: quia si contactus ꝛ verborum prolatio deberent esse simul tempore, hoc esset, qꝛ verba forme aliter nō verificarent̃. Sed hoc non accidit in ꝓposito: nā in verbis imperatiui modi satisfit. si incontinenti obeditur ſm intētionē imperantis. Epo aūt porrigēti ꝛ dicenti tot ordinandis, accipite, obeditur incontinenti ſm eius intentionem: quoniam eps etiam explicite dicit, ego intendo omnibus conferre ordinem sic successiue venientibus: ergo ꝛc.

Respondeo. In hac difficultate primo declarabit̃ veritas de necessitate contactus. Secundo de simultate contactus ꝛ verborum. tertio satisfiet oppositis.

Quo ad Primū scito, ꝙ non opinatiue sed assertiue dicendū est, ꝙ contactus corporalis necessarius est in sacramento ordinis. non solum quia simile est in ceteris sacramētis in quibus adhibetur extranea materia (baptismus eñ sine cōtactu aque, confirmatio sine contactu manuum vel chrismatis, et extrema vnctio sine contactu olei non fit ꝛc.) sed quia ꝓpria ratio forme sacramenti ordinis hoc exigit: vt diuus th. in preallegato loco docuit. Oportet siquidem verba in quibus consistit forma ordinis, verificari sic ꝙ actus significati impleantur: alioquin inefficacia vanaqꝫ sunt: sed in verbis forme precipitur actus susceptionis corporalis: ergo oportet impleri tale imperium per corporalē acceptionē. Probatur minor: qꝛ cū dicitur, accipe. aut imperatur solus actus interior. aut cū exteriori acceptione. Non interior solus quia de interioribus solis ecclesia non se impedit: ergo iunctus exteriori acceptioni. Et confirmatur: qꝛ cū sacramenta cōsistant in rebus ꝛ verbis sensibilibus (vt patet in principio quarti sen.) demonstrationes iussionesqꝫ sacramentales ad sensum impleri oportet. Propter qđ sicut cū in forma eucharistie dicitur, hoc est corpus meū, opꝫ fieri demonstrationem non ad intellectū tm̄ sꝫ ad sensum, ita cū in forma ordinis dicitur, accipe, oportet fieri iussionem ad sensum. Et sicut ibi oportet monstrare cōtētū sub his sensibilibus speciebus panis ꝛc. ita hic imperari acceptionē sensibilē, que cōtactu corporali perficitur ꝛc. Et hec ratio nō solū infert, ꝙ oportet corporalem susceptionē interuenire in illis traditionibus ꝗbus imperatur explicite acceptio alicuius rei corporalis (puta cū dicitur, accipe librum vel claues ꝛc.) sed etiam cū dicitur, accipe potestatē, vel accipe spiritumsanctū: idē eñ est vtrobiqꝫ iudiciū: quia idē est in vtrisqꝫ imperatū. Meminisse eñ opꝫ ꝙ sicut in consecratione sanguinis iesu christi, nō demonstratur ex vi verborū id. qđ cōtinetur sub specie vini, quod tñ deberet demonstrari sicut in cōsecratione corporis: sꝫ demonstratur calix cōtinens illas species, dicendo, hic est calix ꝛc. ꝛ iuxta tropū methonymie ponitur continēs ꝓ cōtēto. ad insinuādū ꝙ cōuersio fit in sanguinē vt potabilē: ita in sacramento ordinis iubetur ex vi verborū qñqꝫ acceptio spiritualis rei (puta potestatis seu spiritussancti) ꝛ iuxta eūdē tropum ponitur id quod dicitur ✠ ꝓ eo qđ fit. i. acceptio potestatis, ꝓ qua acceptio corporalis fit. loco ipsius acceptionis in corporalis, q̄ in rei veritate imperatur. Opꝫ eñ (vt dictū est) iussionē sicut ꝛ demōstrationē sacramētorū, ad sensum impleri ꝛc. Amplius. Nō minus oportet impleri qđ fit in sacramento q̄ qđ dicitur. Sꝫ in sacramento ordinis si fit traditio calicis actiue ꝛ nō accipitur, cōstat ꝙ nō impletur qđ fit: nulla eñ actio impletur sine passione, vnde eps ꝛ verbo (vt dictum est) iuxta tropū ꝑdictū, ꝛ facto ipso. s. porrectione calicis, vel actiua manuū impositione, imperat corporalē susceptionē. Propter quod sicut nō sufficit epm manus imponere actiue tm̄: sed opꝫ corporaliter tāgi ordinandum, ꝛ obedire. cōtactum corporalē sustinendo, q̄uis ex vi verborū spiritussanctus accipiendus iubeat̃ in illa impositione: ita nō sufficit calicē cū verbis porrigere, sꝫ oportet ordinandū obedire ad corporalē tactū accedendo. q̄uis ex vi verboꝝ potestas accipiēda dicatur imperatiue ꝛc. Cōfirmat̃ quoqꝫ hoc autoritate decretalis de sa. nō ite. ca. ꝑsbiter. Ubi exꝑsse apostolica traditione tactū corꝑalē debere interuenire grego. 9. dicit ꝛc. Non deest quoqꝫ autoritas sancti tho. ꝛ petri de pal. ꝛ rubricarum librorum pontificalium ꝛc. Hec de primo.

✠ Als qđ dicunt.

Quo ad Secundū: scito, ꝙ oportet corporalē cōtactū fieri cū prolatione verborū in ꝗbus cōsistit forma, simul tempore in toto vel in parte ꝛc. qm̄ nulla oratio verificat̃ aut adimpletur nisi significatū ponatur in tēpore cōsignificato. Tps aūt cōsignificatū per orationē q̄ est forma sacramenti. nō se extendit extra totū tps ꝓlationis eius: ergo intra tps ꝓlationis verborū, oportet acceptionē significatam impleri ꝛc. maior est per se euidens. Minor aūt continet duo: vnū est ꝙ tps cōsignificatū sit presens: alterū vero ꝙ tale tps presens nō extēdatur extra tps ꝓlationis verborū: his eñ duobus euidēter habitis, tota ratio clara erit, ac efficaciter inferens intentum. Primū aūt horum euidēs fit ex cōditionibus verbi imperatiui: nā inter presens indicatiui, ꝛ presens imperatiui, ꝛ futurū eiusdē (verbi gratia, accipis, accipe, ꝛ accipito) cōuenientia est in significatione: singula eñ acceptionē significant. In modo autē significandi differentia est qm̄ ly accipis significat acceptionē indicatiue. ly vero accipe ꝛ accipite, significant acceptionē imperatiue. In tēpore vero differentia est. sꝫ aliter: qm̄ tam ly accipis q̄ ly accipe, significat acceptionem in ꝑsenti, ly vero accipito, significat acceptionem in futuro. Unde inter ly accipis ꝛ ly accipe, neqꝫ in significato. neqꝫ in tēpore est differētia aliqua: sed in modo tantum: qm̄ dicendo accipis: acceptionem presentē in te indico: dicendo vero accipe, acceptionē presentē tibi impero ꝛc. Et ex hoc sequitur, ꝙ sicut verum non est dicere accipis, te in presenti nō accipiente (indicatur siquidem esse in presenti qđ non est) ita efficax non est dicere accipe. te nō in presenti accipiente: imperatur siquidem esse in presenti quod non est. Ex proprietate igitur consignificati temporis in forma sacramenti ordinis consistente in verbo imperatiuo presentis temporis: apparet ꝙ oportet impleri quod iubetur in presenti tempore. Quod autē tale ꝑsens non extendatur vltra tēpus prolationis verborum probatur. Primo ex ipsa ratione tēporis cōsignificati. Ad cuius euidentiam aduerte tria. Primū est ꝙ differentia tēporis verborum non tenet se ex parte prolationis. neqꝫ ex parte proferentis. sed ex parte significati: nam si ad tēpus ꝓlationis inspicias. ita mensuratur tēpore presenti accipiā ꝛ accepi sicut accipio ꝛc. similiter si ad intētionem huius vel illius proferentis aduerteris, ita potest intendere presens tempus vnius anni, mensis vel diei ꝛc. sicut huius nūc ꝛc. Sed si significationem verbi perspexeris, ꝛ mensuram durationis eius consignificatam consideraueris, inuenies, ꝙ tempus cōsignificatum vt mensura ipsius actus significati ex vi talis verbi intelligitur. Secundum est, ꝙ consignificatum tempus est ꝛ dicitur presens, preteritum vel futurum in respectu ad tempus quo verbum ipsum significans profertur: quilibet enim fatetur se falsum dicere si dicendo, credo, non habeat in se credulitatem quando hoc dicit. Et similiter si dicendo, credidi, scit se nunq̄ nisi tunc quando dicit habuisse credulitatem, falsum dicit ꝛc. Et verba igitur presentis temporis significant actum coexistentem ipsis verbis quando dicuntur, ꝛ preterita preteritū, ꝛ futura futurū. Tertium est, ꝙ licet ſm veritatem nihil de tēpore sit vnq̄ presens nisi instans: apud grāmaticos tamen tēpus presens dicitur ꝛ cōsignificatur, qđ cuicūqꝫ parti orationis coexistit: ꝓpter quod in sacramentorum actionibus apud theologos effectus quidem quia in instanti fit, in fine prolationis verborum fit. Actus aūt sacramētalis tam actiue q̄ passiue in quacūqꝫ parte mensurante prolationem verborū coexistat, sufficit. Ex proprietate igitur consignificati temporis euidēter pꝫ ꝙ tps pñs cōsignificatū in forma sacramē-

torum nõ extenditur vltra mẽsuram ꝓlationis eorum.❡ Et cõfirmatur: quia sicut in eucharistie cõsecratione cũ dicitur, hoc est corpus meum: ly est, nõ cõsignificat tẽpus extra prolationem verborum, ita in sacramento ordinis cum dicitur, accipe, nõ cõsignificatur tẽpus extra mensuram ꝓlationis verborum: vtrobiqꝫ enim est verbum ꝑsentis tẽporis, ⁊ nõ differunt nisi in modo indicatiuo ⁊ imperatiuo. Mẽsura autẽ nõ ex parte modi sꝫ tpis se tenet: ⁊ propterea eadem est vtrobiqꝫ ratio. Et ex hoc habes non solum ꝙ ex proprietate verbi se tenet, sꝫ ꝙ talis rigorosa ꝓprietas in sacramẽtis ecclesiasticis seruatur, intendit ⁊ exigitur adẽ enim esse de oibus iudicium debet.❡ Et cõfirmatur: q2 nisi tps presens ↄsignificatũ intelligatur ꝑcise terminari cũ ꝓlatione verborum, nulla esset certitudo q̃tũ hoc pñs duraret: ⁊ sic posset aliqs semel dicẽdo decẽ milibus hominũ ego vos baptizo ⁊c. per totũ diem effundere aquam super singulos, ⁊ essent baptizati: qđ constat esse falsum. Hec de secũdo.

Quo ad Tertium. Ad primũ in oppositum dicendũ est, ꝙ non est mirum si spũssanct⁹ ꝑmittit aliquos episcopos errare in istis: quoniam manifesta appet in eis demeritoria causa: q2 scilicet non submittunt actus suos rubricis pontificalibus: sed sensum propriũ sectantes, euanescunt in cogitationibus suis: ⁊ dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt. Episcopi tamẽ mutantes numerum singularem in pluralem, ⁊ dicentes pluribus simul tãgentibus, accipite, in nullo errant: sicut nec baptizãs plures simul aspergendo ⁊ dicendo, ego vos baptizo ⁊c. Illi quoqꝫ qui inter dicendum semel verba forme pluribus successiue tangẽtibus porrigũt, dicendo accipite, satisfaciunt sacramento: quia etiam si vni tantum tradant dicẽdo accipe, nõ exigitur ꝙ a principio forme vsqꝫ ad finem semꝑ adsit contactus: sicut etiã in baptismo nõ oportet ablutionẽ vnius durare q̃ diu durant verba forme. Sed sat est si in aliqua parte verborũ durante fiat hic ablutio, fiat ibi cõtactus ⁊c. Illa aũt qui ante vel post ꝓlatione verborum tãgunt, nihil suscipiũt: sicut nec essent baptizati, qui ante vel post ꝓlationem verborũ abluerentur. ❡ Ad secundum vero dicitur, ꝙ auctoritas rubricarum pontificalium, expresse statuentium contactũ et eius simultatem cũ prolatione, ⁊ rationes auctoritatesqꝫ supradicte, excludũt huiusmodi opiniones ⁊ determinant. ❡ Ad tertium autem iam patet, ꝙ nõ saluatur veritas seu efficacia orationis imperatiui presentis tẽporis, nisi illo tẽpore presenti fiat qđ imperatur: ⁊ ꝙ sacramentorũ efficacia certa exigit tẽpus presens, nõ ad libitum ministri, sed fm naturã ipsius sacramẽti intelligi. Unde intentio episcopi etsi in his que iurisdictiõis sunt, possit presens ampliare, in his tamẽ que ordinis sunt, nõ potest: sꝫ oportet ipsum in captiuitatem reducere intentionẽ suã in obsequiũ christi ⁊ ecclesie ⁊c.❡ Nec obstant his dicta doctorũ, sentiẽtium ꝙ sacerdotes noui in sua ordinatione formam cõsecrationis eucharistie proferunt, et omnes referunt intentionem suam ad instans, quo terminatur prolatio forme consecrationis eucharistie ab episcopo. Hoc enim nõ est intelligendum, ꝙ fiat ex vi intentionis nouorum sacerdotum, quasi ipsi possint suspendere effectũ verborum in aliud tps. hoc enim nõ min⁹ possent perfecti sacerdotes. Sed quia sic fit in ecclesia a spiritusancto gubernata, vt omnium consecratio efficax inueniri possit, humana ratio tentauit suadere, adhuc tamen nõ persuasit, sed in captiuitatem ducto intellectu actus fit. Et hec dicta sufficiant. Parisis die .xx. nouembris .m.cccc.ix.

❡ Utrum summus pontifex possit dispensare cum sacerdote occidentalis ecclesie, vt accipiat vxorem. Questio .xxiiij.

Queritur Utrum summus pont. possit dispẽsare cum sacerdote occidentalis ecclesie, vt accipiat vxorem. ❡ Uidetur enim ꝙ non. Primo: quia traditum alteri nõ potest absqꝫ iniuria ab eo tolli: sed corpus sacerdotis occidentalis traditum est diuinis obsequijs in castitate: ergo ⁊c. ❡ Preterea. Secũdum sanc. Tho. in secunda secunde quest. lxxxviij. art. ij. dicitur ꝙ summus pont. non potest dispensare religiosum ad contractũ matrimonij: ergo nec sacerdotem.

In oppositum Est: quia castitas annexa est ordini sacerdotali ex statuto ecclesie: ergo per eam potest tolli.

In hac Q̃one iuxta tria que apparent in sacerdote occidentali, discutienda sunt tria, vt plenius satisfiat cuiusdam reuerendissimi domini cardinalis votis, ⁊ parisius nuper exorta questio clarius appareat. ❡ Uidendum est igitur primo de sacerdotio absolute quomodo se habeat ad matrimonium. Scđo de annexo voto cõtinentie. Tertio de statuto ecclesie. ❡ Ex his enim et non aliũde impediri contingit sacerdotẽ a matrimonio.

Quo ad Primum ergo duo dicuntur. Alterum affirmatiuum: scilicet ꝙ sacerdotium impedit matrimonium contrahendum: alterum negatiuum: scilicet ꝙ non dirimit contractum.❡ Et primum quidẽ intelligendũ est de congruo: quoniã nec ratione nec auctoritate probatur, ꝙ absolute loquendo sacerdos peccet contrahendo matrimonium: quinpotius ⁊ ratio ad oppositum ducit: quoniam vt patet in .xxxvij. dist. iiij. sent. nec ordo inq̃tum ordo, nec ordo sacer inq̃tum sacer est impeditiuus matrimonij: ⁊ in ecclesia occidẽtali olim dyaconi poterant contrahere matrimonia: vt dicitur cap. dyaconi. dist. xxviij. Manifeste quoqꝫ in .xxxj. dist. in cap. aliter: dicitur ꝙ orientales in sacramentis cõstituti copulantur matrimonijs. Nec admittenda est gloss. exponens copulantur id est copulato vtuntur: quoniã manifeste series textus de contractu matrimonij loquitur vt cõfirmat etiam aduersatiua subiuncta: scilicet ꝙ occidẽtales nõ sortiuntur coniugia ⁊c.❡ Secũdum vero dictũ intelligendum est ꝙ nõ dirimit matrimonium cõtractum siue ante siue post. Et hoc (vt dixi) seclusis omnibus legibus ecclesiasticis, stãdo tantum in his que a christo et apostolis habem⁹.❡ Et cõfirmatur vltimo vtriusqꝫ horum ratione. Si ordo sacerdotalis ex natura sua impediret matrimoniũ cõtrahendũ (ita ꝙ cõtrahere esset pctm) aut dirimeret cõtractũ, sequeretur ꝙ in nullo casu q̃tecunqꝫ necessitatis aut vtilitatis per ecclesiam militantem posset dispensari cum aliquo sacerdote ꝙ cõtraheret matrimonium. Hoc cõsequens est ⁊ contra theologos, et contra canonistas, ⁊ contra auctoritatem, qua de facto vtitur ro. ecclesia. Cõsequentia autem manifeste patet exercitatis in philosophia saltem rationali: quoniam quod est fm se prauum, nulla ratione potest fieri licitum. Hec de primo.

Quo ad Secundum, duo discutienda occurrunt. Alterum est, an fm veritatem sacerdos voueat castitatem: alterum est de efficacia illius voti.❡ Quidam putant sacerdotes occidentales in hoc differre a religiosis quo ad debitũ seruandi continentiam: ꝙ religiosi astringũtur voto solẽni: sacerdotes autem non voto, sed statuto ecclesie. Uerum hi manifeste errant: quoniam expresse mandatur episcopis, ꝙ neminem ordinent nisi voueat castitatem: vt patet dist. xxviij. in cap. nullum. Ex quo formatur talis ratio. Aut omnes episcopi occidentales sunt transgressores precepti apostolici, aut nõ. Non est dicendum primum: cum constet multos esse viros timoratos ⁊ sanctos, nec reprehendi se a conscientijs proprijs, ꝙ in actu ordinandi sint trãsgressores huius precepti: ergo obseruãt hoc preceptum: ergo suscipientes ordines sacros intelliguntur vouere castitatem ipso facto, nõ verbo, sed facto suscipientes ordinem sacrum occidentali ritu.❡ Nec putes Sco. durand. et petrum de pal. his aduersari, eo ꝙ dicunt ꝙ non potest quacunqꝫ ecclesiastica auctoritate annecti votum ex facto extrinseco: quia votum est actus voluntatis intrinsecus et liber. Stant enim hec simul cum predictis: quoniam ex antedictis habetur, ꝙ suscipientes ordines sacros, absqꝫ peccato fictiõis vouent castitatẽ. Ex hoc autem habetur, ꝙ absolute loquendo possunt suscipere ordinem sacrũ absqꝫ voto castitatis, quia voluntas non compellitur: sed tamen (vt dictum est) cum peccato fictionis: mentiuntur enim facto profitentes se vouere, et interiori actu oppositum intendentes. ❡ De efficacia autem solẽnis voti, diuersa est theologorũ opinio. Sco. nãqꝫ ⁊ pet. de pal. in iiij. dist. xxxviij. putant eandem vim habere simplex ⁊ solenne votum quo ad deũ: ac per hoc nullum ex natura sua dirimit matrimonium contractũ. Potestqꝫ eorũ positio fundari super hoc, ꝙ si solẽne votum ex natura sua dirimeret matrimonium post cõtractum, nullo casu posset dispensari.❡ Sanc. tho. autem ⁊ ricar. vbi .s. tenent votum solẽne dirimere ex propria natura matrimonium ea ratione, quia ponit ipsum deũ seu ecclesiam in possessionem proprij corporis. Addit tamen in secũda secunde .s. tho. q. lxxxviij. aliam rationẽ ex parte cõsecrationis: q2 scilicet quod semel sanctificatum est deo, non potest in alios vsus cõuerti.❡ Nec valet respõsio scoti ad primam rationem, solu⁹tis eam per interemptionẽ, dicendo ꝙ nõ plus ponit in possessionẽ votum solẽne q̃ simplex, eo ꝙ nihil intrinsecum voto habet solẽne quo careat simplex: vt patet in actu interiori voluntatis, cuius est vouere. Hec tamẽ derisio derisibilis est: quoniã manifeste patet, ꝙ vouẽs votũ solẽne non solum promittit, sed mutat de facto statum, ac per hoc vouens solẽniter vt sic, acceptat interiori actu mutationem status, promittens viuere de cetero in illo ⁊c. ❡ Uidetur autem mihi rationabilior via sanc. tho. si tamen recte intelligatur. Puto enim ꝙ ad mentem eius, ⁊ fm veritatem distinguendum sit cum ipso in secunda secunde vbi .s. ꝙ solenne: votũ est duplex. Quoddam per se solẽne: vt professio religiosorũ

quoddam per accidens solēne: vt votū castitatis annexum ordini sacro. Est autem ratio huius differentie: q2 solēnitas, siue consistat in exhibitione siue in consecratione, per accidens cōiungitur voto suscipientis ordinē sacrū. Nō n̄ talis exhibet seipsum, et consecratur nō ad castitatem, sed ad actus ordinis. Religiosus vero benedicitur et exhibet se ad religionis statū: qui importat per se negationem proprie voluntatis, corporis et bonorum. ¶ Hac vero distinctione stante duas dico propositiones. Altera est q votū annexum ordini sacro, per se non dirimit matrimoniū contractū: et ratio est: quia est solēne per accidens. Nec etiā per accidens fit ibi exhibitio corporis propter ad aliquid repugnans matrimonio, sed promissio tātū: vt patet in ca. nullū. di. xxviij. Altera est q votū religionis, per se dirimit matrimonium cōtractū: tum q2 in eo fit exhibitio corporis ad statū repugnantē matrimonio: tum quia tante vis est, vt soluat matrimonium prius legitime contractū et nō cōsummatum, nō ex statuto ecclesie, sed ex propria natura. ¶ Et hanc rationē bene notabis contra doct. discrepātes a san. tho. ipsimet. n. vtuntur voto professionis vt morte ciuili, cum ad matrimonium prius cōtractū disputatio trahitur: cum vero ad sequēs matrimoniū dirimendū sermo cōuertitur, dicūt professionem nō plus efficacie habere q̄ votū simplex. manifeste insinuantes viris doctis doctrine sue ruinosum fundamētum. Eadem siquidē ratione et efficacia, qua professionis votum dirimit prius cōtractū, eadem dirimit post contractū: immo minor vis requiritur ad dirimendū cōsequens matrimoniū q̄ antecedens: vt patet in ordine sacro dirimente consequens et nō antecedens. Non em̄ post cōtractum matrimoniū per verba de presenti, siquis inuita vel consentiente sponsa sacerdos fiat, propterea solutum est matrimonium: sed illa non potest alteri nubere: cū tn̄ constet, q si religiosus fuisset factus, soluta esset a vinculo cōiugali. ¶ Nec obstat q in libro. vj. de voto et voti redēp. dicitur, q solēnitas voti per solam ecclesie constitutionem est adinuenta. Hoc em̄ verū est, quēadmodū etiam consecratio calicis per solam ecclesie cōstitutionē adinuenta est. Cum hoc nāq2 stat, q quemadmodum nec cōsecratio calicis in solo ecclesie statuto consistit, sed in diuina benedictione: ita solennitas quoq2 voti in diuina benedictione cōsistit: vt in secunda secunde. q. 88. dicitur, iuxta illud nume. vj. inuocabit nomē meū super filios israel, et ego benedicā eis. Et rursus: sicut calix iam cōsecratus ex propria natura repugnat profanis vsibus, sic professus solenniter, ex propria natura repugnat proprietati rerum, et actibus venereis, et ceteris. ¶ Cum his tamen teneo, q apud san. tho. potest ecclesia dispensare in vtroq2 voto scilicet religionis et ordinis, pro aliqua maxima necessitate. Et q ecclesia quidē possit, nolo aliter probare q̄ ex facto: quia scilicet summus pont. regem aragonum (vt pe. de palu. refert) dispensauit, immo compulit, vt religione dimissa vxorem duceret et c. propter regni illius dispositionem. Quod autem hoc sit de mente san. tho. manifeste cōcipi pōt ex initio et fundamento positionis sue in contrarium in secunda secunde. loco allegato. Ibi siquidem volens concludere, q papa non possit dispensare cum religioso, pro radice positionis assumit autoritatem decretalis, dicens: sed quia decretalis, cū ad monasterium, manifeste dicit et c. et deinde vt conformaret se decretali, adinuenit illam adaptationem de consecratione: vt ibi patet. Ex quibus, omni passione semota, quilibet perspicacis ingenij elicere potest, quod si tempore suo summus pont. dixisset oppositum verbo vel facto (vt postmodum fecit) quod ipse quoq2 accommodasset rationem inobedientie sedis apostolice. Et propterea illa opinio nō est sua, nisi pro quanto sustentabat ab illa decretali.

Potest Igitur ad rationes supratactas, que videntur cōcludere indispensabilitatem voti solennis religionis, responderi. ¶ Et ad illam quidem de consecratione, potest cum aliis dici, quod semel sanctificatum deo, non potest in alios vsus passim conuerti: sed bene in magne necessitatis articulo. Liceret siquidem bibere in calice consecrato, vbi aliquis non posset aliter bibere et c.

¶ Ad aliam vero de exhibitione, eodem modo dici potest, quod q̄uis res alteri tradita dono, non possit regulariter ab eo auferri: potest in casu necessitatis, quo ablatio esset magis vtilis q̄ possessio propter commune bonum, quod preeminet bono particulari.

¶ Ad aliam vero que adducta est pro fundamento positionis aliorum doctorum, dici potest quod magna differētia est inter aliquid esse per se tale, et posse per se tale quid. Quod enim est per se tale, nullo casu nullaq2 dispensatione potest non esse tale: sed quod potest per se in aliquid, contingit impediri vt effectum intentum non producat: vt patet in agentibus naturalibus. Dico ergo in proposito, quod votum religionis est potens per se in hunc effectum idest dirimere matrimonium sequens: contingit tamen (et hoc rarissime) vt intentum effectum non habeat propter concursum alterius cause scilicet ecclesie autoritatis et publice vtilitatis non parue. Hec de secundo.

Quo ad Tertium (scilicet de ecclesie statuto) constat iam quod hodie ex ecclesiastico statuto tam ordo sacer q̄ votum professionis in aliqua approbata religione, impedit matrimonium contrahendum, atq2 dirimit contractum. Et quoniam ordo sacer non dirimit post contractum ex natura sua, nec ex natura voti impliciti (quia non est solenne nisi per accidens: vt patet ex dictis) sed ex statuto ecclesiastico, idcirco cū summus pont. possit ad libitum relaxare statuti vinculum, sequitur necessario q̄d si sacerdos occidentalis contrahat matrimonium de licentia summi pont. absq2 vlla rationabili causa, quod matrimonium ipsum est vere matrimonium, et contrahentes sunt vere coniuges, et proles est vere legitima. Quamuis contrahendo tale matrimonium sic peccet mortaliter vterq2 contrahens, contra votum castitatis agens absq2 rationabili, aut dubia saltem causa licentiatus: et consequenter nec ipse pont. a mortali excusaretur: sed si causa rationabilis dispensandi in voto castitatis adsit, contrahens dispensatus iuste contrahit, ac contracto vtitur. ¶ Et hinc patet, quod cum rationabilis causa dispensandi in voto castitatis possit esse non sola vtilitas publica ciuilis aut ecclesiastica, sed aliquod aliud maius bonum nunc hic et ab hoc et c. q̄ seruata castitas, consequens est quod summus pontifex non solum potest, sed etiam salua conscientia potest dispensare cum sacerdote occidentali quod contrahat etiam cessante causa publice vtilitatis. Et propterea presumptuosa fuit quorundam determinatio, dicens absolute quod absq2 tali causa papa non potest. Cum tamen vt ostendimus, papa absq2 causa vlla possit peccando tamen, et cum causa rationabili quacumq2, absq2 peccato: et vtrobiq2 matrimonium est validum. Rome die. xij. aprilis. 1505.

¶ Utrum matrimonium legitime contractum inter christianos per verba de presenti, possit ante carnalem copulam dirimi autoritate pape absq2 religionis ingressu. Questio. xxv.

SEcritur Utrum matrimonium legitime contractum inter christianos per verba de presenti, possit, ante carnalem copulam dirimi autoritate pape absq2 religionis ingressu.

¶ Et arguitur quod non. Primo ex ipsius natura: quandocumq2 est aliqua res transiens, ad cuius positionem per se ponitur aliquid concomitās, impossibile est poni rem illam transeuntem, et non poni illud concomitans: quia quod conuenit alicui per se, conuenit necessario et inseparabiliter. Sed sacramento matrimonij coniungitur indiuisibilitas et inseparabilitas personarum, que fiunt coniuges: quod probatur, quia hoc ponitur in diffinitione matrimonij. Ergo si matrimonium positum est actu et transit, impossibile est quin restet inseparabilitas: sed nulla dispensatio potest super impossibile: ergo.

¶ Secundo ex parte institutionis. Matrimonium est de iure diuino: vtpote institutum a deo in paradiso (dicente, crescite et multiplicamini) secundum quod est officium nature, et a christo secundum quod est sacramentum ecclesie, sicut cetera sacramenta: vnde math. xix. dicitur: quos deus coniunxit, homo non separet: et ad eph. v. sacramentum magnum in christo et ecclesia. Papa autem non potest supra ius diuinum: ergo.

¶ Tertio ex parte ipsius sacramenti. Non minoris efficacie est sanctificatio veri sacramenti sanctificatione consecrationis ecclesiastice. Sed res consecrata, puta calix non potest dispensatione pape desinere esse consecratus q̄diu est calix: ergo vir et mulier sanctificati coniuges ipso sacramento matrimonij, non possunt q̄diu viuunt desinere esse coniuges.

¶ Et confirmatur: quia sicut papa non potest facere quod hostia semel consecrata desinat esse consecrata, ita non potest facere q̄d vinculum matrimonij semel contractum desinat esse inter personas inter quas est contractum.

¶ Quarto ex parte talis sacramenti. Matrimonium inquantum sacramentum significat coniunctionem spiritualem christi et ecclesie: vt patet per magistrum sen. in. iiij. di. xxvj. Sed coniunctio spiritualis inter christum et ecclesiam est inseparabilis: quoniam scriptum est math. vlt. ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsq2 ad consummationem seculi. Ergo matrimonium inquātum sacramentum est inseparabile. ¶ Et confirmatur hec ratio autoritate sancti tho. in. iiij. di. xxxiij. q. ij. ar. ij. q. j. ad tertium, dicentis quod

matrimonium ex quo institutum est vt sit sacramentum, est indispensabile, nisi forte a deo. ¶ Et confirmatur: quia tria sunt bona matrimonij, fides, proles et sacramentum: id est indiuisibilitas. ¶ Quinto ex autoritate. Quia ista videtur communis sententia theologorum.

In oppositum Est autoritas canonistarum: vt patet in cap. ex publico. de conuersione coniugatorum.

In hac Dubitatione intendo theologaliter veritatem inquirere et concludere precipue secundum doctrinam sancti Tho. vnde tria agenda sunt. Primo ostendetur in quo stat ratio ambiguitatis. Secundo ipsa ratio tractabitur. Tertio satisfiet oppositis.

Quo ad Primum sciendum est, ꝙ cum matrimonium dupliciter consideretur (scilicet vt est officium nature, et vt est sacramentum ecclesie) si attendamus in omnibus et singulis conditionibus quas habet secundum ꝙ est nature officium: questio hec clara est: quia constat matrimonium esse dissolubile etiam post consummationem: vt patet de coniugio infidelium. Unde a presenti disputatione resecanda sunt quecunqꝫ spectant ad matrimonium inquantum est nature officium. Et propterea rationes omnes ex institutione in paradiso, et ex traditione mutue potestatis in corpus proprium, ⁊ ex commixtione carnali, et ex inseparabilitate his annexa non conuincunt intellectum ad confitendum indispensibilitatem: hec enim omnia ad matrimonium secundum ꝙ est nature officium spectant, ⁊ de nature iure sunt, recipere tamen dispensationem in aliquo casu patet. ⁊. j. ad Corint. ij. et a sancto Tho. in. iiij. dist. xxxiij. quest. ij. art. j. ⁊ ij. ¶ Si vero cōsideremus matrimonium s*m* ꝙ est ecclesie sacramentum, tunc distinguere oportet singulas eius cōditiones. Sunt autem he quatuor: scilicet sacramentum tantum, res ⁊ sacramentum, res tantum significata et contenta, ⁊ res significata et non contenta: vt patet ex iiij. sent. Sacramentum tantum, vocantur actus sensibiles quibus contrahitur matrimonium non absolute (sic enim spectāt ad nature officium) sed vt ex diuina institutione signum ⁊ causa sunt inuisibilis gratie. Res ⁊ sacramentum vocatur ipsum vinculum cōiugij non absolute (quoniam sic spectat ad nature officium) sed vt ex institutione significat aliquid sanctum (puta coniunctionem spiritualem inter deum ⁊ animam, ⁊ disponit ad gratiam. Res tantum, significata ⁊ contenta est gratia gratum faciens, que in hoc sacramento confertur ad sancte posse vti coniugio. Res autem significata et non contenta, triplex assignatur: scilicet coniunctio spiritualis per charitatem inter deum ⁊ animam ⁊ coniunctio etiam per charitatem inter christum ⁊ ecclesiam, ⁊ cōiunctio per vnionē personalem inter verbū ⁊ humanam naturam: que vocatur conformitas in natura christi ad ecclesiam. Si igitur ex nullo horum habetur indispēsabilitas, dissolubile erit, si autem ex his habetur inseparabilitas, dispensari non potest. Si diligenter autem inspiciamus, nihil inuenitur in omnibus his supra ea que ad nature officium spectant nisi signum ⁊ signatum, ⁊ causa ⁊ causatum: hec enī tantum addit sacramenti ratio supra nature officium. Et ex parte quidem cause ⁊ causati, manifeste patet non haberi omnimodam inseparabilitatē matrimonij: quoniā nihil in hoc sacramento causatur indelebile: cum non imprimat caracterem, sed sit iterabile etiā viuentibus coniugibus: vt patet si alter religionē profiteatur: gratia quoqꝫ hic causata amitti potest immo quandoqꝫ fit sacramentū hoc sine gratia, cum scilicet celebratur in peccato mortali incontrito. ¶ Ex ratione igitur signi ⁊ signati oportet inseparabilitatē hanc esse, si ex sacramenti vi sit. Et si quidē sacramentū hoc, primo significatum habet inseparabile, oportet inseparabilitatem sequi: si autem primariū eius significatum non est inseparabile, ipsum quoqꝫ separari potest. Notāter autē dixi primo seu primariū eius significatum: quō didici a s. tho. vbi supra ꝙ contra prima precepta sacramenti, nō admittitur dispensatio, nisi forte a deo. Prima autē precepta signi, circa primariū significatū ꝯstat attēdi: sicut v*e*l prima precepta cuiuscūqꝫ gradus vel officij, circa principalē illius finē. Ad hoc igitur tota questio hec reducitur, an sacramentum matrimonij significat primo aliquid indissolubile. Et hec de primo.

Quo ad secundum Duos ego in hāc re inuenio dicendi modos. Magister siquidem sent. in iiij. dist. xxvj. expresse tenet, ꝙ matrimoniū cōtractum est signum coniunctionis spiritualis inter christum et ecclesiam. Et quoniam coniunctionem hāc constat esse inseparabilem, oportet s*m* ipsum ⁊ eius sequaces, ꝙ matrimonium ratū etiā non cōsummatū, sit omnino indispensabile. Hāc opinionē videntur sequi omnes theologi qui partē negatiuā questionis tenēt: ponentes tertiū bonū matrimonij (qd̄ sacramentū dicitur) indissolubilitatem coniugij, non absolute, sed inquantū signum indissolubilitatis inter christum ⁊ ecclesiā ponit. ¶ Sed hec opinio salua tantorum virorum reuerētia, falsa videtur: quod dupliciter ostenditur. Primo. Si matrimoniū contractū ac ratum, sacramentū esset coniunctionis inter christū ⁊ ecclesiā sequeretur ꝙ maritus relicte ante consummationē matrimonij esset vere bigamus: hoc est falsum: ergo. Probatur sequela: qꝛ ratio bigamie est defectus sacramenti: quia scilicet non est vnicus vnius, sicut christus vnus vni tantum vnitus est ecclesie. Hic autē defectus manifeste adest secundo coniugio, si matrimoniū ex solo ꝯtctu, sacramentū est cōiunctionis christi ⁊ ecclesie. Falsitas cōsequētis patet ex determinatione ecclesie, extra de bigamis, cap. debitū. ¶ Et scito, ꝙ sumpta est hec ratio ex illa decretali, ⁊ conuincit me: quoniā a destructione consequentis ad destructionem antecedētis est optimus ⁊ necessari*us* processus. Et attestatur eidem ipse magister sent. quoniā sicut tenet antecedens ita etiā affirmauit cōsequēs in. xxvij. dist. iiij. Unde a nobis sicut nō sustinetur in cōsequēte ita nec in antecedēte tenendus est qn potius ecclesia determinando oppositum cōsequētis, determinauit oppositum antecedentis: cōnexa quippe sunt hec. Unū inaduertēter loqui vidētur, q̄ in materia bigamie dicūt bigamiā nō fieri absqꝫ cōsummationē pluriū cōiugiorum, ⁊ in materia matrimonij dicūt matrimoniū nō cōsummatū sacramentū esse cōiunctionis christi ⁊ ecclesie: hec enim (vt ostēsum est) habent cōtradictionē implicitā. ¶ Secundo. Si matrimonium solo ꝯtctu significat coniunctionem inseparabilem inter christum ⁊ ecclesiam, sequeretur ꝙ nec etiā per ingressum religionis naturaliter solueretur: hoc est falsum: ergo. Consequētia probatur: quia nō sunt faciēda mala vt veniant bona. Violatio aūt sacri cōiūctionis inter christum ⁊ ecclesiam, malū est nō paruū: cum sacrilegiū sit. Et fieret per hmōi ingressum: qm̄ solueretur matrimoniū, ⁊ cōsequēter sacrū signum, ⁊ cōsequēter daretur intelligi ꝙ significatum esset solubile. Falsitas aūt cōsequētis ex eo pꝫ, ꝙ nō dispensatiue sed regulr̄ licet cuilibet ante cōsummatum matrimoniū ire ad religionē, imo s*m* sanctum Tho. dantur coniugibus duo menses ante consummationē ad hoc: ⁊ (vt in cap. ex publico de conuer. coniug. patet) papa non dispensando, sed sequendo ecclesie morem determinat matrimonium solui per religionis ingressum. Sunt etiam contra hoc autoritates que infra afferentur. ¶ Alij igitur sequentes determinationem in preallegato cap. de bigamis factam, dicunt ꝙ matrimonij sacramētum quo ad significationem non est completum vsqꝫ ad carnalem copulam inclusiue: ita ꝙ matrimonium contractum significet coniunctionem dei ad animam per charitatem, consummatum vero coniunctionem christi ad ecclesiam. Et inquantum prima coniunctio est solubilis, secunda non, ideo matrimonium contractum tātum solui potest, cōsummatum autem minime: vnde dominus math. xix. non dixit: quos deus coniunxit homo non separet, nisi post illa verba, ⁊ erunt duo in carne vna. Et apostolus ad Ephe. v. non dixit hoc sacramentum magnū in christo ⁊ ecclesia nisi post illa verba, et erunt duo in carne vna. Et ideo leo papa (vt referunt magister in. ij. dist. primi, ⁊ gratianus. xxvij. quest. ij.) ait: societas nuptialis ita est a principio instituta, vt preter commixtionem sexuum nō habeat christi ⁊ ecclesie sacramentum. Hec ille. Ubi clare vides assertum a tanto doctore, quod probare laboramus nos. ¶ Sanctus tho. quoqꝫ in. iiij. dist. xxvij. quest. j. art. iij. quest. ij. expresse dicit duo notanda ad propositum. Primum est in respōsione ad primum, ꝙ quia matrimonium cōtractum significat coniunctionem spiritualem inter christum ⁊ animam, ⁊ hec est solubilis, ideo religionis ingressus aufert sacramentum. Secundum est in responsione ad tertium, ꝙ qꝛ matrimonium contractum tantum non est perfectum, ideo non habet omnimodam indiuisibilitatem. ¶ Ex his enim confirmātur omnia dicta. Et colligere potes hāc rationem sic. Si matrimonij sacramentum non consummatum esset indissolubile autoritate pape, hoc esset quia omnimoda indissolubilitas esset de ratione eius: sed hoc est falsum: ergo. Probatur falsitas cōsequētis: quia aut est de ratione eius inquantum est officiū nature aut inquantum est sacramentum: sed neutrum est, vt probauimus: ergo. ¶ Potest quoqꝫ idem probari sic. De sacramentis ecclesie illud tenendum est, quod romana ecclesia tenet: sed ro. ecclesia dispēsat de facto apostolicis literis super huiusmodi matrimonia contracta: ergo. Minor patet in martino. v. ⁊ eugenio. iiij. quorum bullas super hoc refert archiepiscopus florentinus se vidisse: et nostris temporib*us* pluries hoc factum videtur. ¶ Non deest etiā naturalis ratio ꝙ sit dispensabile. Videmus enim in vniuerso etiā

genera rerum:quedã eñi sunt necessarie simpliciter, quas.s.impossibile est aliter se habere:vt sunt motus celestes:ꝛ quedã sunt contingentes simpliciter:vt res voluntarie:ꝛ quedam necessarie non simpliciter.sed vt in pluribus:vt naturalia istorum inferiorum.Et inter hec manifesta est hec differentia,ꝙ necessaria nõ possunt impediri:contingentia possunt fieri vt libet:necessaria vero vt in pluribus possunt quidem impediri,sed raro.Cum autem indissolubilitas sacramenti matrimonij non sit de genere contingentium(vt patet:quia non potest ad libitum dissolui)nec sit de genere necessariorum simpliciter(quia potest quandoq; impediri:vt patet si alter coniugum ingrediatur religionem)restat,vt sit de genere necessariorũ vt in pluribus.Et vere sic est:essentia nãq; matrimonij annexam habet indiuisibilitatem possibilem impediri ex concursu alterius cause.Et hoc dupliciter:vel causę quasi eiusdem ordinis:ꝛ hec est professio regularis:vel superioris ordinis:ꝛ hec est autoritas apostolica cum causa aliqua rationabili.⁋ Utrum autẽ discordia orta inter coniuges huiusmodi sine spe remedij,sit rationabilis causa dispensandi:crediderim ꝙ sic:consensu cõiugum accedẽte.Tum in fauorem animarum:ne.s.in adulteria adolescẽtes ruãt,aut permanere quasi cogantur.dum separati perpetuo manerent.Tum ad euitanda homicidia,que a desperatis coniugibus facile procurari possunt:presertim cum hac de causa moyses libellum repudij permiserit.Tum ad bonum pacis restituendum inter eos,sublato hoc vinculo quod causa discordie est:presertim quia coniugij finis vnitas est.Et hec de secundo.

Quo ad tertiũ Respondetur ad primam obiectionem:ꝛ dicitur ꝙ in diffinitione matrimonij non ponitur indiuisibilitas simpliciter.i.omnino:sed quantum est ex se.id est nisi impediatur.Et propterea posito matrimonio.ponitur indiuisibilitas personarum sic non omnino:indiuisibilitati autem sic non repugnat impediri.❡ Ad secundum vero iam patet ex dictis.ꝙ institutio refertur ad sacramentum perfectum in significando ꝛ non inchoatum tantum.⁋ Quãuis posset etiã dici ꝛ bene.ꝙ deus nõ instituit matrimonium indissolubile omnino,sʒ quantum est ex se.vt dictum est.Et ideo papa non dispensat contra institutionem diuinam:sed vtitur potestate sua,qua potest impedire aliam causam impedibilem institutam etiam a deo.❡ Ad tertium dicitur,ꝙ coniuges non aliter sanctificantur hoc sacramẽto.q̄ per gratiam gratũ facientẽ,ꝛ representationem christi ꝛ anime per charitatem vnitorũ.Unde cum vtrũq; sit separabile,nulla est hic sanctificatio habens effectum perpetuũ.Unde quãuis nõ possit fieri ꝙ coniuges non fuerint sanctificati,potest tamen auferri vtraq; sanctitas ab eis.Et propterea non est simile de eis,ꝛ de calice consecrato:a quo non potest consecratio auferri.⁋ Nec est ꝑpterea minoris efficacie sacramentum q̄ sacramentale:quoniam lõge maius est facere sanctum formaliter etsi amitti possit illa sanctitas.q̄ facere sanctum ministerialiter,ꝛ secundum quascũq; alias huiusmodi denominationes.Unde sacramenta omnia quia gratiam conferunt,magis sanctificant ceteris consecrationibus:licet non ita diuturnos habeant effectus propter variam dispositionem subiecti:effectus eñi cõsecrationum ꝛ benedictionũ non exigunt nisi constantiam subiecti:gratia autem ꝛ significatio vltra substantialem constantiam subiecti exigunt immutationem voluntatis ꝛ status,ꝛ propterea mutatis his desinunt.⁋ Ad confirmationẽ autem dicitur,ꝙ peccat supponendo id quod probare debet:ꝛ quod in dubium vertitur:hic eñi nihil aliud dubitatur,nisi an vinculum ex sacramento matrimonij cõtractum semel,sit inseparabile a personis que contraxerunt:ꝛ argumentum hoc supponit:quia supponit,ꝙ se habeat ad personas sicut corpus christi ad species panis semel consecrati:quod constat se habere inseparabiliter.Unde neganda est similitudo:quia vinculum matrimonij non habet necessariam connexionem cum personis.sicut corpus christi ad hostiã:necessaria nãq; connexio est.que impedit dispensationem.❡ Ad quartum patet responsio ex dictis:negamus.s.significari coniunctionem christi ad ecclesiam per contractum matrimonij.⁋ Posset quoq; dici.ꝙ coniunctio spiritualis christi ad ecclesiam potest considerari dupliciter.Primo secundum suam rationem:ꝛ sic est solubilis:quia est coniunctio per charitatem vie.Secundo secundum extrema inter que est:scilicet christum ꝛ ecclesiam:ꝛ sic est insolubilis.Et quia primo modo vnio spiritualis consideratur per se.secundo per accidens.ideo potest dici,quod vnio illa est solubilis:vnio autem in conformitate nature est omnino insolubilis:quoniam est secundum esse diuinum hypostaticum.⁋ Hec responsio licet quo ad solubilitatem sustineri possit.non tamen euadit inconsequentia de vnitate:et propterea non est totaliter ei innitendum.

⁋ Ad confirmationem vero ex autoritate sancti tho.dicitur, quod loquitur de matrimonio consummato:vt manifeste patet:ꝛ ex articulo precedente in responsione ad secundum conuincitur.⁋ Ad alteram autem confirmationem de bono sacramenti.dicitur ꝙ proprie ꝛ formaliter loquendo.sacramẽtum quod est tertium bonum matrimonij.inuenitur quidem in matrimonio contracto,sʒ imperfecte:quia non nisi causaliter.inchoatiue ꝛ impedibiliter:vt patet ex supradictis.In consummato autem inter fideles inuenitur formaliter,complete,ꝛ vt necessarium simpliciter:ꝛ propterea cõsummato,repugnat dispensatio,vt san.tho.docuit.❡ Ad autoritates tenentium oppositum nescio quid dicam:nisi quod si diligentius hec animaduertissent,forte sententiam mutassent.Rome die.xxiij.ian.M.D.vij.

❡ De redditione debiti vxoris ad virum adulterum. Qõ.xxvj.

Ueritur An vxor teneatur sub peccato mortali abstinere a carnali cõmercio viri publici concubinarij.Et videtur qꝺ sic.Uir tenetur ad abstinendum se ab vxore publice adultera:ergo econtrario.Antecedens patet in scriptura:quia patronus est turpitudinis qui crimen celat vxoris:vt in ca.quemadmodũ de iureiurando dicitur:ꝛ in sacris canonibus extra de adulte.ca.si vir.et.xxxij.q.prima.ca.primo.et ca.si quis vxorem:et sacris doctoribus in.xxxv.di.quarti sen.consequentia autem probatur:quia vir et vxor ad paria iudicantur circa fidem libertatem et debitum matrimonij.

In oppositum Autem est:quia vxor non tenetur ad correctionem viri sicut econtrario:ꝙ vir est caput mulieris:vt dicitur prime ad cor.xj.

Ad euidentiam Huius sciendum est, quod actus coniugij quum secundum se licitus sit,ad hoc quod reddatur illicitus ex alterius crimine,oportet vinculum aliquod nouum inde ad innocentem deriuari ad hoc vt teneatur abstinere.Crimen autem mariti publici adulteri, quadrupliciter potest considerari:primo inquantum offensiuum vxoris:secundo inquantum emendabile ꝑ bono ipsius mariti:tertio inquãtum punibile pro bono communi.quarto inquantum quandã mali speciem in coniugem ducit.Si primo modo sumatur crimẽ propositum:ipsum quidem virum in lege coniugij errantẽ fidem violando,priuat iure exigendi non petendi actum coniugij.Iustum quippe est,vt iniuriam faciens matrimonio ꝛ a fide recedens.ius cogendi alterum ad seruandum sibi promissum perdat:simplici tamen petitione actum coniugij postulare non prohibetur a volente sibi consentire:sicut in alijs debitis quamuis extinctis iure,potest creditor petere a voluntario debitore,qui non vult iuris rigore vti.Sed ex hac ratione vxorem offensam in nullo ligat:non est enim addenda afflicto afflictio:sat est quod quatenus offensiuum est,ipsam affligat.Si secundomodo,vxor innocens non tenetur ad abstinentiam actus coniugij.nisi vt habet rationem remedij curatiui criminis viri:et hoc quia non tenetur ad hoc nisi ratione precepti de correctione fraterna,ac iuxta mandatũ domini matth.xviij.si peccauerit in te frater tuus ꝛc.si monitio verbis facta per se vel alios non sufficit(quum ipsa nõ possit verbere virum adducere ad penitentiam,sicut econtrario)tenetur adhibere penalem medicinam abstinendo ab eo,ꝛ denunciare ecclesie si hoc non sufficit.Sed quoniam preceptum de correctione fraterna non habet locum vbi non est spes penitentie(quoniam finis eius est bonum ipsius peccatoris)ideo si vxor non sperat penitentiam per hoc remedium.non tenetur ad illud faciendum:ꝛ tanto minus si credit quod peior fiet.Si tertiomodo,sic quum procurare bonum commune in huiusmodi fiat per viam accusationis,non tenetur vxor ex solo crimine adulterij viri:quum hoc non sit in corruptionem spiritualem vel corporalem boni communis:nisi annexam haberet corruptelam fidei christiane,vel proditionem patrie,et huiusmodi.Si quartomodo,tunc pro tanto habet speciem mali(vt communiter affirmatur, quod innocẽs misceatur adultero publico,pro quanto videtur illius peccato consentire,correctionem debitam non apponendo.Constat autem ꝙ si non est spes penitentie per huiusmodi abstinentiam, correctio hec non est debita sm veritatem:et quod si notum est quod vxori hoc valde displicet,et propterea ducit in amaritudine animam suam,vt communiter accidere videtur)cessat ratio apparẽtis mali ꝛ scandali actiui in vxore.⁋ Ex oĩbus igitur cõsiderationibꝰ oppositiis ꝯcludit,ꝙ vxor innocens ꝛ in amaritudine posita de viri adulterio publico,non sperans per abstinentiam actus coniugij emendationem viri,non

tenetur ad abstinendū ab eo: sed licite potest matrimonio vti tam petendo q̃ reddendo.

Et ad Obiectiones in oppositum dicitur, q nec vir tenetur ad abstinendum nisi subsit spes correctionis future ꝛ ratione scandali. Sed quia ad virum spectat corrigere vxorem etiam facto, ideo tenetur ad vtendum omnibus remedijs vtilibus sibi tamen conuenientibus: puta ad verberandum eam, segregandumq̄ a practica ꝛ huiusmodi: inter que remedia computatur abstinentia a thoro illius quando creditur expediēs. Tenet quoq̄ magis ad euacuandum a se scandalū actiuum: quia nō facile credit vxorē publice adulterari sine tacito consensu viri. Propter hec nāq̄ duo omnes autoritates allate damnant virū non separantem se ab adultera: vt patronū turpitudinis. Nec sacri canones intelligendi sunt condidisse nouū ius: sed applicasse doctrinā diuini iuris ad materiam matrimonij: vnde ꝛ patrocinium pcti et patrocinat⁹ turpitudinis ꝛ huiusmodi q̄ diuini iuris sunt asserūt. Et hec de q̄stione hac sufficiant. Rome die. xiiij. mar. m. cccc. xiij.

¶ An apostolica sedes in sacris canonibus abutatur verbis sacre scripture. Questio. xxvij.

Charitate Jesu christi cogente, queritur, an apostolica sedes in sacris canonibus abutatur verbis sacre scripture. Et videtur q sic. Primo, quia clemens sextus in extrauaganti vnigenitus: de pen. ꝛ re. abutitur autoritate. prouer. cap. vij. dum ad thesaurum ex quo fiunt indulgentie applicat eam: dicens q est thesaurus, quo qui vsi sunt, participes facti sunt amicitie dei. Constat enim q per indulgentiarum gratiam non fit homo particeps amicitie dei: sed solūmodo satisfacit pro pena debita. ¶ Secūdo, quia pelagius papa in decre. dist. xxj. cap. quamuis: probat sedem apostolicā esse prolatam cunctis ecclesijs euāgelica voce matth. xvj. tu es petrus, ꝛ, quodcūq̄ solueris ꝛc. Et tamē cōstat p illam domini sententiā non esse petrum prelatū ceteris. ⁋ Tum quia verba illa dicta sunt Petro in persona omnium, sicut ipse petrus respondit pro omnib⁹. Unde ꝛ sacri doctores intelligūt ibi non vni sed vnitati equalitatis omnium dictum, quodcumq̄ ligaueris ꝛc. ⁋ Tum quia ipse domin⁹ replicauit in plurali eandē sententiā, quecūq̄ alligaueritis Matth. xviij. ⁋ Tum quia domin⁹ dicit: quod vni dico omnibus dico mar. xiij. ¶ Tertio, quia extra de constit. cap. translato: affertur autoritas apostoli: translato sacerdotio, necesse est vt trāslatio legis fiat. Et decretalis sentētia est: sacerdotium est translatum a moyse in christum, et a christo in petrum: sic enim interpretātur iuriste: ꝛ pontifex permittit seu approbat. Cōstat autem impium esse dicere sacerdotium translatum a christo in petrum: abusiue ergo apostolica sedes in suis decretalibus sacrā scripturam affert: vimq̄ illi infert. ¶ In oppositum est ipsius apostolice autoritatis dignitas.

Questio Hec mota est charitate vigēte: ne hi qui minus eruditi sunt legētes, vulgatas has iniurias apostolice sedi illatas: putent veras esse. Et si forte hi qui nouitatibus istis student, discant sapere ad sobrietatem, aut saltem cohibeant linguas suas: Dedecet siquidem pastori ꝛ doctori omnium christianorum romano pont. etiam si quādoq̄ transumptiue vteretur aliqua autoritate scripture (vt crebro doctores sacri faciunt) detrahere, non modo contumeliam irrogare: publice scribendo q abutitur sacra scriptura, q vim infert sacro eloquio. Nunq̄ hoc ab aug. Hieron. ambros. alijsq̄ sanctissimis doctoribus didicimus: si quis inquit iacobus apostolus, putat se religiosum esse nō refrenans linguam suam ꝛc. huius vana est religio. Reducēdus quippe est potius aut intellect⁹ aut sermo in captiuitatem in obsequiū christi in suo vicario, quādo videntur nobis minus consona eius verba, modo fides salua sit: nec ponamus os in celum: presertim q humanum sepe fallitur iudicium: ꝛ quod vnus putat abusiue dictum, alter intelligit proprie dictum. Et quia sic accidit in proposito (nulla siquidem inductarum autoritatum abutuntur sacri canones: sed in proprio sensu illarum qualibet vtuntur: vt sigillatim manifestabitur) ideo paruulum hunc laborem non subterfugi. ¶ Clemens impuinis. vj. non abusiue sed ꝓprie vtitur autoritate scripture: quoniā thesaurus de quo loquitur scriptura, est thesaurus diuine sapientie: est enim thesaurus meritorum christi: qui est ipsa diuina sapientia, ꝛ fons sapientie. Et quicumq̄ thesauro hoc vere vsi sunt, efficaciter cōsequendo indulgentias cū perseuerantia (sine qua quocūq̄ thesauro vane vtimur) vere participes fiunt amicitie dei consummate. Cuius nullus potest esse particeps, q̄diu obnoxius est pene alicui ꝓ quocūq̄ pctō: qm̄ dei amicitia cōsummata nō nisi in celesti patria habet: in quā nihil pene subiectū ingredi potest. Qr igit indulgētie tollūt ab hoie impedimēta diuine amicitie cōsummate, vere ꝛ proprie dicitur, thesaurus indulgētiarum est, quo qui vtuntur participes fiunt amicitie dei. Nec valet argumentum, thesaurus diuine sapientie fuit ante indulgentias, ꝛ illo potest quis vti sine indulgentijs, ergo indulgentie non spectāt ad illum: qm̄ thesaurus diuine sapientie continet multa in se diuine sapientie opera: vt sunt actus sapiendi s̄m deū, ꝛ merita christi vt meritoria, ꝛ eadē vt satisfactoria, ꝛ multa alia. Et vt thesaurus ipse prior indulgētijs nō depēdet ab indulgētijs: sed ecōtra indulgētie depēdēt ab illo. Et potest aliquis vti thesauro illo diuersimode: ꝛ propterea potest quis vti illo sine indulgentijs et per indulgentias. Et similiter potest aliquis fieri particeps diuine amicitie consummate, ꝛ sine indulgentijs et per indulgentias. Non docet siquidē romana eccl'ia indulgentias esse mediū sine quo nō possit diuina amicitia cōsummata haberi: sed esse mediū per qd̄ potest haberi. tāq̄ per remouēs prohibēs: vt declaratum est. ¶ Qd̄ aūt secundo obijcit de autoritate euāgelica, ꝑspicaciter intentū pelagio pōtifici absq̄ abusu suffragat: nam q illa dn̄i verba ad solū petrum dirigant, ex multis habet. Primo ex hoc q eidem facta est promissio cui exhibita est promissa res: sed solū petrum constat a dn̄o constitutum caput ecclesie: vt patet Joan. vlt. vbi dominus post resurrectionem petro vt distincto ab alijs apostolis dixit, pasce oues meas. fecit enim comparatiuam petri ad alios dicens, diligis me plus his? et statim ipsius, non ipsius ꝛ aliorum martyriū, pastoralis officij fructū subdidit, quum esses iunior ꝛc. Et hoc idē confirmat chrys. preteriens inquit dn̄s alios apostolos ad petrū dixit, si amas me ꝛc. ⁋ Secundo ex eo q dn̄s dixit, beatus es simō bar iona, qr caro ꝛ sanguis ꝛc. certum est eñ q ex hoc dn̄s non beatos dixit oēs apostolos: nec q singulis pater reuelauerit qd̄ petro reuelatum est. ⁋ Et confirmatur: quia inter discipulos erat tunc iudas, qui nō erat beatus nec in re nec in spe: quum esset fur: vt Joan. euangeli. testatur. ⁋ Tertio patet ex hoc, q dominus inchoauit sentētiam a petro vt ab alijs distincto, dicendo: ꝛ ego dico tibi quia tu es petrus, ꝛ super hanc ꝛc. cōstat autem q nec de andrea, nec de ioanne, nec de iacobo ꝛc. verificatur tu es petrus. Uerba igitur textus euangelij manifestant q petro singulariter dictum est, tibi dabo claues regni celorum: ac per hoc pelagius papa non abusiue sed proprie vsus est autoritate illa ad probandum petri sedem a domino voce ꝛ sensu ceteris esse prelatam. Nec fuit pelagius primus, qui hac eadē autoritate vsus est ad idem probandum: quoniam anacletus martyr sub traiano hoc idem dixerat: vt habes in decre. di. 22. c. sacrosancta. ⁋ Ad primam obiectionem respondetur, q petrus dicitur respondisse pro omnibus: qr dominus communiter interrogauit, vos autem quē me esse dicitis? sed sicut reuelatio (teste domino) soli petro dicitur facta, ita responsio nō ex consilio aliorum sed ex diuina reuelatione a solo petro facta est. Sed qr omnibus placuit responsio, pro omnibus respondisse dicit: frequentissime siquidē accidit q multis collegis presentibus, q vnus optime dixit, tanq̄ si ab oibus fuerit dictum habetur: laus tamen solius est illius qui sapiēter respondit. Sacri aūt doctores accipiētes hec verba nō pro vno sed pro vnitate nō obstant: qr vera sunt. Nec aduersant dictis, quia de vnitate ecclesiastica loquunt: que est vnitas ordinis, caput vnum habens. Jmo interpretatio hec, pelagij sensum cōfirmat: qm̄ verba illa dum vnitatem ecclesie respiciunt, caput vnū designāt: per qd̄ vnitas ecclesie claues habeat regni celorū, ꝛ ordine quodam a petro ad alios in partem solicitudinis assumēdos potestas absoluēdi atq̄ ligandi deriuet. Et propterea nō vnus petrus in psona sed in omnibus successoribus suis, nec vnus petrus cum successoribus solus suscepit claues vt solus retineat: sed vnitas ecclesie per vnum suscepit, dum petrus suscepit cōmunicandas in vnitate ecclesie. Quod autem affertur in argumento de vnitate equalitatis, falsum est: nec est sanctorū sentētia de vnitate equalitatis, sed ecclesie: quā constat esse vnitatē ordinis. Et aduerte q non solum glossa ordinaria, sed cyrillus inter priscos patres orientales nulli secundus in libro thesau. de petro ꝛ successoribus in ro. ecclesia hoc intelligit: vt in cath. au. matthe. 16. habes. ⁋ Ad secundam vero obiectionē dicit, q dn̄s non replicauit de clauibus regni celorū quum oibus cōmuniter dixit: q̄cunq̄ alligaueritis: an hoc discernendā relinquens excellentiam petri sup alios. Et rursus ordo ipse, dū primo soli petro ꝛ deinde cōmuniter alijs loquitur. insinuat q prius petro deinde alijs ep̄is autoritas conuenire debebat absoluendi atq̄ ligandi. ⁋ Ad tertiam autem qd̄ vni dico oibus dico, respondet q dominus non dixit, quod vni do omnibus

to(nõ eñ oĩbus diſcipulis dedit apl'atus dignitatẽ,nec etiam oĩ-bus dedit dignitatẽ ſeptuagintaduorũ)in propoſito aũt nõ eſt qd de dicere ſed de dare:tibi inquit dn̄s dabo claues ⁊c. Unde patet extra ꝓpoſitũ eſſe,qd vni dico oĩbus dico,qd de doctrinali dicere ad literã voluit celeſtis magiſter intelligi:vt inſtructio quam vni impẽdebat,oĩbus impẽſa nũcupet. ¶ Ad tertiũ argumentũ prin cipale de autoritate pauli apl'i dr.ꝙ decretalis illa nec ſemniauit vnq̃ ꝙ ſacerdotiũ ſit trãſlatũ a chriſto in petrũ: quiſ petrus non niſi chriſti ſacerdotij miniſter ſit, ⁊ chriſti vicariũ eſſe decretales clamẽt.Unde nulla culpa eſt põtificis,ſi iuriſte male illã intellexe rũt:niſi qs adeo deſipiat,vt põtifici imputet oẽs errores doctorũ qz nõ reprobat eos.Admiratione ꝑfecto dignũ eſſet ꝙ in papaz, in decretalẽ,ſenſum alienum retorquẽt arguẽtes iſti,niſi manife-ſtior lapſus,teſtimoniũ eorum ſtudio ꝓhiberet:ſubdũt eñ pluſq̃ octingẽtorũ annorũ chriſtianos totius oriẽtis ⁊ aphrice nũq̃ ſub romano põti.fuiſſe. Nã ſi calcedonẽſ.ſynodũ(vnã ex quatuor q̃s ſicut ſanctũ euãgeliũ grego.excipit)plegiſſent.patrũq; decreta ac geſta libraſſent:vidiſſent contigua oĩm etatũ teſtimonia.primatũ romane eccl'ie ꝓferentia:falſiſſimũq; eſſe aphrice oriẽtiſq; chriſtia nos romane eccl'ie ſubditos non fuiſſe. ¶ Ad qd pro nũc ſufficiant duo teſtes ante annos mille fere. Alter ex grecis, cyrillus.ſ.in li-bro theſau.vt habes in cathena au.matth.16.dicẽs: Scdm hanc dñi promiſſionẽ eccl'ia apl'ica petri,ab omni ſeductiõe hereticaq; cõuentione manet immaculata.ſup prepoſitos ep̃os,⁊ ſuper oẽs primates eccleſiarũ ⁊ populorũ in ſuis põtificibus in fide pleniſ-ſima ⁊ autoritate petri. Alter ex latinis,gregorius.ſ.ad Joã.epi-ſcopum ſiracuſanũ ſcribẽs, conſtantinopolitanam eccleſiã quis eam dubitet ſedi apl'ice eſſe ſubiectam:vt habes in decre.diſt.22. ca.de conſtantinopolitana. Maguntie die.22.martij.1519.

¶ Thome de vio Caietani: Cardinalis ſancti Xiſti Opuſculum XVII. Reſpõſionum.

¶ Ad Leonẽ.x.pont.max.dãnati ſenſus Articulorũ.v.expoſitio.

PEtri apoſtoli veſtigijs inherentes,parati ſtamus rõnẽ reddere oĩ poſcẽti nos de ea q̃ in nobis eſt fide. Quibuſdã ꝓinde chriſtifidelib' viris ꝓbis,pie trepidãtibus circa q̃nq; articulos i apl'icis literis cõtra martinũ luterũ inter reprobatos contẽtos, opẽ luminis ferre volẽtes aperire intẽdimus quare reprobati merito fuerint: ſubnectẽdo ſigillatim dictos articulos cum dubitantium obiectiõibus(prout ad nos delati ſunt)⁊ cuiuſq; rationem reddendo.

PRimus Igitur articulus eſt. Uerũ eſt prouerbium,et omnium hominum doctrinis de contritione adhuc traditis preſtantius,ꝙ ſumma penitentia eſt non amplius peccare,⁊ ꝙ optima penitentia eſt noua vita.

¶ Obijcitur. In hoc articulo oẽs ſancti patres videnẽ conſentire cum lutero:⁊ ideo nec error poteſt eſſe hic,nec hereſis.

Rñdemus Hũc articulũ merito reprobatum tam ſm ipſius articuli ſenſum q̃ ſm ꝙ a lutero prolatus eſt. Et q̃dem ſi ad ꝓpriũ ſenſum verborũ ſpectet. falſus cõprobatur:nã nec ſumma nec optima penitẽtia eſt qua nõ fit remiſſio pctõrũ: promulgauit eñ ſaluator penitentiã chriſtianã eſſe remiſſiuã pctõrum.luc.vlti.oportet inquit ꝑdicari penitentiã in remiſſione peccatorũ. Hec aũt duo in articulo poſita(valet non amplius peccare ⁊ noua vita)cõſtat nõ ſufficere ad penitentiã in remiſſionẽ peccatorũ:eſiquidẽ exigiẽ preter hec ⁊ dolor de ꝑterito peccato(petrus eñ poſt pctm̃ cõmiſſum fleuit amare)⁊ recurſus ad diuinã miſericordiam cũ publicano.deus ꝓpitius eſto mihi pctõri. Unde eccl'iaſtici.21.dicit̃,fili peccaſti. ne adijcias iterũ, ſed pro priſtinis depcare,vt dimittanẽ tibi. Ubi(vt etiã aug.notauit)nõ ſuffecit dicere,ne adijcias iterũ: ſed adiũcta eſt depcatio pro priſtinis remittẽdis. Nõ eſt igit̃ ſumma penitẽtia,nõ amplius peccare:nec eſt optima penitẽtia noua vita, q̃ dolorẽ pro pctis ⁊ depcationẽ pro priſtinis in ſe non claudit. ¶ Et vide quo ꝑcipitem daret penitentẽ hic articulus:naz ſm eundẽ ſumme ⁊ optime penitêret auarũ:ſi ab auaritie actibus ceſſaret,⁊ liberalẽ deinceps vitã ageret. Et ſimiliter incideret intẽperato,ſi a paſſionibus intẽperantis ceſſaret,⁊ deinceps cõtinenter viueret(⁊ ſic de alijs)hoc eñ ſignificat nõ amplius peccare ⁊ noua vita. Et ſi hec ſummã optimãq; penitentiã conſtituũt. inanis fides noſtra tam de neceſſario fletu peccatorũ q̃ de recurſu ad deũ pro remiſſione eorũdem inuenit̃. Merito igit̃ ſm ipſius ſenſum articuli reprobatus eſt. ¶ Si autẽ idẽ ſpectet̃ articulus vt a lutero manauit, reprobatus quoq; rationabiliter inuenit̃:nã huiuſmodi ꝓuerbiũ allatũ comprobatur a viro negãte duas partes penitẽtie.ſ.cõtritionẽ ⁊ ſatiſfactionem: ⁊ ad hoc ꝑ huiuſmodi prouerbiũ rẽdit. vt tam neceſſitatẽ cõtritionis(q̃ ꝑcipue conſiſtit in dolore pro pctis) q̃ ſatiſfactionis tollat: vt patet in libris ſuis,⁊ alijs eius articulis damnatis. Non conſonat ergo dictus articulus ſanctis patribus tã ſm ſeipſum q̃ vt a martino manauit. Quis ſi in ſanctis patribus huiuſmodi ſententia inueniretur,pie eſſet interpretanda, ⁊ ad bonum ſenſum reducenda.

SEcũdus Articulus eſt. Nemini remittuntur peccata,niſi credat ſibi remiſſa eſſe quando presbyter remittit ⁊c.

¶ Obijcitur. Hic articulus ſinceram videtur continere veritatem:vtpote que ſtabilimento fidei innitatur.

Rñdemus. Credere ſibi eſſe remiſſa peccata abſoluente ſacerdote, contingit dupliciter,vel quantum eſt ex parte ſacramenti,vel quãtum eſt ex parte ipſius q̃ abſoluitur. Credere primo modo,neceſſarium eſt ad remiſſionẽ peccatorum:nam hoc credere eſt actus fidei infuſe:ſine qua impoſſibile eſt placere deo. Credere autem ſecundo modo,non eſt neceſſarium ad remiſſionem peccatorum:quoniam poteſt penitens qui abſoluitur,pie dubitare de propria diſpoſitione, an ſcilicet digne ſuſcipiat illud ſacramentum,verebar inquit iob omnia opa mea: ⁊ iſa.64.dicitur,vniuerſe iuſtitie noſtre quaſi pannus menſtruate. Et cum hac pia dubitatione. ſtat ꝙ digne ſuſcipiat ſacramentum abſolutionis,⁊ conſequatur remiſſionem peccatorum : quoniam huiuſmodi pia dubitatio non contrariatur ſtabilimento fidei infuſe,ſed firmitati fidei acquiſite:ad quam conſtat ꝙ ſpectat credere de ſeipſo an ſit vel non ſit ſufficienter diſpoſitus. Sequitur igitur articulum comprobari falſum:ex hoc ꝙ alicui remittuntur peccata,qui non credit ſed pie dubitat ex parte proprie diſpoſitionis remiſſa ſibi eſſe peccata abſq; preiudicio ſtabilimenti fidei chriſtiane:que non eſt de hoc obiecto ſcilicet mihi eſſe remiſſa peccata:ſed de hoc quod eſt remiſſa eſſe peccata mihi digne ſuſcipienti ſacramentum penitentie. Sicut non eſt fides chriſtiana ꝙ ſub hac hoſtia eſt corpus chriſti:ſed ꝙ ſub hac hoſtia concurrentibus vndiq; omnibus requiſitis neceſſario ad ſacramentum euchariſtie, eſt corpus chriſti. Non continet igitur hic articulus ſynceram veritatẽ: ſed merito reprobandus fuit , vtpote falſus.

TErtius Eſt error illorum magnus eſt qui vadunt ad communionis ſacramẽta ſub hac confidentia ꝙ ſunt confeſſi,⁊ ꝙ agnoſcunt eſſe ſe ſine peccato mortali propter preces et preparatoria premiſſa ⁊c.

¶ Obijcitur. Et hic articulus nititur firma fide,⁊ ob id non videtur erroneus,nedum hereticus.

Reſpondemus. Et ſi ad ſacramentum communionis accedere cum dicta fiducia tanquam iuſtificatrice magnus error eſt, cõtra apoſtolicam doctrinam dicente nihil mihi conſcius ſum,ſed non in hoc iuſtificatus ſum) accedere tamen cum eadem confidentia tanquam preſeruatrice a peccato indigni acceſſus ad ſacramentum euchariſtie ,nullus eſt error:ſed conſilium apoſtolicum . Docens ſiquidem idem apoſtolus quo pacto quis ad dictum ſacramẽtum non indigne accedat,nec ad iudicium ſibi manducet et bibat, inquit:probet autem ſeipſum homo,et ſic de pane illo edat ⁊ de calice bibat. Ubi manifeſtat eum qui probauit ſeipſum,ſecure ad ſacramentum accedere:ita ꝙ non eſt reus corporis ⁊ ſanguinis domini,nec ad iudicium ſibi manducat ⁊ bibit. Et quoniam po-

pulus christianus frequenter vtriusq; apostoli doctrinam audit: et vt vnusquisq; potest de seipso testari, quilibet ante communionis sacramentum probans seipsum contritione, confessione, oratione ⁊c. vtitur hac fiducia tanq̄ preseruatrice a peccato indigni accessus, ⁊ non tanq̄ iustificatrice: ideo articulus iste lutteranus tanq̄ perniciosus, sancte fiducie christiane plebis, ⁊ scandalosus, ⁊ inimicus apostolice doctrine, reprobatus est.

Quartus Articulus est. Thesaurus ecclesie vnde papa dat indulgētias, nō sunt merita christi ⁊c.

Obijcitur. In hoc articulo nulla autoritate luterus potest conuinci: hoc tamen facere decretum est, ⁊ bullam confirmare.

Respondemus Prenotando non vno atq; eodem modo nec equaliter conuinci autoritate posse, christianum hominem de ecclesiasticis mysterijs: sed licet quedam plus quedam minus explicata inueniantur in sacra scriptura, conuinci tamen omnia autoritate affirmamus. Exempli gratia. Sacramentum baptismi autoritate conuincitur: quia tam materia q̄ forma eius in sacra explicatur scriptura: sacramentū vero confirmationis, cuius nec materia nec forma nec institutio illi⁹ in sacra explicetur scriptura: conuincitur tamen ex autoritate, qua apostoli imponebant manus, ⁊ ecclesia vtitur: ⁊ similiter est in multis alijs. Proinde si in articulo de thesauro indulgentiarum, luterum non posse conuinci autoritate dicitur, quia nō ita explicite sicut baptismus in sacra habetur scriptura, verum dicitur sed delira tur, querendo equalem certitudinem in omnibus ecclesie mysterijs. Si autē pie queritur autoritas qua luterus potest de thesauro indulgentiarum conuinci, non est difficile respondere: dicendo conuinci posse luterum autoritate sacre quidē scripture radicaliter, vniuersalis vero ecclesie implicite, romane autem ecclesie et multorum sanctorū doctorū explicite. Ex sacra quidem scriptura habetur thesaurus superefflueutium passionum christi ⁊ sanctorū quatenus satisfactorie sunt. Et q̄ christus quidem plus patiendo satisfecerit q̄ exigat satisfactio omnium illorū quibus qn̄q; applicatur passio christi, ⁊ secundum se liquidū est, ⁊ ex sententia ioannis euangeliste habetur: ipse est inquit propitiatio p peccatis nostris, ⁊ nō p nostris tm̄, sed p peccatis totius mūdi. Cōstat. n. ex eo q̄d passio christi quo ad effectū nō satisfacit p peccatis totius mūdi, q̄ tota illa satisfactionū multitudo q̄ posset satisfacere p his q̄ perierūt, superabūdat. De passionibus vero sanctoꝝ. q̄ scilꝫ plus passi sunt multi eorū q̄ satisfacere p proprijs debuerit peccatis, testat beatus iob dicens: vtinā appenderentur peccata mea quibus iram merui, ⁊ calamitas quam patior in statera, quasi arena maris hec grauior appareret. Simile est aūt iudiciū de iob ⁊ multis alijs sanctis: p̄cipue martyribus, q̄ tot superauerūt tormenta: ⁊ beatissima virgine, q̄ quū p nullo proprio satisfactura esset peccato, sustinuit tamen iuxta simeonis verbum vt suā christi gladius pertransiret animam: vnde plusq̄ martyr iure dicitur. Nec inueniri tantū thesaurum istum ex sacra habemus scriptura: sed ex eadē quoq; habemus thesaurum istū ea intētione a christo ⁊ sanctis conditum, vt ecclesie vtilitati p̄desset: testāte hoc ap̄lo ad colo. primo quum ait, adimpleo ea q̄ desunt passionum christi in carne mea pro corpore eius quod est ecclesia. Simile est aūt iudicium de paulo ⁊ alijs sanctis plus patientibus q̄ satisfacere debeant p proprijs peccatis. Nec huic tam sancte sententie obuiat alia eiusdem apostoli sentētia: qua ait, non sunt condigne passiones huius tēporis ad superuenturam gloriam. Nam passiones sanctorū quatenus meritorie sunt ⁊ ad premiū respiciunt, sunt proculdubio non condigne: ⁊ remunerātur a deo supra cōdignum: ⁊ hoc explicat quū dr̄, q̄ non sunt condigne ad gloriā superuenturā. Eedē tn̄ passiones sanctorū quatenus satisfactorie sunt, sepe superabundant: quotiescunq; scꝫ plus patiuntur pro christo sancti q̄ sit pena debita pro p̄prio peccatis actualib⁹. Ex hoc enim ipso q̄ ipsimet incapaces sunt huiusmodi superabundantium satisfactionum vt satisfactorie sunt (q̄ carēt peccato p quo satisfaciāt) relinquūtur superabundantes: ac p hoc vt ap̄s p̄mulgauit: p corpore christi q̄d est ecclesia relinquunt. Cōuinci igitur potest luterus ex autoritate sacre scripture, ⁊ q̄ in ecclesiis dei est thesaurus meritorū christi ⁊ sanctorū quatenus superabundāter satisfactoria fuerūt, ⁊ q̄ hic thesaurus est pro corpore christi q̄d est ecclesia. Et si his adiun ctis: q̄ vniuersalis ecclesia probat indulgentias: vt pia matris ecclesie dona succedentia loco satisfactionis p̄nialis, q̄ est tertia pars sacramenti penitentie: perspicuum fiet q̄ indulgentie inueniunt apud diuinam iustitiam satisfactrices pro pena actualibus peccatis debita, quam exoluisset apud eandem diuinam iustitiaꝫ penitentialis satisfactio. Ex hac autem vniuersalis ecclesie approbatione oportet alterū horum fateri: aut q̄ indulgentie ex sola autoritate huiusmodi vim satisfactiuam habent, aut q̄ ex dicto thesauro fiant. Et primum quidem horum, qm̄ tanq̄ absurdum non admittitur, restat vt ex dicto thesauro indulgentie vim satisfactiuam habeat: quod autoritate sancte romane ecclesie omnium ecclesiarum magistre expressum est pluries. Nec desunt autoritates sanctorum. thome, bonauenture ⁊c. Intelligat ergo eruditus quisq; falsum esse, q̄ nulla potest luterus autoritate cōuinci de thesauro indulgentiarum.

Quintus Articulus est. Si papa cum magna parte ecclesie haberet hanc vel illā opinionem ⁊ non erraret, tamē nec peccatum est nec heresis contra sentire: presertim in re nihil pertinente ad anime salutem, donec alterum per generale cōcilium reprobetur vel approbetur.

Obijcitur. Qui hunc damnarunt articulum sentiunt papam esse super concilium generale, quod nunq̄ vlla bona autoritate scripture probari potest: vt aperte declarat patriarcha anthiochenus in libello de comparatione pontificis maximi ad sacrosanctum concilium.

Rn̄demus Falso creditum ab obijcientibus est, damnationem huius articuli procedere ex opinione superioritatis pape ad cōcilium. Nulla siquidē cura huius questionis habita, damnatio huius articuli procedit aliunde: ex hoc scilicet q̄ summus pontifex habet autoritatem determinandi questiones fidei. Quam autoritatem in summo residere pontifice sacri canones clamant, hier. ad damasum testatur dicens: q̄ si hec nostra confessio apostolatus tui iudicio comprobatur, quicunq; me culpare voluerit, se imperitum vel maleuolum vel etiam non catholicum, non me hereticum comprobabit. Et dominus aperuit dicens petro: ego rogaui pro te vt non deficiat fides tua, ⁊ tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Articulus siquidem iste propter latens venenum in ly donec alterum per generale concilium ⁊c. reprobatus fuit: vtpote dogmatizans summi pontificis diffinitiuam in questionibus fidei sententiam non ligare, sed contra sentire nec peccatum nec heresim esse: hoc enim infert ly donec approbetur vel reprobetur per concilium generale. Et quoniam magistra rerum experientia testat multas hereses dānatas a sede esse apostolica sine generali concilio, idcirco articulus iste merito reprobatus est. Hec sunt pater beatissime, que inter tot aduersas corporis valetudines obedientie tue gratia ex prompto animo sub apostolatus tui censura protulit. Tacitis obijcientibus: vt nemine accusato, cuiusq; in pectus, liberum habeat veritas aditum. Rome die. vj. Iunij. m. ccccc. xxj.

Ad reuerendissimum dominum Nico. cardinalem de flisco, super sex propositionibus in commēdationem beati Ioseph a quodam theologo assertis. Eiusdem secunda responsio.

Quidam Magister in theologia in commendationem sanctissimi Ioseph et in laudem eius, dixit dum sermonem haberet ad populum latino sermone que sequuntur. Primo, q̄ Ioseph fuit magni meriti, ⁊ pater putatiuus christi: qui christum ipsum palpauit, ⁊ eo familiariter vsus est. Secundo, q̄ ioseph sanctus fuit verus vir virginis marie: iuxta illud: iacob autem genuit ioseph virum marie. Tertio, q̄ fuit verū matrimoniū inter virginem gloriosam ⁊ sanctum Ioseph quod nō potuit esse nisi per mutuam corporis donationem: que donatio fuit inter Ioseph ⁊ virginē. Quarto q̄ istud matrimonium fuit priuilegiatum: quoniā in isto matrimonio virgo nō dedit vsum corporis: licet per cōtractū matrimonij dederit corp⁹, edocta a spiritusancto: vbi regulariter per cōtractum matrimonij datur corpus ⁊ vsus copule carnalis. Quinto q̄ virgo maria dādo corpus suum Ioseph, dedit ⁊ sanguinem totius corporis: ex quo sanguine fuit completum corpus christi. Sexto dixit, q̄ hec propositio est vera: ex sanguinibus ioseph fuit formatū corp⁹ christi: quam propositionem ita exposuit. Ex sanguinib⁹ proprijs virginis marie, Ioseph sancto datis per contractum matrimonij fuit formatum corpus christi.

Reuerendissime Domine domine p̄tector, vidi sedulam a dominatione vestra reuerendissima mihi transmissam, sex dictorum a quodam magistro in theologia in commendationem sancti ioseph. Et respondeo q̄ in tertio, quarto, quinto ⁊ sexto vnū est non perspicacissime dictū

e non plene discussa est differētia inter copulā coniugalē & copulam carnalē. Si enim hec nota fuisset, nō dictū esset hic q̄ verū matrimonii esse nō potuit sine mutua donatione corporis: nā per copulā coniugalē non donatur corpus cōiugi, sed potestas vtēdi corpore cōiugis iuxta illud apl'i prime ad cor. 7. vir nō habet potestatem sui corporis &c. Ubi nota q̄ dicitur corporis sui nō alterius: & dicitur potestas in alio. Non datur ergo corpus quo ad vsum p coniugalem copulā: sed potestas vtendi tm̄: sed p copulā carnalem datur corpus quo ad vsum. Et ex hoc fundamēto patet, q̄ minus pspicaciter in quarto dicitur, q̄ regulariter p contractū matrimonij datur cōiugi corpus & vsus &c. Cōstat enim falsum esse: qr non p cōtractū absolute, sed adiūcta cōsummatione datur corpus & vsus: imo si puella cōtrahat vere matrimoniū animo ingrediēdi religionem si deus dederit sibi spūm bonū, verū contrahit matrimoniū, nec pdit ex hoc virginitatē mentalē: qr cōsentire in copulā coniugalem nō est cōsentire in copulā carnalē nisi in potētia: q̄ est conditio diminutiōis: vt patet. Et propterea beata virgo non pdidit virginitatem mentalē ex consensu in copulā coniugalē: nec exposuit se periculo pdendi propter priuilegiū diuine reuelationis: sicut modo pper statutū eccl'ie concedētis duos mēses spōsis ad cōsummandum matrimoniū vel ingrediendū religionē, cōtrahentes matrimoniū nisi intendāt cōsummare, nec se exponūt periculo pdendi virginitatē, nec pdunt virginitatē mentalē. Ex eodē fundamēto patet minus pspicaciter in quinto dicto dictū esse q̄ sanguis beate virginis datus est ioseph, & absurde dictū in sexto q̄ corpus christi fuit formatū ex sanguinibus ioseph: qm̄ sanguis btē virginis non fuit datus ioseph, ac p hoc nō fuit ioseph etiā vt datus: vt patet ex dictis. Quāuis habeat & aliā dissonantiā, ex hoc q̄ sanguis nō dicitur alicuius simpliciter nisi sit ipsius vt pars q̄. s. est aut fuit pars eius (co modo quo sanguis dicitur pars animalis) & non ex eo q̄ est alicuius possessiue, vt ager aut seruus: aut quia potest vti eo, sicut equus conductus. Uidetur ergo mihi q̄ vltimum dictum sit simpliciter falsum: reliqua vero quo ad supradicta minus pspicacia: & breuiter q̄ sententiam teneat, linguam cohibeat qui hec dixit. Nihil tamen contra aut preter fidem hic apparet.

¶ De validitate matrimonij a iuuene post religionis ingressum & egressum contracti. Eiusdem responsio tertia.

Magnifice Dn̄e salutē & commendationē. Ad casum mihi ppositum, An scilicet matrimoniū contractū a iuuene postq̄ religionem post discretionis annos ingressus est aio mutādi omnino vitā, & intra nouitiatus tn̄ annū egressus est ad secularē vitā & habitū, sit validū. Breuiter respōdeo, q̄ absq̄ dubio matrimoniū illud est validū, qr vt expresse dicitur in. 6. de voto, c. i. solū votū, vel sacri ordinis, vel professionis tacite vel expresse, dirimit post cōtractū matrimoniū. Constat aūt ex capitulo nō solum. de regularibus lib. 6. q̄ iste casus distinguitur cōtra casum pfessionis tacite vel expresse per notam disiunctionis vel, ergo iste casus nō habet vim professionis tacite vel expresse, quo ad matrimoniū dirimendū. Textus aūt in oppositū soluunt facile ad literam: qr caplm̄ nō solū, & in fauorē anime nouitij & propter ius religionis noluit prohibere fratres ab impeditione istius, ne redeat ad seculū: cū etiā si votū simplex in seculo de ingressu religionis fecisset, religio cōtra ipsum agere posset. Capitulū vero beneficiū ibidem (qd̄ tantum ponderatis) non obstat: qr renunciatio beneficij, quam iste nouitius ex facto suo presumitur facere, dū manifestat se omnino vitam velle mutare, tunc sufficit ad hoc vt beneficium possit alteri conferri: que tamen non sufficit ad professionem tacitam vel expressam. Ista ergo duo non parificantur, nec equiparantur in textu. Sed nec quo ad vacationem beneficij hic casus equiparatur: quia in professione tacita vel expressa est vera renunciatio, hic autem est presumpta, quare &c. Bene vale. Caiete, die 22. octobris. 1505.

¶ Eiusdem ad fratrem cherubinum de florentia, diuini verbi predicatorem. Responsio. 4.

Questio Proposita est, an adulter ipso facto sit priuatus iure exigendi debitum a coniuge innocēte. Et est ratio dubij diuersa (vt videtur) sententia doctorum.

In hac Dubitatione preaduertenda sunt tria. Primum est, q̄ non est ambiguitas aliqua nisi in foro consciētie: nam in foro iudiciali constat non statim esse priuatum adulterantem coniugem. Scd̄m est, q̄ etiam in foro conscientie tam quādo adulterium vnius publicum est q̄ quando occultum est, notum tamen est certitudinaliter innocenti, absolutus est si vult innocēs a vinculo reddendi debitum: ac per hoc adulter non potest exigere actum matrimonij, quamuis possit petere illum. Exigere siquidem importat coactionem, & est in proposito petere actum matrimonij vt debitum, petere autem nudam petitionem actus significat: petimus enim etiam que gratiose concedenda putamus. Tertium est, q̄ tota hec difficultas consistit quando adulterium commissum latet innocentem coniugem. Et est ratio pro parte affirmatiua: quia statim q̄ alter coniugum in adulterium declinat, reliquus innocens s̄m rem est absolutus a debito reddendo: & solū deficit sibi notitia facti, perpetrati scilicet adulterij. Si namq̄ sciret factum, constat q̄ esset absolutus: notitia enim nō absoluit, sed factum ipsum ex notitia sua, disponente sic iure naturali & diuino. Naturali quidem, propter violatam fidem: diuino autem, propter autoritatem dn̄i matth. 5. vbi excipitur fornicationis causa in precepto de non dimittendo vxorem. Pro parte vero negatiua est communis (vt videtur) animi cōceptio. s. q̄ adulter occultus post penitentiam potest exigere debitum ab innocente. ex hoc namq̄ arguitur, q̄ non statim innocens coniunx fuerat absolutus a debito, ac per hoc nec adulter priuatus iure exigendi. Manifestatur autem hoc sic. Post penitētiam occulti adulterij, innocens in eodem statu est in quo erat ante penitentiam adulterij: quoniam penitentia alterius non fecit ipsum de absoluto ligatum. Si ergo post penitentiam alterius tenetur s̄m rem reddere debitum, etiā ante tenebatur s̄m rem: & si ante penitentiā non tenebatur secundum rem, sequitur q̄ etiam post penitētiam illius non tenetur secundum rem.

His premissis Narrādum est primo quid appareat veritatis pro altera parte, deinde inuestiganda est causa. Quum coniugium ergo societas quedam sit, ex aliis natura vel volūtate cōtractis federibus, sumere possumus negatiuam partem veram esse. s. q̄ non sit statim priuatus sed priuandus iure exigendi. Inter patrem siquidem & filium naturale ius est. sic vt si filius patrem etiam occulte offendat, nō teneatur pater heredem illum habere: similiter inter patrem & filiū adoptiuum simile ius est: inter socios quoq̄ negotiatores violata ab altero fide reliquus non tenetur. In his tamen omnibus et similibus apparet q̄ licet cuilibet qui fidem violauit vti iuribus societatis illius. filius siquidē tam naturali q̄ adoptiuo iure post crimen in patrem grauissimum latens patrem, potest etiam in foro conscientie hereditatem adire, & similiter connegotiator, modo damnum non intulerit: qr obligaretur ad restitutionem. Quo fit vt adulter occultus quamuis violati federis reus sit. non prohibeatur a matrimonij iure, sed prohibendus: sicut in supradictis similibus priuandus est violator fidei iure illo. ¶ Et quoniā hec ita esse mihi videntur, ratio reddenda est. Occurrit autem mihi vna cōmunis horum ratio, & est, q̄ pene ille que in potestate partis vel iudicis sunt ita constitute, q̄ iudice vel parte sciente et eodem modo se habente vt prius aliquis non punitur, non incurruntur ipso facto: cōstat autem tales esse penas priuationum iurium de quibus est sermo: ergo. Maiorem propositionem differentia penarum clarificat: pene namq̄ ecclesiasticarum censurarū non sunt ita in potestate iudicis aut partis vt iudicis vel partis, vt prius perseuerantia excuset contra facientem ab incursu censure: pene autem alie siue conuentionales siue a iure: nisi pars aut iudex sciens velit, non ligant. Minor autem clara est: quia si innocens coniunx sciat adulterium alterius, & pater offensam filij &c. & eodem modo se habeant cum eis vt prius non sunt priuati. Consonat autem hec ratio specialitati pene consequentis incestum cū cōsanguineis cōiugis: ad huiusmodi enim incestū committitur ipso facto priuatio iuris exigēdi: nec est in potestate partis nō imputare crimē hoc ad hāc penā, nec etiā in potestate iudicis. Quis posset dispēsare. Ad adulteriū aūt simplex, priuatio cōsequens est in potestate partis. s. offensi coniugis: vt patet. Differentia igitur inter vtrūq̄ adulteriū est, q̄ ille sic incestuosus est priuatus ipso facto: iste aūt adulter est nō priuatus, sed priuādus: alioquin nihil speciale de adulterio sic incestuoso diceretur. Et hec positio nō dissonat forte ab aliquo doctorum: nā illi qui videntur pro parte affirmatiua ad hoc tendūt, vt scilicet adulter priuandus sit ab altero innocente in foro conscientie: quum dicūt, dignus est vt nō seruetur fides ei, vel aliqd̄ huiusmodi, alij aūt pro parte negatiua volūt, q̄ nō est ipso facto priuatus, & vtrumq̄ est verum. ¶ Ad rationem autem pro parte affirmatiua, negatur q̄ s̄m rem innocens ipso facto sit absolutus: est enim ipso facto habens ius quo seipsum posset absoluere in foro conscientie, si sibi constaret de facto. Rome, 20. decembris. 1513.

¶ Eiusdem ad fratrem Cherubinum. Responsio. 5.

LIteris tuis frater charissime perlectis, in quibus quedam dubia soluenda mihi proposuisti respondere distuli aliquot diebus, occupatus in alijs: verum ne omnino charitati tue deessem, hodiernum diem censui eximendum ab alijs.

Ad primum Itaqȝ dubium, an iuridice inquisitus de aliquo crimine, teneatur ꝛ debeat nominare simplices si non sunt infamati ꝛ ante correctionem fraternã: ꝛ similiter ad secundum, an ip se tales nominauerit, possit iudex cõtra tales procedere ad inquisitionẽ. ꝛ eorum rationẽ (qꝛ ꝯsuetudo secularium iudicũ habet ꝙ tormẽtis cõplices reqrũt, ꝛ ꝙ cõtra nolatos ꝓcedũt: in oppositũ tñ est ordo fraterne correptionis ꝛ occultum cõplicis pctm.) Respõderi vnico verbo potest, ꝙ he q̃stiones decise videnť extra de cõfessis ca. quũ monasteriũ. Ubi dicitur, ꝙ ẜm vtriusqȝ iuris statuta de se cõfessi, sup aliorũ consciẽtijs interrogari nõ debẽt, crimine lese maiestatis excepto: ꝛ ꝙ si cõtingat aliquos noiari, tales noiati nulli sunt pene subdẽdi. si tñ infamia huiusmodi noiati laborẽt: indicenda est purgatio tribus sui ordinis adiũctis socijs. ☞ Qꝛ tñ multe sunt exceptiones ab ista regula, et multi multa dicũt (vt diffuse habes a panor. sup dicto ca.) videtur mihi in primo dubio ꝙ triplici distinctione vtendum sit in proposito. prima est. si nomen cõplicis est vel nõ est circunstãtia actus proprij illius q̃ inquiriť. secunda, si crimẽ de quo inquiriť, pendet in perniciẽ publici boni seu aliorũ. tertia est, si iudex ex solius illi⁹ cause iure ꝛ meritis procedit aut ex zelo proprij officij. Nã si nomẽ cõplicis esset circũstantia proprij actus, quum q̃libet iudex cognoscẽs de aliquo actu habeat ex meritis illius cause etiam iudicare de illius circunstantijs, tunc iudex potest inquirere ꝛ teneť inquisitus cõfiteri complicẽ: sicut q̃si in foro penitentiali penitens non potest aliter exprimere peccatũ suum nisi nominãdo complicem, debet reuelare complicem: puta quum quis cognouit propriã matrem. Constat aũt inter circunstantias annumerari, quibus auxilijs aliquis fecit. ☞ Difficile tñ apparet accidere casum in quo nomen complicis sit circũstantia proprij actus in foro iudiciali, nisi ꝑ accidens: puta qꝛ probabiliter aliunde iudex dubitat ꝙ reus fateatur id qđ non cõmisit vt euadat forte tormẽta, q̃m tunc ex nolatis complicibus cognoscere potest an verum dicat: sicut ex alijs circunstantijs, puta loci vel temporis. Sed hoc ex parte iudicis licitum videtur: sed ex parte rei qui scit se verum dicere, non debet infamia alterius occulti testari culpam suã, ex quo complicis nomen non est actus sui circunstantia quantum est ex parte ipsius actus perpetrati. Similiter si crimen pendet adhuc in perniciem reipub. ecclesie aut aliorũ priuatorum (puta quia sunt multi corruptores fidei aut conspiratores aut latrones aut subuersores aliorum) debet iudex ex officio inquirere, ꝛ reus huiusmodi perseuerantes in malo perniciosos omnino occultos (de his sermo est) debet reuelare: nisi forte probabiliter crederet correctione fraterna eos amplius non peccaturos, quod non facile credendum est de religiosis ꝑsertim huiusmodi sceleribus irretitis: sed dubitandum potius videtur ꝙ fingent se emendare. Et propterea tutius est in huiusmodi casibus, prelato potenti per se vel alium ꝛ volenti saluare non perdere oues suas, ꝛ curam fame proximorum solito habere vt pastorem decet, complices siue non complices tales reo notos reuelare. Si autem crimen in detrimentum aliorum nõ pendet, non tenetur reus occultos alios reuelare, sed ordinem fraterne correctionis preponere. ☞ Illud pre oculis est semper habẽdum, ꝙ quemadmodum in communi precepto inq̃sitiõis si quis scit ꝛc. subintelligitur seruato iuris ordine: ita quum quis inquiritur in genere de complicibus, subintelligitur ẜm iura reuelandis: quia non potest plus ꝑlatus seu iudex precipere. Et propterea non peccant prelati seu iudices de complicibus inquirendo, si intentio infra iuris limites consistit. Et similiter non peccant inquisiti si omnino occultos tacent, aut dicunt se non habere complices aliquos habendo occultos tantum: quia responsiua verba intelligenda iuxta sensum interrogationum sunt: intentio tamen oportet ꝙ sit infra iuris limites.

In secundo Autem dubio si aliunde omnino occulti sunt qui nominati sunt, non est procedendum cõtra eos: quoniam talis reuelatio nõ sufficit ad accusandũ, nec ad denuntiandum, nec ad infamandum seu clamorose insinuãdum: propterea omnis via procedendi que in trib⁹ dictis inchoat, aufertur. ¶ Ad id vero quod de consuetudine opponis seruari: quia consuetudines patriarum consistunt in facto, ipsi viderint si ita est. Non tamen credo ita esse nisi in quibusdam criminibus exceptis (et hoc propter sequaces bartholi) ꝛ ꝙ nihilominus aliqua interueniant indicia contra sic nominatos.

Ad tertium Autem dubium, vtrum iudex sciens defectum alicuius a tribus vel quatuor non per modum iudicij, possit ipsum cogere ad dicendam veritatem. Respondeo ꝙ questio hec decisa est extra de accusationibus. cap. inquisitionis. Ubi expresse dicitur ꝙ si non extat infamia vel clamorosa insinuatio, non debet fieri inquisitio, etiam si duo vel tres iurati dicãt se vidisse delinquentẽ, aut alicui libellũ secreto tradãt. Unde patet ꝙ non põt prelat⁹ cogere talẽ ad dicendã veritatem.

Ad quartum Dubium: vtrum infamatus de aliquo possit de omnib⁹ inq̃ri (vt tenet pet. de pal. in iiij. sent.) respondeo ꝙ non potest inquiri de illis de quibus non laborat aliqua infamia: iuxta dictã decretalem, dicentem: super illis solummodo fieri inquisitio debet, de quib⁹ clamores aliqui precesserunt. Dictum autem petri de pal. (cum bona reuerentia dictum sit) tantum valet quantum sua ratio: scilicet quia iudicare de occultis nõ propter peccatum sed propter peccatorẽ prohibetur. Hec enim ratio falsum assumit: quia occulta ex ipsa ratione qua occulta sunt, ab humano iudicio exempta sunt: ꝛ proportionaliter occulta in tali iudicio seu processu, ab illo exẽpta sunt suapte natura. ¶ Hec sunt pater venerãde, que mihi occurrerũt scribenda ad tua dubia, non plus authoritatis habitura sicut nec cetera mea q̃ȝ ratio eorum mereatur. Bene vale, ꝛ deum pro me ora. Rome: die quinta nouembris. m. ccccc. xviij.

¶ Eiusdem ad reuerendum patrẽ fratrem mathiam de pace sacre theologie magistrũ ac regentem salamanticeñ. Rñsio. vj.

REuerende Pater salue. Humillimis pa. v. literis ꝑlectis: q̃bus petis ab illis q̃ ex iudeis originem ducũt, si in nullo culpabiles inueniri nec aliter suspecti nisi ratione originis sint, possit negari ingressus religionis, et si fuerit nouitij negari possit professio absqȝ peccato mortali: an sit hoc cõtra ꝑceptũ charitatis. Respõdere vt par est volẽs, paucis me absoluã: eo ꝙ cũ sapiẽte sit sermo. Actus recipiendi ad religionis statum, vt a ꝑlatis ipsarũ religionũ egrediť ꝛ terminať ad aliquẽ indeterminate, licet habeat rationẽ de biti (q̃m religiones institute sunt non solũ propter ꝑsentes, sȝ etiã futuros) vt tamẽ terminať ad hãc vel illã conditionẽ personarũ vel hãc aut illã personã, caret debiti ratione: nisi necessitas aliqua debiti rationẽ inducat. ☞ Et de ꝑsona quidẽ determinata patet ex hoc, ꝙ charitas nõ arctat ad diligendũ aut benefaciendũ alicui particulari nõ alias cõiuncto, nisi in articulo necessitatis, vt testanť ꝑcepta charitatis tã in corporalibus de eleemosina q̃ȝ in spũalibus de correctione fraterna. Unde ꝛ diuus tho. in quolibetis dicit, ꝙ habẽs de superfluo non teneť obuiãti pauperi ac petẽti eleemosinã dare: qꝛ licet teneať superfluum elargiri, nõ tñ dare huic. Et in secũda secũde de correctiõe fraterna dicit, ꝙ cadit sub ꝑcepto ẜm ꝙ est necessaria ad fratris emendationẽ. Cõstat aũt quẽlibet idoneũ ad religionis statũ, cõmuniter inuenire alibi gratiam si a b vna religiõe refutať. ☞ De conditione vero ꝑsonarũ patet ex hoc, ꝙ religionis ꝑlati statuto possunt cauere vt genus aliqđ hoĩm sine eorũ culpa ad religionem nõ admittatur: vt testať statutũ de non recipiẽdis illegitime natis. Nec multum refert inter recipere huiusmodi ad habitũ, ꝛ receptos ignorãter reijcere ante professionẽ: q̃m non minus libera est religio intra annũ probationis q̃ȝ nouitius: quum annus probationis in fauorem vtriusqȝ datus sit, nec vlla pollicitatio implicite fiat magis hinc q̃ȝ inde. Constat autem ex sacris canonibus (vt patet extra de regu. ca. statuimus) nouitium posse libere intra annum probationis redire ad priorem statum: igitur religio potest nouitium libere a se excludere. Et confirmatur: quia quemadmodum nouitius si perlectis nouiter censuris in iure latis contra religiosos, ꝛ inhabilitatibus mendicantium. quas tamẽ in seculo prescire potuisset, relicta religione potest ad priorem statum redire: ita religio cognita origine nouitij prius indiscussa potest illum refutare. Quum igitur natio eorum qui ex iudeorum genere sunt, conditionem habeat quibusdam minus gratam propter tot eiusmodi publicam apostasiam, in hispania si religionis alicuius prelati statuto vel opere eos recusent recipere ad habitum, vel ignorãter receptos nolint ad professionem admittere, nullum ex hoc mortale peccatum ex suo genere incurrunt.

¶ Et q̃uis ita esse mihi videať irrationabile tñ mihi videť ꝑpetuũ statutũ aut opus hmõi refutatiõis respectu illoꝝ q̃ nulla alia suspitionis nota sunt affecti, nisi ꝙ originẽ ex iudeis traxerũt. Tũ quia salus nostra ex iudeis est, ex q̃bus natus est christus ẜm car=

nem. ⁊ ipsi ⁊ plurimi patres fidei: ⁊ ingrati inuenimur, sui generis filios repellendo. Tum ꝗ occasio daretur iudeis vt ad fidem non conuertantur, dum intelligunt cõuersorum filios in generatione, ⁊ generatione repulsos a religione. Tum ꝗ religiõis status est talis vbi ipsi potius si in aliquo dubitant, solidari in fide ꝙ alios inficere possunt. Hec sunt pater Reuerẽde, que mihi occurrunt respondenda. in die. s. matthei apostoli. Senis. 1514.

¶ Eiusdem ad fratrem vincentium de sancto geminiano: ad questionem an ingressus religionem cum proposito deliberato perseuerandi, ad religionem teneatur. Responsio. 7.

Charissime Fili, questioni tue ob occurrentis de facto casus necessitatem interpositis aliis respondendũ duxi. In casu ergo ꝓposito quum scꝫ N. ingressus est religion: em ꝗdam mendicantium, in quodam illius conuentu regularis vite, cum animo deliberato perseuerandi vsqꝫ ad mortẽ in illa particulari religione, ⁊ in illo particulari conuentu in seruitiũ beate virginis, cui ecclesia illa dicata est: ⁊ postꝙ multos menses ibidem egit, ob quorundam scelera ibidem impunita, ad seculum intra annum probationis rediit. Scito ex duobus capitibus procedi posse. primo ex assumpto habitu cum deliberatione perseuerandi vsqꝫ ad mortem. secundo ex intentione particulari ad hunc conuentum, frustrata ob inopinatum successum male vite inuente in conuentu illo. Et vt a primo incipiamus, questio ista petita fuit ab innocentio. 3. vt patet extra de regu. ⁊ tran. ad religio. in capi. consului. ⁊ ab ipso distincta: ⁊ postmodum a grego. 9. in capi. statuimus, magis explicata. ¶ Est autem eorum sententia, ꝙ suscipiens religionis habitum volens absolute vitam mutare, ad religionem tenetur. Quod potest bene ⁊ male intelligi. Si enĩ per voluntatem absolute mutandi vitam intelligatur deliberatum ꝓpositum perseuerandi vsqꝫ ad mortem ⁊ nihil aliud, male intelligitur: si autem per voluntatem absolute mutandi vitam, intelligatur deliberatum propositum perseuerãdi vsqꝫ ad mortem cum promissione implicita huiusmodi perseuerantie, bene intelligitur. Quod patet dupliciter. Primo ex eo, ꝙ votum requirit tria: propositum, deliberationem ⁊ promissionem: ita ꝙ absqꝫ promissione nullum est votum. Secundo ex eo, ꝙ ratio quare talis volens absolute mutare vitã tenet̃ etiã ad religionem, expresse assignatur in dicto capitulo. quia ipse renunciat anno probationis in fauorem suum, sic suscipiendo habitum. Ex hoc enim habetur ꝙ voluntas illa est voluntas renunciantis probationi, ⁊ facientis hodie quod post probationem erat acturus: quod nihil aliud est ꝙ promittere perseuerantiam vsqꝫ ad mortem, quod est vouere religionem. ¶ Et si hanc distinctionem vis plenius intelligere, finge in religione duos modos distinctos sensibiliter ⁊ notorie omnibus esse regulariter institutos ad ingressum religionis: alterum cum anno probationis, ⁊ alterum sine vlla probatione. ⁊ finge rursus duos iuuenes ambos cum proposito deliberato perseuerandi vsqꝫ ad mortem, ingredi religionem illam, sed alterum per illum modum cui adiungitur annus probationis, ⁊ alterum per reliquum modum cui nulla adiungitur probatio. Et discernes voluntatem vnius a voluntate alterius in hoc, quod iste secundus cum deliberatione promissionem imo exhibitionem sui habuit: ille non: ⁊ videbis quod de primo non verificatur quod vult absolute mutare vitam. sed de secundo tantum. Suscipere igitur habitum nouitiorum (siue sola benedictione distinguatur ab habitu professorum siue aliter) cum deliberato proposito perseuerandi vsqꝫ ad mortem, ita etiam quod vellet hodie esse finem anni vt posset tunc profiteri, non obligat hominem ad religionem in particulari aut in communi: sed liberum relinquit vt redeat ad seculum. Dici autem nouitiorum, propter suscipientem voluntarie habitum professorum sciendo quid hoc importat: talis enĩ facto exhibet seipsum religiosum professum: et quia voluntas conformis est facto suo voluntario, in voluntate non solum est deliberatio, sed promissio ac exhibitio cum renunciatione probationis. ¶ Nihil tamen scrupuli in re hac accidit, si nouitius continue gestet habitum veterem benedictum pro altero, etiam si libentius deuotionis causa quia benedictus creditur gestetur: quoniam habitus professorum vbi sola benedictio distinguit, penes benedictionem que fit proprie professionis tempore, attenditur: vt ex dicto capitulo statuimus: sumitur.

Et licet Hec ad propositi casus claritatem sufficiant: vt tamen desiderio tuo an etiam si intercessisset promissio teneretur, respondebo iuxta secundum caput. Scito quod si simplicis voti promissio comes fuisset, duo consideranda essent. Primo ex parte intentionis distinguendo inter intentum et attractiuum: quia stat quod attractiuum alicuius ad particularem religionem ⁊ ecclesiam sit deuotio ad aliquam figuram beate virginis, conuersatio cum quibusdam religiosis, grata amenitas loci ⁊ huiusmodi. intentum autem non sit ad hoc limitatum; Quum scilicet intendit esse sicut sunt illi religiosi, qui possunt ad arbitrium prelati ſm regularia statuta inde mitti ad alios conuentus: hoc enim testatur intentionem non esse limitatam ad hũc conuentum solum. Et si intentio alicuius fuisset limitata ad vnũ solum conuentum: euentus ille inuentorum scelerum considerandus est an sint crimina communia aut paucorum, an cum spe prouisionis an sine spe prouisionis. Si enim impune scelera communiter licet committere, nec spes humano more sit superuenture prouisionis: non obligatur iste ad obseruandam voti sui legem, quam constat in tali euentu non esse intentam. Uotum enim religionis quasi ad tutum portum tendens, non debet esse vinculum detentiuum hominis in tali perenni periculo: scriptum est est enim, cum sancto sanctus eris, ⁊ cum peruerso peruerteris ⁊c. ¶ Hec sunt fili charissime que mihi videntur ad questionis tue solutionem dicenda. tuum erit applicare ad particulare factum, et melius vbi opus est iudicio vtendo de N. casu iudicare. Bene vale ⁊ deum pro me ora. Rome die. xi. nouembris. 1512.

¶ Eiusdem ad eundem. Responsio. 8.

Questioni Tue frater charissime (an is qui in choro sic diuinum officiũ ꝑsoluit, ꝙ sui chori versus submisse sibiipsi soli dicit, alterius vero chori versus audit tantummodo, satisfaciat precepto ecclesie de persoluendis canonicis horis) respõdere eo pacto proposui, vt quia diuersi diuersa dicere videtur, vtriusqꝫ partis rationes pensentur: ⁊ sic veritas elucescat. ¶ Opinio igitur dicentium, quod in casu proposito satisfit ecclesie, fundatur super hoc, quod nullus in choro vel comitatus soluens diuinũ officium tenetur dicere totum: sed sufficit medietatem dicere ⁊ medietatem audire, secundum alternationem versuum hinc ⁊ inde: vt cõsuetudo ecclesie testatur: sic autem fit in proposito: quia iste vnius partis versus dicit ⁊ alterius audit: ergo satisfacit. Sed cõtra istã rationẽ militat: qꝛ vtitur eo qđ est per accidens loco eiꝰ qđ est ꝑ se.

Ad cuius Euidentiam claram scito, quod preceptum ecclesie est, vt quilibet dicat totum officium: vt patet extra de celebratione missarum, ca. presbyter. Sꝫ quoniam aliquem dicere totum officium contingit dupliciter (scilicet communicando cum alio in officio, ⁊ sine communione cum altero) ideo duobus modis satisfit diuino officio scilicet persoluendo sine alterius communione: ⁊ tunc quia cum alio non communicat, totum solus dicit, ⁊ communicando cum altero: ⁊ tunc alternando, totũ quilibet communicans dicere censetur: dum quilibet cõmunicãs in persona communicantis secum dicit id quod dicit. Unde in hoc modo dicendi officium scilicet alternatim, aliquid concurrit per se scilicet communio dicentium, quo fit vt quodlibet ab altero dictum sit commune alteri: ⁊ aliquid per accidens scilicet quod iste partem dicat ⁊ partem audiat. Constat autem quod quum aliquis sic partem suam dicit non vt communem: sed vt propriam, non cõmunicat in ea cum altero: talis autem est dicens partem sui chori sic submisse ꝙ sibi soli dicit. Non communicat igitur iste in ꝓposito casu cum altera parte chori: ac per hoc non satisfacit. ¶ Et cõfirmatur: quia etiam in choro dicere partẽ suã nõ ꝗlitercũqꝫ sed vt cõmunẽ, est ꝑs chori. Dato ergo ꝙ ecclesia nõ ꝑcepisset dicẽtibꝰ officium cum aliquo, nisi dicere partem suam, adhuc sequit̃ ꝙ iste non satisfacit in proposito: quia non dicit id officij quod dicit, vt partem: ex quo id quod dicit, non dicit vt partem communis officij sibi ⁊ alij, sed vt propriam sibi: quia non communicatur alij per audibilitatem. ¶ Et confirmatur: quia si sufficit medium dicere ⁊ medium audire, possem medium matutinale officium solus in camera dicere, ⁊ deinde audire alium legentem reliquum: quod est ridiculum. Concludendum ergo mihi videtur absqꝫ ambiguitate, quod in casu proposito iste non satisfacit officio. ¶ Et hec intelligenda sunt de toto officio: nam in aliquo particulari versu deficere, non est contra preceptum. Rome die tertio nouembris. 1514.

¶ Ad tres questiunculas. s. de vsura, pertinacia iuuenili, ⁊ publico delicto. Eiusdem Responsio. 9.

Receptis Literis vestris reuerende pater, inueni tria in illis dubia a me requisita. Primum est, an vsura soluta ab accipiente sine necessitate pecunias mutuo, sit restituenda illi, qui

soluit. Et est ratio dubij: quia videtur hic iniustitia esse etiã ex parte dantis. ¶ Secundum est, an pertinaci etiã vsq ad mortē in aliquo veniali nō ex cōtēptu, sed q2 est veniale, sit denegãda absolutio de ceteris peccatis. ¶ Tertium est, Quomodo intelligatur delictum publicũ vt sine peccato possit reuelari: an qr potest probari, an quia fuit de eo conuictus corã iudice, an quouis alio modo.

Ad que Prout paternitas vestra exposcit, breuiter respondendo dicitur, q vsura sic soluta proculdubio restituenda est ei, qui soluit: quoniam ex parte dantis non est iniustitia sm ipsam dationem, sed sm causam tantum: puta si propter pompas faciẽdas accipit mutuum sub vsuris: datio enim ipsa sm se non habet vnde sit illicita. ¶ Liquidum quoq est, q pertinaci proposito, cum venialium ordinem non transcendãt, nec venialia remissionem mortalium impediant, nec vnum veniale connexionem cum alijs venialibus habeat, impendenda est absolutio ceterorum peccatorum. ¶ Ad id vero quod tertio queritur, dicitur q per se publicum (quod per accidens vero infinitis modis inueniri potest) est, quod ex se habet vnde in communem notitiã perueniat. Unde non censendum est publicum aliquid ex hoc q probari potest, cum hoc non adhuc habeat vnde ex se in communem notitiam veniat, qũuis hoc habere possit: sed bene constituitur in esse publico ex hoc q confessus est iudicialiter: nisi per accidens a iudice inhibeatur executio publicationis. Contingit enim non solum predicto, sed multis modis humana delicta deuenire ad predictam publicationem: vtputa si delinquatur in communi hominum presentia, loco, scriptura, & alijs huiusmodi: quibus contingẽtibus sine detractionis vitio possunt delicta hec tanq publica dici. ¶ Hec sunt doctissime pater, que pro responsione occurrunt: que tu ipse optime inuenire potuisses, si voluisses. Bene vale, et ora deum pro me. Florentie in sancto Marco. xvj. Octobris. m cccc. ix.

¶ Eiusdem ad quendam de venditione annue pensionis ex beneficio ecclesiastico debite. Responsio. x.

Amantissime Frater, questioni tue an possis annuam pensionem tibi ex quodam beneficio ecclesiastico debitam absq simonie vitio pro certa summa pecunie semel persoluenda vendere, respondendo dico nullam interuenire in hoc contractu simonie labem: quia annue pensionis ius pure temporale est, nihil spiritualitatis habẽs. Quod ex duobus patet. Et ex eo q solos fructus beneficij ecclesiastici respicit: nam annua pensio non est beneficium ecclesiasticum, proprie loquendo: sed beneficium ex quo tibi annua debetur pensio, illius est qui tibi debet annuam pensionem de fructibus: propter quod solus ipse beneficium hoc habens, tenetur ad diuinum officium horarum canonicarum: tu enim ex pensione hac non teneris ad diuinum officium, vtpote non propterea habens aliquod ecclesiasticum beneficium. Et ex eo q potest etiam laicis concedi: sicut & conceduntur eis decime ecclesijs debite. Ut enim diuus Tho. in secunda secunde quest. c. art. iiij. ad tertium dicit, quum concedit papa decimas ecclesiarum laicis, non intelligitur concedere ius spirituale decimarum, sz temporalem actionem circa fructus decimarum. Et similiter est dicendum in proposito, quod concessio annue pensionis non est nisi pure temporalis rei donatio: ac per hoc potest licite pro certa summa pecunie beneficium ab onere pensionis liberari. ¶ Nec obstat, q in bullis pensionis appositum est, q si non annuam soluerit pensionem beneficium sit uacuum ipso facto: qm hec & similia non ad ipsius pensionis naturam, sed ad penam non soluentis spectant: iudicium autem de contractibus non secundum adiunctas accidentes penas, sed secundum eorum naturas attenditur. ¶ Et hec accipe cessante fraude: quam scio in te non habere locum. Nam si quis in fraudem simonie, vnico contextu renuntiat beneficio, reseruat sibi pensionem, & extinguit pensionem pro tanta summa, non solum apud deum (qui venditionem beneficij palliatam inspicit in corde) sed etiam in foro humani iuris ab equo iudice damnaretur: sicut in similibus damnantur contractus in fraudem vsurarum. Bene vale. Rome, die. xvj. februarij. 1518.

¶ Eiusdem ad magistrum Conradum Koellin. Rñsio. xj.

Solicitudini Tue pater reuerẽde deesse nequaq possum, quũ ex fonte pietatis illam procedere video. Questionis igitur in qua meum poscis iudicium, propterea q nuper in partibus germanie est exorta, casus de verbo ad verbum est ille: vtrum petrus consignans centum florenos apud paulum mercatorem, vt ei pro parte lucri capitali saluo assignet per annum quinq florenos residuo lucri sibi reseruato, licite contrahat, & ad restitutionem illorum in foro anime non teneatur. ¶ Et est ratio dubij: quia iste cõtractus, vt proponitur, est manifeste illicitus sed vt exponitur, dicitur licitus. Exponitur autem q contractus iste includit virtualiter tres contractus: primo contractum societatis negociatiue inter petrum ponentem centum florenos, & paulũ ponentem industriam: secundo contractum assecurationis capitalis inter eosdem, paulo assecurante petrum de suo capitali: non enim licet minus paulo q cuicũq alteri assecurare petrum, & propterea ponitur hic capitale saluum: tertio contractum venditionis & emptionis lucri sperati inter eosdem: petro vendente lucrum speratũ paulo pro certo pretio scilicet quinq pro centum. Et iste similiter contractus non est minus licitus petro cum paulo q inter petrũ & quemcũq tertium: & propterea determinatur hic certum lucrum scilicet quinq pro centum. ¶ Hic est casus vt proponitur & exponitur. In quo tria dicenda occurrunt: primo quod contractus iste falso exponitur: ita quod non est capax istius expositionis: secundo qualiter deberent adiungi alij duo contractus primo: tertio qd absolute respondendum est questioni.

Quo Ad primum declaratur quod contractus iste falso exponitur: quia iste contractus secundum suam formam manifeste est cõtractus societatis: & si includit alios duos, aut includit eos ex natura sua, aut ex conditionibus appositis. Non ex natura sua: quia contractus societatis est contractus disparatus ab illis alijs: sunt namq oẽs isti contractus velut singulares quedam species non ordinate sicut numeri aut figure, nec sicut causa & effectus virtualiter inclusi i causa: vt patet ex hoc q singuli seorsum sine alio inueniri possunt, non includit ergo iste societatis cõtractus alios duos ex natura sua. Nec ex conditionibus appositis: qr ista conditio. s. saluo capitali, non infert contractum assecurationis. Probatur: qr contractus assecurandi̇s capitalis est cõtractus commutationis: ac per hoc debet fieri dato aliquo honesto pretio pro assecuratione: alioquin commutatio non est: in proposito autem casu nihil omnino datur aut promittitur a petro pro assecuratione: non igitur ex illa cõditiõe apposita. s. saluo capitali, habet cõtractus assecuratiõis capitalis: vt expositor fingit. Similiter altera cõditio. s. assignet qnq florenos p parte lucri, residuo lucri sibi reseruato, nõ infert cõtractũ vẽditionis & emptionis lucri sperati & incerti: qm contractus venditionis & emptionis lucri sperati incerti est etiam contractus cõmutationis, & debet ita fieri cum paulo sicut fieret cum tertia persona. Constat autem q tertia persona non emeret a petro lucrum speratum ex centum hoc modo. s. vt ipsa tertia persona nihil in presenti acciperet, sed solã spem habendi lucrum vltra quinq pro centum, & ex ista sola spe obligaret se ad dandum petro singulis annis quinq pro centum ex lucro illorum centum. Et circa hoc non oportet aliam probationem afferre: quoniam mercatores ipsi locupletissimi testes sunt, q quilibet initurus hunc contractum, pretium aliquod vltra illaz spem exigit pro sua obligatione et periculo. Et quia in casu proposito ista certificatio sperati lucri absq pretio aliquo imponitur paulo, manifeste patet quod non interuenit hic contractus emptionis et venditionis sperati lucri, sed solus contractus societatis cum illis conditionibus, falso ergo exponitur contractus iste. Hec de primo.

Quo Ad secundum, licet dicti tres contractus in veritate in casu posito nec formaliter nec virtualiter sint: quia tamen fieri possent distincte et seorsum dicti contractus cum appositis pretijs, dicendum occurrit quomodo licite vel illicite fieri possunt. ¶ Dupliciter autem contractui societatis possunt dicti duo contractus coniungi, scilicet ex pacto & sine pacto. Et siquidem contractus societatis habeat hec pacta annexa scilicet vt paulus teneatur assecurare capitale & certificare lucrum sine aliquo pretio, manifesta est iniquitas, nec eget declaratione aliqua: quoniam ex dictis satis patet, quod esset societas hec leonina. Si vero contractus societatis habeat hec pacta annexa scilicet vt paulus teneatur assecurare capitale, et certificare lucrum pro eodem pretio, quo tertia persona assecuraret et certificaret, adhuc paulus iniuste aliquantulum grauaretur quantum est ex ratione iustitie: quoniam contractu societatis habente suam equalitatem non debet secundum iustitie rationem superadiungi. paulo hoc grauamen scilicet q teneatur assecurare capitale et certificare lucrum illo pretio quo alius faceret: quoniam constat quod ex equalitate societatis ad hoc non tenetur, licet gratiose posset hoc facere, sicut non est licitum ex pacto obligare

recipienti mutuo vt teneatur remutuare. Quilibet hec gratiose possit et debeat facere. Dixi autem hoc in iustitie rationem: quia si ex quasi condicto communi pacta hec in consuetudinem deducta vt licita essent (sicut pactum de retrouendendo introductum communiter est in detestationem fraudis vsurarum) tolerari possent ista pacta ratione huiusmodi consuetudinis. que tamen non esset introducenda: q̄ in fauorem fraudis vsurarum. Aperitur enim per hec pacta via palliandi vsuras cum damno virorum industriorum, qui hec pacta subeunt quia egent pecuniis vt possint de suis industriis viuere: et minus malum est eis hec pacta subire quam cum manifesto interesse inuenire pecuniam eis opportunam. ¶ Sine pacto autem si dicti contractus superueniant contractui societatis, ita vt contractus societatis fiat libere ex omni parte cum debitis conditionibus societatis et sociorum, sed seorsum ac disparate superaddantur isti contractus vt petrus a cura solicitudineque se exoneret, et a timore fraudis se liberet, dicendum occurrit ꝙ contractus assecurationis capitalis et contractus certificationis lucri ita possunt licite fieri inter petrum et paulum socios, sicut inter petrum et tertiam personam possent licite fieri: adhibitis. s. honestis pretiis sm̄ iudicium sapientum in illa arte, illo tempore, in illo loco, cum tali persona, et breuiter consideratis indiuidualibus conditionibus: que scientifice determinationi non subsunt. Constat tamen ꝙ tali tempore vel propter talem personam vel propter talem artem in tali loco vix inueniretur assecurator aut certificator lucri non solum quinque pro centum, sed nec in minimo. Et propterea non videtur absque vsurarum fraude fieri si promiscue presupponatur cum qualibet persona aut in quolibet artificio lucrum certificandum quinque pro centum, aut capitale saluum. Experientia siquidem testis est multos ex vitio persone, multos ex temporis euentu etc. deficere. Hec de secundo.

Quo ad tertium, satis patet ex dictis, ꝙ absolute loquendo in questione casus propositi tam vt proponitur quam vt exponitur, iniustum est societatem hanc inire, et petrum teneri in foro anime ad restitutionem si huiusmodi societatem cum paulo de facto contraxit: quoniam cum inique grauauit, de facto conditiones vsurarias apponendo capitalis salui et lucri certi: vt manifestum esse puto ex dictis. ¶ Hec sunt pater amantissime que mihi occurrunt pro solutione questionis proposite. Rogo vt ores deum pro me. Rome die prima aprilis. 1515.

¶ Eiusdem ad eundem. Responsio. xii.

Accepi Reuerende pater schedulam quinque dubiorum, nescio cuius viri notabilis scrupulose conscientie petentis a me satisfieri: quum tamen pa. v. doctissima optime illi satisfacere potuisset, si mihi hanc sarcinam imponere noluisset. Vt ergo charitati vestre et illius conscientie non desim, quamuis conualescens, respondere curabo petenti reuersuro latore responsionem breuem.

Est igitur Primum dubium, an sit simpliciter de necessitate salutis penitentem conteri de singulis peccatis numeraliter in eadem specie, quando potest ea sigillatim ad memoriam reducere. Et est ratio dubii: quia hoc videntur communiter doctores in. 4. sen. sentire. ¶ Ad hoc dubium breuiter dicitur, ꝙ licet quidam videantur hoc sentire quantum ad integritatem satisfactionis (ita ꝙ sicut sigillatim in singulis peccatis mortalibus adimpleuit voluntatem suam contra deum, ita si integre satisfacere debet, oportet ꝙ sigillatim toties detestetur crimina sua) si quis tamen diligenter consideret, nec ad contritionem, nec ad confessionem, nec ad satisfactionem exigitur huiusmodi numeralis dearticulatio peccatorum. ¶ Et de contritione quidem patet ex veteri testamento (quia in quacunque hora ingemuerit peccator, omnium iniquitatum eius non recordabor) et ex nouo: quia dimissa sunt peccatrici mulieri peccata multa quoniam dilexit multum. Impossibile siquidem est in quacunque hora ingemiscimus relinquendo peccatorum multitudinem copiosam, omnia dinumerare: et ratio dimissionis peccatorum non detestatio multiplex sed multa dilectio redditur. Et vtriusque ratio est: quia momentanea contritio virtualiter extendens se ad omnia crimina commissa, sufficit ad salutem, et tanta posset esse ꝙ sufficeret ad omnimodam satisfactionem: vt de latrone creditur. Non minus siquidem satisfacit debitor centum quadrantum, si dat vnum aureum valentem centum quadrantes quam si daret centum quadrantes numeraliter. ¶ De confessione vero clarum est, ꝙ vnico verbo potest confiteri centum milia peccatorum, nec oportet sigillatim singula numeraliter dicere. ¶ De satisfactione autem eadem est ratio, que de contritione dicta est: vnum siquidem opus penale magnum multis paruis equiualet, et tanto melius est quanto maioris est virtutis vnum magnum opus quam multa parua facere: vt patet in ethicis. Sententia igitur doctorum in quantum verificatur in hoc, ꝙ oportet de singulis aut formaliter aut virtualiter conteri.

Secundum Dubium, quando circunstantia loci sacri est necessario confitenda sm̄ doctrinam sancti tho. et sm̄ veritatem. ¶ Ad hoc breuiter dicitur, ꝙ tunc tantum quando actus peccati commissus directe contrariatur sanctitati loci. i. ei ad quod sanctificatus est locus, verbi gratia: Locus consecratus est ad sepulturam vel ad cultum diuinum, et ex consequenti ad libertatem confugientium et depositarum rerum et huiusmodi: quando ergo fit contra ista, tunc et non aliter venit confitenda circunstantia loci sacri necessario.

Tertium Dubium est: si tam venditor quam emptor sciat naturam rei et valorem, an nullum subsit peccatum si res vendatur pro maiori vel minori pretio. Et est ratio dubii: quia scienti et volenti non fit iniuria, et si in casu subsit peccatum, declaretur vnde oriatur peccatum illud. ¶ Ad hoc breuiter dicitur, ꝙ si res venditur pretio quod est extra totam latitudinem iusti pretii, nec aliqua hic interuenit donatio (vt presupponendum est) sine dubio peccatum est. Nec oportet querere aliam originem huius peccati quam inequalitatem rei ad rem. s. pretii ad rem emptam: in hoc enim consistit ipsa iniustitia opposita commutatiue iustitie. Occasiones autem peccandi, quum possint esse diuerse et sint per accidens, extra artem relinquantur. Communiter tamen necessitate compellente id fieri videtur: que causat inuoluntarium mixtum. ¶ Nec est simile quod pro simili adducitur de puella pauperrima, que nubit viro seni diuiti non nisi necessitate paupertatis cogente ducta: matrimonium enim non est contractus in equalitate rei ad rem consistens, sed socialis coniunctio: ad quam per accidens se habent diuitie et paupertas, et consequenter metus seu fuga paupertatis, et cetera spectantia ad id. Fit ergo satis iniuria in casu posito scienti et volenti voluntario mixto.

Quartum Dubium est, an principes terrarum per consuetudinem possint sibi licite appropriare feras. Et est ratio dubii: quia auctoritate legis nature, fere durante earum naturali libertate appropriantur cuilibet occupanti: vt patet insti. de re. diui. § fere. Et consuetudo contra nature ius videtur irrationabilis: et similiter prescriptio ab huiusmodi iure introducta, non videtur iuuare principes. ¶ Ad hoc dicitur, ꝙ quum proprietas rerum ex iure sit positiuo, et consuetudo adeo se extendat quam iuri subsunt positiuo, consequens est ꝙ sicut lege positiua appropriari possunt alicui fere, ita et consuetudine potest huiusmodi appropriatio fieri. Et hoc manifestum est in piscibus, dum venduntur iura piscandi. Et constat ꝙ populus habens dominium alicuius silue, posset legem ferre ꝙ solus rector possit ibidem venari. Nec in hoc preiudicium fit iuri nature: quoniam de iure nature non sunt fere communes, nisi negatiue: hoc est quia nullus eas appropriauit. Cum quo clare stat, ꝙ a superueniente iure legis vel consuetudinis potest appropriatio fieri: sicut de reliquis. Nec est contra allatam legem: que loquitur de feris que in nullius bonis aliquo iure sunt: dictas enim feras consuetudo in bonis principis posuit.

Quintum Dubium, an dicti principes possint ita districte prohibere dictarum ferarum captionem vt nullus subditus possit eas capere quin grauissime puniatur, etiam si capiat eas vt se a damno preseruet quod inferunt in bladis vel huiusmodi. ¶ Et huic annectitur aliud, an confessores principum possint eos absoluere si nolunt huiusmodi statuta reuocare. ¶ Ad hoc dicitur, ꝙ licet principes possint huiusmodi venationes prohibere, non tamen possunt prohibere in damnum aliorum: imo tenentur ad restitutionem principes de damnis illatis a suis feris ex hoc ꝙ non permittunt alios venari, sicut habens bouem cornupetam sibi notum et non prouidens, tenetur de damnis subsequutis. ¶ Et ex hoc patet quid debeant facere confessores talium principum: quum enim iniustitia sit peccatum mortale de genere suo, et statutum hoc sit iniquum, non debent ipsos absoluere nisi desistant a peccato. Bene valete, et pro me orate. Rome secunda maii. 1514.

¶ Eiusdem ad eundem. Responsio. xiii.

Literis Tuis pater venerande, petentibus quedam in commentariis nostris super secunda secunde tanquam dubia seu obscura declarari, distuli hucusque responsionem ob impedimenta imbecillitatis et occupationum aliarum. Nactus vero nunc aliquid ocii, satisfaciendum charitati tue duxi: vt nouitiis quibus hec obscura videntur, magis elucescant. Breuiter tamen: quia res clare sunt.

Primum Igitur dubium propositum est: quia in.q.x.ar.iiij.dictum est, quod licet vendere iudeis res quibus ipsi vtuntur in suis sacrificijs: in.q.autẽ.169.ar.ij.ad quartum, dictum est non licere cooperari ad reedificationem synagoge iudeorum.

¶ Facile respõdetur in primo loco sermonem fuisse de his rebus que non per se ordinantur ad superstitionem iudaicam: sed de rebus indifferentibus, quibus tamen ipsi iudei abutuntur ad superstitionem suam. In secundo autem loco sermo est de synagoga que presupponitur per se ordinata ad superstitionem iudaicam. Et propterea eadem vtrobiq; seruata est sententia: vt patet legenti vtrumq;.

Secundum Est. In.q.96.xj.ar.iiij.dicit ꝙ occultissima per accidens subiacent ecclesie censuris: in.q.vero.69.ar.j.dicitur ꝙ author homicidij occultus, nõ est sub iudicio humano: quia persona est occultissima.

¶ Soluitur & hoc facillime, remittendo ad locum secundo allegatum: vbi expresse dicitur: quod occultissimus author notorij incendij non subest humano iudicio quo ad hoc vt teneatur se prodere: subest tamen humano iudicio quia potest excommunicari: vt ibidem dicitur.

Tertium Est. In.q.78.ar.iiij.dicit nullo mõ lz inducere ad minus malũ etiã paratos: in.q.aũt.95.ar.8.in.v.causa duelli, videtur dici ꝙ lz inducere vt peccent minus.

¶ Soluitur hoc dubium declarando differentiam quam non penetrarunt mouentes hoc dubium. Aliud est enim inducere ad totum hoc.s.minus peccandum: & aliud est inducere solummodo ad ly minus. Primũ nunq; est licitum, & hoc in primo loco dicit. Secundũ est non solũ licitũ sed sanctum imo & angelorũ officium, et hoc in secundo loco dictũ est. Et hinc fit vt adulterũ quum aliter nõ valemus retrahere, ad simplicẽ fornicationem licite prouocemus: nõ hortando vt fornicet, sed si sic vult satisfacere voluptati, alieno nõ iniuriet thoro. Nec tñ oportet huiusmodi conditionales semp exprimere, sed sufficit qñq; eas mente retinere pro loco & tpe vt sapiens iudicabit, hoc enim non est inducere ad malũ maius vel minus, sed est ſm rem retrahere a malo maiori. Fitq; frequentissima exercitatione hoc a redimentibus vexationem suam: vt fecerunt illi decem viri apud hiere.

Quartum Est. In.q.147.dicit: Excusant qui omnino cenaturis tpe ieiunij exhibẽt cenã: & doctor sanc. dicit nõ licere exhibere vinum volenti omnino se inebriare.

¶ Soluitur hoc, dicendo ꝙ exhibens cenam ministrat homini, nõ vitio: exhibens aũt vinum, manifeste ministrat vitio. Qð patet ex differentia inter vacantem cene & vacantem ebrietati: nam vacans cene, vacat actui humano: & deformitas vitij, solummodo se tenet ex parte circunstantie cenantis: puta qr quando non debet cenat. Vacans autem ebrietati, vacat actui per se deformi: ebrietas enim presupponitur per se praua.

Quintum Est. In.q.72.art.3.dicit Sicut in alijs iniurijs sufficit restituere & nõ oportet petere veniã, ita nec in contumelia: in quol.aũt.q. illa an in vsura transferat dñium cõtrariũ videt dici. Vbi habetur qñ translatio nõ est oino volũtaria, oportet nõ solũ reddere pretium agri, sed aliquid correspondens illi conditioni inuoluntarij: sicut semper in restitutionibus faciendum est. ¶ Soluitur hoc, dicẽdo ꝙ petere veniam, dupliciter concurrere potest, vno modo vt pars restitutionis. Et sic si cõtingat ad restitutionem honoris oportere veniam petere, ita necessaria est venie petitio, sicut necessarium est quodlibet aliud requisitum ad integritatẽ satisfactionis. Et hoc nunq; negatum est: qm̃ semp affirmata est integra satisfactio, q̃ proculdubio intelligenda est cum oibus requisitis ad eius integritatẽ: ac per hoc cũ petitione venie si ex parte restitutionis honoris exigit. ¶ Alio modo petitio venie concurrit vt res cõtra restitutionem distincta. Et sic dictum est ꝙ non est necessaria: qm̃ sicut in ceteris iniurijs sufficit integram exhibere satisfactionem, & non oportet petere veniam, ita & in contumelia: qr enim petitio venie vltra restitutionẽ honoris, annexam habet submissionem petentis veniam, ad quaz submissionem non facile quilibet flecti potest, ideo prudentis viri consilio relinquitur si casus accidat in quo integritas restitutionis honoris debiti contumeliã passo exigat petitionem venie.

Sextum Dubiũ est. Cur neq; in textu neq; in commento totius secunde secũde tractat de famoso murmurationis vitio.

¶ Ad quod dicitur, ꝙ murmuratio nõ est genus aut species alicuius vitij: sed circuit multa vitia vt imperfectum quid in multis speciebus vitiorũ: & propterea non debuit specialis de murmuratione fieri tractatus, quum de generibus & speciebus vitiorũ tractatum est. Neq; tamen silentio inuoluta est: quoniam murmuratio vt imperfectum quid sonat in vitijs verborum (puta contumelia, detractione & susurratione) tractata intelligitur inter imperfectas contumelias, susurrationes, & detractiones: & similiter quatenus sonat imperfectum quid in vitijs actionum vel passionuz intus vel extra (vt inobedientie, impatientie vel presumptionis) tractata quoq; intelligitur cum imperfecta inobedientia, impatientia &c.

Septimum Dubium est, quid importat scrupulus conscientie quo stante licite operamur oppositum.

¶ Ad hoc quesitum dupliciter videtur ab alijs responderi. Quidam enim distinguendam putant quantitatem ambiguitatis: ita ꝙ quum quis scrupulum habet de aliquo actu exercẽdo (puta an liceat pulsare in die festo) si sic fluctuat, ꝙ plus aut eque credit esse illicitum, scrupulus est quo stante non licet sibi pulsare in die festo, si vero plus credit licitum esse cum hesitatione tamen illiciti, scrupulus (inquiunt) est quo stante licitum est illi pulsare in die festo. Quibusdam autem videtur ad rationem licite operationis exigi fidem certam excludentem omnem hesitationem: alioquin periculo peccandi contra consciẽtiam exponeret se operans cum formidine alterius partis. Et apud istos scrupulus contra quem licet agere, non est hesitatio aliqua de opposito: sed consistit potius in quadam apparentia. ¶ Mihi autem occurrit dicendum, ꝙ siue scrupulus occurrat ex parte appetitus (vt contingit timentibus peccare in aliquo actu, et nesciunt quare) siue ex parte rationis (vt contingit ijs qui ex aliqua ratione magna, mediocri vel leui fluctuant) distinguere oportet de modo, an huiusmodi hesitatio seu vacillatio sit modo speculatiuo vel modo practico: hoc est an dubitet de licito vel illicito secundum se, vel vt est ratio operis sui hic & nunc. Nam si quis dubitaret an pulsare in die festo sit licitum vel illicitum, et tamen non dubitaret sibi tunc esse licitum pulsare, iste non peccaret pulsando, q̃tumcunq; magna esset dubitatio apud eundem de actu pulsandi secundum se an sit licitus vel illicitus, et similiter quantumcunq; esset maximus timor de eodem. Et per oppositum siquis esset certissimus de actu pulsandi secundum se quod est licitus in die festo, et tamen fluctuaret de exercenda nunc a se pulsatione, ita ꝙ ratio applicandi se ad pulsandum, cum ambiguitate applicat, illicite quis pulsaret: intellectus siquidem speculatiuus nihil dicit de operando. Et si certitudo speculatiua exigeretur, non solum rudes qui sola certitudine adhesionis aliene doctrine sunt contenti, sed doctores aliorum passim periculo se exponerent: eo quod innumera sunt dubia quorum alteram partem sic amplectuntur vt absq; scrupulo operentur, et tamen an veritatem speculatiue euidenter habeant non pertinaciter asserunt, difficile enim inquit ari. est nosse se scire: quia difficile est discernere ac scire an ex proprijs &c. sciatur. Et diuersitas ipsa opinionum circa aliquod vnum nata est reddere intellectum speculatiuum nutantem. ¶ Non est ergo in hoc quesito spectandum ad hesitationem magnam vel paruam, ad fidem certam vel incertam de licito vel illicito absolute: sed ad rationez operandi in singulari. Si enim applicatio ad operandum certa est, quicquid tam in ratione quam in appetitu fluctuet, scrupulus est quo stante licite oppositum operamur, si autem applicatio ipsa ad opus fluctuat circa rectum vel obliquum moris, scrupulus est conscientie contra quem illicite agitur, & obliquitas moralis incurritur. ¶ Ratio autem horum est: qr in proposito conscientia non significat scientiam, sed applicationem cognitionis ad opus exercendum: & propterea scrupulus conscientie qui per se opponitur conscientie in ipsa applicatione consistit, & eadem ratione scrupulus omnis ad ipsam applicationem non se extendẽs, conscientie non opponitur. Hinc enim fit, vt vacillatio conscientie in applicatione consistẽs deformem reddat actionem, quoniã fit applicatio modo quo non debet, debet enim potentia rationalis determinari ad vnum si recte exire debet in actum: alioquin discrimini exponitur vtriusq; oppositi, si fluctuante illa quis vtitur. Fluctuans enim quantum sapit fluctuationis, tantum sapit indeterminationis: ac per hoc indebiti modi operandi. Et hoc ambe supradicte opiniones forte intendebant. Prima enim ad hesitationem intellectus in se, videtur respexisse: secunda autem de fidei certitudine vt est ratio operis, intelligenda est. Bene vale, et ora pro me. Rome nono februarij, anno salutis. M.D.xxj.

¶ Eiusdem ad eundem super .v. quesitis. Responsio .xiiij.

Pulsas Venerande pater frequenter me piis dubitationibus, non vt discas, qui alios gloriose doces ⁊ verbo ⁊ scripto: sed vt explicem potius sensum meum. Unde charitati tue satisfacere cupiēs, propositis questionibus breuiter respondere curaui.

Queris Ergo primo cur in commentarijs nostris super secunda secunde .q. xxxiij. articu. ij. in responsione ad tertium, et .q. 83. articu. iij. in fine permittitur simul stare bonitatem substantialem atq; veniale peccatum. Inde namq; cōsurgere videtur vt iustus in bono quolibet opere ob aliquam accidētem imperfectionem simul mereatur et peccet venialiter: vt lutherani nouiter dogmatizant.

¶ Huic quesito respondetur primum. Non esse in commentarijs nostris scriptum vnum atq; eundem actum numero esse simul bonum bonitate essentiali ⁊ malum venialiter: vt patet intuenti. Nam in primo loco allegato peccatum veniale dicitur omissio: bonitas autem essentialis saluatur in animo seu in virtutis habitu. in secundo quoq; loco bonitas ponitur in actu orationis, peccatum autem veniale in omissione. ¶ Deinde dicitur, ad rem potius spectando q̃ ad verba, quod magna est differentia inter has duas combinationes scilicet bonitatem substantialem cum peccato veniali, ⁊ meritum cum peccato veniali. Nam prima combinatio frequenter simul concurrit in eodem numero actu, dum sepe facimus actus moraliter bonos ex suo genere, cum aliqua circunstantia moraliter mala: vt quum quis reddit mutuum, non tamen ea hilaritate qua debet, et sic de alijs. Secunda autem combinatio nunq̃ simul inuenitur in eodem actu: quoniam nullus peccando meretur vitam eternam. Etenim tante vis peccatum veniale, vt tollat ab actu quem afficit meritum eterne vite: q̃uis non tollat eterne vite meritum a persona: multi enim sancti viri absq; hoc quod perdant eterne vite meritum peccant venialiter: verum per illos actus qui peccata sunt venialia, non merentur vitam eternam. Hinc clare patet, ex hac sancta ⁊ sana doctrina non sequi quod iustus in quolibet suo bono opere peccet. Nam etsi posset in opere aliquo bono ex genere peccare, in nullo tamen opere meritorio potest peccare.

Secundo Queris ex eisdem commentarijs .q. 62. arti. vj. circa respōsionem ad tertium: vbi dicitur non oportet restituere cū damno in re superioris ordinis ⁊c. quod videtur ex hoc sequi mulierem que ex adulterio suscepit prolem, non teneri ad se prodendum, quantumcūq; veri heredes inde dānificentur: quod tamen sententie notabilium virorum refragatur.

¶ Huic obiectioni respondetur, mulierem que ex adulterio genuit. et propterea veri heredes damnificantur, non teneri ad damnificandam seipsam in fama. vt quantum in se est veros heredes a damno hereditatis preseruet. Quoniam quemadmodum cessante iudiciaria coactione non tenetur homo perdere vitam aut libertatem vt satisfaciat debito pecuniario, ita nec tenetur mulier huiusmodi perdere famam aut vitam pro euitando damno alieno in re pecuniaria. Et si hoc aliquibus (vt dicis) viris notabilibus graue videtur, mirandum potius mihi videtur de ipsis: quum decretalis de pe. et remis. ca. officij: expresse dicat mulieri que timet viro suo hoc indicare, non esse denegandam penitētiā. Constat enim ꝙ certitudo de perdenda fama pensanda est sicut timor ⁊c. quum non solum melius sit nomen bonum q̃ diuitie multe sed tolerabilior sit mulieris seruitus aut mors q̃ eius infamia si communi consanguineorum voto creditur.

Tertio Queris ex eisdem commen. q. 78. circa articu. iiij. ⁊ nescio quo opusculo nostro: vbi dicitur vtentem malitia alterius semper petere debere aliquid absq; peccato prestabile, si solidum est hoc fundamentum. Nam videtur quibusdam hoc non oportere, ob id quod apud augu. licite petitur iuramentum ab eo qui per falsos deos iurat, ita quod si per verum deum iurare vellet non admitteretur iuramentum: et proinde petitur inquantum per falsos deos iurat: ergo petitur quod sine peccato fieri nequit: ergo potest etiam peccatum licite peti dummodo nullum agatur preiudicium salutis.

¶ Ad huiusmodi obiecta respondetur solidissimum esse iactū fundamentum scilicet nunq̃ licitum esse petere peccatum: ⁊ implicare contradictoria. petere peccatum ⁊ non agere in preiudicium salutis: quoniam ipsum petere peccatum, est peccatum. Quod ex eo patet. quod quicquid licet petere: licet etiam appetere: quum petere actus humanus sit, ab appetitu rationali qui voluntas est, procedens. Sed constat quod non licet appetere peccatum alterius q̃tumcunq; parati. scriptum est enim de charitate, quod non gaudet super iniquitate: ergo non licet petere peccatum alterius q̃tumcunq; parati. Aug. autem vt patet in epistola ad publicolam. non dicit barbari iuramentum si vellet iurare per verum deū non esse admittendum: sed vtentem fide barbari firmata iuramēto per falsos deos. non communicare peccato illius quo per falsos deos iurat, sed fidei. i. fidelitati qua dicta fiunt. Unde petens iuramentum ab idolatra, petit opus sanctum quod ille potest si vult absq; peccato prestare: quia nihil aliud petit nisi fidem iuramento firmatam: quod ille prestare potest si vult, credendo in vnum solū verum deum ⁊ iurando per illum, sed ex sua infidelitate apponit ipse iniquitatem iurando per falsos deos. Falsum ergo opponit, dicendo ꝙ si vellet iurare per verum deum. iuramentum non admitteretur: nisi forte obijcientes referant hoc ad irrisoriam iurationem: quasi idolatra non vt iuramento sed vt vana ⁊ superstitiosa iurandi adinuentione. illo vteretur iuramēto per iesum christū. Iuxta hunc enim sensum, fateor ꝙ non admitteretur: non ex defectu christianorum. sed ex defectu idolatrarum exhibētium hoc nō vt iuramentum. Sed ex ista refutatione si accideret. non sequitur, ergo petendum esset vt iurarent per falsos deos: sed ergo petendū esset vt iurarent ⁊ non irriderent veram fidem. Et tunc vt prius dicebatur, non petitur nisi iuramentum: q̃uis sciatur ꝙ iurans, iniquitatem apponet iurando per falsos deos.

Quarto Queris ex eisdem cō. q. 88. circa art. 8. An sicut votum abstinentie vxoris sic ⁊ votum continentie vir irritare possit, sic vt vxor secura sit atq; tuta.

¶ Huic questioni respondetur non esse eandem rationem de vxoris voto circa abstinentiam ⁊ circa continentiam quo ad irritationem a viro: quoniam potestas irritandi vota vxoris, spectat ad virum quatenus gubernator est, ⁊ vxor est illi subdita. Circa actus autem continentie, vir ⁊ vxor ad paria censentur: ⁊ propterea non spectat ad potestatem viri irritare votum continentie vxoris: quod non potuit facere nisi quantum ad petitionem debiti: secundum quam libera est. nec viro subditur.

Quinto Queris an sit mēs sancti tho. in. iiij. sen. dis. xviij. q. ij. ar. j. q. iiij. prout quidam sibi imponunt, ꝙ excommunicatio iniusta priuet suffragijs ecclesie: cuius contrarium in quadam questione speciali nostra legisse dicis.

¶ Ad hanc ambiguitatem respōdetur duos esse modos. quibus communia ecclesie suffragia participantur a christifidelibus. Primus est per communem ecclesie intentionem, qua communia suffragia pro ecclesie membris communiter fiunt. Secundus est per specialem alicuius fidelis ⁊ precipue ministri ecclesiastici intentionem, qua communia suffragia diriguntur pro isto particulari: vt quum aliquis dicit vel facit dici missam pro ista singulari persona. Excommunicatio autem iniusta habet suum effectum in priuando suffragijs ecclesie hoc secundo modo: quia timenda est non solum ab excommunicato. sed ab alijs: ac per hoc alij prohibētur celebrare speciali intentione pro illo. ⁊ pari ratione alia communia suffragia pro illo specialiter agere. Et iuxta hunc sensum intellige diuum thomam dicentem excommunicationem iniustam habere effectum. ¶ Primo autem modo excommunicatio iniusta nō priuat excommunicatum suffragijs ecclesie: quia rationabiliter interpretamur communem ecclesie intentionem in suffragijs communibus esse conformē diuine dispensationi secundum veritatem, et non secundum apparentiam aut errorem humanum (descendit enim imitatiue militans ecclesia a celo) constat autem ꝙ excommunicatio iniusta ex errore humano procedit, ac per hoc sub communi intentione ecclesie qua excommunicati priuantur cōibus suffragijs apud deū, non comprehenditur priuatio excōicatorum iniuste. nō enim intendit addere afflictionem afflicto: et quos cogitur, ex humano iudicio, excōicando priuare vno modo. non propterea intendit priuare vtroq; modo. Et sic intelligenda sunt que alibi scripsimus ꝙ excōicatio iniusta non priuat communibus ecclesie suffragijs. ¶ Hec mihi occurrerunt amantissime pater ad quesita tua scribēda: que si satisfecerint, gratie referantur deo: sin alr. suppleat perspicacia tua. Bene vale, ⁊ ora pro me. Rome die .ij. Iunij. 1522.

¶ Eiusdem super duo quesita (de voto s. ⁊ vnitate vel plurificatione numerali peccati actus exterioris ꝑpter discōtinuationē actus interioris voluntatis) ad priorem sancti Miniati. Rñsio. xv.

Charissime Frater acceptis literis tuis consulentibus me de duobus, considerans solutionem huiusmodi dubiorum multis profuturam, statim respondere inter tot occupationes curaui.

¶ Primum igitur dubium natum ex ratione voti est. Quomodo sustinetur q votum est de meliori bono .i. bono supererogationis, & q religiose persone venereis vacantes agant contra votum: qñ quidem cognoscere non suam seu alienam s'm se malum est: & abstinere ab huiusmodi bonum est nõ supererogationis, sed necessitatis. ¶ Alterum dubium est. An is qui ad occidendum hominem pergit, quoties interrupta cogitatione iter eundum renouat voluntatem affectum; q3 occidendi, toties nouum peccatum committat. an totum sit vnum numero peccatum, an aliquanta mora et quanta distinguat hec peccata: per quid enim in quis indiuiduatur voluntatis actus?

Ad primam Dubitationem facile dici posset, q propria quidem voti materia est bonum supererogationis: communis tamen voti materia est etiam bonum necessitatis, non quatenus necessarium, sed quatenus voluntarium est, vnde & iacob gen̄. 28. legitur vouisse habiturum se dominum in deum. Et multi vouerunt se suscepturos baptisma seu christi fidem: vt gallicanus, & clodoueus. Et si quis voueret se non cõmissurum adulterium, si contrafaceret, nõ solum adulterij sed fracti voti reus esset. Unde religiose persone non solum abstinẽtiam a coniugio, sed ab actu venereo vouisse dici possunt: testante hoc communi animi sermonisq3 conceptu ac vsu, & credimus namq3 & fatemur omnes castitatis votum in omni esse religione. Constat autem q castitas continentiam non solum a coniugio, sed a ceteris venereis significat, & sic votum castitatis nõ solum castitatem supererogationis, sed omnem respicere potest & respicit. ¶ Perspicacius autem dici potest, q quia per votum religionis persona diuino cultui dicatur, ac per hoc fit alterius dei scilicet specialiter quo ad abdicationem etiam licitorum venereorum a se, vt cogitet que domini sunt: adeo non solum si coniugem de facto accipiat, sed etiam si ad alterius vxorem accedat, vel quomodolibet aliter venereis operam det, sacrilegium committitur: dum persona diuina violatur. ¶ Et hoc in suo simili patet. Mulier cum nubit, nihil aliud sibi illicitum coniugali fide reddit, nisi libertatem alterius coniugij. Cognosci enim a quocunq3 non suo, omnino ei illicitum erat: nupta tamen non solum alterum de facto coniugiũ contrahit, sed si cuicunq3 alteri consenserit, adulterij rea est propter dictam rationem: quia scilicet persona sua iam est alterius. Sicut igitur stat, q fides coniugij non respiciat vt propriam materiam nisi debitum coniugale huic et non alteri coniugi (alteri enim persone coniungi omnino illicitum ex se est) & tamen cũ quacunq3 persona alter coniunx coeat adulterium committit: ita stat q votum religiosi vt propriam materiam respiciat abstinentiam a cõiugio, et tamen quomodolibet religiosus coeat, sacrilegium committit. Et vtrobiq3 (vt dictum est) eadem est ratio: q2 vtrobiq3 persona fit alterius quo ad partem generatiuam, ac iniuria semper fit illi alteri .s. deo vel coniugi, & sic quemadmodum fides coniugalis redundat in omnes actus venereos extra cõiugium, sic votum religionis in omnes actus venereos simpliciter.

Ad secundam Uero dubitationem dicitur, q ibi est vnum tantum numero peccatum, tãto grauius q̃to pluries firmatum. ¶ Ad cuius euidentiam non oportet inspicere per quid voluntatis actus indiuiduetur, sed per quid peccatum sit vnum vel plura. Multi enim actus voluntatis sunt vnum numero peccatum: vt patet cum quis actum intentionis, fruitionis, electionis &c. ad delectabile vnum habet. Peccatum autem formaliter, cum deordinationem actus voluntarij importet, vbi est vna numero deordinatio ibi est vnum numero peccatum. Cum autem aliquis actualiter pergit ad occidendum, constat q in eo est actualiter voluntarium deordinatum in spem homicidij: ita q & verum est q hic actualiter peccat in spem homicidij, & q voluntas eius est actualiter peccãs tali peccato: alioquin non voluntarie iret ad occidendum. Interrumpendo autem interiores actus circa idem: non fit noua deformitas: sed multiplicantur actus voluntarij, ita q quod prius erat voluntarium imperatum, modo est imperatum & elicitum. sed quotquot multiplicantur, in eandem incidunt deordinationem voluntarij quam inueniunt augendo illam. Ita q quemadmodum lumen adueniens diaphano iam illuminato, non constituit aliud lumen, sed cedit in identitatem cum eo quod inuenit. q̃uis s'm se constitueret lumen nouũ ita quilibet actus elicitus circa homicidium in pergẽte ad illud, cedit in identitatem actualiter inuenti voluntarij homicidij, q̃uis s'm se constitueret nouum peccatum homicidij: regulare quippe est q accidens eiusdem speciei in eodem identificatur inuento. ¶ Hec sunt amantissime frater que mihi circa vestra dubia occurrunt. Superest vt vna cum fratribus tibi creditis ores pro me, & bene valeas. Florentie. 27. aug. 1508.

¶ Eiusdem super duo de conceptu entis quesita, ad magistrum franciscum ferrarien. Responsio. 16.

Amantissime Pater ex acceptis vestre solicitudinis literis percepi libellum nostrum de analogia nominum vos perlegisse, duoq3 dubia de conceptu entis mentem vestram tenere, soluiq3 a me familiariter flagitastis. Ego autem q̃primum compleui expositionem librorum de anima (cuius fini incumbebam cum vestras recepi) respondere curaui: ne preclaro ingenio tuo deessem. ¶ Primum igitur dubium fuit ad hominem meipsum scilicet quia in cõmentarijs de ente & essentia, sustineo vnum conceptum mentalem representatiuum entis: & in tract. de analogia nominum videor hoc negare. ¶ Secundum autem est ad diuum thomam: quoniam ego in prefato libello sustineo analogum non absolui ab his quibus analogum dicitur, et diuus tho. in. q. de veri. q. j. art. j. docet ens habere conceptũ vnum simplicem, ad quem omnia predicamenta et transcendentia addunt, in quem resoluuntur, qui est primo notus. Hec enim inuicẽ sibi aduersari videntur: quandoquidem si ens absolui non potest a naturis rerum non erit simplicissimus nec primo notus: nec in quem vltimo resolutio fiat, & ad quem omnes addunt.

Ad euidentiam Horum, & specialiter primi, recolito, q quicquid est imago alicuius similis alteri, est etiam imago illius alterius quatenus primo assimilatur: ac per hoc omnis conceptus creature est conceptus dei, sicut omnis creatura aliqua est similitudo dei. Hinc ergo fit, q cum vnum proportionabilitate vt sic habeat singula membra similia proportionabiliter, oportet q habeat etiam vnum conceptũ mentalem representatiuum illius vnius proportionabiliter. ¶ Nec huius oppositum teneo in tract. de analogia nominum, sed cõceptus iste vnus numero in mente s'm esse subiectiuũ, est vnus analogia s'm esse representatiuum, nec representat vnam solam naturam: sed vltra vnam quam determinate representãt (a qua est impressus) representat implicite ceteras similes illi primo representate s'm id in quo proportionabiliter eis similis est: idem enim est iudicium de similitudine rerum inter se, & conceptus mentalis et rerum. Quemadmodum enim ossis natura similis est nature spine in sustinendo carnes animalium (in quo analogantur) ita cõceptus mentalis ossis vt sustinens carnes, est similis ossi & spine: sed ossi determinate, spine autem implicite, sicut etiam ipsum os non est simile spine determinate, sed quatenus spina sustinet carnes, sicut ipsum os. Hic est primus modus, quo analogum habet vnum conceptum mentalem: ac per hoc ens, cum analogum sit, vnum hoc pacto habet conceptum in mente a rebus impressum. ¶ Alter autem modus super ipsius intellectus opere quo natus est adiunata diuidere, fundatur: & est tunc conceptus similis vnus numero in mente, representans analogum quidem determinate, nullum autem eorum que fundant analogiam explicite. Contingit autem hoc, cum intelligens, mentalem conceptum quem paulo ante diximus, expoliat ab illa determinata natura quam representabat, & loco illius nature concipit pronomen aliquod referens naturas fundantes analogiam indeterminate, verbi gratia: Si cõceptus ossis, est os sustinens carnes: intelligens loco ossis ponat quod, & dicat quod sustinet carnes, tunc enim manifeste representatur analogum explicite, implicite autem tantum nature fundantes analogiam. ¶ Est autem inter hos duos conceptus non solum dicta ex radicibus differentia: sed etiam quia primus ad quid rei spectat analogi, secundus autem ad quid nominis. neuter tamen perfecte representat analogum. De quo scilicet perfecto seu adequato explicite conceptu analogi interpretandum est, cum a me vel ab alio scriptum inuenitur q non potest analogum, vnum numero mentalem conceptum habere, sed vnum analogia tantum. ¶ Et quoniam conceptus mentales sunt imagines rerum representatarum, nisi sint fictitij) quemadmodum in mente conceptus adequatus analogi non est vnus, sed exigit representationem omnium fundantium analogiam, ita significatum analogi adequatum & perfectum non potest sic abstrahi vt obijciatur, representetur aut concipiatur absq3 fundantibus rebus. Et sicut in mente duplex cõceptus imperfectus reperitur, ita res significata, extra potest obijci dupliciter imperfecte scilicet vel in vno explicite in quo cetera obijciuntur indeterminate: vel in nullo explicite, sed omnia implicite in solo formalissimo significato explicite. ¶ Nec predicta cõtrariantur doctrine. s. thome, ens enim primo notum

ex ordine generationis est secundum conceptum imperfectum: ordine autem distincte cognitionis est secundum conceptū perfectū. ☞ Ens quoq habere conceptum simplicissimum, consonat dictis: quoniam cum simplicitas compositioni opponatur, ⁊ vnum analogia non sit vnum compositione aliqua, non habet ens ex hoc quod analogum, compositionem admixtam. Et vt exercitatione resolutio monstretur, si substantiam in ens vis resoluere, si in conceptum distinctum entis resolutio queritur, resoluetur in ipsam naturam substantie quatenus esse fundat: quod est simplicissimum, cui ⁊ addit ipsa substantia ⁊ addunt transcendentia. Et si in conceptum cōfusum, quod est, resolues: quod etiam est simplicissimum, cui etiā predicta addunt. ☞ Sed occasio errandi multis, est quia in resolutione distincta querunt resoluere in vnum analogia, sicut consueuit resolui in vnum vniuocatione. Ita q̄ querunt in analogia quasi vnum numero terminum sicut in vniuocis: cum tamē terminus in analogia sit vnus proportionabiliter tantum. Ita q̄ ⁊ singula resolubilia resoluuntur in conceptus simplices obiectiuos ⁊ mentales, ⁊ omnia in conceptum obiectiuum ⁊ mentalem simplicem et vnum proportionabiliter. Ita q̄ (vt vnico verbo rem absoluā) ens esse primo notum, in quod sit omnis resolutio, in quod omnia addunt, per modum analogi interpretandum est: cum quo stare potest, q̄ ens secundum perfectum adequatumq̄ conceptum non abstrahit a naturis predicamentalibus: sicut nec aliquod analogum a fundantibus analogiam. ☞ In hoc pendet tota vis claritatis rei huius: vt semper animaduertatur secundum analogorum morem hec dici. ☞ Plura nunc non mihi occurrunt ad propositum dicenda: imo prolixior fui acutissimo ingenio tuo: quo ex vnico verbo concepisses cuncta. Bene vale, ⁊ pro me orare digneris. Rome die xxvij. Februarij M.D.xx.

¶ Ad fratrem thomam ragusinum ordinis predicatorum.

Dilecte Fili. pijs precibus tuis satisfacere volens, consideraui in literis tuis questionem distinctam in quinq̄ articulos circa emptionem raptarum rerum in bello iniusto. ☞ Primus est, an huiusmodi rapta etiam difficillime reparabilia, sint iudicanda tanq̄ habita ꝓ derelicto. Ad quem respondetur negatiue: quia nec veri domini (quāuis non possint recuperare res suas) abdicauerunt a se dominium illarum: nec ex conditione rei, loci aut tēporis derelictio huiusmodi consurgit: vt in thesauris ⁊ similibus. Distinguendum tamen esse inter rem ⁊ rem videmus rome: quoniam fere, vectes ⁊ id genus reliqua publice exposita, rome nullum inuenientia dominum quia nullus scit discernere feras suas ab alienis (quum etiam vendentes lateat cuius fuerint) pro derelictis habentur per accidens ⁊ licite emuntur publice. Dixi per accidens: quia discernere nemo potest cuius fuerint: ⁊ publice ac promiscue quilibet emit. Quis nō dubitetur q̄ pars direptionis romane fuerint: hec enim signa derelictionis sunt.

¶ Secundus est, an rapta a pyratis, possint licite emi post diem seu certum tempus: vt nonnulle leges admittunt. Ad quem respōdetur negatiue in foro conscientie: quis ciuiles leges impunitatē concedant ad euitandas lites. Et ratio illicite emptionis in vtroq̄ articulo est, quia emitur res aliena sine consensu veri domini.

¶ Tertius est, an in huiusmodi casibus in ementibus scienter, tota resolutio sumenda sit ex intētione vtilitatis proprie vel domini: ita q̄ ementes pro sua totaliter vel principaliter vtilitate, sint male fidei possessores: ementes autem pro domini principaliter emolumento, recte faciant pretiumq̄ repetere possint. ☞ Ad quem respondetur, q̄ per se loquendo nulli licet emere rem alienam sine consensu veri domini, ⁊ si quis emit etiam bona fide, tenetur ad restituendum rem emptam quam habet vero domino: nec potest pretium solutum petere a vero domino: quia tenetur ad restitutionē non ratione iniuste adeptionis, sed ratione rei aliene que apud ipsum est. Nec hoc est vertendum in dubium, loquendo per se ⁊ proprie. Dico autem ꝓprie: quia magni refert emere vel redimere: nā emere huiusmodi aliena non licet: redimere autem licet: sed redimit is solus qui vice veri domini redimit occupatam ab alijs rem illius: vnde non redimit nisi qui personam veri domini induens significaturus est vero domino vt rem suam recuperet redemptionis pretio soluto. Nec solum licet sed pium est redimere viliori pretio huiusmodi res. Emere autem proprie ⁊ per se non licet. Dico autem per se: quia per accidens potest esse licitum: vt si cognoscā res raptas fuisse consanguinei mei, impotētis redimere ⁊ destituti omni spe recuperandi res suas, ⁊ presumens gratum esse consanguineo meo q̄ ego fruar rebus sic irreparabilibus, emā illas. Sȝ eorum que contingunt per accidens, non est certa regula.

¶ Quartus est, an dictum cuiusdam doctoris dicentis sic: probabiliter credo q̄ taliter emens, paratus reddere vero domino si cōparuerit, credens tamen q̄ non comparebit, ⁊ consequēter sperās pro se rem habiturum, non peccat: quia verisimiliter potest de veri domini voluntate presumere: sit in conscientia tutum, ⁊ alijs diuulgandum. Ad quem patet ex dictis responsio. s. q̄ nec per se est licitum (quoniam ratione rei aliene tenetur ad restituendum vero domino sine pretio q̄diu res est apud eum: nec ipsa adeptio caret iniuria, ex eo quod notum ementi est quod res est aliena) nec per accidens apparet aliquid speciale excusans adeptionem: quoniā communia tantum proponuntur in articulo.

¶ Quintus est, an emat recte quis ex pietate calices ⁊ huiusmodi sacra, dedignatus q̄ manent apud infideles, daturus propria authoritate ea occurrenti ecclesie habito pretio. Et huic adiungitur, an dominus talium sit censendus omnino ignotus stante notitia religionis, puta hungarie. ☞ Ad quem respondetur, quod hoc est vnum per accidens reddens licitam emptionem. Zelus enim dei humanis omnibus preferendus efficit, vt licite quis hec redimat de manibus infidelium, redditurus etsi non illi ecclesie calicis domine que nescitur attn̄ ecclesie christi: significando ecclesie cui datur vt q̄tū in se est ⁊ publicet ⁊ teneat pro ecclesia cuius erat ⁊ est restituto pretio redemptionis. Et q̄uis nō censenda sit ecclesia oīno ignota cuius regio scitur: est tn̄ maior ꝓsumptionis locus ex hac religiosa causa vni ecclesie de alia, q̄ mihi de consanguineo meo: quoniam vnica domus est vniuersa per orbē sparsa christi ecclesia. Hec sunt fili charissime que mihi occurrerunt respondenda. Bene vale, ⁊ ora pro me. Rome die. xxvij. nouembris. 1529.

Secundi tomi opusculorum Thome de Vio Caietani Cardinalis S. Xisti finis.

¶ Secundi tomi index: & primus questionum de sacramentis, commentarijs tertie partis adiectarum.

¶ De attritione & contritione questiones quattuor.

¶ De confessione questiones quinq̃.

¶ De satisfactione questiones due.

¶ De ministro penitentie.

¶ De thesauro indulgentiarum questiones quatuor.

¶ De causa indulgentiarum questiones due.

¶ De susceptione indulgentiarum questiones due.

¶ De modo tradendi seu recipiendi ordines articulus vnus.

¶ De sacramento matrimonij questiones tres.

¶ De vsu matrimonij questiones due.

¶ De delectatione morosa questiones tres.

¶ Tractatus de indulgentijs index.

¶ Index opusculi.27. questionum.

¶ Finis precedentis Indicis.

¶ Index capitum opusculi. xvij.

Responsionum.

¶ Indicis capitum secundi tomi finis.

¶ Opusculorum Thome de vio Caietani, Cardinalis sancti Xisti Tomus Tertius. Cui primo inest Tractatulus de Conceptione beatissime Virginis Marie: Ad Leonē Medicen decimum, Pontificem Maximum.

FAustum felixq; sit leo.x. ponti. maxime ꝙ de supremo potestatis tue opere prima offerende tue beatitudini lucubratiuncule causa sese obtulit. Definitio secretorū christiane fidei que nosse soli deo natura cō uenit in medium venit, propositum est vt decernas in lateranensi synodo vtrū deus beatissimā virginē mariam a peccato originali p̄seruauerit an mūdauerit. Quo circa duo occurrunt scribenda. Primo vie decernendi ea que sunt fidei, modiq; quibus aliquid eiusmodi credendum decernit̄, explicabunt̄. deinde iuxta singulos modos ꝑ vias ipsas sermonis gressus dirigent̄. ¶ Due sunt vie quibus decerni potest religioni christiane quid credendū sit, altera ordinaria: altera extraordinaria. Ordinaria est diuina reuelatio facta in primis autoribus sacre scripture, contenta in canonicis libris biblie, traditionibusq; apostolorum in symbolo ⁊ alijsq; que constat ecclesiam per apostolos suscepisse: vt sacramenta. Reuelatio deinde facta apostolice sedi siue cum synodo siue sine synodo. Hec enim differentia ad solemnitatem ⁊ congruitatem spectat iudicij apostolici de his que sunt fidei, ⁊ non ad necessitatem: vt vniuersa testatur ecclesia. hereticos indubie tenēs qui ab apostolica sede damnatam heresim sectantur. Reuelatio demum facta sacris doctoribus. his precipue quorum et vita et doctrina approbata est ab ecclesia. ¶ Sed est inter hec distantia multa: quoniam reuelationi contente in sacra scriptura et decretalibus fidei inheremus tanquam necessarijs: ita quod se hereticum comprobat quicunq; pertinaciter alicui horum aduersatur. Reuelationi autem facte sanctis alijs quorum doctrinam ecclesia suscipit, tanquā probabilibus inheremus: vt diui Augustinus Thomasq; scripserunt, et magistra rerum experientia continua testatur. Nec refert in sacra scriptura et alijs an aliquid sit reuelatum explicite (vt creatio mundi. incarnatio verbi dei ⁊ alia eiusmodi) an implicite: vt sunt omnia illa quorum opposita non possunt sustineri cum veritate sacre scripture ⁊ aliorum que certa fide scimus: nisi quod ingenio labore ratione ⁊ intellectu opus est vt manifestentur hec que implicite dicuntur contineri. esse necessario connexa illis in quibus contineri dicuntur. Quo fit vt in istiusmodi rebus ante ꝙ̄ constet quid necessario connexum sit certis ⁊ indubitatis fidei traditionibus, vnicuiq; liceat quod rationabilius sibi videtur amplecti, sine pertinacia tamē. Et hinc rationibus locus datur ad ea que sunt fidei: vt scilicet afferantur rationes ostendentes consona aut dissona esse fidei que in dubium vertitur. Propter quod oportet omnes rationes ad ea que sunt fidei non ex solo naturali lumine sed ex lumine diuine reuelationis in predictis contente procedere: ⁊ in diuinam reuelationem in predictis contentam resoluere. Et ideo non ratio sed diuina reuelatio, non cuicunq; sed predictis facta est, cui fides nostra innititur: ⁊ secūdum eam oportet decernere quicquid in fide decernendum est. ¶ Extraordinaria vero via qua potest aliquid decerni in fide esset, si miraculo quod vere miraculum esset. deus attestaretur aliquid ad fidem spectās. Sed hic esset opus cautela magna: tum ex parte operum mirorum: quoniam angelus satane transfert se in angelū lucis: ⁊ signa ⁊ prodigia facere multa potest que nos vere miracula a solo deo factibilia putaremus: vt opera sanitatis ⁊ elementorū ⁊ similium. Unde ⁊ antichristus facturus dicit̄ tot miracula in oculis hoīum vt si fieri posset etiā electi fallerent̄. Tum ex parte illusionū: vt cōtingit in prestigijs, tum quia signa teste apostolo. 1. ad corin. 14. et beato gregorio in omelia. x. data sunt infidelibus non fidelibus, ecclesie vero tanq; fideli nō infideli data est reuelatio ꝓphetica ⁊ apostolica. Unde via signorū etsi est a dn̄o data marci vlti. propter infideles ⁊ ab ecclesia approbata quo ad fidē personalem. s. dicentis se missum a deo: vt in ca. ex iniuncto. extra de heret. tn̄ nisi coram romana ecclesia euidētissime fieret verū ⁊ indubitatū non mirū sed miraculū, expresse ad testificandū hoc esse verū. nō deberet romanus pōtifex determinare aliquā fidei ambiguitatē ex hac via. Et ratio est, q2 habemus a deo ordinariā viā decretorū fidei: intantū vt si angelus de celo oppositum huius ordinarie vie diceret, non esset ei credendū: vt ap̄ls dicit ad galat. 1. Accedit ad hec ꝙ miracula q̄ ab eccl̄ia suscipiunt̄ in canonizationibus sanctorū q̄ tn̄ maxime autētica sunt, quū humano testimonio innitant̄ (eorū scilicet q̄ testant̄) nō oīno certa sunt: qm̄ scriptū est, oīs homo mēdax: licet sint certa more humano, fidei aūt christiane certitudo nō humano more certa esse debet, sed infallibile oīno debet habere testimoniū: quale nullus homo sed solus deus p̄stare potest. Unde ⁊ petrus ap̄ls celestis vocis in transfiguratione dn̄i a se audite, ꝓprio testimonio tanq; humano vtcus subiūgit, ⁊ habemus firmiorem ꝓpheticū sermonē, subiungēdo ꝙ nō volūtate humana ꝓphetia allata est. Diuino ergo testimonio non humano certitudo haberi debet in decernendo iudicialiter res fidei. ¶ Ex dictis aūt patet nō solū decernendi via duplex, sed ⁊ modus duplex quo credēdū esse decerni potest. Nā quedā decernunt̄ credenda tanq; necessario credēda, ita ꝙ cōtrarium sentiēs est hereticus, quedam vero tanq; probabiliter ⁊ pie credēda, ita ꝙ contrariū sentiens non est hereticus: vt de assumptione beate virginis cum corpore, ⁊ sanctificatione eius in vtero matris ⁊ alijs huiusmodi communis ecclesie pietas probabiliter credit. Ratio aūt quare omnis via tam ordinaria ꝙ̄ extraordinaria decernendi ea que sunt fidei sola reuelatio diuina est, in promptu est: q2 scilicet ea que sunt fidei lumē humane mentis excedunt, ⁊ ex solo diuine volūtatis beneplacito dependent istiusmodi singularia. scriptū est autem ꝙ que sunt hoīs nemo nouit nisi spūs hominis, ⁊ que sunt dei, nemo nouit nisi spiritus dei ⁊ cui voluerit spiritus reuelare. Hec de primo.

DIctis Autē vijs incedēdo vt propositū deinde fuit, manifestat̄ primo ꝙ neutra pars q̄stiti vt in dubiū vertitur est necessario credēda. Et ratio est q2 neutra in sacra scriptura certisq; fidei dogmatibus necessarijs explicite habet̄, ⁊ vtraq; pars sustineri potest cū veritate sacre scripture reliquisq; necessario creditis a christifidelibus. ¶ Et de parte quidē illa q̄ tenet beatā virginē a peccato originali mūdatā, certū est ꝙ fidei cōsonat, tū qm̄ vniuersales ꝓpositiones de peccato originali in oībus pure hoībus in sacra scriptura habent̄: vt patet ad ro. 3. ⁊. 5. ⁊. 2. ad cor. 5. tū qm̄ vniuersali redēptioni christi in sacra scriptura tradite cōsonat, tum qm̄ innumera sacrorū doctorū ⁊ sanctorum multitudo hanc partē explicite tenuit: vt. j. patebit. ¶ De parte aūt altera credēte. s. beatam virginem preseruatam a peccato originali, licet quidam scripserit ꝙ contrarietatur sacre scripture ⁊ determinationi ecclesie, quidā autē ꝙ non: mihi tn̄ theologorum minimo distinguendum videtur circa sensum huius opinionis. Nam potest dupliciter intelligi. Primo vt beata virgo sit preseruata totaliter a peccato originali ita ꝙ fuit exempta ab oībus ad dictū peccatū spectātibus, secundo vt beata virgo sit p̄seruata a sola macula peccati originalis ꝑ infusionē gratie ꝑsonalis. Est aūt inter istos duos sensus maior distātia ꝙ̄ inter celū ⁊ terrā. Nam cū aīa alicuius hoīs qui generat̄ incurrit originale peccatū nō solū macula originalis peccati cōtrahit̄, sed in primo instanti in quo anima rationalis creando infundit̄ ⁊ infundēdo creatur, prius secundū nature ordinem caro seu materia cui anima infundit̄ est infecta: vtpote genita ex commixtione vtriusq; parentis, ⁊ propterea aīa que infundit̄ illi carni contrahit maculam in seipsa originalis peccati, quia infunditur carni infecte. neq; solam maculam ex carnis infectione contrahit persona in vtero genita, sed multa alia: scilicet reatum clause celi ianue, fomitem peccati, ⁊ penam mortis temporalis: ita quod infecta caro cui infunditur anima est in qua fundatur ratio nō potentie contrahendi originale peccatum, sed ratio contracti in propria persona debiti ꝙ contrahatur in anima rationali sua peccatum originale ⁊ secundum maculam et secundum reatum penarum spiritualis et temporalis, imo est talis carnis infectio peccati originalis initium inexistens in persona que tunc simul concipitur et concepta est. Quocirca positio dicens beatam virginem

preseruatam totaliter a peccato originali dicit ipsam non contraxisse carnem suam infectam: ac per hoc nõ solum sine macula peccati conceptam ⁊ reatibus ⁊ fomite: sed etiam sine debito in propria persona habendi hec. Positio vero dicens beatam virginem preseruatam solum a macula peccati originalis ⁊ ijs que a macula sunt inseparabilia (vt est reatus eterne pene damni) non negat beatam virginem carnem habuisse infectam: ac per hoc in propria persona debitum contrahendi maculam originalis peccati, et quo ad maculam ⁊ quo ad reatus omnes et fomitem: sed preseruante dei gratia non redundauit in animam illius macula peccati originalis, licet redundauerit ⁊ fomes ligatus tamen per gratiam et reatus clause ianue vite eterne et mortis temporalis: quia hec pena scilicet mortis erat nature ex parte carnis: illa scilicet clause ianue erat nature ex parte temporis: quia scilicet christus adhuc non aperuerat per suam mortem ianuas paradisi clausas per originale peccatum: et similiter fomes ex parte carnis se tenet.

INter has igitur opiniones hec mihi videtur quo ad fidem differẽtia quod positio dicens beatam virginem esse preseruatam a peccato originali et reatibus ⁊c. est contraria fidei catholice: quoniam repugnat his que in sacra scriptura ⁊ alijs documentis fidei certis ⁊ necessarijs continentur. Oportet namq; de beata virgine firmiter credere quod christus est mortuus pro ipsa, et quod ipsa est mortua morte peccati: quoniam in sacra scriptura habetur ista conditionalis, si christus est mortuus pro omnibus omnes mortui sunt: vt patet secunde ad corin. v. ca. Constat enim quod omnis conditionalis vera est necessaria: ⁊ quod a destructione consequentis ad destructionem antecedentis valet argumentum. Formata ergo ratione clare apparebit scripturam esse falsam et fidem nostram procedendo sic: si christus est mortuus pro omnibus omnes mortui sunt: sed per istam positionem nõ omnes mortui sunt: quia beata virgo non est mortua morte peccati: ergo christus non est mortuus pro omnibus: quod est manifesta heresis. Nec potest hic locus glosari quod omnes distribuat generaliter: ⁊ quod patiatur exceptionem ⁊ similia: quoniã constat quod in hac propositione illud signum omne distribuit pro omnibus sine vlla exceptione: quoniam hereticum constat esse dicentem christũ non esse mortuum pro omnibus sine vlla exceptione. Nec etiam potest negari quin de morte peccati sit sermo in consequenti: vnde augustin. in. vj. contra iulianum tractans hec verba apostoli concludendo dicit hec verba. Consequens ergo esse voluit vt omnes intelligantur mortui si pro omnibus mortuus est. Quia ergo non in corpore restat vt in peccato mortuos esse omnes pro quibus mortuus est christus nemo neget nemo dubitet, nisi qui se negat aut dubitat esse christianum. Hec ille. Unde cum opinio illa neget beatam virginem mortuam morte peccati, ac per hoc christum non mortuum esse pro ipsa: sustineri iudicio meo non potest. Et ne longius protrahatur hoc oportet summarie ante oculos habere quod iste quinq; propositiones sunt omnino confitende scilicet christus mortuus est pro beata virgine. beata virgo est aliquo modo mortua morte peccati: beata virgo est reconciliata deo per christum. beata virgo est redempta per mortem christi. beata virgo etiam post sanctificationem sui non nisi per christi mortem aditum habuit paradisi apertum. Quibus adduntur alie aut per se note (scilicet quod omnis reconciliatus fuit inimicus: et quod beata virgo mortua est morte temporali) aut determinate per ecclesiam scilicet omnis homo redemptus a christo fuit vere captiuus, ⁊ mors est pena peccati originalis. Primam enim harum refert augustinus ad optatum de origine anime a papa zozimo decretam dicens. In epistola zozimi sic legitur: Nullus nisi qui peccati seruus est liber efficitur: nec redemptus dici potest nisi qui vere per peccatum fuit ante captiuus: sicut scriptum est si vos filius liberauerit vere liberi eritis. Et subdit. In his verbis apostolice sedis tam antiqua atq; fundata certa ⁊ clara est fides catholica vt nefas sit de illa dubitare christiano. Hec ille. Secundam vero scilicet quod mors est pena peccati originalis constat decretam esse a concilio mileuitano: vt patet de conse. distin. iiij. ca. placuit. Unde patet quod distinctio illa de redemptione preseruatiua vel liberatiua, quo ad homines reprobata est per romane ecclesie determinationem: q̃uis sanctus bernardus super canticis sermone. xxij. illam vsurpauerit quoad angelos. Sunt ⁊ alie vniuersales propositiones certe et indubitate scilicet per vnum hominem peccatum transijt in omnes et per peccatum mors ad ro. v. et omnes in adã peccauerunt ad ro. iij. Et quisquis hominem aliquem esse putat cui necessaria non fuerit remissio peccatorum excepto vno mediatore contrarius est sacre scripture, inquit august. in lib. de perfectione iustitie. Et solus christus habuit similitudinem carnis peccati. Et alie huiusmodi que aut nullo modo aut vix possunt saluari ab huiusmodi opinione. Si tamen opinio nominanda est: quum videatur manifestus error in fide. Unde nec sixtus quartus in extrauaganti graue nimis: de hac positione se impediuit sed solum de preseruatione beate virginis a macula peccati originalis: vt expresse patet legenti illam. Damnanda ergo videtur specialiter positio que assereret beatam virginem totaliter preseruatam a peccato originali vt scilicet nihil eius incurrerit: q̃uis neminem adhuc sciam hoc tenuisse.

¶ In secundo autem sensu intellecta opinio de preseruatione beate virginis scilicet quod preseruata est a macula peccati originalis et non ab infectione carnis, ac per hoc nec a debito in propria persona illius macule nec a fomite ⁊ penis, non est contraria sacre scripture nec determinationi ecclesie nec aliquibus necessario credendis: quoniam beata virgo preseruata ex speciali preuentione gratie a macula originalis peccati et habens cetera que diximus, non est extra latitudinem mortuorum, inimicorum, indigentium remissione peccatorum, captiuorum, habentium carnem peccati, obnoxiorum morti et clausure celi. Et consequenter non est extra latitudinem eorum pro quibus christus mortuus est, reconciliatorum, liberatorum, redemptorum, mundatorum, introductorum deniq; per christi mortem in vitam eternam anime et corporis. Et in promptu ratio est: quia ex eo quod habuit carnem infectam cum fomite ligato et reatibus, egebat futuro remedio per incarnationem et mortem iesu christi exhibendo. Et ex eo quod in propria persona habuit debitum contrahendi maculam originalis peccati, imo initium vnde redundare in animã suam debebat originalis peccati macula, gratia illa que preueniẽdo sanctificauit eam ligando etiam fomitem, habuit rationem gratie mundatiue reconciliatiue redemptiue ⁊c. Liberans namq; animam a macula non actualiter habita sed ex propria carne tunc debita, et in eadem carne tũc initiata, non est extra latitudinem liberantium a peccato, mundantium a sorde, redimentium a captiuitate. Neq; enim vno modo tantum quodlibet horum dicitur: sed latitudinem habet. Dicitur namq; captiuus non solum qui totaliter in captiuitatem est redactus: sed qui cepit in sui aliqua parte duci in captiuitatem ⁊ obnoxius est captiuitati. Et similiter dicitur mors peccati, non solum ipsa actualis mors, sed debitum et initium in propria persona habendi illam. Et similiter dicitur a peccato originali mundatus, non solum qui a contracta actuali macula mundatus est: sed qui a macula quidem in debito et initio in propria persona fundato, et reliquis tot quasi partibus peccati originalis actualiter contractis mundatus est: et sic de alijs. Nec putet quisq; de mea hec phantasia me proferre: sed videat diuum thomam in prima secunde. q. 81. articu. iij. (vbi inter alia tractat etiam illud ad roma. v. per vnum hominem peccatum transijt in omnes et per peccatum mors) sustinentem quod per mortem sufficit intelligere debitum seu reatum in propria persona mortis, q̃uis nunq; actualiter aliquis moreretur. Ex quo habetur quod cũ apostolus duo simul dicat (scilicet quod in omnes peruenit peccatum et mors) sicut secundum scilicet mors sufficienter saluatur exponendo mortem vel in actu vel in debito in propria persona, ita et primum scilicet peccatum, saluatur exponendo peccatum in actu vel in debito in propria persona. Dixi autem totiens in propria persona: quoniam si debitum aut initium peccati originalis non ponitur proprium illius qui concipitur sed commune, iam nõ saluaretur quod illa persona esset mortua redempta reconciliata ⁊c. Nec esset formalis differentia inter errorem iuliani contra quẽ scribit augusti. ponentis per gratiam redemptionis christi filios christianorum preseruatos a peccato originali quod habebant in debito communi: sed esset materialis differentia: quia ille gratiam preseruationis cõem christianorũ filijs posuisset: hic autẽ poneretur propria vni. Saluatur quoq; manifeste in hac positione singularis prerogatiua iesu christi, q solus cõceptus est sanctus ⁊ nõ in carne peccati sed in silitudine carnis peccati: nõ solum ea rõne q ipse ex vi seu natura sue conceptionis que natiuitas in vtero vocatur sanctus nascebatur (iuxta verbum gabrielis ad beatam virginem, quod ex te nascetur sanctum) sed etiam quia beata virgo concepta est cũ carne infecta sed cũ aĩa sancta ex gratia impediente redundantiam infecte carnis in maculam anime. Saluantur et oẽs vniuersales ppositiones in scriptura ⁊ ecclesie determinatio-

nibus: vt facile puto apparere exercitatis ingenijs ex dictis. ¶ Nec obstat dictis si obijciatur quod reatus ⁊ fomes dicti consequuntur infectam carnem mediante macula in anima: ac per hoc si macula non est subsecuta, nec ista sunt secuta: imo videtur quod sine macule incursu, iniuste anima rea remaneat: quum pene iste proprie culpe originalis tamen sint pene. Hoc inquam non obstat: quia mediatio macule licet sit ordinaria, non tamen est sic necessaria vt impedita macula oporteat impeditam esse consecutionem aliorum: sufficit enim quod omnium horum communis radix (scilicet infecta caro) sit in instanti illo quo anima infunditur infecte carni. Nec est iniustum quod habenti culpam in proprio debito ⁊ initio, actualis culpe incursus impediatur ⁊ reatus penarum nature remaneant: quoniam extra propriam culpam originalem omnino non est qui in proprio debito ⁊ initio illam habet. ¶ Et quoniam in hoc sensu predicatur hodie beata virgo preseruata a peccato originali ab his qui dicunt ipsam sine originali peccato conceptam (ita quod per peccatum originale intelligunt maculam peccati originalis: vt patet ex predicta bulla seu extrauaganti sixti quarti edita in fauorem huius opinionis de preseruatione a macula originalis peccati: et ex studio scoti in .iij. senten. distin. iij. q. j. ad hoc tendentis vt a culpa, offensa inimicitiaque animam beate virginis in conceptione preseruaret: a qua pueri nunc per baptismum ⁊ olim per circuncisionem liberi sunt effecti. Et ex defensionibus francisci de maironis in .iij. sen. dist. iij. q. ij. in quibus conatur saluare sanctitatem formaliter cuius sola anima est susceptiua in beate virginis conceptione preoccupantem peccatum originale) idcirco quum de duabus opinionibus de conceptione beate virginis erit reliquus sermo an mundata an preseruata fuerit ab originali peccato, de ipsa macula originalis peccati intelligendus est. Quocirca coercende sunt predicatorum lingue scriptorumque manus in hac questione: ⁊ neutram debent damnare partem, vt erroneam, vt fidei vt sacre scripture aut ecclesie determinationi contrariam: sed sobrie scribere ⁊ loqui debent ⁊ non plus sapere quam oportet, iuxta apostolice sedis preceptum a sixto quarto editum.

Quum igitur neutra pars sit necessario credenda, oportet videre an altera an vtraque sit probabilis. Quod enim pars illa que tenet beatam virginem esse a peccato originali mundatam probabilis sit, ex eo patet quod tot sancti doctores ⁊ tot illustres doctores in theologia ⁊ in iure canonico qui scripserunt, hanc partem non in communi sed in singulari nominatim de beatissima virgine maria loquentes docuerunt. Et ne fingere videar, nominatim sanctos in suis locis afferre censui: ita vt eorum non solum nomina ⁊ loca in quibus hec scripserunt sed verba afferantur. Occurrunt ergo quindecim sancti.

Sanctus augustinus super psalmum .xxxiiij. dicit. Adam est mortuus propter peccatum: maria ex adam mortua est propter peccatum: caro autem domini ex maria mortua est propter delenda peccata. ¶ Et in libro secundo de baptismo paruulorum dicit: solus ille homo factus manens deus peccatum nullum vnquam habuit nec sumpsit carnem peccati quamuis de materna carne peccati. ¶ Et in libro .x. super genesim ad literam dicit. Corpus christi quamuis ex carne femine assumptum sit que de illa carnis peccati propagatione concepta fuerat, tamen quia non sic in ea conceptum fuit quomodo fuerat illa concepta, ideo ipsum non fuit caro peccati sed similitudo carnis peccati.

Sanctus ambrosius super beati immaculati dicit: venit dominus iesus, ⁊ in carne que peccato in matre fuerat obnoxia militiam virtutis exercuit.

Sanctus ioannes chrysostomus super mattheum dicit. Quamuis christus non esset peccator, naturam tamen humanam de peccatrice suscepit.

Sanctus eusebius emissenus episcopus in secundo sermone natiuitatis domini qui incipit nostis charissimi. ait: a peccati originalis nexu nullus immunis exiuit. nec etiam ipsa genitrix redemptoris.

Sanctus remigius super psal. deus deus meus respice, dicit. Beata virgo maria fuit ab omni macula peccati mundata ita vt ex ea conciperetur sine peccato homo christus iesus.

Sanctus maximus in sermone de assumptione beate virginis dicit. Beata virgo gloriosa fuit in vtero matris sanctificata, ⁊ ab omni contagione originalis culpe antequam nasceretur per spiritumsanctum mundata.

Sanctus beda in omelia super missus est (⁊ habetur in glosa ordinaria) dicit: spiritussanctus superueniens in virginem mentem eius ab omni vitiorum sorde castificauit, ⁊ ab omni estu concupiscentie carnalis cor eius temperauit atque mundauit.

Sanctus anselmus in libro cur deus homo ca. xvj. dicit. Licet ipsa christi conceptio munda sit, virgo tamen ipsa vnde assumptus est in iniquitatibus concepta est, ⁊ in peccatis concepit eam mater eius.

Sanctus bernardus in epistola ad Lugdunensis dicit. Beata virgo post conceptum in vtero iam existens sanctificationem accepisse creditur, que excluso peccato sanctam fecerit natiuitatem non conceptionem.

Sanctus erardus episcopus ⁊ martyr in sermone natiuitatis beate virginis dicit. O felix puella que concepta in peccato purificatur ab omni peccato ⁊ filium concipit sine peccato.

Sanctus antonius de padua ordinis minorum in sermone de natiuitate beate virginis dicit. Beata virgo fuit in vtero matris a peccato per gratiam sanctificata ⁊ sine peccato nata.

Sanctus thomas de aquino in tertia parte. q. 27. ar. 2. dicit. Beata virgo maria quia fuit concepta ex commixtione parentum, originale peccatum contraxit.

Sanctus bonauentura ordinis minorum in .3. senten. di. 3. q. 1. ar. 2. dicit. Dicendum est quod beata virgo fuit concepta in peccato originali, ⁊ quod eius sanctificatio subsecuta est peccati originalis contractionem. Hic modus dicendi est communior, rationabilior et securior. Communior. quia fere omnes id tenent. Rationabilior quia esse nature precedit esse gratie ⁊c. Securior quia magis consonat fidei pietati ⁊ sanctorum autoritati ⁊c.

Sanctus bernardinus ordinis minorum in sermonum suorum opere tertio incipiente ignis a facie eius exarsit, in tractatu de beata virgine sermone quarto incipiente sicut sol oriens mundo dicit. Tertia fuit sanctificatio maternalis, ⁊ ista remouet culpam originalem, confert gratiam, ⁊ remouet pronitatem ad peccandum tam mortaliter quam venialiter, ⁊ hec fuit in virgine matre.

Sanctus vincentius confessor in sermone de conceptione virginis dicit. Beata virgo maria fuit in originali peccato concepta, sed eadem die ⁊ hora statim post animationem fuit per sanctificationem a peccato contracto mundata.

¶ Preter dictos autem sanctos multitudo magna antiquorum doctorum conuenit dicens in indiuiduo beatam virginem conceptam in peccato originali, quorum dicta aut in fonte aut in libris domini ioannis de turre cremata ⁊ magistri vincentij de castro nouo de conceptione beate virginis compilatis vnde sumpta sunt inuenire quilibet potest.

¶ Hi sancti atque doctores probabilem valde reddunt fidem credentium beatam virginem in originali peccato conceptam.

Et quia autoritates iste non de humano genere aut christianis in communi sed de beata virgine in indiuiduo expressa loquuntur, ideo glossa illa qua sanctorum autoritates intelligende dicuntur de lege communi ⁊ non de priuilegio singulari, locum hic nullum habet. tum quia glossa huiusmodi de lege communi aut, priuilegio locum habere potest quando est sermo in communi seu vniuersalis (propter quod non attuli vniuersales propositiones sanctorum solum christum a peccato originali excipientium) sed quando est sermo de aliquo singulari indiuiduo nolato, locum non habet glossa quod intelligatur de lege communi: nisi hoc (scilicet sermonem esse quantum est ex lege communi) specificetur, vel ex ignorantia aut maliuolentia aut dissimulatione hoc procedat, quod omnia longe a sanctis ⁊ eorum autoritatibus allatis esse constat. Tum quia ex eo quod sancti ⁊ doctores beatam virginem in particulari explicant subiacere legi communium conceptione cum peccato originali, ⁊ excipiunt ipsam beatam virginem a communi lege aliorum in duratione peccati originalis (qui dicunt ipsam ex priuilegio sanctificatam in vtero) constat quod sancti ⁊ doctores antiqui beate virginis priuilegia scrutati nullum de preseruatione eius a macula originalis peccati priuilegium admiserunt. ¶ Excludunt quoque dicte autoritates glossam aliam. s. de facto vel debito, vel (⁊ in idem redit) quantum est ex se vel ex causa extrinseca. Quasi sancti intenderint quod beata virgo incurrerit peccatum originale non de facto sed de debito: hoc est quia debuit contrahere originalem maculam sed non contraxit de facto. Similiter quod quantum est ex se beata virgo contraxisset peccatum originale, sed de facto non contraxit ex causa extrinseca: deo scilicet preseruante per suam gratiam. Hanc inquam glossam excludunt tum quia ly de debito ⁊ ly quantum est ex se, est conditio secundum quid aut diminuens: quoniam habens aliquid quantum est ex se vel de debito non habet illud simpliciter et absolute, sed si solum ex debito habet, secundum quid habet: et si solum quantum est ex se habet, non habet illud sed oppositum illius. Sancti autem ⁊ doctores dicunt quod beata virgo habuit peccatum

originale sine vlla conditione secundum quid aut diminutione: ac per hoc simpliciter et absolute. Tum quia non deerant vocabula sanctis τ doctoribus quibus debitum originalis peccati in beata virgine et non peccatum ipsum explicarent. Tum quia petendum est ab istis si verba ista, beata virgo fuit concepta in peccato originali et similia, non explicant ꝙ ipsa de facto contraxit originale peccatum, quibus verbis vti debebant sancti et doctores ad hoc explicandum. In his nanqꝫ explicatur persona beate virginis nominatim vt subiectum originalis peccatũ: explicatur tempus conceptionis, explicatur originale peccatum explicatur factum per lꝫ concepta est. contraxit et similia: quid vltra debuit apponi. Et si ista hoc non significant, consequens est vt dicentes oppositum (scilicet beatam virginem non esse conceptam in peccato originali) non significant hoc quod debent. Fatue ergo atqꝫ temerarie sunt huiusmodi non extorsiones sed corruptiones autoritatum locutionumqꝫ latinarum.

¶ Repellunt etiam dicte autoritates glosam de conceptione ante infusionem anime vel in ipso instanti infusionis anime: quasi sancti τ doctores intendant ꝙ beata virgo fuit concepta in peccato originali quo ad conceptionem ante infusionem anime, τ non quo ad conceptionem in infusione anime. Tum quoniam sancti et doctores ita loquuntur de conceptione beate virginis in peccato originali sicut de conceptione aliorum hominum per commixtionem seminum genitorum: constat autem ꝙ sermo semper est de conceptu in infusione anime: ergo. Tum quoniam ante infusionem anime non habet locum peccatum originale: quoniam sine anima rationali non inueniẜ culpa originalis. Tum quoniam loquuntur de beata virgine: constat autem ꝙ ante infusionẽ anime non erat beata virgo. Restat ergo vt sola illa stultitia pro glosa sanctorum τ antiquorum doctorum admissione digna sit: scilicet si sancti et prisci doctores nunc essent, dicerent oppositum. Hanc ego glosam ita veram putauerim quemadmodum verum puto ꝙ si christus nũc in terris conuersaretur, mutaret doctrinam fidei sue vt conformaret se populis τc. Stant igitur solide allate sanctorum τ doctorum autoritates ad sustinendum beatam virginem conceptam esse in peccato originali: et propterea rationabilem probabilemqꝫ esse partem illam constat.

Alterius autem

Partis (scilicet ꝙ beata virgo ꝑseruata est de specialissima gratia a macula peccati originalis) probabilitas affertur ex nouem: ex autoritate doctorum multorum, ex determinatione synodi, ex cultu ecclesiastico, ex indulgentia concessa, ex communitate sequacium, ex scandalo piarum aurium, ex pietate opinionis, ex reuelationibus nouis, ex miraculis. Que sigillatim examinãda sunt pro veritatis honore.

Doctores tenentes beatam virginem esse preseruatã sunt numero infiniti, si ad modernos spectem⁹: paulo ante tamen aliqui licet pauci fuerunt: vt scotus, frãciscus de maronis. Et beate brigide reuelatum dicitur beatam virginem preseruatam esse ab originali peccato. ¶ Sed hec probabilitas valde exigua est: tum quia est contra tot sanctos: τ nullus est inter istos sanctus. Sancte autem brigide e regione ponitur sancta catherina de senis que dixit sibi reuelatum esse oppositum: vt refert archiepiscopus florentinus in prima parte summe sue titulo. viij. cap. ij. circa finem. Et maiori fide digna videtur sancta catherina: quia canonizata est sicut ceteri sancti: sancta vero brigida canonizata est tempore schismatis quo nullus habebatur certus et indubitatus papa, a bonifacio in sua obedientia nono. Tum quia in ijs que sunt fidei magis sentiẽdum est cum antiquis ꝙ̃ cum modernis. Tum quia ipse scotus qui primus doctor aut inter primos introduxit hanc opinionem timet hanc opinionem sequi. Nam in. iij. senten. distinct. iij. quest. j. post tractatas de conceptione virginis cum peccato aut sine peccato originali opiniones dicit. Quod autem horum factũ sit, de⁹ nouit: si autoritati ecclesie vel autoritati scripture non repugnet, videtur probabile quod excellẽtius est attribuere marie. ¶ Quod autem noui sint omnes doctores hanc opinionem tenentes patet ex eo ꝙ magister sententiarum de sanctorum testimonio in re hac dicit in. iij. distinct. iij. Sane dici potest et credi oportet iuxta sanctorum attestationis conuenientiam, ipsam (scilicet carnem christi) prius peccato fuisse obnoxiam sicut τ reliqua virginis caro: sꝫ sancti spiritus operatione ita mundatam vt ab omni peccati contagione immunis fuerit verbo. Hec ille. Et sctũs Bonauentura in. iij. senten. distinc. iij. quest. j. loquens de autoritate sanctorum dicit, Nullus autem inuenitur dixisse de ijs quos vidim⁹ et audiuimus auribus nostris beatam virginem fuisse ab originali peccato immunem in sui conceptione. Et adam angelicus in. iij. senten. distinct. iij. dicit, Si credendum est dictis sanctorum, tenẽdum est beatam virginem fuisse conceptam in peccato originali: τ nullus sanctorum inuenitur dixisse contrarium. Hec ille. Et ipse Franciscus de maronis in. iij. distinct. iij. quest. ij. artic. iiij. dicit ꝙ nõ obstante ꝙ beata virgo fuerit ꝑseruata a peccato originali, propter dicta tamen sanctorum possumus dicere ꝙ aliquo modo peccatũ originale contraxit. In quibus verbis ipsemet ostendit ꝙ dicta sanctorum cogunt ad confitendum peccatũ originale in beata virgine. Ipse enim labor istorum ad glosandum dicta sanctorũ testatur ꝙ sancti contrarium sue opinionis sonant. Quamuis vanus sit eorum labor nisi ad autoritates sanctorum q̃ in communi de humani generis originali peccato loquuntur referatur. Ille nanqꝫ que de originali peccato in beata virgine in indiuiduo contracto loquuntur, glosari nequeunt: vt patet ex dictis. Propterea non est mirum si nullus sanctus nullus illustris doctor antiquus pro hac parte afferatur, nisi forte a falsarijs. ¶ Unde autoritates quorundam sanctorum (scilicet augustini, quum de peccatis agitur de maria propter honorem domini nolo habere questionem. Et anselmi, decuit vt mater domini ea puritate niteret τc. Et sancti Thome in primo sent. immunis fuit ab omni peccato τc. τ si que sunt similes que pro hac opinione afferuntur) licet scholastica disputatione non sint indigne, a iudicio tamen veritatis procul esse debent: quoniam non ex dictis facile veras glosas τ expositiones rationabiles habentibus extorqueri debet hec singularis veritas: sed debent afferri autoritates sanctorum et antiquorum non in genere sed in specie peccati originalis maculam negantes a beata virgine, non tempore conceptionis iesu christi sed tempore conceptionis proprie: vt nos fecimus pro opposita opinione pretermittendo cõia. Cõstat nihilomin⁹ allatos tres sanctos exꝑsse docuisse beatam virginem cum pctõ originali cõceptam: vt patet ex allegatis.

Determinasse quoqꝫ inducitur Basilien. synodum in sessione. xxxvj. pro hac opinione in hec verba, Nos diligenter inspectis autoritatibus et rationibus τc. doctrinam illam asserentem gloriosam virginem preueniente et operante diuini numinis gratia singulari nunꝙ̃ actualiter subiacuisse originali peccato, tanꝙ̃ piam et consonam cultui ecclesiastico, fidei catholice, recte rationi et sacre scripture ab omnibus catholicis approbandam fore tenendam et amplexandam diffinimus et declaramus: nulliqꝫ de cetero licitum, esse in contrarium predicare seu docere. Hec ibi. Anno domini. m. cccc. xxxix. xv. kal. Octobris.

¶ Sed isthec determinatio multo minus prodest ꝙ̃ prima: tum quoniam congregatio illa Basilien. tunc temporis non erat synodus nec concilium, sed erat schismatica: vtpote scissa a capite ecclesie Eugenio quarto: vt patet ex ordine sessionum: nam in. xxxiiij. sessione. vij. kal. Julij deposuerunt de facto Eugenium, et post in sessione. xxxvj. quintodecimo kalend. Octobris sequentis determinarunt de conceptione. Unde hinc nõ nisi synagoge satane autoritas asserri potest: quod licet etiã ipsa verba allata cõtraria dictis sctõrũ vt in supra allegatis patet manifestent, vniuersalis tamen ecclesia adorans tunc et post continue vsqꝫ hodie dictum eugenium, et nicolaum quintum eligens ac suscipiens superstite antipapa Basilien. conciliabuli amadeo locupletior testis est. Quocirca allegare Basiliensem synodum pro tẽpore illo quo fuit schismatica, perinde est ac si allegaretur pisanum nuperrime contra iulium secundum celebratum cõciliabulum: quod vidimus omnes et manibus tetigimus fuisse schismaticum. ¶ Tum quoniam dicto conciliabulo e regione opponitur verum ac venerandum concilium ex Ferraria in Florentiam translatum grecorum et latinorũ sub predicto Eugenio quarto: vbi inter dogmata fidei traduntur hec verba, Firmiter credit profitetur et docet sacrosancta romana ecclesia neminem vnꝙ̃ ex viro feminaqꝫ conceptum a diaboli dominatu fuisse liberatum nisi per fidem mediatoris dei et hominum Jesu christi domini nostri: qui sine peccato conceptus natus et mortuus humani generis peccata delendo sol⁹ sua morte prostrauit, et regni celestis introitum quod primus homo peccato proprio cum omni sua successione perdiderat reserauit. Hec ibi. Que pro tanto inducta sunt vt appareat ꝙ illo tempore quo res in questione erat, vniuersalis ecclesia solum christum excepit ab originali peccato: quod non erat dicendum si beata quoqꝫ virgo excipienda esset.

Ecclesiasticus deinde cultus affertur q iam per oēs fere ecclesias latinas festum conceptionis non sanctificationis celebratur: insinuando per hoc q non sanctificata est a peccato originali sed concepta est sine illo beatissima virgo. ¶ Sed et hec probabilitas dupliciter deficit. Primo quia multe ecclesie sunt per orbem diffuse celebrantes in illo die sanctificationem non conceptionem. Et in hoc ecclesia vnumquemq in suo sensu abundare permittit. Secundo quia constat q a quibuscumq catholicis celebratur hoc festum, celebratur ratione sanctificationis beate virginis in vtero matris: siue illa sanctificatio fuerit preueniens et quasi preoccupans peccati originalis actualem incursum, vt opinio ista dicit: siue fuerit mundans ab originali peccato tam contracto, vt altera dicit opinio. Quocirca omnes conueniunt in sanctificatione beate virginis:et q fuit in vtero. et q est ratio celebritatis:iuxta illud, tu solus sanctus Mariam sanctificans. Licet differant in effectu sanctificationis:an scilicet preseruauerit an mundauerit a macula. Et propterea rationabiliter ab omnibus debet celebrari dies conceptionis sub nomine sanctificationis vt nomen consonaret rei.

Indulgentia vero concessa nihil cōfert huic opinioni sicut nec festi celebritas:quia ad honorem beate virginis ob gratiam proprie sanctificationis in vtero refertur,relinquendo ambiguum an preseruans a macula an mundans fuerit gratia illa:vt dictum est.

¶ Q autem tam communis facta sit hodie ista opinio(ita vt omnes fere catholici latine ecclesie arbitrentur obsequium se prestare deo in huiusmodi sequela opinionis)ex eo reddit opinionē probabilem:quia probabile est quod multis videtur. ¶ Sed probabilitas hec vulgarem auctoritatem non excedit:et eidem contraponitur q probabile in veritate est quod videtur sapientibus: qui vt patet ex supradictis cōtrariam secuti sunt opinionem. Vulgus autem probabile in apparentia non in veritate constituit.

¶ Quia scandalosa deinde dicitur opposita opinio ⁊ piarum aurium offensiua a multis etiam vniuersitatibus theologorum,probabilis redditur ista opinio. ¶ Sed quoniam vniuersitates contra tot sanctorum ⁊ commune[m] priscorum doctorum doctrinam in his que sunt fidei piculum ptuose sunt,et scādalum hoc non actiuū sed passiuum insipientium est potius q̄ piarum aurium,imo pharisęorum conuinceretur esse declarata eis veritate, ideo nihilē hoc probabilitatis sortitur opinio hec nisi apud ignorantes.

¶ Pietas deniq huius opinionis magna esse dicitur: quoniam pium valde est credere q beate virgini quicquid gratie conferri potuit sub christo tamen,totum collatum est:quoniam illi dixit angelus q erat plena gratie ⁊c. ¶ Sed hec radix zelo quidem,innititur:sed non secūdum scientiam:propter quod a fide ad deuia multa abduceret:iuxta hanc siquidem vocatam pietatis regulam liceret cras credere q beata virgo fuit concepta de spiritusancto. et tamen sub christo: quia propterea non esset deus et homo. Possemus quoq dicere q beata virgo erat in hac vita simul viatrix et comprehendens: et tamen sub Christo: quia non in tam alto beatitudinis gradu. Possemus etiam adhuc dicere q ipsa fuit deus et homo: et tamen sub christo: quia Christus masculus et ipsa mulier: Christus vniuersalis redemptor per suam mortem, ipsa non. Et multa forte alia erronea aliquis ex tali pietate deduceret. De solo nanq vnigenito dei credimus q non ad mensuram datus est spiritus: beate autem virgini et reliquis sanctis secundum mensuram donationis Christi plus et minus prout voluit datum credimus. Si tamen restringatur ad actualem mundiciam a peccati macula dicta propositio,et dicatur q pium est credere q beate Virgini quicquid gratie sub Christo tamen conferri potuit ad actualem mundiciam a peccati macula collatum est, fateor q pia esset credulitas ista nisi sanctorum auctoritates obstarent. Quod scotus timuit:sed minus docti nō timent: propterea fortassis quia ad pauca respiciētes de facili enunciant.

¶ Noue autem reuelationes contra tot sanctos et antiquos doctores,angelum satane in angelum lucis transformatum aut phātasias vel etiam figmenta sapientibus ingerere videntur. Hec siquidem cum vocatis miraculis que in hac causa afferuntur pro mulierculis non pro sacra sunt synodo:vnde nec censeo digna de quibus verba fiant.

Ex omnibus autem dictis facile est colligere q neutra pars precipo site questionis in sensu quo vertitur in dubium est necessario credenda: et q altera (scilicet dicens beatam virginem esse mundatam ab originali peccato)est probabilis: altera vero(scilicet dicens beatam virginem esse preseruatam a macula originalis peccati)est tolerabilis:et apud sic affectos vel assuetos aut vere theologie sanctorum parum aut nihil habentes, probabilis. ¶ Hec sunt beatissime pater que sanctitati tue cultus correctioni atq iudicio hec et reliqua a me tam scripta q̄ scribenda submitto,offerenda occurrunt. Unde euidenter cernitur pars credens beatissimam virginem ab originali peccato mundatam in sinu sanctorum ⁊ sacrorum doctorum priscorum quiescēs,nilqs sibi timens a sacrosancta synodo(quandoquidem a spiritusancto quo inspirati locuti sunt sancti dei homines contrarie in fide sententie prodire nequeunt)quinpotius sperat si decernendum aliquid est seipsam tanq̄ probabiliorem et sanctorum ac doctorum dictis consonam approbandam:exemplo Viennen. synodi sub clemente quinto que de baptismi effectu decreuit partem probabiliorem,dictis sanctorum et doctorum consonam. ¶ Pars vero reliqua credens beatam virginem a macula originalis peccati preseruatam,multitudine sequacium ⁊ fauore amplitudine cōspicua apparet. ¶ Superest igitur. B. S. vt inter quindecim sanctos (augustinū Ambrosium aliosq quorum expressa sunt nomina) necnon innumeros doctores antiquos ex vna, et paucidum in causa hac Scotum, Franciscum de maronis, Petrum aureoli (contra tamen patres sui ordinis)modernos et promiscui vulgi clamores ex alia,medius tu arbiter a christo datus in hac sancta Lateran. synodo religioni christiane vel veritatem firmiter amplectendam tradere,vel a publicis oblocutiōibus ⁊ scandalis cōsulere digneris:memor illius oraculi,non in multitudine nec in cōmotione dominus. Vale felix semper auguste. Rome anno salutis. 1515.

¶ Tractatus de conceptione beate marie virginis,editi per thomam de vio caietanum cardinalem sancti Xisti:finis.

¶ Instructio nuntij circa errores libelli de cena domini, per capita iuxta ordinem libelli: a thoma de vio caietano cardinali sancti Xisti edita, iussu clementis septimi pontif. maximi.

Primum Caput est q dñs ioā. 6. nō loquitur de eucharistia. Cū q2 loquit de fide ⁊ fiducia hoim in christo. Cū q2 ibidē dicit, q māducat carnē meā ⁊ bibit meū sanguinē, in me manet ⁊ ego in illo. Constat aūt multos sumere eucharistie sacramentū,⁊ non manere in christo p fidē charitate formatā.

Circa Hoc caput aduerte erudite lector, aliqd dici ⁊ verū ⁊ aliqd falsum. Verū quidem est q in capite. 6. ioā. dñs loquit de fide formata charitate in ipm habēda. Unde ⁊ prius loquit de credēda diuinitate sua:⁊ deinde de credēda morte sua pro vita mūdi. ¶ Falsum aūt dicit:pro quanto excludit a sermone illo fidee sacramēti eucharistie. ¶ Ad cuius euidētiā memēto q tria inueniunt in eucharistia:scilicet ipm sacramentū qd adoramus, ⁊ māducatio sacramētalis, q est cōmunis bonis ⁊ malis dicēte aplo. 1. ad cor. 11. q māducat ⁊ bibit indigne. Ubi clare patet indignos māducare ⁊ bibere sacramētalī māducatione ⁊ potu:hoc est sumūt hostiā sacrā vt sacramentū, nō vt panē, sumūt enim credēdo illud esse sacramentū corporis christi. Tertio interuenit māducatio spūalis:q est ppria bonis, q sit p fidem formatā charitate:q est refectio aie sm vitā spūalem, sm vitā de qua dicit, viuo ego iā nō ego, viuit vero in me christus, ad gala. 2. ¶ His aūt tribus inuētis circa sacramentū eucharistie, ex eo q in hoc capite dñs nō loquit de vno eorū(scilicet de sacramētali māducatione)nō vere infert q excludant reliqua duo, stat eīn q de reliquis duobus loquat:de sacramēto ipso, ⁊ de māducatione spirituali sacramenti. Et quidem quod loquatur de manducatio

re spirituali, verba ipsa sonant. dicendo: qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem. in me manet ⁊ ego in illo. Manducare enim spiritualiter eucharistie sacramētum, est per fidem formatam charitate in christo manere et econuerso christum in ipso manere. Ut de sacramēto quoqꝫ ipso loquatur, apparet tum quia in futuro loquitur, dicens panis quem ego dabo: nondum siquidem instituerat sacramentum eucharistie quum hec diceret in synagoga capharnaum: constat enim ꝙ sacramentum eucharistie institutum est hierosolymis in nocte qua tradebatur. Tum quia distinguit manducare ⁊ bibere, dicens: nisi manducaueritis carnem filij hominis ⁊ biberitis eius sanguinem, non habebitis vitā in vobis. Si nanqꝫ de fide solius mortis sue pro vita mundi loqueretur, sat fuisset explicare mortem suam pro vita mundi per separationem carnis a sanguine, que in cruce facta est: sed vbi non solum carnis ⁊ sanguinis separationem pro vita mundi sed carnem precepit manducandam et sanguinem bibendum si vitam vellemus habere in nobisipsis, insinuauit ꝙ sacramentum erat instituturus corporis ⁊ sanguinis sui per modum cibi et potus, ita ꝙ nisi spiritualiter manducauerimus ⁊ biberimus carnem et sanguinem in cruce immolanda et in sacramento continenda non haberemus vitam in nobis. Significatur siquidem per hoc ꝙ de necessitate salutis tenemur credere etiam eucharistie sacramentum. ¶ Accedit ad hec ꝙ Johannes euangelista (cuius studium fuit scribere altissima Christi mysteria, minus ab alijs euangelistis explicata) tractans cenam domini nihil de sacramento eucharistie scripsit: quia sacramentalem vsum alij euangeliste expresserant. Spiritualem autem cum illius effectu, ipse hic descripserat: dicens qui manducat meam carnem ⁊ bibit meum sanguinem, habet vitam eternam ⁊c. Nisi enim tanti sacramenti rationem Johānes habuisset, non tanta fuisset vsus diligentia ad distinguendum actus manducandi ⁊ bibendi. ad declarandum vtrumqꝫ coire in vnum in presenti (scilicet manere in christo ⁊ econuerso) ad declarandum effectum perpetuum vtriusqꝫ vitam eternam, ad declarandam vtriusqꝫ necessitatem, nisi manducaueritis ⁊c. Hec enim omnia collecta pre se ferunt ꝙ de manducatione et potatione spirituali non solum mortis christi sed sacramenti mortis christi sub specie cibi ⁊ potus, euangelista scribebat. ¶ Ex his omnibus collatis cum textu euangelico, videre facile potes erudite lector: ꝙ licet verum sit et ꝙ de fide formata Christi filij dei ac mortis eius pro vita mundi. et ꝙ non de manducatione sacramentali est sermo in capite sexto Johannis, non tamen verum est excludi a capite illo fidem formatam seu manducationem spiritualem sacramenti eucharistie. Hec de primo.

SEcundum Caput est: ꝙ dominus Johannis quoqꝫ. vj. dicens caro non prodest quicq̃ exclusit a sacramento Eucharistie veram suam carnem: quia sensus proprius est, caro comesta non prodest quicq̃. Et hunc esse naturalem sensum, patet ex eo ꝙ iudeis querentibus, quomodo potest hic nobis dare carnem suam ad manducandum? dominus dixit, caro non prodest quicq̃. Ex hoc enim ꝙ questio ⁊ sermo de manducatione erat, consequens est vt de carne relata ad manducationem dictum sit, caro non prodest quicq̃: quod est dicere, caro comesta non prodest quicq̃. Hinc enim sequitur ꝙ caro in hoc sacramēto non comedatur, ꝙ nulla sit in hoc sacramento caro (vtpote que nihil prodest, nulla debet in hoc sacramento de carne q̄stio esse: quia caro non prodest quicq̃.

Circa hoc caput Quia pro fundamento firmissimo tot⁹ erroris assumitur, et millies repetitur, aduerte primo non esse naturalem sensum litere caro non prodest quicq̃, glosare caro comesta non prodest quicq̃: quoniam expresse contradicit euangelico contextui. Nam ibidem eodemqꝫ cōtextu dominus dicit carnem suam comestam dare vitam eternam: ait enim qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem habet vitam eternam. Non solum ergo contra sensum sed contra verba domini est glosa ista, caro comesta non prodest quicq̃. ¶ At si quispiam excuset glosam dicendo ꝙ mens glosatoris est non de comestione spirituali sed de comestione carnali glosare, habes tunc intentum: quia verba domini sic glosata non excludunt carnem christi ab hoc sacramento: quoniam ecclesia non decet carnem christi carnaliter manducari in hoc sacramento. Si enim caro carnaliter comesta excluditur a sacramento, optime excluditur: sed non potest propterea inferri, ergo vera christi caro excluditur a sacramento: quia caro christi vera spiritualiter comedenda est in hoc sacramento: ⁊ comesta spiritualiter in hoc sacramento, dat vitam eternam. Et vsqꝫ adeo spirituali comestioni hoc tribuimus, vt fateamur ꝙ quantumcunqꝫ caro christi sumatur in sacramento, nisi spiritualiter manducetur nō prodest quicq̃.

¶ Aduerte secundo ꝙ germanus sensus dupliciter potest explicari: ⁊ vtroqꝫ modo in vnam ⁊ eandem veritatis sententiam redit. ¶ Ubi nota ꝙ christus non loquitur in istis verbis plus de carne sua q̃ de aliena, sed simpliciter ⁊ absolute de carne: non enim dicit caro mea non prodest quicq̃, sed caro non prodest quicq̃. Rursus christus loquitur de carne, e regione distinguendo carnē a spū: vt cōtextus testat euāgelicus, dicens: spūs est qui viuificat, caro non prodest quicq̃, proculdubio ad viuificandum.

¶ Alter itaqꝫ modus intelligendi est, caro sola non prodest quicq̃: ita ꝙ ly sola excludat spiritum. Ac si dictum sit: caro sine spiritu non prodest quicq̃ ad vitam eternam, quia spiritus est qui viuificat. Et hec glosa fundatur, tum super verbum caro absolute prolatum: constat enim carnem simpliciter et absolute sine spiritu, nihil offerre ad vitam eternam. Tum super distinctionē carnis contra spiritum a domino inductam. ¶ Firmatur quoqꝫ hec glosa: quia applicata ad propositum inuenitur quadrare. Tum quia de carne christi. que descripta est dans vitam eternam manducata, modo aperitur ꝙ sine spiritu nihil prodest ad vitam eternā. Et vere sic est: quia caro christi quātūcunqꝫ crucifixa pro nobis, nihil prodest sine spiritu adoptionis filiorū dei. Tum quia iudeis querentibus, quomodo potest hic nobis dare carnem suam ad manducandum? directe respondet ꝙ non de sola carne fuit sermo quū dictum est, caro mea vere est cibus. ⁊ nisi manducaueritis carnē filij hominis ⁊c. quia caro sola non prodest quicq̃ ad vitam eternam: sed de carne comitata spiritu: quia spiritus est qui viuificat: vt sic intelligere possent ꝙ eius caro quidem esset manducanda, sed spiritu interueniente, sed spiritu faciente manducationem: nam efficiente spiritu manducationem carnis mee, erit quod dixi, qui manducat meam carnem habet vitam eternam.

¶ Alter modus est: ꝙ caro non est nomen substantiale, sed carnalis officij hoc in loco, et significat cibum carnalem. Ita ꝙ sensus est: cibus carnalis non prodest quicq̃. Et hic sensus ex eodem procedit fonte: quia scilicet de carne absolute, non de carne sua specialiter dicit caro non prodest quicq̃, et caro distinguitur contra spiritum: et vbi de māducatione est sermo, ⁊ dicitur spiritus est qui viuificat caro non prodest quicq̃: sensus est ꝙ carnalis cibus non prodest quicq̃. spiritualis autem cibus est qui viuificat. Et hoc directe respondet questioni iudeorum: qui non de substantia sed de modo querebant, quomodo potest hic nobis dare carnem suam ad manducandum? Presupponebant carnem et querebant modum, respondet dominus ꝙ modus non est carnalis sed spiritualis: quia caro id est cibus carnalis non prodest quicq̃ ad vitam eternam, spiritualis autem cibus est qui viuificat animam. ¶ Quod enim in scriptura sacra caro sumatur quandoqꝫ non pro substantia carnis sed pro officijs carnalibus, patet in apostolo prime ad Corinth. xv. dicente, caro et sanguis regnum dei possidere non possunt. Constat enim ꝙ non excluditur a regno dei substātia carnis ⁊ sanguinis (quoniā resurgemus sicut christus carnem ⁊ ossa habētes) sed carnalia officia. ¶ Quod autem in hoc loco caro nō sumatur pro substātia carnis, ex ipsomet euāgelico contextu patet. Nam ibidem dominus dixit de substantia carnis sue: qui mānducat meam carnem ⁊ bibit meū sanguinem habet vitam eternam. Hinc enim clare patet ꝙ substātia carnis eius spiritualiter manducata prodest multum, et viuificat: vtpote dans vitam eternam. Non ergo de ipsa substantia carnis dictum est, caro non prodest quicq̃. ¶ Ut autem de carnali officio ad literam sit intelligendum, patet tamen ex eo ꝙ iudeis carnaliter querentibus, quomodo potest hic nobis dare carnem suam ad manducandum? directe respondetur ꝙ caro: id est carnalis cibus non prodest quicq̃: sed spiritualis cibus facit vitā eternam: vt per hoc intelligere possent ꝙ quū dictum est, nisi mānducaueritis carnē filij hoīs, ⁊ caro mea vere est cibus ⁊c. nō de carnali cibo sed de spirituali fuit sermo. Tum quia sicut nicodemum alloquēs dominus de generatione spirituali, postq̃ dixerat nisi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ spiritu non potest introire in regnum dei, statim subiunxit ad excludendam generationem carnalem: quod natum est ex carne caro est: et quod natū est ex spiritu spūs est: ita iudeis querentibus, quomodo pōt hic nobis dare carnem suā ad manducādum? dixit spūs est qui viuificat, caro non prodest q̃cq̃: significans ꝙ cibus carnalis non prodest nisi carni, cibus autem

spiritualis est qui vivificat. ¶ Et si unico verbo utrunque modum exponendi placet complecti, dic, caro carnaliter non prodest quicq̃ ad vitam anime, spiritu autem predita vivificat. ¶ Ex his omnibus habes erudite lector quod licet verum sit quod de carne relata ad manducationem dominus loquatur, dicens caro non prodest quicq̃, falsum tamẽ est quod loquatur de carne comesta: sed loquitur de carne ut cibo carnali. Falsum quoque est quod per hec verba excludatur ab eucharistia vera christi caro. Et si protervos ex evangelicis verbis vis convincere, petito an caro christi manducata spiritualiter prosit ad vitam eternam: si prodest, ergo vera christi caro comesta prodest: ergo ex hoc quod dominus dicit, caro non prodest quicq̃, non excluditur quin caro christi spiritualiter manducata prosit. Si non prodest, quia caro non prodest quicq̃: ergo falsum est quod dominus ibidem dicit, qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem hꝫ vitã eternam. Hec de secũdo.

Tertium Caput est quod theologi pietẽdunt corporaliter et perceptibiliter in eucharistia sumi corpus christi: iuxta coactam confessionem berengarij de conse. dist. ij. ego berengarius.

Circa hoc caput, constat falsissimum esse quod theologi dicant corpus christi corporaliter et perceptibiliter sumi: quoniam et spiritualiter et nõ percipiendo (sive sensu sive intellectu) sed credendo dicunt corpus christi sumi in eucharistia: sacramentales autem species corporaliter et perceptibiliter sumuntur. ¶ Verba autem confessionis berẽgarij ex ratione dicendi interpretanda sunt. Quia enim berengarius errorem quem iste suscitare conatur secutus est, scilicet quod in sacramento caro christi erat sicut in signo tantum, et ecclesia catholica fatetur carnem christi non solum significari sed contineri in hoc sacramento, ideo patres in concilio decreverunt in detestationem talis erroris quod confiteretur berengarius corpus christi sensibiliter sumi, manibꝰ sacerdotum tractari et dentibus ꝯteri: ut intelligerent christiani per hec verba quod fideles sumendo eucharistiam sumunt non solum sacramentum (hoc est sacrum signũ carnis christi) sed sumunt etiam speciem continentem carnem christi: quod heretici isti negant et impugnant. Et non intelligebant patres nec volebant intelligi quod caro christi in seipsa sentitur, tangitur, conteritur dentibus: hoc enim nec somniant christifideles. ¶ Nota itaque differentia in hoc consistit quod qui prius confitebatur christum manducari in signo tantum, coactus est a fide catholica confiteri carnem christi manducari non solum in signo sed in continente sacramento eucharistie. Hec de tertio.

Quartum Caput est quasi theologi errent in duobus. Primo quod putant fidem ex hominis venire iudicio atque electione. Secundo quod fidem ad res sensibiles extendunt: quasi nullus credat quod sentit aut videt.

Circa hoc caput scis erudite lector falsũ esse quod theologi dicant primum: quoniam cum paulo apostolo ad ephe. 2. fatentur fidem donum dei esse, quod qui non confertur invito sed volenti, sed disposito ad illud voluntaria electione christianitatis, ideo dispositive verificatur fidem pendere ex hominis electione. ¶ Secundum autem dictum nostri posse bene et male intelligi, nam si intelligeretur fidem extendi ad res sensatas tanq̃ ad res creditas, falsum esset: constat enĩ quod que creduntur non sentiuntur. Sed in hoc sensu non dicunt theologi fidem extendi ad sensibilia, nam fatentur cum paulo ad heb. xj. quod fides est eorum que non apparent. Si autem intelligitur quod fides extenditur ad res sensibiles tanq̃ ad extrema rerum creditarum, optime dicitur, et pessime reprehenditur, nam multe res credite consistunt in coniunctione rerum sensibilium cum rebus insensibilibus: ac per hoc quum oporteat credere coniunctionem rei sensibilis cũ re insensibili, necesse est tunc fidem extendi ad rem sensibilem tanq̃ ad alterum extremum coniunctionis credite. Et patet quod dicimus in mysterio incarnationis: Fide credimus quod verbum caro factum est, et consistit mysterium hoc in coniunctione verbi ad carnem sensibilem: nec potest credi ista coniunctio nisi credulitas extendatur ad carnem. Ita quod si videremus christum hic presentem, non crederemus carnem quam videremus, sed crederemus coniunctionem divinitatis cum carne: ac per hoc extenderetur fides nostra ad carnem visam, non quatenus videtur, sed quatenus est extremum invisibilis coniunctionis cum deitate. Unde habes clare quod qui negat fidem sic extendi ad sensibilia, negat fidem christianam esse de mysterio verbi incarnati. Sic autem est in proposito: quoniam non credimus sed videmus species sacramenti eucharistie: credimus autem presentiam corporis christi sub illis speciebus, ita quod coniunctio ineffabilis illarum specierum ad corpus christi, sub fide cadit: et non species ipsa que palpatur et videtur. Hec de quarto.

Quintum Caput est quod simul stare non possunt hec duo: in sacramento eucharistie esse verum christi corpus, et spiritualiter manducari, quia spiritus et corpus adeo a se distant ut neutrum possit alterum esse: et dicere corporalem carnem spiritualiter manducari, nihil aliud est q̃ dicere spiritum esse corpus et econverso.

Circa hoc caput, quia ridiculum est argumentum, manifeste videre potes prudens lector quod digreditur a re ad modum rei. Nullus ita insanit ut dicat spiritum esse corpus: sed dicimus corpus christi habere modum essendi spiritualẽ in hoc sacramento: quia est quidẽ in sacramẽto verum corpus, sed nõ per modũ corporis in sacramẽto existit, per modũ quidẽ corporis existit in celo in sacramẽto aũt non existit per modũ corporis: non enim existit occupando locum, sed spirituali modo incõprehenso ab intellectu humano, sicut etiam incomprehensus est modus unionis verbi dei ad humanitatem assumptam: sicut etiam incomprehẽsus est modus quo unus deus est trinus in personis. Credimus enim hec omnia, quamvis non cognoscamus illa. Et similiter manducatur verum christi corpus in sacramento, sed non corporaliter, sed spiritualiter. Et hoc est dictu quod manducatio corporalis non masticat christi corpus, quamvis conterat sacramentales species corporis Christi sub quibus continetur vera caro christi: sed spiritualis mãducatio que per animam fit, ad christi carnem in sacramento existentem pertingit. Hec de quinto.

Sextum Caput est quod theologi docuerunt ut nõ cognitent christiani in mysterijs eucharistie, ut eo pacto veritas non prodiret in lucem.

Circa hoc caput, ridiculum fere est respondere. Quia constat theologos iuxta qualitatem personarum consilia dare: et idiotas ac simplices hortari ut sufficiat eis credere tã ea que sunt trinitatis q̃ ea que sunt huius sacramenti et predestinationis et similia: iuxta illud, altiora te ne quesieris: viros aũt idoneos ad capiendũ mysteria fidei hortari ad meditandũ et sciendũ ex sacris literis mysteria fidei et sacramenti eucharistie. Hec de sexto.

Septimum Caput est quod in verbis consecrationis (hoc est corpus meum) verbum est, non est intelligendum secundum propriam significationem: sed usurpatur extra propriam significationem, ita ut sumatur est, pro significat: et est sensus, hoc significat corpus meum. Unde corpus christi nõ est in hoc sacramento nisi sicut in signo. ¶ Ubi quatuor dicũtur. Primum quod in sacra scriptura pluries usurpatur est, pro significat: ut patet Geñ. xlj. et Math. xiij. et Luc. viij. ¶ Secundo redditur ratio quare cogimur intelligere in verbis consecrationis est pro significat: quia oportet alterum duorum dicere: aut quod christus falsum dixit, dicendo caro non prodest quicq̃, quod est impium: aut quod est sumitur pro significat. Et patet sequela: quia si est sumitur proprie, esset in hoc sacramento vera christi caro utilis ad vitã eternã: et sic falsum dixisset christus, caro nõ prodest quicq̃. ¶ Tertio assignatur alia ratio ad idem ex fide: quia quicquid corpus est, vel quod percipi aut tangi potest, nullo pacto ad fidem pertinet. ¶ Quarto assignatur ratio ad idẽ: quia omnia quadrãt intelligendo est pro significat. Quadrat enim quod dominꝰ dixit, hoc facite in mei cõmemoratione. Quadrat quod paulus dixit: quotiescunque mãducabitis panem hunc et calicem bibetis, mortem domini annunciabitis. Quadrat quod in primitiva ecclesia describitur fieri prime ad Cor. xj. de cõventu christianorum in ecclesia ad cenam domini, etc.

Circa hoc caput, singula sigillatim notanda sunt. Quod igitur imprimis dicitur in scriptura sacra usurpari quãdoque est pro significat, verum dicitur: sed in hoc erratur quod nõ discernitur diversus loquẽdi modus. Scriptura siquidem quandoque loquitur metaphorice et quandoque proprie. Et quum sermones sunt metaphorici, tunc est equivalet ad significat: puta petra autem erat Christus, ego sum vitis vera, ego sum ostium, et similia. In his enim vis sermonis similitudinarij cogit ad intelle-

gendum esse. est. erat. sum. fui. non secundum proprietatem sed secundum similitudinem. Et in hoc genere constat cōtineri omnes textus scripture quos iste allegat: vt patet intuenti. Quum autem non secundum similitudinem sed secundum proprietatem scripture loquitur. nunq̄ est, esse, erat, fui, trahitur extra propriam significationem: sed secundum proprietatem sue significationis intelligitur. In proposito autem constat christum non loqui de corpore suo similitudinarie sed de vero et proprio corpore suo, dicendo hoc est corpus meum: vt etiam ipsi aduersarij confitentur. Erratur ergo vsurpando hic est pro significat, ex eo q̄ in locutionibus metaphoricis et parabolicis est vsurpatur pro significat.

¶ Quum autē secundo affertur ratio quia caro non prodest quicq̄, ampliore instructione non eget. Monstratum siquidem est in secūdo capite q̄ per illa verba caro non prodest quicq̄, dominus nihil aliud significat nisi q̄ caro sola seu carnalis cibus non prodest quicq̄ ad vitam eternam. Cum qua veritate optime quadrat hec etiam veritas q̄ hoc. id est substantia sub his accidentibus est corpus meum: quoniam corpus christi in hoc sacramento contentum. nec est cibus carnalis nec prodest sine spiritu.

¶ Quum vero tertio loco affertur ratio ex parte fidei (dicendo q̄ quicquid est corpus nullo pacto spectat ad fidem) mirum est tam manifestam falsitatem ingeri. Plenum est symbolum fidei q̄ credimus christum crucifixum, mortuum et sepultum, q̄ ascēdit in celum. credimus carnis resurrectionē: hec omnia corpora sunt: quomodo ergo dicit q̄ ad fidē nullo pacto spectat quicq̄d corp⁹ est?

¶ Quum demum quarto affertur, q̄ omnia quadrant scripta de hoc sacramento &c. aduerte venenum. Verum siquidem est q̄ sacramētum hoc est memoria recordatioq̄ mortis christi: imo quod plus est, q̄ est signum corporis christi. Scio enim plenus buccis theologos in quarto senten. sonare q̄ species sacramentalis est signum gemine rei: scilicet corporis christi naturalis vt rei contente et significate, et corporis christi mystici vt rei non contente sed significate. Hec enim omnia vera esse affirmamus: sed iste homo ab affirmatione signi, memorie et huiusmodi, infert negationem carnis christi contente. Quasi non stent simul q̄ in sacramēto hoc sint ambo: signum scilicet et signatum: que tamen constat verissime stare simul: sed iste homo ex veritate non integra excludit aliā veritatem. ¶ Et per hoc patet q̄ conuentus corinthiorum ad cenā domini et annūciatio mortis christi et id genus reliqua, vera sunt, affirmant quod verum est: sed non negant alteram veritatem de existentia corporis christi in eodem sacramento.

¶ Ubi etiam libet intueri q̄ conuentus corinthiorum ad cenam domini. ab apostolo Paulo monstratur q̄ non erat conuentus ad gratiarum actionem tantum, ad panem significatiuum tantū, sed ad verum corpus christi sacramentaliter sumendum: alioquin non dixisset: qui manducat et bibit indigne, iudicium sibi manducat et bibit. Et quare subdit, non dijudicans corpus domini? Si ad signum tantum corporis domini conuenirent sumendum, non esset reus corporis et sanguinis domini indigne sumens: quia constat non esse reum corporis et sanguinis domini qui indigne pacē in ecclesia sumit. qui panem benedictum (vt in multis ecclesijs fit) comedit. qui diuinis interest officijs vt christianus. Et tamen ad hec omnia conuenientes in ecclesia, profitemur nos esse christianos. nos pertinere ad corpus Christi mysticum: vtpote Christianos: sicut apud istos hereticos conuenientes ad cenam domini profitentur se esse de corpore christi mystico. Unde ex ipsa apostoli doctrina circa illum conuentū, docemur conuētum ad cenā domini plus importare q̄ ad panem significatiuum: dum instruimur q̄ reus erit corporis et sanguinis domini qui indigne sumit. Queratur ab istis, quibus verbis debuisset vti apostolus ad significandum verum christi corpus, si hec non sufficiunt: quibus verbis christus vti debuit, si illa non sufficiunt hoc est corp⁹ meū? ¶ Confunde demum istos, querendo ab eis: si hec christi et Pauli verba non sat sunt ad docendum verum christi corpus esse in sacramento eucharistie, dicite queso vos quibus verbis vtendum erat vt exprimeretur verum christi corpus esse in hoc sacramento? Si hec christi verba (hoc est corpus meum) proprie imo proprijssime significantia substantiam demonstratam sub accidentibus panis esse corpus Christi non sufficiunt, si locutio secundum proprietatem sermonis non sufficit, nullus sermo sufficiet. Si metaphoricus fuisset sermo, varius esset sensus: si circumlocutiōe vsus fuisset minor inueniretur certitudo, minor inueniretur veritatis explicatio: omnis enim sermo alius a proprio. minor est proprio. Dicite queso quibus verbis Paulus manducationem sacramentalem veri christi corporis debebat explicare, si dicendo qui manducat et bibit indigne, iudicium sibi manducat et bibit non dijudicans corpus domini. explicando reus erit corporis et sanguinis domini. non explicauit? Hec enim tam clare significant vt clarius explicari nequeat: reus inquit erit corporis et sanguinis: non signi corporis aut sanguinis. Erubescant ergo.

Circa claram intelligentiam verborum consecrationis (hoc est corpus meum) recolito primo q̄ verba hec sortiuntur veritatem suam in fine prolationis et non ante. Et hoc non est proprium huic locutioni, sed est cōmune et ei omnibus locutionibus enunciatiuis. Et ratio est: quia veritas locutionis enunciatiue comitatur significationem eius: constat enim q̄ non prius locutio enunciatiua est vera q̄ significet: ac per hoc anteq̄ habeat completam significationem nec est vera nec falsa. Constat quoq̄ q̄ vsq̄ ad finem prolationis non completur significatio orationis: et consequenter non est vera nec falsa ante finem prolationis. Et hinc est q̄ si sacerdos non finiret verba hec non conficeretur sacramentum. ¶ Recolito secundo q̄ verba hec non solum significant verum, sed etiam efficiunt veritatem quam significant. Significant enim hoc esse corpus christi (quod est verissimū prolatis his verbis in persona christi: in cuius persona constat sacerdotem affirmare hoc est corpus meum) efficiuntq̄ hoc esse corpus christi. Et significationem quidem verba ipsa sonant: efficientiam autem exercere fides christiana confitetur: credimus enim verba hec esse conuersiua panis in corpus Christi. Et ad hoc sola fides sufficit. ¶ Collige consequenter verificari in fine prolationis horum verborum duo simul: scilicet esse et fieri: id est hoc fieri et esse corpus christi. Nā significationi vere respondet esse: id est hoc esse corpus Christi: vere autem efficacie respōdet fieri. i. hoc fieri corpus christi. ita q̄ simul et semel in eodem instanti verificatur hoc fieri et esse corpus christi. Quod si quis philosophie naturalis expers mirabile reputet aliq̄d simul in eodem instanti fieri et esse, habes in promptu canonem philosophicum de efficientijs instantaneis, quibus idem simul in eodem instanti fit et est tale: vt patet de aere qui instantanea illuminatione simul in vno instanti et fit et est diaphanus actu.

His premissis patet Primo q̄ in istis verbis, hoc est corp⁹ meum, pronomen hoc neq̄ demonstrat panem neq̄ demonstrat corpus christi: quia demonstrationi panis repugnat veritas: et sic enim sensus esset, hoc: id est iste panis est corpus meum: quod constat esse falsissimum: nā nec in fine sermonis nec postea nec antea iste panis est corpus christi: quoniam nunq̄ panis est corpus christi. Quāuis enim sacramento confecto et ipso durante, verum sit q̄ id quod fuit panis est corpus Christi, nunq̄ tamen verum est q̄ panis est corpus christi. Demonstrationi autem corporis christi repugnat verum fieri seu veritas efficiētie: quoniam corpus christi non fit corpus christi. Si enim pronomē hoc demonstraret corpus christi, esset sensus, hoc: id est corpus meum est corp⁹ meum: quod cōstat nō fieri per hec verba, sz esse verissimū ante ista verba prolata. Vere ergo significationi verborū repugnat q̄ pronomen hoc demonstret panem: quia panis nunq̄ est corpus christi. Et vere efficientie eorundem verborum repugnat q̄ pronomen hoc demonstret corpus christi: quia corpus christi non fit corpus christi, non conuertitur in corpus christi. ¶ Oportet igitur per pronomen hoc demōstrari id quod cōgruit vtriq̄. scilicet et esse et fieri: vt illud demonstratū simul et semel et fiat et sit corpus christi. Quod (vt prisci patres docuerūt) est indiuiduum substātie absq̄ determinatione nature tam panis q̄ corporis christi. Nec hoc voluntarie asseruerunt: sed quia pronomen hoc est demonstratiuum substātie procul dubio singularis, ideo affirmant demonstrari substantiam indiuiduam. Et quia non plus exigit vis pronominis (quum etiam apud grammaticos significet substantiam sine qualitate: id est sine determinatione nature) et huiusmodi demonstratio quadrat tam respectu fieri q̄ respectu esse. ideo concludunt q̄ pronomen hoc in his verbis demonstrat substantiam que sub illis est accidentibus: non explicando naturam panis aut corporis christi. ¶ Quadrare autem hanc demōstrationem tam ad fieri q̄ ad esse, clarissime patet. nam per hec verba in fine prolationis substantia contēta sub his accidentibus fit corpus christi: et rursus verissimum est in fine prolationis q̄ substantia contenta sub his accidentibus est corpus christi. Ubi manifeste videre potes, iuxta hunc sensum verificari et veram significationem verborum et eorundem veram efficientiam: q2 per hec verba in persona christi prolata (scilicet hoc: id est hec substātia est corp⁹ meū) hec substantia fit et est corpus christi.

¶ Ampliato et magnificato hoc: eo q̄ nulla in hoc sensu interue-

nis erroris, nulla improprietas, nulla mendicitas, sed sistitur infra proprietatem verborum et fidei christiane confessionem. Hec de septimo.

OCtauum Caput est, q falsa est fides sacramentum hoc delere peccata: quia sola mors christi nostra delet peccata.

Circa Hoc caput errorem facile deprehendes si vim rationis inspicias. Ex hoc enim quod sola mors christi nostra delet peccata: non sequitur, ergo applicatio mortis christi ad nos non delet peccata. Sicut namque ex hoc quod solus artifex facit spheram, non excluduntur instrumenta artificis quibus spheram operatur, ita ex hoc q sola mors christi delet nostra peccata, non excluduntur sacramenta ecclesie que sunt instrumenta quibus mors christi applicatur ad nos, alioquin delere oporteret ex symbolo, confiteor vnum baptisma in remissionem peccatorum. Si enim ex hoc quod sola mors christi delet nostra peccata excluderentur sacramenta, baptismus quoque excluditur a deletione peccatorum. Et sicut secundum veritatem non excluditur baptismus, ita nec alia sacramenta, excluduntur a deletione peccatorum. Nihil ergo valet inducta ratio. Hec de octauo.

NOnum Caput est, falsa est fides tenens q eucharistia sit sacrificium. Tum quia sacrificium christi semel in cruce oblatum sufficit in eternum: vt patet ex doctrina pauli apostoli ad hebre. 10. vna enim sanctificatione consummauit in eternum sanctificatos. Et nono per proprium sanguinem introiuit semel in sancta, eterna redemptione inuenta. Tum quia falsum est christum offerri in eucharistia, nam christus non offertur in sacrificium nisi moriatur, nisi sanguine intercedente: vt patet ex doctrina pauli apostoli etiam ad hebre. 9. dicentis, neque vt sepe offerat semetipsum: alioquin oportebat eum frequenter pati ab origine mundi ⁊c. Constat autem christum in hoc sacramento nõ mori nec posse mori. Tum q: nec a christo nec ab apostolis instituta est missa.

Circa Hoc caput, aduerte errari in hoc quod existimatur sacrificium altaris esse diuersum sacrificium a sacrificio quod obtulit christus in cruce: quum tamen in veritate sit illudmet: sicut est illudmet corpus christi et illemet sanguis christi in altari et in cruce et in celo modo. ¶ Differentia autem est in modo offerendi: quia tunc oblatum est corporaliter, modo offertur spiritualiter: tunc est oblatum in re mortis, nunc offertur in mysterio mortis. Et hoc intellige referendo oblationem tam ad rem contentam quam significatam in sacrificio hoc. Quod dico: quia si ad species sacramentales refertur, oblatio corporalis et sensibilis manifeste, est. Nec propterea spiritualis hec oblatio fit quod insufficiens fuerit sacrificium christi: sed vt in sacris mysteriis christus eiusque sacrificium iugiter recolatur, iuxta christi mandatum, hoc facite in mei commemorationem. ¶ Unde patet rationes allatas ex doctrina pauli ad hebre. ad equiuocum afferri: quoniam Paulus apostolus loquitur de corporali oblatione christi, quam fatemur esse vnam et sufficientissimam in eternum: quum autem de Eucharistie sacrificio est sermo, ad spiritualem oblationem Christi transitur. Et bene nota q non dicimus spirituale corpus Christi offerri in sacrificio altaris: sed dicimus spirituali oblatione offerri naturale Christi corpus in sacrificio altaris. ¶ Et hec erudite lector intellige spectando ad rem contentam in hoc sacrificio: corpus scilicet et sanguinem Christi: nam si ad mortem Christi sacrificium altaris referatur, signum tantum ⁊ non res inuenitur: nam neque mors christi neque status mortis Christi est secundum se: sed Christus viuit et regnat in celo: et consequenter in sacrificio hoc non continetur sed significatur mors christi. Intellige sane iterum duo: Christus in hoc sacrificio significatur et continetur: mors vero eius significatur quidem sed non continetur. Unde non oportet quoties hoc sacrificium offertur, verificare q Christus moritur: sicut oportet verificare q Christus est in eo, continetur in eo, offertur in eo tanquam res existens contenta et oblata. Significatur autem christi mors hoc sacrificio non solum quia verba consecrationis illam explicant (dicendo qui pro vobis et pro multis effundetur) sed etiam quia sanguis seorsum a corpore consecratur: ipsa enim separatio sacramentalis significat separationem realem sanguinis a corpore christi in morte ipsius.

¶ Quum autem obiicitur sacrificium altaris nõ esse institutum a Christo neque ab apostolis: aduerte q ex verbis Pauli apostoli in epistola ad corinthios prima, colligitur christum instituisse hoc sacrificium, et tempore apostolorũ fuisse in vsu non solum vt sacramentum sed vt sacrificium. Inquit siquidem apostolus: ego enĩ accepi a domino quod ⁊ tradidi vobis, quoniã dñs iesus in qua nocte tradebatur ⁊c. Ex hoc enim q paulus dicit se tradidisse corinthiis antequam scriberet eis primam epistolam quod accepit a domino de eucharistia, duo discimus. Alterum est: quod multa apostoli tradiderunt ecclesiis seruanda, que tradita fuisse ab apostolis non est scriptum in sacre scripture libris. Ecce vides hic quod nisi subsecuta fuisset hec epistola, nesciremus paulum tradidisse corinthiis id quod accepit a domino de eucharistia, ⁊ tamen in rei veritate ipse tradiderat corinthiis ante epistolam doctrinam eucharistie quam acceperat a domino: vt ipse testatur. Alterum est quod id quod acceperat a domino ⁊ tradiderat corinthiis de eucharistia, est illud cuius in precedenti capitulo meminerat tanquam ritus iam in ecclesia corinthiorum vsitati, dicendo: Fugite ab idolorum cultura: calix benedictionis cui benedicimus, nonne cõmunicatio sanguinis christi est? ⁊ panis quem frangimus, nonne participatio corporis domini est? quoniam vnus panis ⁊ vnum corpus multi sumus, omnes qui de vno pane ⁊ vno calice participamus: videte israel secundum carnem, nonne qui edunt hostias participes sunt altaris? Quid ergo, dico quod idolis immolatũ sit aliquid aut quod idolum sit aliquid? sed quod que immolant gentes, demoniis immolant ⁊ non deo: nolo autem vos socios fieri demoniorum: non potestis calicem domini bibere ⁊ calicem demoniorum: non potestis mense domini participes esse ⁊ mense demoniorum. In quibus verbis, in quo textu ⁊ contextu clarissime patet quod apostolus supponit ritum ecclesie qui tunc ⁊ nunc seruatur: scilicet quod sumentes eucharistiam sumunt de sacrificio altaris, et ex hoc ipso quod sumunt de sacrificio, de immolatis deo, monet corinthios vt fugiant culturam idolorum: afferens ex veteris ritu legis quod edentes hostias erant altaris participes: et similiter gentiles demoniis immolantes, mense demoniorum sunt participes ⁊c. Habes ergo ex hoc singulari textu, quod calix et panis domini tempore apostolorum in sacrificii vsu erant: nisi quis adeo desipiat vt impertinenter hec omnia ab apostolo tam accurate allata putet. Et hic textus iunctus ei quod dixit apostolus, ego enim accepi a domino quod ⁊ tradidi vobis, sufficit ad testimoniũ perhibendum quod christus instituit non solum hoc sacramentũ sed etiam hoc sacrificium, ⁊ quod apostoli docti a christo tradiderunt ecclesie hoc sacrificium.

¶ Si extra sacram scripturam aliis scriptoribus credendum est, inuenimus iacobum fratrem domini misse celebrationem addidisse: vt sexta synodus refert de conse. di. j. ca. iacobus. Inuenitur tempore telesphori pape (qui octauus computatur papa a beato petro) missas celebrandas esse nocte natiuitatis domini: vt patet de conse. distin. j. ca. nocte. Nota hic, non institutionem sed testimonium sexte synodi de additione facta a iacobo fratre domini circa missam: quia non romanus pontifex, non latina ecclesia sed greca sed orientalis tempore agathonis pape ⁊ constantini iunioris imperatoris constantinopoli congregata centum quinquaginta patrum, testatur missam a iacobo apostolo ordinatam: si vnius historici scriptoris testimonio creditur, certe indubia debetur fides centumquinquaginta patrum testimonio. Taceo quod etiam, vt dictum est tempore telesphori pape qui octauus a beato petro papa recensetur (quando ecclesia romana nullo temporali gloriabatur imperio sed triumpho martyrum) inuenitur sacrificium misse in nocte natalis domini offerendum: vt patet de conse. di. j. ca. nocte. Et si gestis martyrum autenticis apud ecclesiam, fides ab istis datur, habes ante constantini tempora (quum ecclesia romana non gloria temporali sed martyrio floreret) sacrificium eucharistie viguisse: vt patet ex verbis laurentii ad sixtum: quo sacerdos sancte sine diacono properas? tu nunquam sine ministro sacrificium offerre consueueras. Ecce quod sixtus sacrificiũ offerre consueuerat, procul dubio eucharistie. Unde de se diacono subdit: experire vtrum idoneum ministrum elegeris, cui commisisti dominici sanguinis dispensationem.

¶ Aduerte hic demum quod etiam si nihil esset scriptum, ipsa successiua traditio non vnius partis mundi sed vniuersalis ecclesie toto orbe diffuse, sufficiens testimonium preberet sacrificium hoc institutum esse a christo et traditum ab apostolis: vt patet ex eo quod autoritas ecclesie sufficit ad maiora. Ex autoritate siquidem ecclesie habemus omnes libros sacre scripture: nam euangelium ioannis nescirem magis quam bartholomei nisi me autoritas ecclesie admoneret: ⁊ sic de aliis. Si sacrificiũ hoc latina tantum ecclesia

haberet. aut de nouo in ecclesia dei esset introductū, esset forte locus suspitioni ꝙ adinuētio fuit romana: sed vbi greci, latini, barbari ⁊c. hoc semper habuerunt sine initio alicuius medii tēporis, etiam si scripture testimoniū deesset, sufficere deberet: quanto ergo magis cum tot scriptis testimoniis. Hec de nono.

Decimum

Caput est, ꝙ idolatria est adorare eucharistie sacramētum. Tum quia pura christi humanitas non est adoranda. Tū quia solus deus quem nemo vidit vnq̄, adorandus est: adorantes autem eucharistiam, adorant quod vident. Tum qꝛ non legitur apostolos adorasse eucharistiā in cena.

Circa hoc caput, facile patet error prime rationis: quia in sacramento hoc non adoratur humanitas christi pura, sed adoratur christus verus deus ⁊ veram habens carnem assumptam. ¶ Et per hoc idem patet error secunde rationis, quia non adoramus accidentia illa panis ⁊ vini que videmus, sed christum contentum sub accidentibus illis. ¶ Circa id vero quod tertio affertur (quia non legitur apostolos adorasse eucharistiam in cena) duo dicito. Primum ꝙ non legitur eos adorasse christū presentem in cena: q̄d mirum si non legiẜ adorasse sacramentū ipsiꝯ christi? Si propterea ꝙ non legitur apostolos christum adorasse in cena argumentum valet, ergo nec a nobis christus est adorandus. ¶ Deinde dicito non valere argumentum vniuersaliter: non legitur hoc factum ab apostolis, ergo non est faciendum. Nusq̄ enim in sacra scriptura legimus eos condidisse symbolum fidei, ⁊ tamen fecerunt illud: nusq̄ enim legitur in sacra scriptura approbasse eos euangelium luce ⁊ marci, et tamen ab illis credimus approbatum. Hec de decimo.

Vndecimum

Caput est: ꝙ tertullianꝯ, augustinus, origenes hilariusq̄ fouēt ꝙ in eucharistia corpꝯ xp̄i est vt in signo ⁊c.

Circa hoc caput (in quo iste homo multa affert, que facile ab erudito quoq̄ ex supradictis comprobantur inutilia ad errorem istius) aduerte ꝙ autores isti vbi quandoq̄ affirmant sacramentum esse figuram aut signum corporis christi, aut aliquid huiusmodi, vera dicunt: non tamen propterea negant cum hoc signo, inueniri etiam rem signatam figuratam ⁊ contentam christi carnem. Ratione siquidem specierū sacramentaliū appellauerūt ⁊ appellant doctores sacramētum hoc signum, figuram ⁊ id genus reliqua: non tñ propterea negant rem cōtentam sub tali signo. ¶ Vbi etiā aduerte ꝙ sapienter sacri doctores frequentiā sacramentorum postponunt virtutibus: quia virtutes sunt bona propria bonis hominibus, sacramenta vero communia sunt bonis ⁊ malis. Hec de vndecimo.

Duodecimum

Caput est, ꝙ si fides esset de eucharistia essent due vie salutis: vna fidei in christum, altera fidei in sacramentum.

Circa hoc caput, scis erudite lector ridiculum esse. Non enim due sunt artes in aurifice: altera operandi aurea: altera vtendi instrumentis ad faciendum aurea opera. Non sunt due fides: altera ad christū: altera ad instrumenta christi quibus mediātibus nobis suam virtutē salutiferam applicat. Sacramenta siquidem ecclesie instrumenta sunt christi ad nostrā salutē ab ipso instituta. Et qui fidē sacramentoꝝ negat, deleat ex euāgelio, nisi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ spiritu nō potest introire in regnum dei. Hec de .xij. anno .M.ccccc.xxv. ¶ Hec sunt pater beatissime que pro instructione eruditi nuntii mihi occurrerunt scribēda: vt bea. tue mādato (vt par est) parerem: sub apostolatus tamen tui censura. Amen.

¶ De celebratione misse questiones due.

¶ Utrum sacerdos sumpta ablutione, licite possit sumere reliqas eucharistie, in calice vel extra remanentes. Questio .j.

Queritur Utrum sacerdos sumpta ablutione, licite possit sumere reliquias eucharistie, in calice vel extra remanentes. ¶ Et videtur ꝙ non. Primo quia vere non est ieiunus ieiunio nature: quoniā sumpta ablutio vinum vel aqua est, quorum vtrumq̄ soluit ieiunium nature. ¶ Secundo. Quia si hoc liceret, cum ita sit perfecte corpus christi in qualibet particula relicta sicut in tota hostia, pari ratione posset vnam aliam hostiam consecratam sumere: quod constat esse illicitum. Et rursus pari ratione posset aliam missam celebrare: quod non esse licitum, patet ex ritu ecclesie in nocte natalis domini ⁊c. ¶ Tertio. Si liceret sacerdoti post ablutionem sumere reliquias eucharistie, liceret quoq̄ communicantibus: sed hoc non licet: vt patet: ergo ⁊c.

In hac dubitatione Scito primo diuersas esse opiniones. Quidā enim (de quorum numero est scotus in .iiij. senten. dist. viij.) putant non licere post sumptam ablutionem reliquias eucharistie sumere propter primam rationem: quidam autem sentiunt oppositum. ¶ Et quoniam hec opinio rationabilior atq̄ ecclesie ritui conformior est, ideo declaranda firmandaq̄ est. Scito ergo, ꝙ vnum (vt patet .v. meta.) cum multipliciter dicatur, quātum ad propositum spectat, diciẜ dupl'r: scilicet simplicitate ⁊ perfectione. Quod nō solum est verum in rebus, sed in actibus: nam non solum aliqua res est vna simplicitate (vt albedo) ⁊ aliqua perfectione (vt calceus cōstans ex omnibus ad ipsum requisitis) sꝫ aliqua operatio est vna simplicitate, vt visiō: ⁊ aliqua perfectione, vt prandere constans ex multis operationibus requisitis ad prandium: vt sumere panem, carnem, vinum ⁊c. Qui igitur examinant actus sacerdotis sacrificium offerentis ⁊ sumentis, secundum naturam actuum simplicium, coguntur consequenter dicere, ꝙ sumpta ablutione non possunt sacerdotes sumere reliquias. Qui autem actus sacerdotis secundum naturam actuum perfectorum cōstantium ex pluribꝯ ad sui perfectionem, discutiunt, dicunt ꝙ sicut oblatio corporis ⁊ sanguinis est vnum perfectum sacrificium, ⁊ sumptio eorumdem sub speciebus panis ⁊ vini est vna perfecta refectio constans ex cibo ⁊ potu, ita tota sumptio eucharistie, reliquiarum et ablutionis est vnus consummatus actus: ac per hoc reliquie tūc sumpte ad eūdem numero actum perfectum spectant, non vt necessario requisite ad integritatem illius, sed vt partes materie. ¶ Qꝫ autē actꝯ sumptionis eucharistie et actus ablutionis, computari debeant non tanq̄ diuersi simplices actus, sed pro vnico actu: ritus ecclesie cogit omnes cōfiteri, ex hoc ꝙ non saluari recte aliter possunt difficultates accidentes in huiusmodi sumptionibus, ⁊ sic optime saluantur. ¶ In primis nō potest aliter saluari quomodo reliquie eucharistie adherentes palato vel dentibꝯ, possint licite post ablutionem deglutiri. Et patet ratio: quia sumptio cibi vel potus quo ad ieiunium nature, ⁊ quo ad veram comestionem ⁊ potationem, non est absq̄ deglutione: cum igitur in casu hoc non sit ieiunus, quomodo hoc saluabis, nisi dicendo ꝙ totum pro vnico actu computaẜ? ¶ Nec officit mento, si quis dicat, ꝙ non est simile de reliquiis in calice ⁊ patena et in ore: quia iste sunt semel sumpte, ille non. Nā satis est in proposito, ꝙ oportet acceptari ab oībus hoc, ꝙ actus isti non iudicantur vt diuersi secundum se, sed computantur pro vnico, adhuc enim eucharistia etiā tota remanente in ore, etiam ablutione sumpta, licite sumitur absq̄ dispensatione ieiunii; non alia ratione, nisi quia totum pro vnico actu computatur. Nam si singuli actus seorsum acciperentur, non posset ille ieiunus eucharistiam vere sumere: id est deglutire: sumptio enim in ore sola, non est sumptio, sed inchoatio eius: quia non est comestio neq̄ potatio. ¶ Non potest quoq̄ deinde aliter saluari quomodo in parasceue quādo hostie pars in vino posita remaneret in calice sumpto vino, sumi a ieiuno recte potest, nisi totum pro vnico actu computando: secundum enim simplices actus iam non ieiunus sumeret. ¶ Non potest quoq̄ saluari quomodo distinctis haustibꝯ sumpta etiam prima ablutione, licite sumitur a non ieiuno (quod tamen oportet) nisi totum pro vnico actu computando. Qꝫ autem oporteat primam ablutionē si statim sumitur, sumi a non ieiuno, ex eo patet, ꝙ statim adhuc est ibi verus sanguis christi. Cum enī semper in calice maneat aliquid humiditatis post sumptum sanguinem: ⁊ illud non sit sine subiecto, si vinum fuisset, proculdubio retinet adhuc vini speciem: ⁊ cum nō tam cito corrumpatur, restat vt in secundo haustu sanguis christi adhuc sumatur mixtus vino: qui non nisi a ieiuno sumendus est, sicut nec pars hostie mixta vino ⁊c. ¶ Nō potest quoq̄ aliter reddi ratio, quare liceat ablutionē sanguini mixtam statim duobus haustibus sumere, ⁊ particulam hostie post primum haustum in calice remanentem oporteat relinquere: quare enim magis licet sanguinis reliquias vino mixtas q̄ hostie post primum ablutionis haustum sumere? ¶ Non potest quoq̄ aliter saluari differentia in prefatis casibus inter hominem sumpta ablutione, ⁊ hominem qui prius tantumdem bibisset. Et tamen qui bibisset, ab omnibus iudicatur inhabilis ad sumendas etiam reliquias; hic autem qui ablutionē sumpsit, in omnibus predictis casibus absq̄ dispensatione excusatur. Nec hoc est aliunde q̄ ex hoc ꝙ ablutio non computatur contra reliquias. ¶ Qꝫ vero reliquie eucharistie vt partes materie se habeant, ex ritu ecclesie et

sic et ratione apparet. Ex ritu quidem: quia non dicitur his communicare, qui post sumptam hostiam sacram particulas reliquas sumit: etiam si credens se nihil amplius accepturum, adoratū iuit ante ablutionem: vt in religione fit. Et tamen si aliam hostiam sumeret quantumcunq; ieiunus, iterum communicaret: nisi forte vt reliquias cōmunionis susciperet: quod cōfirmaret intentum: quia scilicet ratio reliquiarum haberetur. Ex ratione autem: quia sicut in alijs rebus duplices assignātur partes: scilicet speciei ꝛ materie. ita in eucharistia vt partes speciei sunt species sacramētales panis ꝛ vini: hec enim in diffinitione cadunt: vt partes vero materie sunt particule specierum panis ꝛ vini: que etsi in diffinitione nō ponerētur, sicut nec semicirculus in diffinitione circuli. ad integritatem tamen materie spectant. Unde q̄uis eucharistie sacrificiū sumpta hostia ꝛ sanguine, perfectum sit essentialiter, adhuc tamē perficiendū restat q̄ ad partes materie: q̄ reliquie sunt. Et quoniā ablutio necessario immiscet his partib⁹, ideo sumptio ablutionis et partium huiusmodi, pro vnico actu rationabiliter computātur. ¶ Ex predictis igitur tu studiose collige quid est in hac difficultate. super quod rationes fundari ꝛ difficultates solui possint: ꝛ est q̄ sumptio reliquiarum eucharistie ꝛ ablutionis earum pro vnico actu computantur. Oportet enim hec duo simul concurrere: scilicet rationem reliquiarum ꝛ rationem ablutiōis earum ad hoc vt ad vnum spectent actum: propter quod non est idem iudicium de alia hostia ꝛ de reliquijs: nec de potatione p̄cedēte ꝛ de ablutione. Nec de ablutione quā pro reuerētia sumunt cōmunicātes sub specie panis, ꝛ ablutione sacerdotali: q̄m ista est ablutio reliquiarum extra manentium. illa non, sed aut pro intus tantū manētibus, aut pro reuerentia. Et quoniā ablutio sacerdotalis non est ablutio specierum sanguinis tantum. sed corporis ꝛ sanguinis posi sumi possunt. Et quoniam particule hostie remanentes in patena vel corporali de numero reliquiarum sunt, q̄uis non ablute, sumi sicut ablute possunt: alioquin particula hostie ex stridore frigoris forte parietibus interioribus calicis inherens non abluta, sumi nō posset cū ablutis: quod est ridiculum. Ex quo etiam saluatur ratio tam reliquiarē, q̄ ablutionis reliquiarum. q̄uis non omnes sint actu ablute omnium sumptio pro eodem actu computatur ꝛc.

Ex his patet Responsio ad obiecta. Nam ad primum dicit q̄ ieiuniū nature debet precedere totum actum sumptionis sacramenti, ꝛ non singulas eius partes ꝛc. reputatur enim ieiunus totum sumere qui ieiunus cepit: vt dictū est. ¶ Ad secūdum patet responsio: quia licet quo ad rem sacramenti: scilicet corpus ꝛ sanguinem christi idem sit de toto ꝛ partibus iudicium: non tamen quoad species ipsas: que sunt sacramētum tantum: vt ritus ecclesie conuincit. ¶ Ad tertium autem dicitur. q̄ communicans statim vt ablutionem reuerentialem acceperit, refectionem suam cōpleuit. Nec est amplius de numero discumbentium: vnde est mirum si non potest sumere reliquias. Sacerdos aūt qui ablutionibus reliquiarū sumendis vacat. adhuc est in actu refectionis: ꝑpter quod nō est mirum si lꝫ sibi reliquias sumere. Et simile est iudicium de sumentibus particulas hostiarum sacrarum in vino calicis: potest enim post primū haustū remanentes reliquias, secundo ꝛ tertio haustu assumere, ꝛ herentem sacerdotis digitis particulam sugere: q̄diu sumendis vacat reliquijs ꝛ ablutioni earum. Et hec dicta sufficiāt. Pisis die. xxvj. nouembris m.cccc.ix.

¶ Utrum sacerdos celebrans pro pluribus, satisfaciat pro singulis. Questio. ij.

Ueritur Utrum sacerdos obligatus ad celebrandum pro aliquo, et accipiens eleemosinam ab altero vt celebret pro eo satisfaciat dicendo vnam tantum missam pro vtroq;. ¶ Et videt̄ q̄ non. Primo quia effectus misse pro quo habendo missa petitur ꝛ promittitur, est finitus. Finitum autem diuisum minus habetur a singulis q̄ si totum haberetur ab vno. Quicquid igitur datur secundo adimitur a primo, ꝛ sic neutri satisfit. Assumptum: scilicet q̄ effectus misse sit finitus. probatur ex eo, q̄ pro eodem dicuntur plures misse. ¶ Preterea. Cum idem sit iudicium de duobus ꝛ de valde multis, imo de omnibus, si potest missa promissa vni satisfacere pro altero, satisfactiua ergo est pro omnibus: et sic ecclesia non bene instituisset missas pro aliquibus determinate, sed debuit omnes pro omnibus offerre: vt bonum commune sine detrimēto particularium procuraret. cōmunis mater omniū. ¶ Preterea. Si satisfacit hic sacerdos vnica missa pro pluribus, pari ratione satisfaciet etiam vnica missa pro quatuor missis promissis eidem. accepta ab illo eleemosina pro quatuor missis. Hec autem constat esse falsa: damnaretur enim ab ecclesia, q̄ vnica missa dixisset se satisfecisse ꝑ missis beati gregorij. q̄ sunt. xxx. ergo ꝛc.

In oppositum Est: quia virtus misse est infinita: quia est virtus iesu christi in seipō. Infinitum autem potest quibuscūq; applicari, ꝛ ab eis participari absq; vllo singulorum damno: ergo ꝛc.

In hac questione Quia missa continet duo: scilicet orationem ꝛ sacrificium eucharistie, primo de sacrificio (quod est precipuum in missa) deinde de oratione dicendum est. Rursus quia effect⁹ vtriusq; est multiplex: scilicet meritum, impetratio et satisfactio, sigillatim definiēdum est. Rursus quia effectus dupliciter oritur scilicet ex opere operato et ex opere operante, vt perfecta habeatur de quesito notitia, singulis examinatis decernetur demum quid simpliciter respondēdum sit quesito. ¶ Sacrificium igitur misse dicit duo. Est nanq; sacramentum ꝛ sacrificium: ꝛ inquantum sacramentum non est ad propositum: quia effectus eius est respectu sumentis tantum. Inquantum vero sacrificium est ad propositum, ꝛ distinguitur ex parte operis operantis ꝛ ex parte operis operati. Et sumptum hoc sacrificium s̄m opus operatum consideratur dupliciter: scilicet s̄m seipsum absolute, et s̄m seipsum applicatum huic: si enim cōsideratur hoc sacrificium s̄m opus operatum absolute, sic est immolatio iesu christi: ita q̄ res oblata est iesus Christus. Et quantitas huius sacrificij est infinita: ita q̄ est impetratiuum, meritorium ꝛ satisfactiuum infinite: vnde effect⁹ eius infinitus est sicut et passionis christi: est enim deo acceptius q̄ sint erosi omnes peccatores ꝛc. Uerumtamen sicut infinitas effectus christi crucifixi est s̄m sufficientiam, ꝛ non s̄m efficientiam, ꝛ s̄m naturam cause vniuersalis indeterminate: scilicet ꝛ non determinate ad hunc aut illum: ita hoc sacrificium est ex suipsius natura infinite sufficientie ꝛ indeterminate efficacie. Et sicut efficacia passionis christi determinat̄ ad hūc per hoc vel illud sacramentum, ita efficacia huius sacrificij per hanc vel illam deuotionem. Et quoniam deuotio pertinet ad applicationem sacrificij. ideo loquendo de effectu huius sacrificij ex solo opere operato secundum se, patet nullum habere particularem effectum in quocunq; homine: sed tantum in ordine ad deum habet acceptibilitatem, gratiarum actiones, commemorationem, ꝛ si quid est huiusmodi. Unde in hoc videtur communis multorum error, q̄ putant hoc sacrificium ex solo opere operato habere certū meritum vel certam satisfactionem que applicat̄ huic vel illi: hoc enim non esse verum, iam patet. Et confirmatur: quia cum ex opere operato sit infinite virtutis etiam in satisfaciendo non esset maior ratio ex se, quare magis tantam et non maiorem satisfactionem daret. ¶ Si autem sumatur hoc sacrificium vt applicatum isti vel illi, sic effectus eius est finitus iuxta quantitatem deuotionis offerentium vel eorum pro quibus offertur: ita q̄ quia in applicatione huius sacrificij duo sunt: scilicet applicatio ipsa ad hunc vel illum, et effectus particularis in hoc vel in illo, duo quoq; actus cōcurrunt ad hanc determinationem: intentio scilicet ꝛ deuotio: intentio enim applicat hoc sacrificiū huic vel illi, deuotioni autem effectus respondet: vnde intentio propria est sacerdoti. deuotio autē communis est ei et alijs. Unde ꝛ in canone misse sacerdos actum intentionis applicatiue huius sacrificij exercens, dicit: tibi offerimus pro ecclesia tua sancta, papa nostro ꝛc. ꝛ memento domine famulorum famularumq; ꝛc. ꝛ omniū circumstantium. Deinde actum deuotionis subiungit quorum tibi fides cognita est ꝛ nota deuotio. Hoc enim non solum ad circūstantes, sed alios refertur: ex his insinuans applicationem huius sacrificij non solum intentione sed deuotione adiuncta perfici: ita q̄ quanta est horum deuotio, tanta applicatur eis ex illa infinitate satisfactio. Et ratio est: quia in sacrificijs ꝛ oblationibus quantitas deuotionis magis pensatur q̄ quantitas rei oblate. Ut patet de vetule oblatione Luc. xxj. ꝛ ex auctoritate Greg. in omelia, ambulans iesus iuxta mare galilee, dicētis, Nō ꝑpēdit deus quātū in eius sacrificio, sed ex quāto ꝑferat̄. Et q̄m ex parte rei oblate, est infinitas in hoc sacrificio, et per vnicā deuotionem nō exhauritur nec minuitur, consequens est vt non solum pluribus, sed infinitis deuotionibus vnicum sacrificium sufficienter respondeat: cuilibet certam pariendo satisfactionem. Nihil igitur adimitur alicui facienti pro se offerri hoc sacrificium, ex quātitate effectus huius sacrificij s̄m se et applicati ad ipsum, ex hoc q̄ alter procurat eandem pro se dici nec econuerso: sed vnicuiq; respondet tantundem quantum si pro se solo diceretur: quia vnicuiq; sufficienter et efficienter iuxta quantitatem deuotionis sue. ¶ Et confirmatur

hec ex ipso canone misse: in quo non solum generaliter pro ecclesia, pro principibus ⁊ omnibus christianis, sed specialiter pro his qui in memento cogitantur, ⁊ oibus circunstantibus offerri dicit hoc sacrificium. Constat nāqꝫ ꝙ nō est determinatus numerus cogitandorum in memento: ⁊ multo minus determinatus est numerus circunstantium: ⁊ ꝙ nullus ex alterius consortio minus habet de effectu misse: et quod hec non referuntur ad orationem sed sacrificium: quoniam ibi expresse dicitur: pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis. Et quod non solum ꝓ impetratione, sed pro satisfactione offertur: quoniam expresse dicitur. pro redemptione animarum suarum: redemptio enim a malis est: ⁊ vt ipsum nomen testatur, satisfactio per modum solutionis est: sicut christus redemit nos soluendo pretium deo patri. Potest igitur sine cuiusqꝫ detrimento pro infinitis sacrificium hoc offerri, ⁊ satisfacere iuxta singulorum deuotiones. ¶ Caue tamen hic ne fallaris: putans ex hoc sequi, quod vna missa tantum satisfacit si dicatur pro vno quantum pro pluribus. Hoc enim non sequitur ex dictis: quoniam non diximus, quod effectus huius sacramenti respondet intentioni sed deuotioni. Non enim quantum intendo ex hoc sacrificio satisfacere tantum satisfacio: sed quantam deuotionē habeo, tantum ex illo haurio. Unde si ego offerens hoc sacrificiū, habeo deuotionem tantam quod ei respondet in hoc sacrificio satisfactio vnius anni, et intendo celebrare pro satisfactione vnius, ille releuabitur satisfactione vnius anni. Si autem intendo satisfacere pro duobus equaliter, quilibet releuabitur pro medio anno tantum: si pro tribus, pro tertia parte anni: ⁊ sic de singulis. ¶ Et similiter etiam dico de satisfactione respondente deuotioni martini qui facit celebrari eandem missam, quod si pro vno fit, totam sortitur ille: si pro pluribus, diuiditur inter eos. ¶ Et similiter dico de quotcunqꝫ alijs facientibus eandem missam celebrari. Semper enim satisfactio cuilibet deuotioni respondens est finita: et si ad plures per intentionem applicetur, diuiditur, ⁊ minus a singulis participatur. Et sic verificatur theologorum sententia, dicentium effectum huius sacrificij finitum et diuisum minorari in eis quibus applicatur. Intelligitur enim (vt patet ex dictis) non in ordine ad plurium deuotiones: sed vti participatum ab hac, vel illa deuotione.

¶ Ex his ergo patet, ꝙ missa rogata a pluribus, plus satisfacit ceteris paribus qꝫ rogata a paucioribus: quia ex pluribus deuotionibus offertur: et similiter missa rogata pro aliquibus, plus valet illis qꝫ si ex sola deuotione sacerdotis pro illis diceretur: quia ibi effectus est iuxta deuotionem etiam rogantium, hic non. ¶ Et ex hac doctrina (quam accepi ex tertia parte diui tho. q. 79. arti. v.) soluuntur omnes difficultates accidentes in hac materia quo ad valorem sacrificij. Hinc saluatur infinitas sacrificij secundum se, ⁊ finitas effectus in vnoquoqꝫ, ⁊ autoritas doctorum, ⁊ ritus ecclesie in celebrando pro particulari, ⁊ maior fructus in vno qꝫ in pluribus, et consuetudo tam offerentium pro vna missa (vt in parochijs accidit) qꝫ celebrantium pro pluribus petentibus eandem sine fraude: vt in solennitatibus accidit. ¶ Si autem consideretur hoc sacrificium ex parte operis operantis, sic etiaꝫ quantitas effectus eius attenditur secundum quantitatem deuotionis offerentiū. Sꝫ qm̄ ex hac parte nō est questio, nec ex ista parte petita aut promissa intelligitur missa (sola enim intētio sacerdotis applicatiua sacrificij ad hūc, petitur ⁊ promittitur cōiter) ideo pertransco.

Et ad Secundam partē misse q̄ est oratio descēdēdo dicēdū occurrit, ꝙ oratio cū sit actus religionis, cuius est cultū deo exhibere (vt ex secunda secunde. q. 83. patet: per orationē em̄ mens ipsa deo offertur: vt diony. greg. ⁊ s. tho. dicunt) ex proprio genere infra latitudinem sacrificij cōtinetur: iuxta illud osee vlti. reddemus vitulos labiorū nostrorū. ⁊ ad heb. vlt. per ipsum ergo offeramus hostiā laudis semper deo .i. fructū labiorū confitentiū nomini eius. Addit tm̄ aliquid speciale ex propria ratione inquantum est petitio: ꝓpter qđ distinguitur de oratione inquātū est meritoria vel satisfactoria, vel impetratoria, vel consolatoria. ¶ Et quia nullus meretur de condigno nisi sibi, ⁊ similiter quia consolatio spiritualis est effectus in ipso orante ex attentione ⁊ meditatione propria procedens, nulla est hic difficultas de oratione inquantū meritoria ⁊ cōsolatoria, vbi de oratione ꝯm eius cōicabilē effectū est questio. ¶ Impetratoria autem vis, fidei pricipaliter innititur ex parte nostri: iuxta illud mar. xi. quicquid orantes petitis credite, quia accipietis, ⁊ fiet vobis: ex parte vero dei innititur sue misericordie. Et quoniam nec fides de vno petito minuit fidem de alio obtinendo, nec liberalitas diuina circa vnum minuitur ex alterius largitione, ideo oratio inquantum impetratoria non minus si pro pluribus qꝫ ꝓ vno fiat valet: sed magis, pro quanto ex maiori fiducia diuine largitatis, ⁊ ampliori charitate procedit. ¶ Inquantū autē satisfactoria, vim habet ex duobus scilicet ex deuotione (sicut ⁊ alia sacrificia) ⁊ ex penalitate orātis, sicut cetera opera penalia. Et qm̄ de omni sacrificio verū est, ꝙ satisfacit iuxta quantitatem deuotionis offerētiū (vt patet ex autoritatibus adductis) vel eorum ꝓ quibus offertur (vt patet ex responsione ad secundum in. q. supradicta tertie par.) ideo idem est ꝓportionabiliter iudicium, de satisfactione orationis ⁊ sacrificij eucharistie: non quo ad quantitatē oblati, sed quoad quantitatem deuotionis ⁊ satisfactionis illi respondentis: ⁊ propterea sicut dictum est illud posse pro pluribus offerri, ita ⁊ orationem. ¶ Quo ad penalitatem autem resultātē in orante, quū sit personalis, ⁊ oratio de genere suo nō sit opus penale, nulla etiā apparet difficultas in proposito: quia non petitur proprie a sacerdote afflictio (vt in ieiunio) sed intentio applicandi orationes ad impetrandum pro se primo, ⁊ ad satisfaciendum: quoniam dum petitur oratio, tale sacrificium .s. petitorium postulatur. ¶ Ex his autē patet quid dicendum sit etiam de ipso sacrificio misse inquantum impetratorium vel meritorium. Nec restes dubius propter meritum congrui: quoniam cum consistat in quadam condecentia (vt scilicet nobis facientibus quod in nobis est, deus faciat quod ipsum decet) vis meritoria de congruo in sacrificijs et postulationibus attenditur secundum deuotionem et fidem offerentium vel eorum pro quibus offertur. Et ideo multitudo nihil nocet singulis ex hac parte: sicut de alijs dictum est. Et per hec patet, quod affirmatiue respondendum est quesito.

Unum Tamen dubium restat in ꝑdictis, an appellatione deuotionis eorū ꝓ quibus offertur, veniant defuncti ⁊ remoti nihil scientes de hac missa, que offertur pro omnibus ꝯm eorum deuotionē: qm̄ si oēs intelliguntur par erit conditio procurantis ⁊ non procurantis missam: omnino em̄ ꝯm suā deuotionē erit eius particeps. Si vero nō omnes intelligūtur, nō erit vniuersaliter verū, ꝙ hoc sacrificiū valeat ꝯm deuotionē eorū ꝓ quibus offertur: pro omnibus em̄ offertur. ¶ Sed hec ambiguitas ex ipso concursu deuotionis ad sacrificia, soluitur. Concurrit nāqꝫ deuotio vt causa qđā determinatiua sacrificij ad hūc effectū: vñ greg. in autoritate allegata, affectus deuotionē ponit vt causam, dicens ꝙ perpendit deus ex quanto profertur. Unde deuotio quantificās effectum sacrificij non se tenet ex parte accipientium effectum, qꝫuis indispositio talium, ad impediendam receptionem talis effectus sufficiat: sacrificium em̄ non operatur per modū agentis vt sacramenta, sꝫ per modū oblationis: sed tenet se ex parte concurrētiū ad tale sacrificium causaliter, quomodolibet sit causalitas ista puta petendo, ministrando, consulendo, adiuuando, fauendo ⁊c. Quo fit vt defunctis secundum precedentem eorum deuotionem in communibus vel in specialibus, ⁊ ꝯm deuotionem viuentium ꝓ eis offerentium, viuentibus vero circunstantibus tanqꝫ seruitoribus ad minus, vniuersis autem tanqꝫ communicantibus in tali oblatione iuxta eorum deuotionem prosit. Quum enim sacerdos oret ⁊ offerat in persona ecclesie, ⁊ quilibet fidelis sit membrum ecclesie, consequens est vt quilibet per sacerdotis actus oret ⁊ offerat: ⁊ sic causaliter concurrat ad sacrificiū: ac per hoc quelibet missa singulis fidelibus prodest etiam satisfactorie iuxta eorum deuotionem, quam habent in communibus ecclesie orationibus ⁊ sacrificijs: sicut habentes deuotionem in orationibus ⁊ missis alicuius persone, participes fiunt illarum iuxta suam deuotionem ex generali communione sanctorum. ¶ Nec propterea equa est rogantis ⁊ non rogantis conditio: sicut non est magis ⁊ minus deuoti equa conditio: sicut non est equa vno tantum, ⁊ vno ⁊ altero modo facientis sibi aliquid debitum conditio. Rogare enim ⁊ eleemosynam pro hoc tribuere, corporaliter venerari ⁊ huiusmodi, ⁊ maioris sunt deuotionis, ⁊ faciunt vt non ex communione sanctorū tantum, sed ex tali actu etiam hoc assequatur.

Ad primum Argumentum in oppositum iam patet responsio ex dictis: quod effectus scilicet misse est finitus cuilibet secundum suam fidem quo ad impetrationem, ⁊ ꝯm suā deuotionem quo ad satisfactionē, propterea vtrūqꝫ dicitur in canone: quorum tibi fides cognita est ⁊ nota deuotio. Est tamen infinitus in multitudine: quia infinitis potest respōdere, singulis suas satisfactiones finitas ⁊ impetrationes pariendo.

¶ Ad secūdū dicit, ꝙ canō misse testat missas ita ab ecclesia ordinatas ꝓ particularibus, vt tm̄ semper pro oibus viuis ⁊ defunctis explicite celebrentur: vt patet intuēti. Uñ ꝓuida simul ⁊ pia mater voluit, vt ex deuotiōe sua omnibus sacrificiū ꝓdesset, ⁊ specialiter capitibus: ⁊ ex deuotionibus priuatis his vel illis prodesset, et sic

sine fraude ⁊ sine cuiuscumq́ damno excitat priuatas deuotiões pro se vel alijs, vt iuxta eorũ deuotiones fructus referãt speciales. Estetiã ⁊ ali⁹ fructus ex spẽalib⁹ missis: qm̃ enim naturaliter vnicuiq́ amabile est ꝓpriũ bonũ, ⁊ qđ cõmune est negligitur, excitamur magis. Adiungit quoq́ nõ ꝑuipẽdẽdus effectus in sacerdote: q̃ ⁊ de propria deuotione offert pro particularibus a quibus suscepit eleemosinas vel quibus afficitur. ¶ Ad tertium dicitur, q̃ si offerentes ⁊ pro quibus offertur haberent tantam deuotionem in vna missa, quantam habẽt in triginta, vna missa satisfaceret pro triginta. Sed quia non est sic (manifeste enim patet petẽtem habere maiorem in triginta, ⁊ merito: quia maior honor exhibetur deo in pluribus q̃ in vna ceteris paribus) ideo qui promittit dicere triginta, tenetur dicere triginta. ¶ Et hec de hac q̃stione dicta sufficiant. Rome .m.ccccc.x. die primo Decembris.

¶ Questio de valore orationum dictarum ab audientibus missam in festo.

Queritur An obligat⁹ ad canonicas horas exoluens earũ aliquã infra missam ad quam die festo obligat, satisfaciat vtriq́. Videt nãq́ q̃ nõ. primo ex numero cultus: quia cultus misse distinguit cõtra cultũ horarũ canonicarũ. Nam sicut tenet q̃s ad primam ⁊ tertiam vt duos cultus, ita tenet ad missam ⁊ horas vt diuersos cultus: ac per hoc sicut non potest simul duas horas exoluere, ita nec missam ⁊ horam. ¶ Et confirmatur: q̃ homo tenetur interesse misse attente, sicut tenetur exoluere horas attente. Cui⁹ signũ est, q̃ si quis ex proposito per notabilem partem misse non curaret attendere fm̃ suum modum sed mentem ad alia diuerteret, nõ satisfaceret precepto de missa: quia non diceret interesse misse plusq̃ dormiens. ¶ Secundo ex tempore: quia sicut ecclesia totum diem festum determinauit ad cultũ dei per cessationẽ a seruilibus, ita partem temporis (scilicet qua missa celebratur) determinasse videtur ad cultum dei positiuum: ac per hoc non licet occupare hoc misse tempus ad quẽcumq́ alium cultum proprium exigentem tempus: vt est quelibet canonica hora.

In oppositum est Quia obligationes iste sunt decompossibiles simul: quia missa exigit solam presentiam, ⁊ hora exigit q̃ attente dicatur: constat autem q̃ vtrũq́ potest simul fieri. Q̃ autem ad missam sufficiat presentia, patet ex eo q̃ aliter tam surdus ⁊ cec⁹ q̃ multitudo maxima viri presens misse, ⁊ vbi sacerdos submisse dicit (vt in germania) nõ satisfaceret presens misse: quod falsum reputat. ¶ Preterea. In huiusmodi missa, p̃sentibus licitũ est orationes vocales priuatas dicere, saltẽ quum sacerdos non auditur aut non intelligitur: sed nulla hora canonica, nulla oratio iniuncta pro penitẽtia, est quam quis non possit dicere vt priuatam orationem: ergo pari ratione vtrũq́ licet. ¶ Et cõfirmat: q̃ duob⁹ dicentibus in missa tertiam aut psalmos penitentiales, altero pro debito hore seu penitentie altero ex sua deuotione, ⁊ vtroq́ pari attentione dicente, aut neuter minuit debitũ misse, ⁊ habetur intentũ: aut vterq́ violauit debitum misse, quod omnes negant: aut alter tantum qui debitor erat hore aut penitentie: et tunc nisi voluntarie hoc dicatur; oportet reddere rõnem differentie: quum conueniant ambo in oratione dicta ⁊ illius quantitate ⁊ in attẽtione. Si dicat q̃ quia differunt in ratione debiti (quia alter debet, alter non) ideo ille non satisfacit, ⁊ iste sic: hec differentia nihil facit ad ꝓpositum: q̃ ratio debiti per accidens se habet ad impediendũ vel non impediendum cultum misse. Si enim huiusmodi oratio impedit cultum misse, ita impedit si spõte q̃ si ex debito dicat: ⁊ si non impedit, ita potest soli ex debito sicut sponte: tota enim ratio illiciti si est, pendet ex hoc q̃ vnum impedit seu tollit aliud tanq̃ sibi incompossibile. ¶ Preterea. Quum de hoc sint cõtrarie opiniones, ⁊ contingit aliquem de facto exoluisse infra missam in festo horam aut penitentiam, si nõ licet erit iste reus omissionis aut misse (⁊ sic errauit irreparabiliter) aut tot horarum: ⁊ sic commisit tot peccata mortalia omissionis: quod est durũ. Et preterea que est maior ratio q̃ sit reus omissionis horarum q̃ missarum aut econuerso: quum alterum alterum impedierit.

Ad euidentiam Huius questionis primo premittendũ est quid sub precepto cultus misse comprehendatur quantum ad populum. secundo declarandum est in quo stat difficultas. tertio respondendum quesito. ¶ Quo ad primum, quia missa principaliter importat sacrificium et secundario doctrinam (vnde pars doctrinalis vocatur missa cathechuminorũ, quia ad eruditionem ordinat: sacrificiũ vero vocatur missa sine additione aliqua) ideo sicut ministris precipitur vt sacrificium offerant, ita populo precipitur vt intersit corpore ⁊ mente. Si enim sola corporalis presentia sufficeret, posset quis se presentem sacrificio facere ⁊ voluntarie dormire: ⁊ rursus posset mentem ad quecumq́ voluntarie diuertere: quorum vtrũq́ est absurdum. Preceptum enim ecclesie hominibus factum de interessendo sacrificio, intelligendum est more humano: vt scilicet intersint vt rationales. Ita q̃ sicut clericos preceptum de horis canonicis dicendis obligat vt dicant ore ⁊ mente, hoc est proposito seu animo vacandi deo (quia precipitur cultus diuinus homini vt homo, hoc est vt rationali: non colit autem ratione vtens q̃ animũ ad alia sponte diuertit: quia ratio ipsa dictat oppositum) ita populus ex hoc q̃ obligatur ad misse cultui interessendum, tenetur corpore ⁊ mente interesse: hoc est cum animo vacandi deo quantum deus dederit. ¶ Est autem in misse cultu inter sacerdotem ⁊ populum conuenientia ⁊ differentia. Conueniunt siquidem in duobus: scilicet in attentione ⁊ materia, scilicet missa: nam vterq́ tenetur attendere misse: ⁊ de sacerdote quidem clarum est. De populo autem vltra dicta, declaratur ex quatuor. Primo ex eo q̃ ipsi dicitur, orate fratres ⁊c. vbi mandatur petitio: vt petat scilicet sacrificij acceptationem. Secundo ex eo q̃ eidẽ dicitur, sursum corda. vbi indicitur oratio: hoc est mentis eleuatio ad instans sacrificiũ. Tertio ex eo q̃ eidem dicitur, gratias agam⁹ ⁊c. vbi inuitatur ad gratiarum actionem. Quarto ex eo q̃ institutio misse habet vt populus et audiat que doctrine sunt, et dicat que laudis sunt. ad populum enim (iuxta patrum instituta) spectat hymnum cantare sanct⁹ sanctus ⁊c. dum sacerdos agit sacra mysteria. Communis est igitur vtriq́ attentio ad missam. Sed differunt in exteriori occupatione: quia sacerdos est exteriori operatione occupatus circa missam tam dicendo q̃ faciendo: populus autem secluso auditu eorũ que alte dicuntur quum intelligũtur, ab exteriori occupatione vacat ⁊ in sola attentione ad missam relinquitur. Et quoniam imperfectorum (qui sola mente circa missam occupari non sufficiunt) magna est multitudo, inde fit vt licite populus aliquã vocalem orationem dum sacerdos diuina facit aut secreto dicit, ⁊ pari ratione dum alte dicit si non intelliguntur que dicuntur, assumat ad excitandam aut cõseruandam mentem attentam seu vacãtem deo durante sacrificij tempore. Hec enĩ in adminiculum humane imperfectionis ad vacandum mente tanto sacrificio, fieri pie intelliguntur: melius enim imo recta via esset vt sola mẽte aut quasi sola mẽte circa tantum sacrificium occuparentur presentes: petendo vt sacrificium gratum sit pro ecclesia, pro se, pro defunctis ⁊c. gratias agendo deo de tanto beneficio passionis christi ⁊ presentie ibi ⁊c. ¶ Nec ꝓpterea laqueum inijcimus animabus: quoniam sicut clericus obligatus ad horas ⁊ sacerdos celebrans, si preter intentionem euagatur excusatur ab attentione, ita ⁊ populus: satisfit enim huic precepto ex proposito quo quilibet vadit ad missam vt faciat quod ecclesia ordinauit: dummodo voluntarie postea non ponat obicem, deuertendo aduertenter mentem ad alia notabiliter: quia modicum pro nihilo reputatur. Hec de primo.

Quo ad secundum Difficultas consurgit ex eo q̃ hinc licitum est populo assumere quancumq́ orationem ad habẽdam mentem deo vacantem tẽpore sacrificij: ac per hoc non prohibetur ad hoc assumere orationẽ votiuam aut penitentialem aut etiam horam canonicam: quũ nihil horum habeat aliquid in se repugnans ad finem ad quem assumitur: imo quodlibet horũ ad sacrificiũ misse optime ordinatur. Inde autem obstat: quoniam si sic fieret, ex duob⁹ cultibus debitis non solueret nisi vnus tã quo ad attentionem q̃ quo ad tempus: nam quũ in missa dicuntur psalmi penitentiales, licet dicatur missa ⁊ dicantur psalmi, vnica tamen attentio est qua quis attendit misse ⁊ psalmis: ⁊ similiter vnicum tempus est quo persoluit vtrumq́: quum tamen duo disparati cultus (quales sunt propositi) exposcant suas duas attentiones (sicut q̃libet due disparate materie exigunt suas duas disparatas formas) ⁊ similiter exigant duo sua tempora. Unde fraus cõmitti videtur quo ad numerum cultus fm̃ attentionem ⁊ tempus: ex duabus debitis attentionibus persoluẽdo vnam, ⁊ ex duobus temporibus soluendo vnũ. Hec de secundo.

Quo ad tertium Duo occurrunt pro responsione ad quesitum dicenda. Primum est: non licet in missa precepta dicere orationes alias preceptas. Probatur primum quia disparati cultus debiti sunt in sua disparatione exoluendi: alioquin non suauiter exoluunt: tum quia

oppositum faciendo intervenit confusio attentionum & temporum dum due attentiones confunduntur in unam & duo tempora in unũ. Tum quia minus solvitur: quoniam pro duabus attentionibus solvitur una, & pro duobus temporibus dicatur deo unũ. Tum quo ad horas, quia privata autoritate non licet unum publicum cultũ subordinare alteri publico cultui disparato: quod tamen fieret si una hora canonica diceretur infra missam: quia assumeretur ad habendam mentem vacantem deo tempore sacrificij. Et sic verificatur opinio tenens quod non possunt hec infra missam preceptam dici. Non tamen per hec intelligas quin dum cantatur kyrie, possit licite sacerdos lectis legendis dicere horas canonicas: quoniã tunc non tam missa ꝗ̃ misse solennitas agitur: & ipse nihil omittit misse. sed est tempus ei per accidens vacans. & idem est iudicium de ministris & alijs in choro qui graduali lecto, dum cantatur, horam persolvunt residuam. ¶ Secundum est. Si infra preceptam missam aliqua oratio alias precepta dicitur, utrique satisfit: ꝗ̃vis minus bene, ut dictum est. Et loquor quãdo secreta dicuntur: vel quãdo sacerdos non auditur aut non intelligitur. Et similiter loquor de satisfacere quantum ad vitandum peccatum mortale omissionis utriusque: non autem quantum ad meritum: quia nullus peccando venialiter, meretur vitam eternam. Et propterea si peccatũ est dicere hec infra preceptam missam, tollitur meritum quod haberetur per talem actum si recte fieret. ¶ Hanc itaque conclusionem nõ pono eo quod illius rationem affirmativam videam, sed quia non video unde sit falsa: ut patet discurrendo per singula. Rationes enim que inferunt precedentem conclusionem, quãvis sufficere videantur ad cõcludendum esse illicitum exolvere utrũque debitum simul, nõ tamen sufficiunt ad concludendũ non valere solutionẽ utriusque si de facto fiat. Quod enim multa debita ex diversis preceptis possint simul & unico actu deo exolvi, non est dubium: nam si quis vovisset exponere se martyrio, & antequam implendi votum tempus trãseat occurrit casus in quo quis ex precepto confitende fidei tenetur exponere se martyrio, non est dubium ꝙ exponens se satisfacit & precepto voti reddendi, & precepto christi de martyrio, & precepto de satisfactione pro peccatis commissis. ¶ Potissima igitur ratio in oppositum est quia disparati debiti cultus non exolvuntur ut sunt (ut scilicet diversi & disparati sunt) si simul exolvuntur. Sed hec recipit distinctionem: quoniã disparati cultus sunt duplices. Quidam quorum materie sunt simul incompossibiles, ut due hore canonice & similes: quorum scilicet uterque exigit occupationem exteriorem: & hos oportet disparatos solvi ut sunt. Quidam vero quorum materie sunt simul compossibiles: quia alter non requirit occupationem exteriorem & hi possunt utroque modo exolvi: & disparate, & simul subordinando unum alteri. Et tunc licet non exolvãtur ut sunt totaliter disparati, exolvitur tamen disparata materia: quia utraque materia (missa scilicet & penitentialis oratio) exolvitur. Et hoc sufficit: quia nullibi hoc preceptum invenitur ut non valeant nisi exolvantur ut totaliter disparati. Et sic quando populus non occupatur exterius circa missam, potest orationem penitentialem vel votivam assumere ad mentem deo vacantem habendam tempore sacrificij: sicut potest quãcũque aliam assumere: & sic cultui utrique faciet satis. ¶ Quod vero de duabus attentionibus & temporibus obstare apparet, evaditur ex eo ꝙ licet preceptum sit ꝙ quilibet cultus exolvatur attente, non tamen invenitur preceptum quod omnes duo cultus duabus attentionibus exolvantur. Et propterea si duo cultus possunt sub unica attentione exolvi, nulla cõmittitur precepti transgressio. sat enim est ꝙ quilibet exolvitur attente. Et idẽ dicitur de duobus temporibus: nullum enim invenitur preceptum de duobus temporibus: & propterea si multi possunt sub eodẽ exolvi tempore, nullum preceptum violatur. Et similiter dicitur ꝙ licet minus quãtũ ad numerũ attentionum & temporum exolvatur, non tamen huiusmodi minoratio destruit valorem cultuum debitorũ. Et similiter licet male faciat aliquis subordinando privata autoritate horam canonicam misse, non tamen propterea evacuat alterũ cultum. Et sic verificatur altera opinio.

Unde patet responsio Ad primum argumentum. Concedit enim ꝙ peccatum est simul hec exolvere: si tamen fiat valet. ¶ Et idem dicitur ad secundum: addendo ꝙ nõ est simile preceptum de festo, precepto de missa: quia illud datur directe de tempore: & ideo tempus oportet in illo precipue considerare: in quo tamẽ licet dicere votivas & penitentiales orationes: quia tempus festivum habet indeterminatã materiã positivã in qua homo occupari debet: & libertati christiane relinquitur in quo sancto opere (sive alias debito sive non) quis se in festo occupet. Istud vero datur directe de cultu misse, & tẽpus missam mensurans per accidens respicitur. Si enim tempus misse per se preciperetur, quum habeat materiam determinatam (scilicet missam) non satisfieret utrique cultui: quia non satisfieret utrique tempori, ut patet.

¶ Rationes autem ad alteram partem allate non concludunt ꝙ liceat utrũque simul exolvere. Prima enim solvitur: quia suavis exolutio exigit duas disparatas attentiones in duobus disparatis cultibus. Missa enim exigit solã presentiam, sed nõ solius corporis sed etiã mentis: ut declaratum est. ¶ Ad secundam dicitur ꝙ non est par ratio: quia hic sunt duo cultus disparati debiti ut sunt: non sic autem est in spõtaneis orationibus. ¶ Et per hoc respondetur ad cõfirmationem. Et quũ instatur quia ratio debiti est per accidẽs ad impediendum: respondetur ꝙ non ideo illicitũ intervenit in hoc casu quia unus impedit alium: sed quia unus occupat attentionem & tempus & suavitatem alterius: quod per se oritur ex hoc ꝙ uterque est debitus seorsum suaviter. ¶ Ad ultimã dicitur ꝙ non intervenit mortale peccatum: & si reatus omissionis esset, omissa esset oratio assumpta: quia principale quod est missa, intelligeretur non violari per adiunctam orationem alias debitam: quia ad vacandum deo sacrificij tempore assumpta intelligitur.

¶ Eiusdem de precepto eleemosine Tractatus, mentem divi Thome circa idem declarans, et quorũdam falsam opinionem explodens subtilissime.

¶ Operis ratio ac intentio: atque false quorundam opinionis super mente divi tho. circa eleemosynarum largitionis necessitatem relatio et possibilis origo. Cap. j.

Charitas christi urget me, ut pro fratres meos & proximos meos loquar pacẽ (hoc est ordinis trãquillitatẽ) in eleemosynarũ largitiõe necessario servãdã: itur quidẽ suus ob quorũdam scripta minus bene doctrinam sancti thome intelligentiũ multos facile periclitari. Et quamvis omnis quod de peccato mortali, periculosam habeat a vero deviatione, ea maxime timẽda ac cavẽda sit a veritate declinatio qua latiori quis se credit vie (tũ quia proni sunt sensus hominis ad assensum prebendum his que libenter sequuntur: tum quia facile est viã latã ingredi, quũ multorũ sit, & peccati expers vix esse possit) in hac specialiter questione tãto maius imminet periculum, quãto ultra predictas causas viri celebres (quorum cõsilio cõfessores reguntur) sanctum thomã docuisse id quod in re hac falsum esse ostẽdetur, asserũt. ¶ Sane abbas siculus in iure canonico doctor famosus super secundo decretaliũ, de iureiurando ca. si vero: & frater antonius archiepiscopus florẽtinus veteribus christiani gregis pastoribus nõ minor in secunda parte sue summe titulo primo ca. xiiij. de inhumanitate. §. et quidã frater ordinis minorũ, qui summulã fecit rosellam nomine, in de eleemosyna & mutuo: nõ malitia, sed minus perspicaci intellectu in hac re ducti imposuit sancto doctori ex secunda secunde. q. xxxij. erroneam & procul ab humanis finibus opinionẽ circa eleemosynarum largitionis necessitatẽ. Aiunt ꝙ secundum san. tho. ibidem homo non tenetur de necessitate salutis facere eleemosynam. nisi cõcurrentibus his duabus conditionibus simul scilicet ꝙ dans habeat aliquid superfluũ nedum nature. i. vite. sed persone id est decentie status. tam sibi quam suis (quorũ. s. ei cura incumbit) & ꝙ appareat pauper patiens extremam necessitatem: alias licet benefaciat quis eleemosynam faciendo, non tamen tenetur.

Cõcipere Autẽ potuerũt hunc sensum ex sancto doctore propter duo. Primo ex eo ꝙ articulo. v. tertie secũde. q. ubi disputat an dare eleemosynã sit sub precepto, in corpore articuli determinãs hanc qõnem, dicit hec verba. Quia precepta dantur de actibus virtutũ, necesse est ꝙ hoc modo donũ eleemosyne cadat sub prece

pro ſm q actus eſt de neceſſitate virtutis:ſcilicet ſm q recta ratio requirit:ſm quã eſt aliquid cõſiderandũ ex parte dãtis, ⁊ aliquid ex parte eius cui eſt eleemoſina danda. Deinde ſubdit q ſunt iſta cõſiderãda:⁊ dicit q ſunt ſupfluitas nõ ſolũ nature ſ; ꝑſone ex pte dãtis, ⁊ extrema neceſſitas ex pte paupis:⁊ ſubdit deinde:alias autem eleemoſinas dare eſt in cõſilio. Ex his eñ videt habert, q ad hoc q eleemoſina cadat ſub ꝓcepto, opz ſimul concurrere aliquid ex parte dãtis .ſ.ſuperfluitatem. ⁊ aliqd ex parte recipiẽtis .ſ. extremã neceſſitatem. ¶ Secũdo ex eo q in ſequenti articulo determinando dicit, q quãdo occurrit extrema neceſſitas alicuꝰ priuate perſone, vel etiã aliqua magna neceſſitas reipublice, laudabilr aliquis ꝓtermitteret id qđ ad decentiam ſui ſtatus pertinere videtur, vt maiori neceſſitati ſubueniret. In his enim verbis exꝓſſe dicit, q cõcurrente altero ꝓdictorũ tñ .ſ. extrema neceſſitate alicuꝰ, nõ habẽs de ſuperfluo perſone, id eſt decẽtie ſtatus ſui, laudabiliter eleemoſinam facit. Quod ſi laudabiliter, igitur non de precepto, ſed de conſilio eſt eleemoſinam dare:niſi vtraqz ſupradicta cõditio concurrat. ¶ Confirmatur hoc:q: ante hec verba loquens de neceſſario ꝑſone ꝓmittit hec ꝟba:de huiuſmodi ergo dare eleemoſinam eſt bonum, ⁊ nõ cadit ſub precepto, ſed ſub cõſilio. Hec ille.

¶ Excluſio dicte opinionis. Caput. ij.

Quod autem predicta expoſitio nõ ſit ſm mentẽ ⁊ doctrinã ſanc. tho. liquet primo ex eo, q ſanc. tho. in. iiij. ſent. diſt. xv. q. ij. ar. j. q. iiij. expreſſe determinat oppoſitum. Tenet enim has duas ꝯcłones. Prima eſt. Habẽs ſupfluũ nature et ꝑſone tenetur de ꝓcepto erogare paupibꝰ illud ſupfluũ, etiam ſi nõ patiatur extremã neceſſitatem. Scđa eſt. Patientiã extremã neceſſitatẽ tenet de ꝓcepto habẽs ſupfluũ nature ſ; nõ perſone ſubuenire. Supfluũ nature ⁊ perſone dr, qđ ſm ſtatũ preſentẽ non eſt neceſſariũ ſibi vel his quorum ſibi cura incũbit craſſa pẽſatione:attentis tamen futuris caſibus qui ꝓbabiliter futuri eſtimabunt, ⁊ non omnibꝰ q pñt contingere:hoc enim ad cõſiliũ non pertinet, vt dr. iij. ethic. Extrema autẽ neceſſitas vocatur, nõ quando aliquis iam ſpiritũ efflare cernit, ⁊ ſubſidium recipere nõ põt: ſed cum apparent ſigna ꝓbabilia future neceſſitatis extreme niſi ſubueniatur, nec apparet nec in prõptu eſt q ei ſubueniat. ¶ Determinat autẽ has cõcluſiones adeo clare, vt inficiari impoſſibile ſit. Sunt ſiquidẽ verba eius ibidẽ iſta. Quũ eleemoſina ſit actus virtutis, oportet q aliquo modo cadat ſub precepto:q: ꝓcepta legiſlatoris ad virtutẽ inducere intendunt:vt dicitur. ij. ethi. reducitur autẽ ad hoc preceptũ:honora parẽtes. Honor autẽ ille ſm aug. ad reuerentiã ⁊ ſubuentionẽ in neceſſarijs ꝑtinet, ⁊ nomine parentũ omnis proximus intelligitur:ſed precepta affirmatiua nõ obligãt ad ſemper, q̄uis ſemper obligent, ſed obligãt pro loco ⁊ tẽpore, et ſm alias determinatas cõditiones. Quum autẽ vſus diuitiarũ ſit ordinatus ad ſubueniẽdum neceſſitatibus preſentis vite, que quidem ſubuentio debet eſſe ordinata, patet q qui diuitijs non vtitur ad ſubueniendum neceſſitatibus preſentis vite vel inordinate vtitur, a virtute recedit. Ordo autem ſubuentionis talis debet attendi quantum ad duo. Primo ex parte eorum quibus ſubuenitur:vt primo ſibi, poſtea ſibi coniunctis ſubueniat, deinde extraneis. Secundo ex parte neceſſitatis talis debet eſſe ordo, vt prius abſolutis neceſſitatibꝰ ſubueniatur q̄ alicui neceſſitati conditionate:que eſt quum quis indiget aliquo ad ſui ſtatus decentem conſeruationem. Et ideo preceptũ legis ad hoc obligat, vt illud quod ſupereſt alicui poſt ſubuentionem perfectam ſibi ⁊ ſibi coniunctis (puta familie, quam gubernare debet) reſpectu vtriuſqz neceſſitatis, in eleemoſinas expendat ad ſubueniendum alijs reſpectu vtriuſqz iſtarum neceſſitatum:ſicut etiã natura id qđ ſibi de alimento ſuperfluit ab actu nutritiue (in quo attenditur neceſſitas abſoluta) ⁊ actu augmentatiue, in quo attenditur quaſi neceſſitas conditionata, parat ad cõſeruationẽ ſpeciei, generatiue virtuti ſubminiſtrãs. Et ſimiliter preceptum legis obligat, q etiam neceſſitati extraneorum abſolute, primo ſubueniatur q̄ neceſſitati proprie vel propinquorum conditionate:et ideo dicitur cõmuniter q dare eleemoſinam de ſuperfluo cadit in precepto, ⁊ ſimiliter dare eleemoſinam ei qui eſt in extrema neceſſitate. Dare autem de eo quod eſt neceſſarium neceſſitate ſecunda, non autẽ de eo quod eſt neceſſariũ neceſſitate prima:quia hoc eſſet contra ordinem charitatis. Hec ille. ¶ Ubi apparet q̄ aperte ſupradictas cõcluſiones aſſerat atqz cõfirmet:et conſequenter manifeſte cuiqz liquere poteſt q doctrine ſue conſona non eſt opinio illa ſibi impoſita ex ſecunda ſecunde. ¶ Quod ſi aliquis dixerit hoc qđ dixit in. iiij. ſenten. retractatum ab ipſo ſanc. tho. in ſecũda ſcđe. Aduertat ſe in errorem lapſum propter ſeptem. Primo q: nõ eſt cõſuetudinis ſue vt opinionẽ quã alibi non ſolum ſequutus eſt ſed ꝓbauit retractet abſqz memoria vel ſue olim opinionis, vel illorum qui ſequuntur eam vel ipſius opinionis. ¶ Secundo ex eo q iſta ſententia non ſolum ſua ſed cõmunis antiquorũ fuit:vt ipſe refert in ſupradictis verbis. Quis autẽ vnq̄ inuenit ſanc. doct. reprobare ſuam olim et communem aliorum opinionem, ſi non illius opinionis meminerit, ac aliqua cũ ratione refellerit. In hac ſiquidẽ ſecunda ſecunde queſt. lxxxviij. art. ij. opinionẽ quam in. iiij. ſent. diſt. xxxviij. q. j. art. iiij. ſecutus fuerat circa diſpẽſationem voti per profeſſionẽ ſolennizati reprehendẽs expreſſe eius meminit. In tertia quoqz parte. queſt. ix. art. iiij. opinionẽ quã tenuit in. iiij. ſent. diſt. xiiij. art. iij. circa ſcientiam anime chriſti retractãs, explicite ſeipſum reprehendit. In tertia ſimiliter parte. q. lxx. art. iiij. opinionem quã in. iiij. ſent. diſt. j. q. ij. art. iiij. circa gratiã circunciſionis ſecutus eſt reprehendens, expreſſe etiã ſeipſum mutaſſe opinionem aſſerit. Alibi quoqz ſimiliter facit:ſed ſufficiat hec tria adduxiſſe, vt oſtendatur mos eius. Si ergo hec eſt eius conſuetudo, quomodo hoc in loco ſuã ⁊ communem ipſo teſte ſententiã reuocat, nullã penitus innuens illius memoriam? ¶ Tertio patet hoc idem ex eo, q non ſine ſue glorie macula potuit intẽdere retractationẽ ſue olim ⁊ cõmunis opinionis verbis adeo obſcuris, ⁊ ex tortis exponendis, abſqz (vt dictum eſt) ſue intẽtionis propalatione. Hoc ſiquidem et eſt cõtra promiſſionem a ſe factã in prooemio totius ſumme:vbi dilucide ſm q materia patietur ſe proſequi cuncta velle ſpondet. Et eſt contra tanti doctoris prudentiam:quis enim (niſi deſiperet) in re tam ardua verbis oppoſitum pre ſe ferentibus vteretur potens claris vti? Nunquid timebat hic ſeipſum ac alios reprehendere, ⁊ alibi equanimior factus eſt? An forte diuites odio habebat, vt veritatẽ eos celare vellet? ¶ Quarto oſtenditur hoc idem ex verbis ſanc. Tho. in ſecunda ſecunde ibidem:concludendo enim ait, Si ergo dare eleemoſinã de ſuperfluo eſt in precepto, ⁊ dare eleemoſinam ei qui eſt in extrema neceſſitate, alias autem eleemoſinas dare eſt in conſilio. Quum eñ ſanc. Tho. latina ſcripſerit lingua ⁊ dilucide, is ſenſus ex iſtis eſt ſumendus verbis, quem verba ipſa ſignificant. Acerſito autem quemcunqz optimum grammaticum, et proponas ſibi quid intelligendum ſit ex iſtis verbis: preceptum eſt vt fiat hoc et fiat illud, reſpondebit certe q duo precipiuntur:⁊ q ſcilicet hoc fiat, ⁊ q illud fiat. Quum autem verba ſanc. Tho. talia ſint, quare non talis ſumẽdus eſt ſenſus? Dixit enim in precepto eſt dare eleemoſinam de ſuperfluo, et dare eleemoſinam ei qui eſt in extrema neceſſitate. Duo ergo grãmaticaliter intelligẽdo precepit cum dixit, et q detur eleemoſina de ſuperfluo, ⁊ q detur eleemoſina patienti extremam neceſſitatem. ¶ Quinto confirmatur hoc idem ex verbis ſanc. Tho. in eadem ſecunda ſecunde queſt. lxvj. artic. vij. in cor. vbi ait, Res quas aliqui ſuperabundanter habent ex naturali iure debentur pauperum ſuſtentationi: vnde dicit Ambroſ. et habetur in decretis diſ. xlvij. eſurientium panis eſt quem tu detines, nudorum indumentũ eſt quod tu recludis:miſerorum redemptio et abſolutio eſt pecunia quam tu in terra effodis. Sed quia multi ſunt neceſſitatem patientes, et non põt ex eadem re omnibus ſubueniri, committitur arbitrio vniuſcuiuſqz diſpenſatio propriarum rerum:vt ex eis ſubueniat neceſſitatem patientibus. Hec ille. Ubi cernere potes primam concluſionem. Secunda autem ex his que addit ibi in corpore et in reſponſione argumentorum elici poteſt. ¶ Sexto confirmatur hoc idem ex verbis ſanc. Tho. in eadem ſecũda ſecunde queſt. lxxxvij. artic. j. ad quartum:vbi ait, Tertie vero decime quas cum pauperibus comedere debebant (ſcilicet in veteri teſtamento) in noua lege augentur, per hoc q dominus nõ ſolum decimã partem ſed omnia ſuperflua pauperibus iubet exhiberi:ſm illud Luce. xj. quod ſupereſt date eleemoſinam. Hec ille. Ubi aperte cernis iuſtitie, nõ cõſuluiſſe dominum ieſum ſuperflua erogari pauperibus ſm doctrinam ſanc. tho. ¶ Septimo confirmatur hoc idem ex verbis ſanc. tho. in eadem ſecunda ſecunde. q. cxviij. art. iiij. ad ſecundum:inquirens enim ibi an auaritia ſemper ſit peccatum mortale, arguit ſecundo loco ad partem affirmatiuã ſic. Minimum in auaritia eſt q aliquis retineat ſua inordinate, ſed hoc videt eſſe peccatum mortale:dicit eñ baſilius:eſt panis famelici quem tu tenes:nudi tunica quã tu conſeruas: indigentis argẽtum quod tu poſſides:quocirca tot iniuriaris quot exhibere valeres:ſed iniuriari alteri eſt peccatum mortale, quia contrariat dilectioni proximi: ergo multo magis omnis alia auaritia eſt pctm̃ mortale. Deinde rñdendo huic argumento ait, Ad ſcđm dicendũ, q baſilius loquitur in illo caſu in quo aliquis tenetur ex debito legali bona ſua pauperibus erogare vel propter periculum neceſſi-

tatis, vel propter superfluitatem habitorum. Hec ille. ☞ In quibus verbis clarissime vtramqꝫ conclusionem posuit. quomodo ergo in secunda secunde retractauit quod dixit in. iiij. sen. si in tot locis in secūda secunde expresse cōfirmat qḋ determinauit in quarto. Caue ergo ne decetero talia sancto doctori imponas

☙ Verborum diui tho. ex quibus explosa opinio pullulauit, declaratio. Cap. iij.

VErum quia non sat est falsam expositionem destruere nisi vera apponatur, ideo declaranda sunt verba eius que illi minus bene intellexerunt. Verba eius in loco allegato s. in secunda secunde. q. xxxij. ar. v. vbi inquirit an dare elemosynā sit in ꝑcepto, sunt ista. Quum dilectio proximi sit in precepto. necesse est omnia cadere sub precepto sine quibus dilectio proximi non conseruatur. Ad dilectionem autem proximi pertinet, vt proximo non solum velimus bonum sed etiam operemur: ſm illud. j. ioan. iij. non diligamus verbo neqꝫ lingua sed opere et veritate. Ad hoc autem vt velimus ⁊ operemur bonum alicuius, requiritur ꝙ eius necessitati subueniamus: quod fit per largitionē elemosynarum: ideo elemosynarum largitio est in precepto. Sed quia precepta dantur de actibus virtutum: necesse est ꝙ hoc modo donum elemosyne cadat sub ꝑcepto. ſm ꝙ actus est de necessitate virtutis. s. ſm ꝙ recta ratio requirit: ſm quam est aliquid considerandum ex parte dantis, ⁊ aliquid ex parte eius cui est elemosyna danda. Ex parte quidem dantis considerandum est, vt id quod in elemosynas est erogādum sit superfluum: ſm illud luce. xj. quod superest, elemosynam date. Et dico superfluum nō solum respectu suipsius (quod est supra id quod est necessarium individuo) sed etiam respectu aliorum quorum cura sibi incumbit, quia prius oportet ꝙ vnusquisqꝫ sibi prouideat ⁊ his quorum cura sibi incumbit, ⁊ postea de residuo aliorum necessitatibus subueniatur: respectu quorū dicit̄ necessariū ꝑsone. ſm ꝙ persona dignitatē importat: sicut ⁊ natura primo accipit sibi quod est necessariū ministerio nutritiue. superfluum autem erogat ad generationem alterius per virtutem generatiuam. Ex parte autem recipientis requiritur ꝙ necessitatē habeat: alioquin nō esset ratio, quare et elemosyna daretur. Sed quū nō possit ab aliquo vno omnibus necessitatem habentibus subueniri non omnis necessitas obligat ad preceptum, sed illa sola sine qua is qui necessitatem patitur sustentari nō potest: in illo enim casu locum habet quod Ambro. dicit: pasce fame morientem: si non paueris, occidisti. Sic ergo dare elemosynam de superfluo est in precepto, ⁊ dare elemosynam ei qui est in extrema necessitate: alias autem elemosynas dare in consilio est, sicut ⁊ de quolibet meliori bono dātur consilia. Hec ille. ☞ Ex quibus talis est accipienda sententia. Elemosynarum largitio est in precepto: quia dilectio proximi non solum ſm affectum sed effectū est in precepto. Tunc autem est in precepto quando est necessaria virtute charitatis. ita ꝙ sine tali elemosyne dōatiōe charitas manere non potest: quia est actus eius. Tunc autem est de necessitate charitatis, quando recta ratio ad hoc necessitat. Necessitantia autem ſm rectā rationem ad elemosyne actum sunt duo: aliquid scꝫ ex parte dantis, ⁊ aliquid ex parte eius cui elemosyna est danda. Ex parte quidē dantis necessitans ad elemosyne actū est superfluitas bonorū nō solū nature sed persone: iuxta christi preceptum ⁊ nature processum. Ex parte aūt eius cui elemosyna est danda necessitans ad elemosyne actū est necessitas seu indigētia, nō quecūqꝫ (q: ab vno etiā habente superflua nō pōt oībus necessitatibus apparentibus subueniri) sed extrema, iuxta verba ambrosij. Unde ⁊ dare elemosynā de superfluo est in ꝑcepto ratione superfluitatis: ⁊ dare elemosynam ei qui est in extrema necessitate est in precepto ratione necessitatis extreme: alias autem est in consilio. Qḋ autem iste sit verus sensus. patet ex eo ꝙ ſm istum sensum nulla extortio est litere nullum sequitur inconueniens, nulla discordia inter principia ⁊ cōclusiones, nulla cōtradictio inter dicta eius hic ⁊ in alijs locis supra allegatis: sed oīa inueniuntur consona, non solum supradictis sed etiā alijs dictis san. tho. ☞ In q̄stionibus siquidem de malo. q. xiij. ar. ij. ad quartum, exponens supradictā authoritatem basilij ait, Basilius loquitur in casu illo quando aliquis tenetur bona sua pauperibus erogare: puta si sit ei superfluū: ſm illud luce. xj. quod superest, date elemosynam. In quolibetis quoqꝫ quolibeto. vij. vel. viij. apud aliquos codices. q. vj. articu. ij. vbi querit vtrum ille qui non dat pauperi petenti si habeat de superfluo peccet, ponit eandem primam conclusionem in hec verba: Circa hoc distinguendum est: supposito eñ ꝙ aliquis habeat de superfluo ⁊ respectu indiuidui ⁊ respectu persone quod tenetur pauperibus erogare, aut videt in paupere petente euidentia signa extreme necessitatis aut non. Si videt, certum est quod tenetur dare ⁊ peccat non dando: in hoc enim casu loquitur ambro. pasce fame morientem. si non paueris, occidisti. Si vero non apparent, tunc non tenetur dare pauperi petenti: quia quamuis teneatur dare superfluum pauperibus, non tamen tenetur omnibus dare, nec huic dare. sed tenetur distribuere secundum quod sibi visum fuerit opportunum. Hec ille. Ex quibus prima cōclusio euidenter apparet.

☙ Fundantur aūt he conclusiones super rationes multas. Quū enim bonum consurgat ex causa integra: malum autem ex particularibus defectibus (vt dio. dicit. iiij. ca. de diui. nomi.) charitas ipsa erga proximum indigentem conseruari non potest, nisi ex parte vtriusqꝫ omne corruptiuum tollatur: cōtrariatur autem dilectioni proximi (vt ex dictis ⁊ dicendis patet) ex parte dantis superfluum persone indigentibus negare, ex parte vero pauperis extrema necessitas non adiuta: et ideo quodcūqꝫ illorū inueniatur, charitas non saluatur, ⁊ consequenter malum culpe mortalis consurgit: et hec est ratio quam tetigit sanctus tho. in. q. xxxij. loco preallegato; quum dixit quod actus elemosyne est de necessitate virtutis secūdum quod recta ratio requirit, secundum quam aliquid est considerandum ex parte dantis ⁊ aliquid ex parte eius cui danda est elemosyna. ☞ Amplius. Quum ordo charitatis sit in precepto (vt testatur sanctus thomas in secunda secundē. q. xliiij. articu. vlti.) ⁊ ex charitate diligenda sit vita corporalis proximi, secundum omnes plus tenemur diligere vitam proximi ꝙ bona nostra exteriora sicut plus animam proximi ꝙ corpus nostrum. Sed decentia status est quoddam bonum exterius: igitur tenemur de necessarijs ad decentiam status nostri subuenire vite corporali illius qui est in extrema necessitate. Et similiter quum charitatis ordo exigat, vt decentiam status proximi superfluitatibus nostris proponamus (quoniam tale bonum charitas proximo vult) hoc autem malum abijcit. tenemur ex superfluo nature ⁊ persone aliorum necessitatibus subuenire. Et hec est ratio quam adduxit san. tho. in. iiij. sen. vbi supra. ☞ Amplius. Quum virtuti duo sint extrema contraria scilicet superabundantia ⁊ defectus (vt dicitur. ij. ethi.) charitas autem licet secundum se extremo superabundantie careat (quia vt inquit bernar. charitatis modus est absqꝫ modo esse: ex eo quod obiectum non potest tantum amari quantum est amabile) vtrūqꝫ tamen extremum habet secūdum exteriores operationes: vt ex secūda secunde. q. xxvj. ar. vij. habetur: vnde ⁊ ex superabūdātia ⁊ defectu exteriorū operū corrūpit̄. Ad excessum aūt in ꝓposito pertinet plus de corporalibus bonis ꝙ oporteat attribuere tā sibi ꝙ alijs: quia amicabilia que sunt ad alios sunt ex amicabilibus que sunt ad se, vt dicitur. viij. ethi. Defectus vero est minꝰ corporalibus bonis vti ꝙ oporteat ⁊ ad suā ⁊ aliorum sustentationem. Quum autē superflua nature ⁊ persone habens nec indigentibus dispensans, plus sibi ꝙ oporteat huiusmodi bonorum applicet (aliter superflua nō sunt) manifestum est ꝙ in charitatis extremum contrarium ſm superabundātiam incidit: sicut ⁊ ille qui in superfluis ⁊ voluptuosis conuiuijs plus alijs ꝙ deceat tribuit: ⁊ consequēter vterqꝫ peccat mortaliter. Similiter quū negans necessariū persone patienti extremā necessitatē, minus alijs ꝙ oporteat cōicet huiusmodi bona (q: debētur exteriora bona ordine naturali sustētationi vite humane primo, deinde ceteris cōmoditatibus) pꝫ ꝙ in extremū ſm defectū declinat: sicut ⁊ ille q̄ suꝑplus ob suā miseriā corporali saluti subuenire negligit: vñ ⁊ vterqꝫ a charitate recedit: ⁊ cōsequēter mortaliter peccat. Et hec est ratio quā tetigit san. tho. in quolibeto vj. q. vij. ☞ Amplius. Quū de iure naturali oīa sint cōia, ⁊ ius gentiū res appropriauerit quo ad vsum, ꝓcurationē ⁊ dispensationem (vt dicit san. tho. in secūda secunde. q. 66. ar. ij.) cōstet quoqꝫ ꝙ a iure gentiū nihil inordinatū vim sumit, qm̄ a natura vt rationalis est oritur) impossibile est ea q̄ huic suꝑfluūt quo ad naturā ⁊ personā eius esse quo ad vsum (vsus eñ suꝑfluorū inordinatus est, aliter superflua nō sunt) lꝫ istius sint q̄ ad ꝓcurationē ⁊ dispōnē. Si aūt ex iure gentiū eius nō sunt quo ad vsum, indigentibus ex iure naturali debentur dispensanda tamen secundum arbitriū possidentis, cui (vt dictum est) dispensationem ius gentium appropriat. Cōtra ius ergo naturale est superflua nature ⁊ persone indigentibus non largiri. Similiter licet necessarium persone sit habētis etiam quo ad vsum simpliciter loquendo: in casu tamen quo extrema necessitas alterius appropriat, vt superfluū cēsetur eius vsus respectu istius patientis extremam necessitatem, ⁊ iuris naturalis vis exigit vt tā ꝙ superfluum patienti debeatur. Non enim ratio a qua ius gentiū deriuatur, ita necessarium persone appropriat huic quo ad vsum, quin iudicet in casu necessitatis alteri deberi ob iuris naturalis

rim. Cuius signum est: quia si ab isto possidente necessarium persone in tali casu non dispensetur patienti extremam necessitatem, laudabiliter ab eo auferri potest, vt extremis necessitatibus subueniatur. Est igitur ⁊ contra ius naturale non subuenire extreme necessitati de necessario persone. Et hec est ratio quam tetigit sanc. Tho. in secunda secunde quest. xxxij. in hoc art. in responsione ad secundum: ⁊ est sumpta ex verbis basilij ⁊ Ambrosij. Ille enim exponens verba diuitis Luce. xij. dicentis: congregabo omnia que nata sunt mihi ⁊ bona mea: ait. Dic mihi que tua, vnde ea sumens in vitam tulisti? sicut qui preueniens spectacula prohiberet aduenientes sibi appropriando quod ad cōmunem vsum ordinatur: similes sunt diuites qui communia que preoccupauerunt estimant sua esse. Si enim quilibet sue necessitatis sufficientiam recipiens relinqueret superfluū indigēti, nō esset diues nec paup. Ceterum si fateris ea tibi diuinitus prouenire, an iniustus est deus inequaliter res nobis distribuens? cur tu abundas, ille vero mendicat, nisi vt tu bone dispensationis merita consequaris, ille vero patientie brauijs decoretur? Nonne spoliator es, qui dispensanda suscepisti propria reputando? Est panis famelici quem tu tenes: nudi tunica quam in conclaui conseruas: discalceati calceus qui penes te marcescit: indigentis argentum quod tu possides inhumatū: quocirca tot iniuriaris quot dare valeres. Amb. autem eandem parabolam tractans (vt in decretis habetur dist. xlvij. sicut hi) ait. Proprium nemo dicat quod est commune: quod plus q̄ sufficeret sumptū etiam violenter obtentum est: et subdit. Quis enim tam iniustus q̄ qui tam multorum alimenta non suum vsum sed abundantiam et delitias facit? neq̄ enim minus est criminis habenti tollere q̄ quum possis et abundas indigentibus denegare. Concludendo igitur secundum veritatem et sanc. Tho. doctrinam duas diuisim radices necessitatis ad elecmosine opus producendum dicimus: superfluitatem: scilicet nature et persone ex parte dantis, et extremam necessitatem ex parte indigentis.

¶ Obiectiones illam falsam expositionem verborum diui Tho. confirmantes. Caput iiij.

Atq̄ Autē satisfiat motiuis vnde orta creditur illa falsa expositio, alias quasdam obiectiones cōtra determinatā veritatē ad illius false expositiōis robur afferēdas cēsui. ¶ Quadrupliciter igitur instat. primo sic. Quū elecmosina sit ad alterum, oportet cōiunctim vtriusq̄ cōditiones cōsiderare, ⁊ non diuisim: sicut ⁊ de iustitia dicitur. v. ethi. vnde ⁊ sanc. tho. in hoc ar. ait q̄ nulla est ratio quare elecmosina alicui detur quantūcumq̄ alias habeat supflua, nisi iste egeat: ergo copulatim oportet intelligere q̄ duo sunt ↄsiderāda ad preceptū elecmosine. s. supfluitas et extrema necessitas. ¶ Secūdo: q: si non cōiunctim intelligat, sequit deficiēs doctrina, ⁊ quodāmodo impossibilis adimpleri. Deficiēs quidē: q: dicit q̄ hñs supflua tenetur largiri elecmosinalr, ⁊ nō dicit cui: ⁊ silr q̄ patienti extremā necessitatē sub precepto subueniendū est, ⁊ nō dicit a quo. Impossibilis vero q̄nq̄: quia in aliqua patria nullus est pauper, ⁊ tamē aliq̄s habebit de superfluo. ¶ Tertio: q: post articulū istū querit. s. tho. vtrū corporalis elecmosina sit danda de necessario: ex hoc em̄ arguit sic. Si in p̄cedēti articulo iam determinatū est, q̄ patienti extremam necessitatē tenemur dare de necessario persone, q̄d opus erat dubitare vtrum sit danda elecmosina de necessario? ¶ Quarto: quia sanc. tho. in quolibeto. vj. quest. vij. seu ar. xij. in respōsione ad primū, dicit hec verba. Non semper peccat mortaliter quoticūq̄ nō dat pauperi qui superfluum habet. sed quando necessitas imminet. Quā autem sit talis necessitas q̄ obliget ad mortale, non potest ratione determinari: sed cōmittitur prudentie. ¶ Et in respōsione ad secundū dicit. Dare omnia sua pauperib⁹, cadit sub p̄cepto fm̄ animi p̄parationem: vt scilicet homo sit parat⁹ hoc facere si necessitas immineat. Maior tamen necessitas requiritur ad supflua erogāda q̄ ad oīa exhibenda: tamē hoc totū rōne vniuersali determinari non potest, sed cōmittitur prudentie vt dictū est. Ex his em̄ verbis vř q̄ supflua erogare fm̄ sanctū Tho. nō sit in p̄cepto nisi tp̄e necessitatis.

Ad hec Rñdetur. Et ad primū dr̄. q̄ aliud est loq̄ de executione p̄cepti elecmosine, ⁊ aliud de obligatione ei⁹. Lz em̄ ad exequēdū elecmosine p̄ceptū exigant duo. s. supfluitas nature ⁊ psone ex pte dantis. ⁊ indigentia nature vel psone ex pte ei⁹ cui est elecmosina dāda: vel supfluitas nature ex pte dātis. ⁊ indigentie nature. i. extrema necessitas ex pte patiētis (q: alr nō est ratio q̄re danda sit elecmosina) obligat tn̄ q̄s p se loquendo ex hoc solo q̄ superfluum nature ⁊ psone habet illud distribuere. Solo autem dico, excludendo non oēm sed extremam alteri⁹ necessitatem: quā hic sanc. tho. superfluitati cōbinat: oportet em̄ q̄ si vni superest, alteri deficiat: vt basilius dixit. Et similiter ipsa extrema necessitas alicuius quātum est ex se, obligatiua est ad hoc vt sibi subueniatur. Per accidens aūt est, q̄ hic vel nunc quis non teneatur: puta quia latent eum indigentes. Unde quia sanc. Tho. radices precepti inuestigabat, ⁊ nō exequutionem, ideo disiunctim intelligendus est (vt probatum fuit) aliter in maximos incidetur errores. Et si subtiliter aspiciat quis, videbit q̄ et ad ipsam obligationem precepti duo concurrunt: scilicet supfluitas nature vel persone ex parte dantis, ⁊ necessitas nature vel persone ex parte patientis: quoniā precepta moralia dantur de his que vtplm̄ eueniūt: vt pluries arist. in ethicis dicit. Cōmuniter autem imo poti⁹ semp. superfluitas vnius est indigentia alterius: sed quia non ex parte indigentie est obligatio ad mortale, nisi sit extrema, neq̄ ex parte superfluitatis est preceptum, nisi sit vltra psone dignitatem. ideo summarie loquens sanc. tho. ea que complent rationes preceptorum assumens, ad aliaq̄ loca tanq̄ ad cōmentaria que se scripsisse nouerat remittendo, assumpsit: ⁊ conclusit dicens duo precipi, et dare de superfluo, et dare extremam necessitatem patienti.

¶ Ad secūdum dicit, q̄ doctrina sufficiens est: et quia summarie tradita. ⁊ quia alibi explicata est: ⁊ quia facile subintelligi pōt. cui danda sunt superflua (indigenti scilicet ⁊ patienti extremā necessitatem) ⁊, a quo subueniendum est. ab eo scilicet qui nouit ⁊ potest. Posse autem quēlibet supfluū nature habentē, clarum est. Nec est verū q̄ q̄nq̄ impossibile sit hoc obseruare: qm̄ fm̄ euāgelicam doctrinam paupes semp habebim⁹ nobiscū: ⁊ dato q̄ nō appareret aliquis indigēs, obseruaret p̄ceptū futuris pauperibus thesaurizando. ¶ Dicitur secundo, q̄ quia (vt dictū est) sermones morales sunt fm̄ subiectā materiam, que vt in pluribus hoc habet. ideo si in aliquo particulari casu aliq̄d occurrat qd̄ ipedire videt obseruationem p̄cepti, nihil vigoris ipsi p̄cepto adimit. ¶ Ad tertiū sufficiēter rñdetur quantū ad ꝓpositū spectat. querendo ab obicientibus, ad q̄d sanctus doctor in. iiij. sent. dist. xv. post articulum adductum, in quo exp̄sse has cōclusiones determinauit, mouit illāmet dubitationē (an. s. elecmosina danda sit de necessario) in eadē q. art. iiij. Causa enim quā reddiderit sunt quare hoc fecit in. iiij. est illa quare hoc fecit in scd̄a scd̄e: ⁊ quum in. iiij. videant q̄ talis articuli questio nō repugnet veritati huius prioris determinationis, nec superflue addita sit, fateant fallax assumpsisse signū in scd̄a secunde ad suā expōnem ꝓbandā. Est aūt in p̄omptu cā quare vtrobiq̄ talem articulū adiecerit: q: specialē. s. pře se fert difficultatem necessariorum distributio: quū enim audis necessariū, distribuendum non videt. Unde licet ex p̄cedenti articulo facile deduci potuisset ↄclusio ista, q̄ necessariū persone erogandū est patienti extremam necessitatem: tñ tota qd̄ (an. s. liceat necessarium erogare) nota non erat: quare ⁊c. ¶ Ad quartū dr̄, q̄ opz intelligere responsionum terminos fm̄ q̄ in argumentis oppositis assumpti sunt. In illis autem argumentis non est sermo nisi de necessario nature ⁊ superfluo nature (vt pz in primo ex p̄cepto Johannis baptiste Luc. iij. qd̄ inducitur. s. qui habet duas tunicas, det vnā nō habenti: due enim tunice sunt supfluū nature, nō persone: vt glossa ibidē dicit, ⁊ petr⁹ de palude in. iiij. dist. xv. ⁊ ratio conuincit. tum ꝓpter tēporū variationē naturalē fm̄ calidum ⁊ frigidum serenitatem et intēperiem: tum ꝓpter cōmunē humani generis morē. Un̄ v̄ba illa q̄ in solutione primi dicit, cōfirmant scd̄am cōclusionem supra determinatam: quia necessarium persone qd̄ est nature superfluū, in articulo necessitatis extreme erogandum dicit sub peccato mortali. ¶ Secūdum autem argumentū replica est cōtra hanc respōsionem hoc modo. Dare oīa etiā necessaria nature est in precepto in articulo necessitatis, quod tamē simpliciter est in ↄsilio: ergo dare superflua nature quod est in precepto, obligat extra articulum necessitatis. Tenet cōsequētia: quia preceptū obligat plus q̄ cōsilium: ergo male respōsum est q̄ preceptū illud de duabus tunicis, et similia intelliguntur in articulo necessitatis. ¶ Et ad hoc respōdet q̄ vtrūq̄ est in precepto fm̄ preparationem animi pro articulo necessitatis: sed articulus necessitatis habet latitudinem. Necessitas em̄ obligans ad necessaria nature cōmunicanda est nō quecumq̄ extrema necessitas pauperis. sed illa qua quis etiam vitam propriam tenetur discrimini exponere propter illū: si enim pro fratribus mori aliquādo est in precepto, cōsequēs est q̄ priuare se necessariis vite adminiculis cōmittendo se diuine prouidentie in aliquo casu preceptum sit. Necessitas autem ad superflua obligans nature cōmunicanda est minor: sufficit enim ad hoc q̄ pauper nō habeat vnde sustentari queat. Unde ex hac rñsione scd̄a conclusio uerum confirmatur. sicut ⁊ per corpus illius articuli.

¶ Solutio obiectionum ꝓ fundamēto illius opinionis in primo capit. adductarum. Cap. v.

AD ea vero q̃ in principio ꝓ fundamento illius expōnis adducta sunt r̄ndetur. ¶ Et ad primum quidem r̄nsio ex dictis aperta est. Iā eñ declarauimus ⁊ ꝓbauimus q̃lio duo cōsideranda sunt ſm rectam ratonē ad necessitatē virtutis eleemosynarie. ¶ Ad secūdū vero dicit̄ ꝙ ly laudabilr̄ pōt dupl'r sumi. Uno modo vt distinguitur cōtra necessario: ⁊ sic idē sonat laudabiliter q̄d bene, sed nō de precepto sed de cōsilio. Alio modo vt distinguitur contra vituperabiliter: ⁊ sic idē sonat quod virtuose. In proposito san. tho. accepit laudabiliter secundo modo, ⁊ non primo. Et nihil aliud voluit dicere, nisi ꝙ in illis casibus tribus quos enumerat non inordinate sed virtuose quis necessaria persone largiretur. Ex hoc aūt ꝙ virtuose hoc fieri dicitur, non sequitur ergo non de precepto: quoniam actus virtutis communis est preceptis ⁊ consiliis. ¶ Et quia hoc verbum arbitror fuisse occasionem errandi aliis, et falsam fouisse expositionem, ꝓpterea quod creditum est ꝙ. s. tho. videretur ly laudabiliter primo modo, ideo ostendo ꝙ secundo modo accepit laudabiliter ex quatuor. Primo ex articuli titulo. ac. s. tho. more. Quū enim cōsueuerit diuinum eius ingeniū questionibus respondere sermone formali (propter q̄d vniuersaliter profunde sunt eius sentētie, ⁊ occulte minus perspicacibus) ⁊ titulus articuli non sit an de necessario fieri eleemosyna debeat sub precepto vel consilio, sed an de necessario dare liceat eleemosynā, sua non intererat respondendo disserere ꝙ hoc sit in cōsilio vel precepto: sȝ ꝙ hoc sit cōtra virtutē vel ſm virtutē: licet ad perfectiorem doctrinam potuisset post subiungere: ⁊ hoc non solum est ſm virtutē: sed etiam in ꝑcepto. Quod dixit ergo laudabiliter, virtuose exponendum est, si difficultati mote formaliter responsum esse fateri voluimus. ¶ Secundo ex prima parte corporis illius articuli: ait eñ ibi, ꝙ non licet dare de necessario nature, nisi ad sustentationem reipublice, vel ecclesie in aliquo casu necessitatis: tūc eñ laudabiliter in quit seipsum ⁊ suos mortis exponeret periculo: q: bonū cōmune ꝓponendū est proprio. Ex hoc arguitur sic. Certum est ꝙ in aliquo casu tenetur q̄s de precepto non solum mortis periculo se exponere, sed etiā mori pro fratribus: ergo quum san. tho. dixit laudabilr̄ hoc fieri in aliquo casu, non accepit laudabiliter vt distinguitur cōtra necessario, seu de precepto: quia falsum dixisset, quum in precepto hoc esse non sit dubium in aliquo casu, accepit igitur laudabiliter. i. virtuose. Quod si hic hāc acceptas glosam, quare non infra in ꝓposito nostro: nulla siquidem est questionis aut stili disparitas. ¶ Tertio ex regula generali, ex qua excipiēs profert hec verba. Quū eñ distinxisset necessariū in necessariū nature ⁊ persone: ⁊ de necessario nature regulā tradidisset ꝙ nō lȝ dare ex eo eleemosynā, ⁊ exceptionem fecisset, ad necessariū persone transiēs ipsum absolute cōsiderans (vt questio exigebat) duas regulas tradidit. Prima est ꝙ dare de necessario persone, simpliciter. s. ⁊ absolute cōsiderando ipsum: est bonū sub cōsilio tm̄, non precepto: secunda autem quasi aduersatiue addita est, ꝙ inordinatū est dare tantum de necessario persone ꝙ de residuo non possit cōuenienter vita peragi. Et ab hac secunda regula excipit tres casus. ingressum religionis, facilem reparationem, ⁊ extremā necessitatē priuate ꝑsone vel magnam reipublice: quia in his laudabiliter, necessaria persone erogantur. Ex his verbis videre quispiam pōt clara luce, ꝙ laudabiliter posuit cōtra inordinatū. Regula eñ erat, ꝙ necessariū ꝑsone nimis a seipso subtrahere est inordinatū. Exceptio autem est ꝙ in tribus casibus hoc fit laudabiliter: id aūt est dictu laudabiliter vt distinguitur cōtra inordinate ⁊ contra vituperabiliter. ¶ Quarto patet hoc idē ex. iiij. sen. di. xv. q. ij. ar. iiij. q. j. ibi eñ tractans hūc articulū eandem regulā tradit, ⁊ eosdē tres casus excipit ab illicitis. Constat autem, ꝙ ibi iam determinauerat, ꝙ non solum licitū sed preceptū erat dare de necessario persone vltimā necessitatē patiēti. Nihil ergo obstat ꝑ determinate sententie, ꝙ id quod preceptū dixerat, post laudabile aut licitum dicat, exigēte hoc noua difficultate: quia formaliter sibi vult responderi. Laudabiliter igitur .i. est virtuose dixit dari eleemosynam de necessario in articulo necessitatis. ¶ Et ꝑ hec patet qualiter intelligenda sint verba illa que ad confirmationem dicebantur. s. dare eleemosynam de necessario ꝑsone est bonū, ⁊ non cadit sub precepto sed cōsilio. Quum eñ hec verba in eodem sint articulo, accipiēda sunt vt q̄situ formal'r determinat. Querit̄ aūt ibi, nō an liceat de necessario dare eleemosynā in tali vel tali casu: sed (vt dictum est) quia ipsum necessarii nomen erogationem excludere videtur, queritur an considerando id q̄d necessariū est alicui absolute ⁊ simpliciter, liceat eleemosynam de eo dare. Ad hoc autem quesitum facta distinctione de necessario nature ⁊ persone, subtiliter ⁊ optime quo ad necessariū persone dictum est ꝙ licet seu bonum est de consilio tamen non de precepto. Ex hac tamen responsione non sequitur, ergo in nullo casu vel in casu extreme necessitatis hoc non cadit sub precepto: quesita eñ aliter a sapientibus determinantur solitarie sumpta, ⁊ aliter coniuncta alicui casui siue fini. Si enim queras an occidere hominem sit bonum, optime respōdebitur quod non: ꝙ si addas in casu quo iustitia exigit, respondetur ꝙ hoc est in precepto. Similiter si queras an exponere se mortis periculo sit bonū. optime respondebit̄ ꝙ nō: ꝙ si addas propter actum virtutis, dicetur quod hoc q̄nq; cadit sub precepto: ⁊ similiter de aliis euidenter apparet, ꝙ aliam responsionē sibi vendicant solitarie quesita, ⁊ aliā coniūcta cū aliquo alio. Unde ad insinuādū. s. th. ꝙ dare de necessario ꝑsone solitarie sumptū bone affectiōis est, dixit, ꝙ sub cōsilio nō ꝑcepto cadit. Ad insinuandū aūt ꝙ hoc in aliquo casu sub ꝑcepto cadit. s. dixerat ⁊. j. dicit ⁊ alibi (vt est allegatū) ꝙ de necessario ꝑsone extreme necessitati sub ꝑcepto tenet̄ q̄s subuenire. Patet igit̄ ex dictis. ꝙ. s. th. sententia est ꝙ duo sunt ꝑcepta circa eleemosinam faciendā. s. dare de sup̄fluo nature ⁊ ꝑsone indigentibus q̄buslibet, ⁊ dare de necessario persone patienti extremam necessitatem.

¶ Exposite opinionis. s. tho. ex multis illustribus doctoribus, antiquis ⁊ modernis, confirmatio. Caput. 6.

ET q2 hoc videbit̄ multis forte nimis graue, ⁊. s. tho. quē prius mirabant̄ sequendū nō putabūt, ⁊ coaceruabūt sibi magistros prurientes auribus, vt oīno inexcusabiles reddant̄, apponendos cēsui multos illustres doctores eandē tenētes sententiā: licet nō paruipēdendū sit verbū illud. s. tho. in. 4. q̄ñ ait hanc esse cōmunē sententiā. ¶ Primā ergo cōclusionē (s. ꝙ habēs sup̄fluū nature ⁊ ꝑsone tenet̄ aliis subuenire ratione sup̄fluitatis, licet pauper nō appareat i extrema necessitate) tenēt imprimis basilius ⁊ ambrosius in verbis. s. adductis: Aug. quoq; ad macedonium (vt habet̄. 14. q. 4. ca. q̄d dicā) idē sentit in his verbis: Nonne oēs q̄ sibi videnṫ gaudere cōquisitis, eisq; vti nesciūt, alienū possidere cōuincimus? hoc eñ certe alienū non est q̄d iure possidet̄: hoc autē iure q̄d iuste, ⁊ hoc iuste q̄d bene, omne igit̄ quod male possidet̄ alienū est: male aūt possidet q̄ male vtitur. Hec ille. Ubi apparet sup̄fluum nature ⁊ ꝑsone alienū esse quo ad vsum, ⁊ cōsequenter dispēsandū: aliter iniuste possidet̄, q: habens nō recte vtitur illo. ¶ Eādem cōfirmat sententiā hiero. di. 42. ca. hospitalem, dicens, aliena rapere conuincit̄ qui sibi vltra necessaria retinere probatur. Hec ille. ¶ Theophilus quoq; sup illa verba luce. 18. facilius est camelum, tractans an hec dn̄i sententia impossibilitatē ostendat circa diuitum salutē, affirmāsq; impossibilitatē ait. Reuera ita est: aliud eñ est diues, ⁊ aliud economus: nam diues est, qui sibi reseruat diuitias: economus vero siue dispensator, qui ad opus aliorum has tenet. Porro attēdatur, ꝙ diuitem quidem impossibile dicit saluari, possidētem vero diuitias difficile, quasi dicat, diues qui captus est a diuitiis ⁊ famulatur eis, non saluabit̄: habēs vero illas, qui. s. eis dn̄atur, vix saluabitur causa humane fragilitatis. Hec ille. Ubi manifeste damnantur omnes reseruantes sibi diuitias. i. sup̄flua, ⁊ q̄ eis famulant̄. Qz aūt talis famulatus excludēs a vita eterna, sit ipsa custodia sup̄fluorū, apparet ex verbis chrysos. ibidem dicētis. Nō prohibet ditari, sed opibus famulari, vult vt in necessariis vtamur eis, non vt custodiamus: nam famuli est custodire, sed dn̄i dispensare. Si conseruare eas vellet, non tradidisset eas hominibus, sed sineret eas in terra iacere. ¶ Apparet etiam ex verbis domini matthei. 6. non potestis deo seruire ⁊ mammone, vbi hieronymus, exponens quid sit seruitus diuitiarum ait. Audiat hoc auarus, audiat hoc qui censetur vocabulo christianus, non posse simul diuitiis christoq; seruiri et tamen non dicit, qui habet diuitias: sed qui seruit diuitiis. qui eñ diuitiarū seruus est, diuitias custodit vt seruus: qui autem seruitutis excussit iugum, distribuit eas vt dominus. Hec ille. Ubi expresse apparet, quod est impossibile superflua custodire non dispensando, et christum amare. diuitiis enim amatis, se odio haberi, necessarium esse ibidem dicit dominus. ¶ Beda quoq; super illud luce. xj. quod superest, date eleemosynam: ait. Neq; enim ita facienda iubetur eleemosyna, vt teipsum consumas inopia: sed vt tui cura corporis expleta inopem quantum vales sustentes. Hec ille. Ubi iuberi exposuit sustentationem inopum post necessaria nobis. ¶ Inter posteriores vero doctores, petrus de palude in. iiij. distin. xv. q. iij. expresse ponit hoc cadere sub precepto. Ricardus quoq; in. iiij. distin. xv. q. ij. hoc idem confirmat. Durandus autem

⁊ romanus ibidem quasi mortale pauidi timent.

¶ Secundam autem cõclusionẽ (q. s. dare eleemosynã existẽti in extrema necessitate de necessario persone sit in p̃cepto) ambr. dist. 86. ca. pasce cõfirmat dicens pasce famemorientem: si non pauisti occidisti. ¶ Gregorius quoq; in homelijs suis ait, Quia enim in lege scriptũ est, diliges ꝓximum tuũ sicut teipsum, minus proximũ amare cõuincitur, qui nõ cum eo in necessitate illius etiã ea q̃ sunt sibi necessaria partitur. adeirco de diuidendis cum proximo duabus tunicis dat̃ p̃ceptũ. Hec ille. Ubi euidẽter apparet, q̃ necessaria nõ cõmunicata necessitatibus absq; dubio extremis, minorẽ debito dilectionẽ christi cõuincũt: ⁊ cõsequenter charitatis extinctionẽ, que diminutionẽ non patitur. ¶ Basilius etiã super illud luce. iij. qui habet duas tunicas: ait, Hic autem docemur q̃ ex omni eo qd̃ affluit supra ꝓprij victus necessitatẽ, tenemur erogare illi q̃ nõ hꝫ ꝓpter deũ: qui quecũq; possidemus largitus est. Hec ille. Ubi clare sonat intentã sententiam. ¶ Juniores quoq; s. petrus de palude, ricardus, durã. ⁊ romanus in. iiij. sen. di. xv. intrepide asserũt teneri quẽlꝫ de necessario persone subuenire extreme necessitati pauperis. Non absq; temeritate ergo a tot doctoribus ac rationibus subtrahet se quispiã, volẽs magis hoĩbus placere, q̃ veritatem sequi. ¶ Quod si mihi illud rosille obiecceris, q̃ scꝫ diuitum confessiones audiri nõ possent, et cõfessores dãnationẽ incurrerent: Audi dñm Jesum Christum in euãgelio diuitibus dicẽtem, Facilius est camelũ transire per foramẽ acus, q̃ diuitem intrare in regnum celorũ. Confessoribus autẽ, Si cecus ceco ducatũ prebeat, ambo in foueã cadunt. ¶ Et sic patet regula generalis, circa eleemosinarũ necessariam largitionẽ: applicatio autẽ eius ad particularia scientifice determinationi nõ subest, sed prudẽtie cõmittitur, que circa particularia versatur. Est autẽ magna opus circumspectione, vt cõcludatur hunc habere superflua. oportet siqdem cõsiderare statum, filios, filias, seruos, alumnos, hospites, conuiuas, diuisionẽ, munificentiã, magnificẽtiam, ⁊ si qua sunt hmõi: et habere semper pre oculis, q̃ necessariũ persone non cõsistit in indiuisibili: multis enim adiunctis, non apparebit superfluũ: et multis subtractis, non censebitur quis indigens. ¶ Et hec de eleemosine precepto dicta sufficiant. Anno domini 1496. Finis.

¶ Thome de vio Caietani Cardinalis sancti Xisti, de Monte pietatis, Tractatus.

¶ Quid sit Mons pietatis, que eius Capitula, et quid discutiendum. Caput primum.

Mons pietatis in multis iam Italie Populis erectus et nunc discutiendus vocatur summa quedam pecunie ad perpetuum vsum pauperum deputata, hoc modo. Compatientes diuini verbi predicatores aliqui inopie multorum pauperum, quorum facultates (quia non semper in promptu habere contingit, vnde suis prouideãt necessitatibus) ab Hebreorũ vsuris vorant: induxerũt pplm̃ vt pietatis intuitu oblatiõe volũtaria q̃squis qd̃ sibi placeret, offerret, quaten⁹ ex multis oblatis vna quedã fieret nũmorũ summa, cõseruãda integre ad hoc vt pauꝑi cuiq; mutuari possit vnde sibi ꝓuideat. Et qm̃ charitate plena res est hec, fructuosa fuit p̃dicatio: adunataq; est pecunia multa sub cõibus custodib⁹ reposita, q̃ mõs pietatis dr̃. ¶ Cuiusq; modũ cõuenientẽ ⁊ ꝑpetuũ humano more rectores ciuitatis statuere velẽt, quo paupib⁹ p̃dicta pecunia distributiõe ꝑpetua ⁊ eq̃li mutuari possit, statuerũt bonos mores ad h̃ exeq̃ndũ cũ his capl'is. ¶ Primo q̃ custodiãt dictã pecuniã, ⁊ sĩt parati ad mutuãdũ egẽtib⁹ tot aureos (puta tres ad sũmũ) ⁊ itra tm̃ nõ plus tp̃is (puta ãnũ) restituẽdos, ⁊ h̃ vt bonũ possit esse cõmune. ¶ Scd̃o q̃ pignora ab accipiẽtib⁹ mutuũ sumãt, et suo ꝑiculo custodiãt in domo ad h̃ cõducta, ⁊ restituẽtib⁹ intra annũ reddãt: nõ restituẽtiũ vero publice vẽdãt, ⁊ ex vẽditione pecuniã exigerẽt reddẽdã dño vẽditi pignoris, deducto pri⁹ eo qd̃ mõti dꝫ: ⁊ hoꝝ oĩm ⁊ totalis sue admĩstratiõis rõnes scriberẽt ⁊ redderẽt. Et h̃ totũ fit, vt ꝑpetuari possit mõs, ⁊ futuris paupib⁹ prodesse. ¶ Tertio q̃ vltra pecuniã mutuatã exigãt ſm nũerũ librarũ singul' mẽsib⁹ tot denarios a p̃dictis debitorib⁹: ita q̃ q̃t libras aliqs mutuo suscepit a monte, tot denarios singulis mẽsibus q̃bus illas retinet dare teneat̃. Et hoc nõ vt aliqd vltra sortẽ mõti accedat: sꝫ ꝓ recõpensatiõe operarũ custodũ ⁊ ministroꝝ, q̃ publico pauperũ bono in supradictis cũ suo ⁊ periculo ⁊ labore deseruiũt, ⁊ expẽsarũ q̃ pro pẽsione domus, ⁊ emptione libroꝝ, ⁊ ceteris ab eisdẽ fiũt. Hec sunt capitula mõtis pietatis. ¶ Quoꝝ duo prima, qm̃ per se notum est esse sancta, tertiũ examinandũ restat an sit licitum aut illicitum: ⁊ si illicitum, an vsuram sapiat.

¶ Ex qb⁹ ⁊ quõ ꝓcedẽdũ ẽ ad hui⁹ v̓itatis inuestigatiõẽ. Ca. ij.

Oportet quidẽ hui⁹ dubitatiõis sicut ⁊ cuiusq; alterius verã solutionẽ ex eius proprijs principijs indagare. Quũ aũt questio hec moralis sit, ⁊ ab hoĩe naturaliter scibilis, nõ est ex authoritate diuina aut humana, sed moralis philosophie principijs tm̃ ꝓcedendũ. Ex autoritate siquidẽ diuina in canonicis sacre scripture libris contenta quedam per se ponuntur credenda, ⁊ hec sunt que humani excedũt vires ingenij (qm̃ fides est argumentũ rerum non apparentium) vt puta q̃ deus sit trinus, ⁊ alia huiusmodi. Quedam quasi per accidens, et hec sunt multa ratione naturali cognoscibilia tam credenda quam operanda, vt citius communius ⁊ tutius v̓itas humano gñi innotescat: vt puta q̃ deus sit, ⁊ q̃ sit vnus, ⁊ q̃ adulterium est malum ⁊c. In neutro autem horum genere presens continetur questio: scibilis siquidẽ naturaliter est, ⁊ nullibi in sacra scriptura decisa inuenitur. Ex traditis aũt in ea si soluí debet, opꝫ ad morales venire ꝓpositiones: non inquãtum creditas, sed lumine naturali notas. Hoc aũt est ex principijs moralib⁹ non ex diuina ꝓcedere authoritate. ¶ Autoritas vero humana tam canonica q̃ ciuilis duo similiter tradit operum genera. Quedã ideo bona q: mãdata, vel mala quia prohibita: ⁊ quedã ideo p̃cepta q: bona, vel prohibita q: mala. In horum primo ordine cõstat hos de quibus agimus actus, nõ contineri: in secundo aũt claudi nullibi explicite habetur. Implicite aũt ꝓbari nõ põt ex iuris principijs inquãtũ humana sunt autoritate firmata: sed oportet recurrere ad philosophiã moralẽ, vt ex ei⁹ rõnibus naturali lumine fultis, ostendat̃ an hoc sit ſm se malum aut bonũ. ¶ Ex hoc aũt q̃ nulla autoritas questionẽ hãc ꝓpriã sibi vendicat, euidẽter quattuor patere possunt. ¶ Primo q̃ p̃ntis q̃õnis decisio, nec canonici nec ciuilis iuris doctores, nec purũ theologum ſm q̃ theologia vltra philosophicas disciplinas est simpliciter necessaria, exposcit. sed moralẽ philophũ. ¶ Secundo, q̃ sapiẽtes in hac re nec h̃ndi nec vocãdi sunt doctores p̃dicti: sed ponẽtes potius falcẽ in messem alienã. Ipse tñ sunt eis habẽde, qui ſm iura quantũ licuit q̃õnem hãc ventularunt. ¶ Tertio, q̃ nõ est mirum si tot hmõi hoĩes in re hac minus bñ dixerint: qm̃ tractãt fabrilia fabri. ¶ Quarto, q̃ ex eo q̃ tot ⁊ tales dixerũt vel dicturi sint in re hac suas opiniones aut decisiones, nemo hec intelligẽs dꝫ aut põt cõscientiam suã eis credere: sicut nec corpore infirmitatis periculũ aromatarijs nisi stulte cõmitteret. ¶ Nec obstat q̃ agere de contractib⁹ ⁊ vsura, ad iura spectet ⁊ ad papã ⁊ p̃ncipẽ decernere: hoc eñi verũ est quo ad ꝯtentiosa fori exercitia ⁊ humana iudicia. Inter hoĩes siquidẽ summi põtificis est vsurarũ ambiguitates determinare, ⁊ non simplr̃. ¶ Dupl'r eñi aliqd ad ecclesiasticũ iudicium spectat. s. per se ⁊ simplr̃. Et sic summi põtificis iudicio subsunt ea tantũ que sunt fidei: eo q̃ ipse est constitutus a christo doctor ⁊ rector fideliũ inquãtũ fideles sunt, ⁊ nõ hoĩm inquãtũ hoĩes sunt: et sibi ꝓmissa est oĩs veritas de necessarijs ad salutẽ fidelium: ⁊ non oĩs veritas naturaliter scibilis aut moralis. ¶ Aliqd v̓o subdit̃ ecclesie iudicio per accidẽs ⁊ ſm qd: si s. illud necessariũ certa rõne nescitur, aut si ratio vere scita ab aliquibus, non capitur ab alijs ⁊c. ⁊ de horum numero constat ex dictis questionem hanc esse. Et ꝓpterea sicut in his que sunt fidei, summi põtificis autoritas oĩb⁹ preest rõnibus: ita in his scibilibus supra tam ipsum q̃ quẽcumq; alium iudicem, ratio naturali lumine roborata locũ obtinet: cõtra quã sola autoris nature autoritas statuere aut decidere aliqd potest. ¶ Et quoniam solius veritatis amore opus hoc agitur ⁊ materia moralis est, vt oĩb⁹ amabilis veritas reddatur, nemo opinãs nominabitur aut mordebitur quouis modo: sed opiniones discutiemus bene dicta suscipientes, minus autem bene, ordinantes, et secundum vires fraternitate ⁊ charitate emendantes.

¶ In quo genere et in qua specie virtutis aut vitij operationes iste locentur. Caput .iij.

Humana opera virtutis aut vitij susceptiua, in duo secant̃ genera. Quedã enim sunt quorũ bonitas vel malitia i ordine ad op̃antẽ cõsistit: vt cõcupiscere, irasci, timere, audere, ⁊ vniuersaliter humane passiones. Talũ siquidẽ rectitudo sufficiẽter habet̃, si ipse operãs in seipso aliqualiter se habet: puta si passio sm rationẽ refrenet̃ ⁊c. ¶ Alia aũt sunt quorũ propria ⁊ p se primo bonitas aũt malitia cõsistit in ordine ad alterũ, licet ad cõpletã virtutis bonitatẽ etiã in ordine ad operantẽ bona esse oporteat: vt reddere depositũ, restituere accõmodatum, ⁊ vniuersaliter operationes q̃ iustitie subiacẽt. Ad horũ siquidẽ rectitudinẽ proprium .i. ad hoc vt iusta opera sint, sufficit q alteri equaliter commensurata sint: puta q restitutio acceptioni equet̃. Nõ em̃ refert qua qs intentione depositũ reddat, aut debitũ psoluat, si operis iustitiã inspicimus: licet plurimũ intersit, si iustitie virtutẽ operãti attribuere volumus. Propter qd̃ hoc est singulare iniustitie operibus, q iusta opari possunt carẽtes iustitie virtute, ceterarũ autẽ virtutũ opera, nemo absq virtute illa explere sufficit. Qd̃ ideo (vt ex dictis patet) accidit, q: cetere virtutes pficiunt hoiem in his q̃ sunt ad se, iustitia vero in his q̃ sunt ad alterũ: vt in quinto dicitur ethi. ¶ Quum aũt clara luce liqueat opera hec de q̃bus presens agit̃ questio, in numero eorũ q̃ ad alterum sunt cũ equalitatis ciuili debito cõtineri, eorũ bonitatem vel malitiã ex ipsa ratione iusti qd̃ ad alterũ est sm equalitatẽ ciuiliter debitã, considerare oportet. Et ob hoc oẽs rationes q̃ in re hac adducuntur, ex rectitudine volũtatis ⁊ pietate intentionis cõmunitatis ⁊ ministrorũ defectiue sunt: non em̃ attingũt ad opus sm se, an iustũ vel iniustum sit. ¶ Et qm̃ iustũ nõ humana lege positũ (qm̃ illud nõ est ad ppositũ, eo q non habet locũ nisi in indifferentibus, sed naturale .i. ex ipsa rei natura equalitate aliqua alteri cõmensuratũ, in duas secatur species .s. sm iustitiã commutatiuã ⁊ sm iustitiã distributiuã, oportet non latere sm quam iusti speciem opera hec examinare oportet: non em̃ eodem modo iusti ratio in vtraq inuenitur. Quãuis aũt primo aspectu ad cõmutatiuam iustitiã oĩa huiusmodi opera spectare videant̃ (q: vel restitutionis, vel recõpensationis, vel locationis actus sunt) q: tamen sm multos distributiua admiscetur iustitia, idcirco primo sm formam iustitie cõmutatiue, deinde sm admixtam distributiuam, ⁊ demum quandam singularem opinionem examinando procedemus.

¶ Conditiones iusti commutatiui ⁊ distributiui. Caput .iiij.

Quia vero ignorantis rationibus terminorũ impossibile est intelligere cetera, prelibãdũ est q̃d ratio iusti in cõmutationibus exigat, ⁊ similiter q̃d ratio iusti in distributiõibus requirat: ad hec em̃ aspiciẽtes, oportet reliqua examinare. In ciuitate quum totũ quoddam sit, triplex debiti ratio sine qua iustũ nõ inuenit̃, cõsiderari potest .s. partis ad partẽ, ⁊ totius ad partes, ⁊ partiũ ad totũ. Primus ordo dirigit̃ a iustitia cõmutatiua, secundus a distributiua, tertius a generali, q̃ legalis alio noie dicit̃, de qua in quinto ethicorũ dicit̃, q neq hesperus neq lucifer est ita fulgẽs aut admirabilis. Partes siquidem ciuitatis sunt singulares psone: quarũ ⁊ res ⁊ opera ⁊ psonas commutare adinuicẽ oportet, vt qd̃ vni deest, absq dantis dãno ab altera habeat̃. Bonũ similiter vel malũ cõmune necesse est singulis pportionaliter distribuere: singulorũq bona ad cõmune bonũ ordinãda esse nemo dubitat. ¶ Sz omissa pro nũc tertia hac iustitia (qm̃ vt post patebit, nõ est ad propositũ) sciendũ est q iustũ sm iustitiã cõmutatiuã req̃rit tres cõditiones. Prima est q ibi sit datio ⁊ acceptio ex parte vtriusq extremi: aliter cõmutatio nõ esset, ⁊ cõmutatiue iustitie (q̃ directiua cõmutationũ est) ppria deesset materia. Scd̃a est, q sit inter partem ⁊ partem .i. singulares psonas: aliter a distributiua aut generali iustitia nõ distingueret̃, vnde seruitiũ cõmunitati exhibitũ, recõpensat̃ ab ea vt singularẽ personam induit: sicut ⁊ vẽdit ⁊ emit vt psona singularis. Tertia est, q seruet̃ equalitas arithmetica .i. quãtitatiua: vt .s. quantũ fuit seruitiũ, tanta sit merces, ⁊ quãta lesio, tanta vindicta ⁊c. aliter commutationes iuste nõ essent. Mutuanti em̃ quatuor, nisi quatuor restituerent̃, iniustitia esset, ⁊ simile est in alijs. ¶ Iustũ autẽ sm iustitiã distributiuã, tria similiter exigit. Primo q ibi sit distributio: que propria est iustitie distributiue materia, vt ex eius nomine patet. Secundo q sit inter totũ ⁊ partes, ita q a toto ad partes terminet̃: aliter debiti ratio ⁊ distributio in vnũ non coireñt. Distributio namq partitionẽ sonat alicuius: qd̃ nisi totius esset, partibus debitũ vt distribueret̃ non esset. Vocamus aũt totum cõmunitatem vel pincipẽ vt sic: partes aũt ipsos ciues. Tertio q seruetur equalitas geometrica idest proportionalis: vt .s. talis sit proportio eius qd̃ datur de cõmunibus bonis vni persone ad id qd̃ dat̃ alteri, qualis est inter psonas ipsas idest vt quantum vna persona precedit alteram in illa republica, tantum quod vni datur excedat id quod datur alteri. Aliter equa non esset distributio: quia boni totius partibus debiti, tanto plus alicui parti debetur, quãto pars illa principalior est in illo toto: que principalitas in diuersis politijs sm diuersa attenditur, scilicet secundũ virtutem aut diuitias, aut aliquid huiusmodi.

¶ Prima opinio, dicentium nihil vsure aut iniustitie inueniri in contractibus montis pietatis stando infra limites iustitie commutatiue. Caput .v.

His igitur premissis illorũ occurrit opinio, qui terminos commutatiue iustitie non egrediendo, cõtractus oẽs huius mõtis, nec vsure nec iniustitie aliquid sapere credunt. Et qm̃ hi duabus incedunt vijs, alia primo adducenda est, que hos contractus adeo sm se iustos dicit, vt si de cuiusq priuate psone intentione recta constaret sicut de pia cõmunitatis ⁊ mõtis intentione modo constat, cuilibet liceret pecunias suas cũ supradictis contractibus pauperibus mutuare. ¶ Ut autẽ huius ambiguitatis veritas clarius elucescat: ex quo non refert sm hanc viam quis mutuet, publica .s. an priuata persona, nec refert cuius sit quod mutuo datur, an .s. mutuãtis sit an alterius: ponamus in terminis casum discutiendum presupposita recta intentione mutuantis, quam tamen presupponere non est opus: q: contractus sm se iustitiam querimus, que in equalitate commutationis consistit quacunq id intentione fiat. Sit ergo petrus mutuis indigẽtium exponens .10000. ducatos, conducatq ministros scriptores et custodes pignorum, sine quibus mutuum nulli dare vult: exigatq vnum denarium pro qualibet libra singulis mensibus a singulis accipientibus ⁊ retinentibus mutuum, supposito quod tanta quantitas pecunie requiratur ad mercedem reddendam debitam ministris et custodibus ⁊c. Dicit itaq his stantibus hec prima opinio tria. Primo quod hic sunt tres contractus, secundo q in his nulla interuenit vsura, tertio q in his nulla inuenitur iniustitia. ¶ Primum horum declaratur distinguendo contractus. Est siquidem hic primo contractus mutui inter petrum mutuantem et ioannem pauperem. Est deinde contractus pignoris inter ioannem pauperem et ipsum petrum seu ministros eius, quod idem est: quia in mutuantis persona pignus suscipiunt. Est ⁊ tertio contractus locationis: quo ministri operas suas locant ad scribendum, custodiendum ⁊ excutiendum pignora ⁊c. et pauperes mercedem eis debitam retribuunt, vnum denarium pro libra soluendo.

¶ Secundum vero .s. q hic nulla sit vsura, probant ex ipsius vsure ratione dupliciter. Primo. Quia vsura est quãdo aliquid vltra sortem ex mutuo queritur: ita q mutuum sit non occasio aut causa sine qua non, sed ratio ⁊ causa propter quam aliquid pecunia estimabile vltra sortem percipitur. Constat autem ex distinctione contractuum, q hic nihil propter mutuum vltra sortem queritur: sed tantum propter locatas operas ministrorũ, cuius euidens signum est, q si ministri gratis hec facere volunt donantes singulis illos denarios, nemo turbabit̃. Secundo. Q: si ista ministrorũ merces esset vsuraria, a quocũq redderet̃ esset vsuraria: non em̃ refert an feneratori vsure dent̃ ab accipiente mutuũ, vel a principe vel a quocunq alio. Sed cõstat q pdictis ministris absq vllo scrupulo potest tãta merces pro his laboribus a cõmunitate vel principe reddi: vt mediolani ⁊ brixie ⁊ verõe fit, ergo nõ est vsura. ¶ Tertium autem .s. q hic nulla sit iniustitia declarat̃ sic. Si hic esset iniustitia, aut esset iniustitia ista ex parte ministrorum: vt ideo iniusta sit exactio ista q: ipsi gratis tenentur operas suas impendere, ⁊ hoc non: q: non sumus in casu extreme necessitatis, aut superfluitatis tante q teneantur ad hoc. ¶ Aut ex parte modi accipiendi: vt ideo iniusta sit acceptio, quia taxatur vnus denarius p libra singulo mense, ⁊ hoc non. Tum quia multorum sapientum ⁊ bonorum virorum sententia consideratis particularibus circunstantijs via hec equissima iudicata est: particularium autem iudicium prudentibus viris committendum est secundum moralem philosophiam. Tum quia huic modo ratio suffragatur, cõmensuratur enim hoc modo soluto periculo ⁊ labori ministrorum. Quãto maioris pretij pignus aut maiore tempore retinetur, tanto plus periculi custodes subeunt et cure et laboris, si excutienda

(vt sepe accidit) pignora sunt. ☞ Aut ex parte pauperum: vt iniusta sit hec exactio q: a nō debētē soluere exigit. ꝛ hoc nō propter duo. Primo q: si pauper non tenet ad hoc. cū aliq̄s ad hoc teneat, debet assignari q̄s est q̄ ad hoc obliget. Ipse petrus mutuās nō tenetur: q̄m dānū incurrere nō tenet ex hoc ꝙ beneficiū mutui impēdit, quinimo si aliq̄d dānū ex hoc incurreret, posset a paupe accipiēte mutuū illius recōpēsationē exigere: vt ab oībus doctoribus cōcorditer dicit. Princeps quoq̄ aut cōmunitas ad hoc nō tenetur, tum q: sumus extra casus extreme necessitatis ꝛ supfluitatis, extra quos eleemosina nō est in p̄cepto, tū q: principes etsi teneātur pauperū curam habere ꝛ eis subuenire, nō tñ tenent hoc modo subuenire: vt de se patet. Si ergo nullus inuenit qui ad hoc teneatur, restat ꝙ pauper ipse teneat. Secūdo, q: morale principiū est ꝙ ille debet onera rei sustinere in cuius fauorem res agit. cum aūt constet ꝙ ministrorū opera propter pauperes fiant vt habeāt vnde suis prouideant necessitatibus, consequens est ꝙ ipsi pauperes debeant ministrorum operas recompensare.

¶ Examinatio p̄eposite opinionis cū determinatione ꝙ in his contractibus committatur multiplex iniustitia. Caput. vj.

Quod Aūt predicta opinio in multis a veritate deficiat, non ex opinabilibus, sed ex per se notis principiis moralibus deducendū est. Assumamus itaq̄ duo principia in cōmutatiōis cōtractibus p se euidētia. Alterū affirmatiuum. s. ille tenet mercedem reddere in cuius fauorem opus agit. Alterum negatiuum. s. nullus tenet mercedē reddere pro opere facto in alterius fauorē. Hec principia stando infra limites iustitie commutatiue p se nota sunt: q̄m ex seipsis equalitatē iustitie clare continent, ꝛ ideo indisciplinati esset q̄rere eorum probationē. ☞ Sub his autem principiis oportet subsumere propositiones minores: quas difficile esset intellectu penetrare nisi prius operationes ministrorū interuenientes in contractibus istis distinguerent ꝛ singillatim discuteretur q̄ in cuius fauorē fiat, hac enim decisione habita, statim tota ratio integre patebit. Sed ad hanc decisionē absq̄ errore habendam, oportet ex his q̄ per se inueniunt in operatione qualibet, ꝛ non ex his q̄ per accidens insunt. ꝛ ex propriis ꝛ immediatis cuiusq̄ cōditionibus ꝛ nō ex cōmunibus ꝛ remotis sentētiā proferre. Propter qd̄ nō est in hac cōsideratione immiscendū ꝙ hoc vel illud opus fiat in fauorē boni cōmunis aut aliud huiusmodi. finis siquidem cōmunis ꝛ remotus est vniuersitatis bonū in particularibus cōmutationibus. Iā eñ stabilitū superius est ꝙ iustū fm iustitie cōmutatiue formā attēdit fm equalitatē cōmutationis huius psone ad illā psonā. ꝛ nō fm ordinē ad cōmunitatē. ¶ Ex p se ergo ꝛ pximis cōsiderantes. distinguamus imprimis operas has ministrorū, dicētes ꝙ harū operarū quedam sunt quasi per se cōmuniter intētē, ꝛ he sunt ille q̄ vsq̄ ad venditionē pignorum interueniunt. Quedā vero sunt specialiter ꝛ p accidens intētē, ꝛ he sunt subhastatio ꝛ venditio pignorum. ꝛ his annexa que ex mora quorundam debitorum accidunt. Distinguendo autem singillatim prima opera dicimus ea esse hec, scilicet custodiam pecunie, preparationem ad mutuandum. actum mutuandi, sumere pignus, scribere hec. cui annectuntur expense pro libris ꝛc. custodiam pignorum: cui coniungitur conductio domus pro eorum cōseruatione, et tandem restituere pignora. Horum autem pars maior ꝛ periculosior in fauorem sit petri mutuantis aut vniuersitatis pauperū: custodia enim pecunie, acceptio pignorum. eorum custodia, scribere hec. expense pro libris, conductioq̄ domus (in quibus totum periculū est) ad alterius vel vtriusq̄ ordinant securitatē. Reliqua autē paucula. s. p̄paratio ad mutuandū, ꝛ ipse actus mutuandi, et restitutio pignoris. ad huius pauperis ordinantur vtilitatem.

Et vt clarius Elucescant hec, videamus singula. Custodia imprimis pecunie. in illius fauorem proxime fit. cui custodienda reponitur, pecunia autem hec custoditur duobus: scilicet petro mutuanti. cuius est directum dominium huius pecunie: et vniuersitati pauperum. cuius est quasi dominium vtile eiusdem. Nulla enim alia ratione hanc pecuniam oportet conseruari nisi vt petrus sit securus. si quando vellet rehabere pecuniam suam: ꝛ vniuersitas pauperum sit certa ꝙ communis sit etiam futuris pauperibus vtilitas ista. Acceptio similiter pignorum. quum ad conseruationem et securitatem capitalis propri ne ordinetur. constat ꝙ in fauorem ipsius petri et vniuersitatis pauperum fit. Et simile omnino est de ipso actu scribendi, ꝛ expēsis pro libris. Hec enim omnia nulla alia ratio fieri cogit, nisi ob integritatem et securitatem pecunie. Ioannes enim pauper mutuam accipiens, non curat ꝙ hec scribantur aut ꝙ pignus ab eo exigatur, sed hec omnia pecunia dominus securitati sue consulens fieri vult. ¶ In custodia autem pignorum considerandum est, ꝙ sicut pignus habet in se duo: scilicet ꝙ sit pign9, ꝛ ꝙ sit talis res (puta vestis) ita in ipsa pignorum custodia distinguendum est, ꝙ ipsa est custodia pignoris. et ꝙ est cura talis rei. ☞ Si consideretur formaliter pignorum custodia. manifeste patet ꝙ in fauorem petri mutuantis, ꝛ vniuersitatis pauperum fit: quia proxime ordinatur in securitatem pecunie rehabende. Unde quia contractus pignoris fm veritatē est in fauorē accipiētis, ideo accipiēs ipsum tenet ad restōnem ei9, si etiā perdidit illud: vt cōuincitur ex illo morali principio restitutionū posito a sanc. tho in scda scde. q. lxij. ꝙ aliquis tenetur ad restitutionem non solū rōne rei accepte, sed etiā ratione acceptionis tenetur restituere etiā perdita ꝛc. Et in hoc differt accipiens depositum ab accipiente pignus, ꝙ ille deposito perdito non tenetur ad restitutionem: quia obligatur ad reddendū depositum ratione rei accepte. et non ratione acceptionis: quia depositum datur in fauorem deponentis: iste autem. s. accipiens pignus, quia tenetur et ratione pignoris accepti, ꝛ ratiōe acceptionis (quia pignus datur in securitatē petentis ipsum) obligatur ad restitutionem nō solum quādiu pignus habet. sed etiā si non habet: suo enim periculo tenetur naturali iure illud custodire: sicut qui accōmodatū accipit eadē ratione ꝛc. ¶ Si autem consideretur cura talis rei que est pignus. puta excussio vestium et huiusmodi solicitudo) sic quia hoc accidit pignori. de sui ratione non exigit ꝙ sit in tali materia. sed sufficit sibi ꝙ sit tanti pretii vt secura sit pecunia rehabenda: adeo non est eadem ratio de solicitudine exercenda. et de ipsa custodia. Hec namq̄ cura q̄uis in fauorem vtriusq̄ dantis scilicet et accipientis cedat (dum pignoris domino res sua illesa seruatur, ꝛ huic creditori pignoris pretium conseruatur vnde possit mutuatam rehabere pecuniam) simpliciter tamen et per se fit in fauorem domini pignoris: quia mutuans licet exigat pignus: non tamen exigit qualitatem pignoris. imo hāc onerosam cōditionem refugit naturaliter. Unde paciscī posset cū domino pignoris talis. quod ipse non vult solicitudinem hanc. sed quod dominus ipse mittat tempore cure habende ad excutiendas vestes suas. ꝛ alia huiusmodi. ☞ Nec obstat quod si nullo interueniente pacto vestes in pignus acceptas contingit ledi, retinens ipsas tenetur ad satisfaciēdum domino pignoris. Hoc enim non prouenit ex eo quod retinens tale pignus teneatur per se ad curam eius: sed ex eo quod per accidens iste tenebatur ad hoc: quia scilicet non fuit protestatus. manifestando domino pignoris. quod talis pignoris curam refutaret. Implicite enim obligatur quilibet sumens pignus qualecūq̄ ad eius curam (expensis tamen dñi) ni si aliud protestetur. ☞ Domus autem conductio inquantum deseruit custodie pecunie ꝛ pignorum ꝛc. in fauorem est petri mutuātis, ꝛ vniuersitatis pauperum. Inquantum autem pignorum expansioni ꝛ cure vtilis est. in horum pauperum fauorem fit. ☞ Reliqua autem tria opera scilicet actus mutuandi, ꝛ pignora restituendi, ꝛ paratum esse ad mutuandum, in fauorē manifeste fiunt ioannis pauperis. Sed prima horum scilicet actus mutuandi, ꝛ restituendi pignus, sub mercede non cadunt: quoniam actui mutuandi respondet actus restituendi acceptum mutuum: ꝛ actus restituendi pignus respondet actui dandi ipsum pignus: sicq̄ par pari refertur. Tertium autem sub mercede esse per se patet: pecunia siquidem estimabilis est obligatio ad paratum esse ad mutuandum. Opera vero in altero diuisionis membro posita. s. que specialiter respectu quorundā accidunt (vt vēditio pignoris, ꝛ cetera annexa) nō opus est discutere. in cuius fiant fauorem: quoniam propter moram debitoris ab ipso soluenda sunt: sicut ꝛ expense. que post eius moram fierent in citatione coram iudice ꝛ litibus ꝛc.

Ex omnibus Igitur his colligendo. cum pateat vnū tantum actum mercenarium proprie ꝛ p se ordinari vniuersaliter in fauorem cuiusq̄ singularis pauperis scilicet obligatā preparationē ad mutuandū. ex supradicto principio facile veritas intenta deduci pōt. cōsistēs in q̄nq̄ cōclusionibus. ☞ Prima est negatiua. scilꝫ Nullus pauper tenetur ad reddendam mercedem debitam ministris huiusmodi pro custodia pecunie vel pignoris. pro opere scribendi libros ratiocinii. aut pro domo ad hec conducta. Patet ista ex illo principio negatiuo. quo dicitur ꝙ nullus tenetur mercedem reddere p opere facto in alteri9 fauorem. Ex dictis enim iam constat ista opera non esse facta in fauorem ioannis pauperis, sed alterius: puta petri mutuantis, vel vniuersitatis pauperum, vel vtriusq̄. ☞ Secunda est etiam negatiua. s. Non omnis pauper accipiens mutuum tenetur ad reddendam mercedem ministris pro cura pignorum, aut domo ad

hec vtili. Patet ista ex eodē principio: qꝛ nō oīs pauper offert pi⸗gnus tale .i. onerosum, ⁊ cōsequēter nō omni pauperi exhibet̃ hoc seruitiū. ac ꝑ hoc nec a quolibet reddendam esse mercedē iustitia exigit cōmutatiua. ¶ Nec obstat si q̃s fingat oēs teneri ad hoc: qꝛ licet hic nō det mihi pignus excutiendū. ego tñ q̃ ignorabā quale pignus esset allaturus. iā cōduxi excussorē in seruitiū eius ⁊ alioꝝ paratū. Ignorātia siq̃dē hec nō suffragat̃: qm̃ probabilē cogni⸗tionē (q̃ in huiusmodi certitudine par est) mons habet ꝙ pauperū indigentiū mutuo alij afferēt pignora excutiēda. ⁊ alij nō: vt quoti⸗diana experiētia testat̃. Et cōsequēter conducēdus est sibi excus⸗sor pro quibusdam, ab illis mercedē recepturus, si iustitie cōmuta⸗tiue equalitas seruari debet. ¶ Tertia est affirmatiua .s. Petrus mu⸗tuās, siue vniuersitas pauperū tenet̃ ad satisfaciendū ministris ꝑ o⸗peribus in prima cōclusione positis .s. custodia pecunie et pigno⸗rū ⁊c. Patet ista ex affirmatiuo principio, quo dicit̃ ꝙ ille tenetur mercedē reddere in cuius fauorē opus agit̃. Patet equidē ex di⸗ctis, ꝙ opera ista in vtriusq̃ vel alterius horū fauorem ꝑ se fiunt: nō ioannis pauperis. ¶ Quarta etiam est affirmatiua .s. Quilibet pauper mutuū sumens tenet̃ satisfacere pro obligata ꝓparatione ministri ad mutuandū, ⁊ illi pauperes tenent̃ ad satisfaciendū pro cura pignorū onerosorū ⁊ particula pensionis domus inquantum deseruit ad hoc, qui pignora talia offerūt. Patet ista ex eodē princi⸗pio: patet enim ex dictis obligatam preparationē ad mutuādum in fauorē singulorum pauperū esse, ⁊ excussionē pignorū in fauorē dñorum. ¶ Quinta conclusio principaliter intenta (que ex ꝓdictis aperte sequit̃) est ista. Iniuste exigit̃ a quolibet paupere vnus de⸗narius pro libra singulis mēsibus. pro mercede reddenda supra⸗dictis ministris ⁊c. Clarissima est ista: qꝛ cum iniuste exigatur ab aliquo id ad q̃d non tenet̃, ⁊ ex dictis cōstet ꝙ pauper quilibet nō tenet̃ ad hec oīa soluēda, sed ad vnum .s. obligatā preparationem ad mutuandum) consequēs est ꝙ iniuste exigatur a quolibet mer⸗ces pro omnibus ministrorum operibus reddenda.

¶ Secunda opinio examinatur, soluendo duo dubia concernen⸗tia dicta in precedenti capitulo. Caput. vij.

Atq̃ Soluant̃ obiectiones ad oppositum fa⸗cte et examinet̃ an vsura hic inueniat̃, dubia duo circa supradicta relicta soluēda sunt: inse⸗rendaq̃ horū solutioni est secūda opinio, qꝛ eius de⸗cisio simul apparet. Restat igit̃ dubiū primo, an pe⸗trus mutuans, an vniuersitas pauperū, an vterq̃ simul teneat̃ ad satisfaciendū ministris pro illis operibus pro q̃bus ioannes pau⸗per nō obligat̃. Sed si predicta diligēter inspiciant̃. patere potest, ꝙ nō petrus mutuās, sed vniuersitas pauperum tenetur ad hoc. Adductū em̃ iam est principiū, dicēs ꝙ ille in cuius fauorem res agit̃, tenetur ad mercedē reddendā: constat aūt ꝙ custodia seu cō⸗seruatio pecunie integre (ad quam cetera hec opera ordinantur) non in petri fauorē, sed pauperū vniuersitatis fit: qꝛ petrus non propter se custodiendā pecuniam deponit. ipse enim per seipsum custodiret pecuniam propriā, nisi pauperū vtilitas exponendam pecuniam suam custodibus exposceret. Patet etiam hoc idem ex eo, ꝙ pecunia hec non custoditur periculo petri offerentis: qm̃ re⸗stituenda est sibi non solum ratione rei accepte, sed ratione acce⸗ptionis, ⁊ iam dictum est, ꝙ quando aliquis tenetur ad restituen⸗dum ratione acceptionis, etiam re perdita tenetur: petrus igitur gratis offerens pecuniam mutuis, licet non donet, non tenet̃ sed pauperum vniuersitas.

Et tunc Surgit secundum dubiū, cur iniuste dicatur exi⸗gi a ioanne paupere particula quedā eius, ad q̃d vniuersitas pauperū tenetur, cū ioannes pars sit totius pauperū vniuersitatis: sicut aūt vniuersitas tenetur ad integrā satisfactio⸗nem, sic pars eius ad partē. Quinimo impossibile est, ꝙ aliter vni⸗uersitas pauperum satisfaciat: qm̃ preter pauperum res nihil ha⸗bet. ¶ Sed ad hoc quoq̃ dubium ex dictis respōsio facile habe⸗ri potest. Iniustā siquidem esse huiusmodi exactionem ratio indi⸗cat commutatiue iustitie: infra cuius latitudinem stando, a parte exigi nō potest id ad quod totum tenetur: eo ꝙ totum vt extremū est commutatiui iusti, partis rationem habet, idemq̃ est a parte exigere ſm iustitiam commutatiuam id ad quod totum ſm eam tenetur, ac si exigeretur ab vna parte id ad quod pars alia tenet̃: quod iniustissimum esse constat. Ex predictis autem sufficienter habetur, ꝙ omnes huiusmodi operationes ſm iustitie commuta⸗tiue formam modo examinantur. ¶ Quid autem dicendum sit ſm iustitiam distributiuam, si locum in hac re habet, proprio loco di⸗cetur. Sat sit nunc scire ꝙ iniuste exiguntur hec a ioanne paupe⸗re, si infra iustitie commutatiue limites res agatur: vt opinio pri⸗ma dixit.

Ex premissis Aūt patere potest defect⁹ alterius opi⸗nionis, defendētis contractus istos ſm iustitiā commutatiuā, licet non ita ample sicut prior. Proprius si⸗quidem accedēs scđa hec opinio ad casum mōtis pietatis, et non curans an singulari persone liceret pecuniā propriam tali mutuo exponere. casum in terminis ponēs, licet in ceteris cōcordet cum ꝓcedenti: in hoc tñ differt, ꝙ petrū ponit abdicantē a se proprieta⸗tem ⁊ dñium pecunie mutuāde, sicut ⁊ illi q̃ monti pietatis pecu⸗nias offerunt. donant. Et sic casus omnino idem cum mōte pieta⸗tis est iste. Petrus vocato populo cum eius rectoribus offert do⸗natione libera ⁊ irreuocabili. 10000. ducatos, ad hoc vt inde ppe⸗tuo pauperibus mutuetur: hac donatione facta statuuntur post⸗modum a populo et rectoribus ministri ⁊c. vt supra. In isto dicto casu, cum dominium pecunie nec petri nec alicuius alterius sit (cuius signum est, ꝙ absolute loquendo quicunq̃ eam distrahe⸗ret. iniuste hoc faceret: vtpote contra expressam intētionem prim donantis, qui non nisi ad hoc donauit) consequens est ꝙ obliga⸗tio ad mercedem reddendā ministris. ad singulos deriuetur pau⸗peres. Cōmunitas em̃ ad hoc non tenet̃: cum extra casum necessi⸗tatis extreme ⁊ superfluitatis res hec agatur. ⁊ vt dictum est. non tenetur ad habendum determinatū modum subueniendi. ¶ Pa⸗tet siquidem huius opinionis defectus ex consideratione princi⸗piorum supradictorum. nihil enim minus iniustitie in hoc accidit casu q̃z in precedenti. Tum qꝛ ioannes pauper etiā hic non tenet̃ ad mercedē reddendam: qꝛ non sit opus in suum fauorem, ⁊ nihil refert, an hoc opus fiat in fauorē petri mutuantis. an cōmunita⸗tis, an vniuersitatis pauperū. an etiam ipsius dei. Sufficit namq̃ ioanni pauperi ad hoc ꝙ ipse non teneatur. ista negatio .s. ꝙ opus hoc non fiat in suum fauorem: q̃d in hoc casu inueniri probatum fuit. Principiū enim negatiuū adductum est, ꝙ nullus ſm iustitiā cōmutatiuam tenet̃ ad mercedē reddendā pro seruitio alteri im⸗penso. Alterum aūt esse etiam ipsum pauperū collegium a singu⸗lis pauperū. in primo politicorū patet, ⁊ infra iustitiā cōmutatiuā stando, probatū est prius. ¶ Tum qm̃ vniuersitas siue collegium pauperū ad hoc tenet̃ etiā in isto casu: ⁊ cōsequenter iniuste a sin⸗gulis pauperibus mutuū accipiētibus hoc exigitur. Eadē siqui⸗dem ratio, qua vniuersitatē pauperū ad hec teneri prius dicebat̃, hic locū habet: qm̃ nō ratione dñij ipsius pecunie ad hoc tenebat̃, sed ratiōe quasi vtilis dñij, id est qꝛ pecunie securitas ⁊ integritas in suū ꝑ se ⁊ ꝓxime fiebat fauorē: q̃d in hoc casu manifestius fieri apparet. Et ideo vniuersitas ipsa pauperū ad satisfaciēdū mini⸗stris ꝓ operibus illis q̃ nō sunt in fauorē ioannis paupis, tenet̃. Est igitur multiplex ſm ista 3 viam in contractibus his iniustitia.

¶ Solutio rationum, arguentium ꝙ contractus predicti ſm cō⸗mutatiuam iustitiam sint iusti. Caput. viij.

Obiectionum Autem in oppositum addu⸗ctarum prius conuenit il⸗las soluere, que iniustitiam ab his contractibus au⸗ferre conabantur, ⁊ postmodum illas examinare que de vsura eorum agebant. Dupliciter igit̃ hic inueniri iniustitiam ex dictis patere potest .s. ex parte modi exigendi, et ex parte pauperū a quibus exigitur. Ex parte siquidem pauperum: qꝛ ipsi nō tenentur ad satisfaciendū ministris, nisi quo ad aliquid tantum. Nec est inter modica deputandum id in quo aggrauant̃: qm̃ vt ex dictis liquet, non tenetur forte quilibet pauper ad tertiā partem soluendam eorum que ab ipso modo exiguntur. vniuersa⸗liter enim non tenetur nisi ad satisfaciendum pro obligata prepa⸗ratione ad mutuandū: q̃d cum omnibus suis appendicijs si merce⸗dis nunc exacte tertiam partem sibi vendicat, sufficientem recom⸗pensationem habet. vnde cum grauetur Ioannes pauper in dua⸗bus partibus. non in modico grauatur. Imo si in medietate. vel tertia vel quarta vel decima parte grauari eum necesse esset. iniu⸗stitia esset non inter modica reputanda, tum quia decima pars aliquid notabile esse potest: incerta siquidem est eius quantitas: quoniam ſm montis diuitias plus et minus poterit mutuari ⁊c. tum qꝛ iniustitia modica non reputatur nisi quando per accidens incurritur: in proposito autem ex intentione committitur. vnde in⸗iustitie mortale peccatum non euitatur.

Ad id Autem q̃d obijciendo querit̃, quis teneatur ad hoc si ioannes pauper non tenetur: dico duo. Primo ꝙ de iuris rigore tenetur vniuersitas pauperum: cui pecunia conserua⸗tur per pignora ⁊c. Et teneretur ipse petrus mutuans si non in fauorem vniuersitatis pauperum pecuniam custodiendam ex⸗poneret aut donaret. ¶ Et ad id quod in contrarium adduce⸗

tur: scilicet ꝙ nullus mutuans tenetur aliquod dāmum incurrere ex hoc ꝙ beneficium mutui impendit, quinimo potest si quod dānum ex hoc incurrit, sm omnes doctores exigere. Dico ꝙ hoc cōmune dictum est summe verum, sed male applicatur ad propositum: quoniam expense iste non causantur ex beneficio mutui. licet occasionentur & remote ex mutuo proueniāt: sed causantur ex cōtractu pignorum, quod formaliter est in fauorem mutuantis. ❡ Dixi notabiliter ꝙ occasionantur & remote proueniunt expense iste ex cōtractu mutui, & non dixi ex beneficio mutui causant: quia mutuum non est causa, sed occasio harum expensarum, non proxime, sed remote. nec habet rationē occasionis huiusmodi inquantū est in fauorē accipientis mutuū. Propter qd ratio ista cōcludit oppositum sui intētū: eo ꝙ sicut iniquū est mutuantē ex hoc ꝙ mutuat dānificari, ita iniquū est dantē pignus ex hoc ledi: equa enī est vtriusqꝫ conditio per se loquendo. Unde exemplū quod adducūt (quod opinionem hanc plurimum iouisse videtur) ad propositū non est. Dicunt enim: si petrus mediolani existens Johanni petenti ibidē pecuniam mutuo: frater dicat, pecuniam quā petis ianue habeo, mittamus tuis expensis pro illa, et sic mutuum gratis accipito, constat ꝙ Petrus non exigit iniuste a petente mutuum expensas illas: quia non tenetur incurrere damnum hoc ex hoc ꝙ mutuat: ergo a simili, neqꝫ in his contractibus iniustū est expensas exigere. Ad propositum inquā non est exemplū hoc: quia clare patet ꝙ expense iste fiunt ad hoc vt pecunia ad mutuum petentem perueniat et consequenter in eius fauorē per se & proxime ordinantur: in proposito autē nostro expensas istas non ordinari per se in fauorē Johannis pauperis mutuum accipientis, ex dictis clarissime cōstat. ❡ Propter quod aduertant cuiusqꝫ ordinis viri, vt exemplis non fallantur: quoniā multa in eis dissimilia inueniuntur: quorum quodlibet, quia nō facile est cuilibet discernere, duo subiūgēda duximus, ex quib⁹ cetera facilꝰ diiudicari possint. Credit enī primo, ꝙ sicut martinus, q mutuet bernardo indigēti accepit pecunias a feneratore, & expensas fecit vt pignora per famulos tute deueharentur, licite potest a bernardo paupere exigere nomine interesse huiusmodi expensas & vsuram quam soluit: sic in proposito fieri possit a petro seu cōmunitate, qui ad has expensas cogitur ex alio opere facto in fauorē Johannis pauperis: scilicet mutuo. ❡ Creditur quoqꝫ secundo, ꝙ sicut a petente mutuū licite potest mutuās exigere securitatē: & si accipiens mutuum chirographo eum facere tutū eligat, notarioqꝫ mercedem reddat, non iniuste grauat, et tamen chirographū fit in fauorem mutuantis: ita in proposito petens pignus non iniuste grauat Johannē pauperē circa expensas, ex quibus nihil sibi vtilitatis accrescit, sed sola indēnitas mōtis seruatur. ❡ Sꝫ in his & huiusmodi plurima est dissimilitudo. Et primū quidē exemplū in hoc a mōtis natura differt: ꝙ expēsas illas martinus facit, vt bernardi personā induit indigenus subsidio tali, quasi sibi pignora accōmodans vt mutuū inueniat: & ideo non est mirū si expensas tales bernardus tenetur subire: nihil enī minus tenetur ꝙ si ipse per seipsum a feneratore mutuū sumens expensas illas fecisset propter hec accidentia. In casu vero montis nec petrus nec communitas in psonā ioā. pauperis expensas has facit, sed collegij pauperū: vt ex dictis patet: & ideo ioānes pauper iniuste grauatur in huiusmodi expensis. ❡ Circa secundum vero exemplum sciēdum est, ꝙ vt dicitur in .iiij. metaphy. nisi cuiqꝫ q sito rūdeatur formaliter, omnis certitudo destruet: eo ꝙ extra rationem formalem vagātibus infinita occurrunt circa quodlibet. Unde in pposito solicite semper attendēdū est quid formaliter qratur, aut ratiocinando adducatur. Aliud. n. est petere securitatē rehabēde pecunie. & aliud est petere talē securitatē. s. habentem expensas annexas, puta chirographum: quemadmodum etiam superius distinctum est, ꝙ aliud est loqui de pignore, & aliud de tali pignore. Petens enī securitatem nihil petit in sui fauorem hñs annexum dānum eius a quo petit illam: sicut nec petens pignus. Unde si accidat, ꝙ petitam securitatem aut pignus ego dare non possim nisi cum aliqua expensa, quam qualitas securitatis aut pignoris a me electa parit: ego ipse dānum mihi hoc infero: sicut in exēplo adducto contingit. Non enim ex securitate petita, sed ex qualitate securitatis a me oblata expense iste per se proueniunt. Et ideo teneor ego notario mercedem reddere: sicut & expensas illas subire, que ex pignoris emanant accidentibus. Petens vero securitatem talem (puta chirographū) cū in fauorem sui petat rem habentem expensas annexas, & iniquum sit ex eo quod in fauorem sui agitur alterū dānificari, iniuste grauat eum a quo illam petit, ad reddēdam mercedem notario debitam. Unde euidenter patet, ꝙ mōtis natura ab hoc exemplo distat in hoc, ꝙ hic petens securitatem nihil petit ex quo per se oriatur expensa aliqua, in monte autem volens pignus vult sibi a ioanne paupere solui pro custodia & aliis, ad que ipse tenetur naturali iure, aut que ipse fieri vult, non in ioannis pauperis fauorem: vt ex dictis patet. Omnes ergo iterum atqꝫ iterum monitos esse rogo, quatenus caueant ne exemplis inhereant: quoniam multa latent in eis accidentia, ex quibus etiam sapientes contingit falli.

❡ Secundo dico, ꝙ non sufficienter arguendo probatur communitatem aut principem non teneri ad soluendam ministris mercedem. Licet enim recte concludatur, ꝙ non teneantur simpliciter: non tamen ex hoc concluditur quin teneant ex suppositione: idest supposito ꝙ hunc modum mutuandi statuant. Et licet (vt dictum est) vniuersitas pauperum de iuris rigore, non communitas aut princeps ad hoc teneatur (quia hec omnia ad commutatiuam iustitiā spectant, & absqꝫ publica autoritate facta iniusta non essent) equitas tñ a iustitia nō multū remota exigit, ꝙ princeps aut communitas ex publico erario pauperibus etiā hoc modo subueniat.

❡ Modus aūt accipiendi ꝙ etiā iniustitiam cōtineat, manifestatur. Cū duo genera operū sint pro qbus hec a paupere exigunt. s. illa pro qbus non tenet, vel qr nullus pauper ad hoc tenet (puta pro custodia pignorū) vel qr hic non tenet: puta pro excussione pignorū, qr ferreas virgas in pignus dedit de modo exigēdi mercedē pro istis nō oportet pbare ꝙ sit iniustus: qr si exactio est iniusta, modus eius iustus esse nō potest. Sed & modus exigēdi p his ad q ioannes pauper tenetur. s. pro obligata preparatione ad mutuandū, iniustus ostendit: ex eo ꝙ obligate pparationi ministri ad mutuandū, nec ratione periculi, nec ratione laboris, aut cuiusuis occupationis aut dāni commensurat diuturnitas tēporis quo mutuū acceptū tenet, aut quātitas accepte mutuo ipsius pecunie. ❡ Nisi qs diceret damnū incurri ex eo, ꝙ nō potest tā frequēter mutuū iterare: ac p hoc cessat ministri merces a pluribus suscipiēda. Sed subtiliter cōsiderāti apparebit, ꝙ ex hoc nō habet ꝙ oportet mercedē istā quātitati mutui, & tpi quo retinet, cōmensurare: sed ꝙ oportet consideratis oībus certū salariū sibi statuere, & illud summarie ac verisimiliter calculatis prudentiū arbit. io pauperibus venturis ad suscipiendū mutuū, soluendū equaliter taxare, eo ꝙ equaliter ad oēs huiusmodi se obligat, sic enim merces ministris debita reddet absqꝫ ambiguitate & iniustitia aliqua. ❡ Nec incōueniens cōtingere pauperē pluries indigentē plus soluere minus paupere: qr merces hec reddit non mutuo, aut quātitati pecunie mutuate, sed obligate pparationi ad mutuandū: que equaliter oēs respicit, & pauper pluries sumēs, duorū rationē habet. Nec est opus prudentiū virorū iudicio ista tñ submittere, qr sciētie subiacent: sed eorū arbitrio (vt dictū est) relinquitur quātitas stipendij ministris debiti, & taxatio quātitatis pecunie a singulis soluēde equalitate supposita, & alia huiusmodi singularia.

❡ Determinatio quod in predictis contractibus committitur vsura. Caput. ix.

Reliquum quo ad hanc partem est, vt videatur an iniustitia que in his inuenitur contractibus, vsure rationem habeat, quod ex duobus considerandum est. ❡ Primo ex eo, ꝙ vsura duobus modis committitur. s. augendo ex mutuo capitale, & exigendo recompensationem damni quod nō propter mutui beneficium incurritur. Neqꝫ enim minus vsuram sapit, velle ab accipiente mutuum recompensationem damni, quod ab hostibus vel latronibus passus est, quam velle ad augendas opes aliquid vltra sortem. In proposito autem cum iam pateat montem pietatis, siue vniuersitatis pauperum, et bieuiter volentem sibi pecuniam montis integre et secure saluari (quicunqꝫ sit ille) exigere a ioan. paupere mutuum petente expensas que non in illius fauorem fiunt, consequens est quod exigat recompensationem damni quod non ex mutui beneficio incurritur, sed propter, pecunie rehabende securitatem. ❡ Nec obstat aliqualiter quod damnum hoc ex mutuo emergit saltem occasionaliter: nihil siquidem refert vnde damnum hoc proueniat, aut a quo inferatur, dummodo ex eo quod fit in fauorem ioan. pauperis vt sic non causetur, ista enim negatio sufficit ad hoc quod iniuste exigatur ab eo: et consequenter quod vsurarie, ex quo (vt dictum est) non refert ad vsuram, damnum indebitum a petente mutuum exigere, aut lucrum querere.

❡ Secundo, ex eo ꝙ nō minus vsurarium est mercedē alteri debitam non ex seruitio impenso ad mutui beneficium vt sic, ab accipiente mutuum exigere, ꝙ quodcunqꝫ aliud lucrum vltra sortem petere: neqꝫ enim ab vsura remotius est grauare iniuste

recipientem mutuum ad soluendum aliquid vltra sortem alteri quacūq₃ ex causa. ꝙ̄ sibiipsi mutuanti. Constat autem quod hic grauatur iniuste ioan. pauper, dum accipit mutuum ad soluendū ministris pro operibus pro quibus non tenetur: ꝙ̄ꝙ̄ nihil ad montis mutuantis augmentum exigatur. Non igitur subterfugi potest, qui vsuraria sit exactio ista secundum iustitie commutatiue formam loquendo.

Ad euidentiā Uero solutionis obiectionū in oppositum diligenter attendēdum est, ꝙ hic sunt duo scilicet reddere mercedem ministris, seu (quod idem est) ipsos ministros accipere mercedem pro locatis operibus. et hoc est iustissimum et omni equitate plenum: quia eius causa est locatio operū suorū. Alterum est exigere huiusmodi mercedē a ioan. paupere, et hoc iniustum et vsurarium est: qꝛ eius nulla causa alia est, nisi mutuum: quoniā opere ille locate non sunt ioan. pauperi, vt ꝓpter illas ab eo exigi merces possit. ❡ Unde prima ratio peccat, assumēdo ꝙ hic nihil vltra sortem queritur propter mutuum sed tātū ꝓpter locatas operas: qm̄ ꝑm veritatē ex mutuo exactio ista causatur; vt ex dictis pꝫ. Uel (ꝛ in idē redit) verbaliter rn̄dēdo dicat̄, ꝙ exigere ꝓpter locatas operas, potest contingere dupliciter. Uno modo ꝓpter locatas operas in fauorem accipiētis mutuū. et tūc bene sequit̄, ergo nō ꝓpter mutuum: qꝛ locatio operarum in huius accipiētis mutuum fauorē facta, causa proxima est ꝙ ab eo iuste merces hec exigat̄. Alio modo ꝓpter locatas operas nō in fauorē huius accipiētis mutuū, sed alterius, quicūq₃ sit ille. ꝛ tunc male infert̄, ergo nō ꝓpter mutuū: qm̄ causa prima huius exactionis est vel mutuū, vel locatio operarū: sed locatio operarū causa ꝑm iustitiā esse nō pōt. eo ꝙ opere nō sint in fauorē huius accipientis mutuū locate. igit̄ mutuū huius exactionis causa prima est. ac ꝑ hoc vsura cōmittit̄. ❡ Nec obstat id quod cōfirmando subdebat̄. s. ꝙ si ministri donare hoc volūt, mons non turbabitur. Ex hoc enim nihil aliud haberi potest, nisi qd̄ mons lucrum ex hoc non querit. sed nō habetur quin ioan. pauper grauetur ex accepto mutuo ad mercedē reddendam ministris, ad quam non tenetur: sicut si pauper ab aliquo mutuum sumat, cū onere ꝙ rustico cultori vinee mutuantis mercedem reddat, vsura non deficit ex eo ꝙ rusticus potest illi pauperi absq₃ mutuantis turbatione donare mercedem propriam. ❡ Secūda autē ratio cōcludit mercedem ministrorū non esse vsurariam. ꝛ hoc ꝓculdubio verum est: qm̄ iusta ꝛ sancta est. sed nō probat quin mercedis exactio a ioan. paupere q̇ non tenet̄, sit vsura: debet enim merces illa exigi ab eo q̇ tenet̄ ad illā, ꝛ non ab hoc paupere. Et ideo si reddat̄ merces talis ab eo qui tenet̄, iustitia est, vel charitas, si pietatis intuitu ab aliquo q̇ non tenet̄. Si aūt exigatur ab eo q̇ non tenet̄, clare constat, ꝙ quāuis merces sibi debeat̄, iniusta tn̄ exactio est: qꝛ hic nō tenet̄. Et si adiūxeris, ꝙ exactio ista nō nisi propter mutuū mādatur, vsuraria manifeste apparebit: qd̄ in casu isto cōtingere iā patet. Est igit̄ infra iustitie cōmutatiue terminos loquēdo, multiplex iniustitia ꝛ vsura in capitulis montis pietatis.

❡ Opinio dicentium iusta esse capitula montis pietatis ꝑm formam iustitie distributiue. Caput. x.

Sunt igitur Alij subtilius naturam montis huius speculantes, qui infra iustitie cōmutatiue limites standum nō credunt: sed iustitiam distributiuam inserētā dicentes ꝑm eius formam iustitiam in his capitulis saluari defendunt. Hi casum mōtis pietatis illum esse approbātes, qui in cap. vij. positus est (in quo scꝫ petrus vocato populo donat. 10000. ducatos non consumēdos, sed mutuādos perpetuo tēpore pauperibus ꝛc. vt supra.) non inferūt iustitiam distributiuā ipsis cōtractibus mutui, vel pignoris, vel locationis operarū, sed inuētioni mercedis reddēde operarijs. Si nāq₃ superius dicta aduenerit̄, ad hoc deuētum est, ꝙ pauperū vniuersitas tenet̄ reddere mercedē ministris mōtis: ꝛ ideo ipsa vniuersitas pauperū, ex quo in communi nihil possidet, inuenire volēs vnde soluere possit mercedē hāc ministris sibi deseruiētibus, onus hoc distribuendū esse in suas partes pauperes. s. statuit. Unde ipsa mercedis redditio in iustitie cōmutatiue terminis relinquit̄: sed inuētio mercedis reddende ꝑm iustitie distributiue formā fieri ꝑm hāc opinionē potest, ꝛ de facto in mōte hoc fit. ❡ Dicit igit̄ duo, hec opinio. Primo, ꝙ ꝑm distributiuā iustitie formā in vniuersitate pauperū inueniēda est merces reddēda ministris. Secūdo, ꝙ inuētio ista iuste ꝑm iustitie distributiue equalitatē in capitulis huius mōtis ordinat̄. ita ꝙ nullus pauper iniuste grauat̄. ❡ Primū probatur dupliciter. Primo, qꝛ cum vniuersitas pauperū teneat̄ de suo satisfacere his ministris, suum autem nō sit nisi altero modo, vel qꝛ in cōmuni aliqd̄ habetur, vel qꝛ suarum est partiū: ꝛ in proposito vniuersitas nō possideat aliqd̄ in cōmuni, restat vt de his que partiū sunt satisfacere debeat. partes aūt pauperes esse patet, inter eos igit̄ oportet pecuniam hāc inueniri. Et cū constet, ꝙ cōmunia onera iuste distribuenda sunt, consequēs est, ꝙ ꝑm iustitiā distributiuā inuentio hec fieri debet. ❡ Secūdo, qꝛ sicut bonū totius partibus est debitū, ꝛ ideo proportionaliter eis distribuendū, ita ꝛ malū totius partes quoq₃ ꝓportionaliter sustinere tenent̄, onera aūt omnia inter mala cōputant̄, onus igit̄ huius mercedis soluēde partes vniuersitatis pauperū proportionabiliter sufferre tenent̄. Hoc aūt est inueniri pecuniam istā in vniuersitate pauperū ꝑm iustitie distributiue formam: quod erat probandū. Scd̄m autem. s. ꝙ de facto nulla iniustitia in modo distribuēdi hec onera inueniat̄, probat̄ etiam dupliciter. Primo, qꝛ in hac vniuersitate bonū est ipsa subuētio ꝛ releuatio pauperū, malū vero est onus soluēdi mercedē: equum autē est vt qui plus boni percipit plus etiā mali sentiat: cui igitur maior fit subuentio, is magis onus solutionis subire debet. Et sic statutum est in hoc monte: vt. s. cui plus ꝛ maiori tpe mutuat̄. plus onus soluēdi ministris sentiat. ❡ Secūdo, qꝛ equū est vt cōmunium onerum illis plus imponat̄, qui maiorē occasionē subeūdi talia onera vniuersitati prebent. Illi aūt quorū pignora maiori tpe ꝛ periculo custodiuntur sunt huiusmodi: qm̄ maiorem mercedē tenetur reddere vniuersitas ministris pro custodia illorum ꝙ̄ aliorū, ergo illi q̇ diutius pignora ibi tenent, ꝛ similiter illi qui pretiosiora offerunt pignora, ex hoc ꝙ maius mutuum sumunt debent amplius grauari: quod in capitulis montis pietatis continetur. Non est ergo iustitie distributiue violatio in capitulis istis.

❡ Examen predicte opinionis, determinans quomodo hic sit distributio. Caput. xj.

Uerum eodem Autē ordine ostendat̄ opinionem hanc deficere, primū dictum examinādo, oportet ex communibus animi conceptionibus incipere, ꝛ ostēdere quomodo ratio distributionis hic saluatur. Quia ergo vt dicitur in quinto ethi. iustum in distributionibus confitentur omnes secundum dignitatem quandam oportere esse, ita ꝙ sicut iustitia commutatiua dignitatem persone non considerat nisi inquantum in quantitatem rei redundat (vt puta cum considerat dignitatem principis percussi, quia percussio ex hoc criminosior est) ita iustitia distributiua quantitatem rei non ponderat nisi inquantum redundat in dignitatem persone: vt puta cum magnifacit virtutis egregium actum, ex hoc quod dignior persona illa ex tali opere redditur, ex hoc inquam consequens est, quod distributionis ratio absq₃ dignitate non inuenatur. ❡ Dignitatem autem dicimus nō quodcūq₃ bonum hominis, sed illud ex quo homines sortiuntur quod partes sint totius vniuersitatis, siue illud sit virtus: vt in politia aristrocatia, siue rerum abundantia aut nobilitas: vt in olicrata ✠ siue libertas: vt in democratia, siue quodcunq₃ aliud. Et cum talis partium dignitas ad commune aliquod opus quod totius proprium est, ordinetur, oportet si hanc pauperum vniuersitatem in communitatem quandam erigere velimus, inuenire ꝛ q̇d sit totius opus, ꝛ secundum quid partium dignitas attendatur. Est aūt hic opus totius ꝑpetua cōmoditas mutui inueniēdi: ꝓpter hoc em̄ oīa fiūt, ꝛ hoc sequit̄ mediāte pecunie mutuāde (que mōs dicit̄) integra cōseruatiōe. Dignitas vero indigētia est. id em̄ in q̄libet cōmunicatiōe dignitas dicit̄: ꝓpter qd̄ aliqs debet admitti, et iniuste repelli putat̄: vt discurrēdo ꝑ oēs supradictas politias pꝫ. Sola aūt indigētia existē, meret̄ qs de hoc esse collegio, ꝛ iniuste expelleret̄, suppositis semꝑ his, q̇ ꝑm legē ordinata essent: puta ꝙ tantū paupes ciuitatis admittant̄ur, igit̄ indigētia pro dignitate in hac vniuersitate habet̄. Indigētiā aūt dicim⁹ non quācumq₃, sed talem, que scꝫ pignorib⁹ possit securū facere mōtē. ❡ Hic est mod⁹ quo vniuersitas pauperum velut communitas quedam distributionis est auctrix ꝛ capax. Que licet sit sustentabilis, clarius tamē ꝛ verius distributionis forma in ea saluatur, dicendo quod sicut si militibus vltra debita stipendia propter res bene gestas pro republica distribuenda statuatur quedam pecunie summa, distributionis iustus modus erit, vt quanto melius hic illo egit, tanto maius sit quod huic eo quod illi datur: ꝛ sic modus ꝛ forma distributiue iustitie seruat̄ absq₃ tot difficultatibus. Ita si pauperibus multis onera distribuēda sunt (vt hic accidit) sufficit ꝙ distributionis iuste forma seruetur: q̇ exigit eq̄litatē ꝓportionis, vt dictū est q̇ tūc tātū seruatur, cū equalib⁹ equalia, ꝛ inequalibus inequalia imponuntur. ❡ Et qm̄ siue hoc siue primo modo ponat̄ distributio in pau-

Alias ✠ oligocrata: seu oligarchia.

perũ vniuersitate,nõ refert quo ad p̄sentẽ questionẽ.idcirco concedatur distributionem inueniri in inuẽtione mercedis reddẽde operarijs montis:a quocũqȝ distributio ista mãdetur,siue a principe,siue a cõmunitate,siue ab ipsa pauperũ vniuersitate.

¶ Determinatio ꝙ s̄m iustitie distributiue formam multiplex in hoc monte iniustitia committatur. Cap.xij.

Restat ergo Cõsiderandũ scḋm.s.an distributio isto modo facta iusta sit. Ubi premittendum est, ꝙ licet in distributionibus communiter minus seruetur iustum etiã absqȝ conscientie periculo,q̄ȝ in commutationibus(eo ꝙ comparationes personarum sunt odiose,⁊ pacis bonum tollunt,ꝙ ceteris bonis cõmunibus p̄stat)statuta tamen distributionũ dispositiua tãto iustiora esse oportet,quãto facili⁹ ab eis declinare quodammodo cogimur.Si enim ipsa statuta a iusto declinare inciperent,nimia postmodũ in distribuẽdo elongatio a medio fieret,sicqȝ iustitia corrũperef.Et ideo diligẽter oportet distributionis huius statuta examinare,ne lex iniusta sui obseruatores ad iniustitiã deducat. ¶ Sciẽdũ est igif,ꝙ aliter bonũ,aliter malum distribuendũ est inequalibus partibus alicuius totius.Bonũ siquidẽ distribuẽdũ est sic,vt digniori maius bonũ def.Et rõ est:q2 bonũ totius qḋ est debitũ alicui parti,tãto mai⁹ est quãto pars illa maiorẽ principalitatẽ habet in toto,⁊ tãto minus quanto pars minorem habet dignitatẽ in toto. Malũ autẽ econuerso distribuendũ est:vt.s.digniori parti minus malũ,⁊ minus digne maius malũ imponatur.Et huius ratio est:quia ex quo minus malũ habet rationem boni(vt dicitur in.5.ethi.q2 eligibilius est q̄ȝ maius malum) eiusdem rationis est,ꝙ alicui debeatur plus boni ⁊ minus mali. ⁊ cõsequẽter parti principaliori cui debetur maius bonum,debetur etiã minus malũ:⁊ proportionaliter parti viliori,cui min⁹ bonorum debetur,plus malorũ imponendum est.Et loquimur semper de bono ⁊ malo totius,quod partib⁹ distribuẽdũ est. ¶ Suadet quoqȝ hanc distributionis esse equalitatem nature operatio: que alimentum distributura membris,ad principalia membra digniores partes,et ad viliora viliores transmittit.Infirmitatem autem si.põt a principalib⁹ mẽbris ad viliora propellit:vt experientia continue docet.Unde si in pauperum vniuersitate que super indulgentia fundaf,bona distribuenda essent,quanto aliq̄s esset magis indigẽs,tãto maius bonũ sibi deberef:eo ꝙ maiorẽ principalitatẽ habet in tali toto.sicut magis diues maiorẽ principalitatem habet in politia q̄ fundaf supra diuitias:q̄ olicratia vocaf. Et cõsequẽter quãto aliq̄s est magis indigẽs,tãto minus mali cõmunis sustinere debet. Et q2 onus hoc mercedis soluẽde inter mala cõnumeraf,oportet ꝙ s̄m iustitie distributiue formã magis indigens minus soluat.Magis aũt indigentẽ inter paupes esse constat,q̄ maiori eget mutuo,et minus cito potest soluere.Non ergo iuste statutum est,quod plus mutui sumentes et maiori tempore retinentes,plus teneantur soluere. Nec impeditur contrario huius processus,si quis cauillationibus forte adinuentis non suscipiat id quod tamen probatum est scilicet vniuersitatem hanc super indigentia fundari.aut quod ista non sit vere communitas quedam.Stat enim vis rationis in hoc ꝙ distributio onerosa nõ debet commensurari indigentie,ita quod quãto quis plus eget, tanto plus communis oneris sustineat:hoc enim probatione non eget.Sub hoc autem principio,siue vera distributio,siue modus distributionis hic saluetur,subsumitur quod ista distributio est onerosa(quod manifeste patet)ergo non debet quanto quis magis eget tanto magis grauari.Sed secundũ capitula huius montis quanto pauper magis eget magis grauatur.quod manifeste patet:quia magis grauatur diutius plus mutui retinens:hic autem est magis egens:ergo. Cõmittif etiã vltra hec iniustitia hic dupliciter:et ea scilicet ad que aliqui tantum secundum iustitiam commutatiuam tenentur,omnibus imponendo scilicet mercedẽ pro excussione pignorum:⁊ ea ad que omnes equaliter tenentur: scilicet mercedem pro obligata preparatione ad mutuandũ.imponendo inequaliter.qm̄ omnia in vnum adunando ad formã seu modum distributionis,et que cõmutatiue iustitie sunt confundũtur,⁊ que distributiue sunt violantur.

Ex his Aũt facile est soluere rationes in oppositũ.Prima siquidem peccat primo in medio termino,in quo tota vis rationis consistit.Assumit enim equum esse,vt qui plus boni totius percipit,plus etiam eius mali sentiat.hoc autem falsum esse monstratum est.Iniquum quippe secundum iustitie distributiue formã est,vt is plus cõis mali sustineat q̄ plus boni suscipere debet:quia vt dictum est,minus malum quoddam bonum est. Sed aduerte diligenter,quod dicentes plus aut minus boni vel mali,de quãtitate absoluta ipsius boni vel mali loquimur,et non de quantitate proportionali. De hac eñ loquẽdo equale malum et equale bonum omnibus partibus de communibus dandum est:quia iustum in distributionibus in equalitate proportionali consistit:vt superius ex quinto ethicorum diximus. Et quia paruum malum magis ledit nobilem partem q̄ȝ magnum vilem (vt patet in membris corporis)et in proposito plus pauperculus leditur ex solutione duorum solidorum q̄ȝ artifex minus egens ex solutione quatuor,ideo non vsquequaqȝ falsum est illud assumptum scilicet equum est,vt qui plus percipit boni plus sentiat mali.sed vt iam patet,etiam sic non est pro opinione illa. Secundo peccat,in eo quod subsumit scilicet subuentio mutui est bonum commune huius vniuersitatis pauperũ.Releuatio nãqȝ pauperis ex accepto mutuo ex ipso mutui beneficio causatur. Mutuum autem ad iustitiam commutatiuam adeo spectat,vt iniustitie distributiue attribuere ridiculum sit,nisi forte distributio mutui statueretur:quod hic non fit.Iniusta deinde lex esset,si qua statueret,quod ex subuentione quã ex mutui beneficio quis percipit,aliquid pecunia estimabile mutuanti daret,et similiter cuicũqȝ alteri cui ex alia causa non tenetur.Ex hac siquidem causa nulli ciuiliter obligatur,quãuis amicabiliter debeat. Si mutaretur quoqȝ argumentũ,et esset sermo non de subuentione per mutuum,sed de commoditate perpetua mutui inueniendi(quam totius commune bonum esse dictum est)non potest adhuc cõcludi iustitiam seruari:qm̄ si penes commoditatem illam,distributio oneris agẽda est,cũ cõmoditas illa oib⁹ mutuũ sumẽtib⁹ equaliter respõdeat,inequaliter distribui solutionis onus nequaq̄ȝ deberet:licet vt ex dictis patet,iniquum sit malum distribui sicut et bonum. ¶ Scḋa vero ratio(que metitur onus soluendi iuxta datam soluendi occasionem)facile soluitur,dicendo ꝙ aut occasionis vocabulo proprie vtitur,aut communiter,vt etiam causam occasionem vulgariter dicim⁹.Si ꝓprie loquaf,falsum est, ꝙ hmõi occasionibus cõmensurãde sint distributiones boni aut mali cõmunis quod debetur partibus:vt patet in omni politia:secus autem de gratuitis dicendum esset remunerationibus.Si autem occasionem pro causa ponit, tunc falsum subsumitur: causa enim harum expensarum est vniuersitas ipsa,que pignoribus tute vult pecunie montem saluari. Et ex hoc clarius patet veritas primi membri : quia pauper ipse occasio valde remota est, et non nisi ipsa mediante ⁊ causante vniuersitate que soluere tenetur:vtpote non concurrens ad hoc nisi propter mutui petitionem,ex qua occasionem sumit mutuans ꝙ pignus vult,ex quo deinde prouenit ꝙ vniuersitas teneatur soluere. Patet igitur ꝙ occasionibus huiusmodi nulla iustitia distributiones equari debẽt. ¶ Ex his autem formari alia potest ratio ad principale intentum talis. In hac pauperum vniuersitate q̄tuor sunt : commoditas perpetui mutui habendi , releuatio ex mutuo suscepto,remota occasio non data sed sumpta alicuius expense,⁊ indigentia.nulli horum distributio oneris huius iuste cõmensuratur in hoc monte:vt patet ex dictis: ergo in capitulis montis iustitia distributiua non saluatur.

¶ Opinio dicens in monte hoc nullum esse proprie mutuum,sed societatem potius quandam pijssimis capitulis ad commune bonum vnitam. Caput.xiij.

Surrexit Propter has forte rationum angustias opinio alia, nedum hec capitula,sed alia que ab oĩbus repulsa videntur cõmunitatibus,pietate plena defendere volẽs. ¶ Hec quãtum ad ꝓpositum spectat,tria dicit.Primo,ꝙ hic est cõtractus societatis positiue ⁊ perpetuo conseruatiue.Secundo, ꝙ hic non est contractus mutui proprie,sed tẽporalis vsus cõmunis depositi.Tertio ꝙ hic est contractus locationis operarum ad custodiam pignorũ ⁊c.cui a pauperibus merces reddenda iuste exigif ⁊c. Primũ declaratur explanando naturam huius montis sic. Pauperes ciues conuenientes media intercessione predicatorum ⁊c.a diuitibus ⁊ a seipsis quãdam pecunie summam dono obtinent.non distribuendam , sed perpetuo vsui eorum per modum mutui conseruandam , eiusqȝ custodie ac predicti vsus dispensationi, et pignorum custodie et cure et ceteris vt supra , pro securitate communis pecunie ministri quidã a pauperum patribus preponuntur reddendaqȝ statuitur eorum operibus merces a singulis pauperibus vt supra:scilicet vnus denari⁹ pro libra singulis mensibus ⁊c.Hec est pauperum ciuium societas,deponens summam illam sub cõmunibus custodibus per modũ mutui eius pauperibus dispensandam,⁊ reddens mercedem custodibus de=

bitam ⁊c. Et q: in societate ista nūq̄ intēdit diuisio capitalis cōmunis .s. depositi, nec sm totū nec sm partē, sed potius ꝓcurare augmentū, ⁊ pro cōseruatione illius tuta q̄libet aliq̄d soluit (puta duos denarios pro libra ⁊c.) ideo hic est ꝯtractus societatis nō diuisiue sed positiue: ⁊ ꝑpetuo cōseruatiue. ¶ Scdm vero (.s. ꝙ nō sit hic cōtractus mutui) ꝓbatur ex parte rei q̄ mutuari dicitur, ⁊ ex parte extremorū inter q̄ mutuū dicitur. Ubicūq; nāq; est ꝓprie mutuū, ibi ⁊ res mutuata aliena est a iure petētis mutuū, ⁊ mutuās oīno a petente mutuū distinguitur. Sed hic neutrū istorū inuenitur: q: pecunia q̄ mutuatur cōmunis est eis q̄bus mutuatur, ⁊ mutuās est ipsum cōe depositū seu ipsa societas, q̄ a pauperibus societatis mēbris nō oīno distinguitur. ergo nō est hic ꝓprie mutuū. Maior ꝓpositio assumpta quo ad vtrāq; sui partē ex ratione iustitie cōmutatiue in mutuis patet: q: iustitia cōmutatiua nō est inter totū ⁊ partes: ⁊ mutuū nō est nisi de eo quod alterius partis id est singularis ꝑsone est, ⁊ cōsequenter oīno alienū ab hoc petēte mutuum. vnde quando pauper a monte mutuū propter penuriā vocabulorū petit, tēporalem vsum cōmunis depositi sm veritatē petit nō mutuum. ¶ Et ex hoc vlterius manifeste sequitur, ꝙ vsura hic nō est, q̄ mutuū explicite vel implicite comitatur. ¶ Tertiū autem (ꝙ .s. hic sit contractus mercenarius inter ministros ⁊ pauperes, ⁊ consequēter ꝙ pauperes iuste teneantur reddere eis mercedem ⁊c.) vt ꝑ se notum relinquitur.

¶ Examen predicte opinionis, determinans iniustitiam nihil minus inueniri in capitulis montis sm hanc viam, q̄ sm alias supradictas. Ca. xiiij.

Quoniam autem opinio hec tanq̄ singularis communiter derelicta videtur duo in eius examine facienda occurrunt: vt scilicet primo ostendamus male formatum esse ab ea casum montis pietatis. ⁊ propterea communiter minus eius dicta recipi. Deinde admisso casu quod iniustitiam non euitet, manifestandum est quod contractus iste non sit socialis: vt ex pauli secundi pont. max. literis ad perusinum legatum habetur. vbi monet ne vltra stipendia ministris debita aliquid accrescens habeatur, ne forte vsure labes aliqua incurratur. In contractu enim socialiter hoc quod socij ad communis boni augmentum tendunt, ridiculum est in dubium apud sedem maxime apostolicam verti an sit vsura. Quod etiam hic sit contractus mutui, ex literis pluribus plurium romanorum pon. patet. Semper enim mutuari dicunt pecuniam pauperibus a ministris montis: ⁊ distributionem mutuo sic annectunt, vt vere mutuum restet: quoniam mutuari secundum quandam distributionem dicunt: vt scilicet plus egentibus si constat plus mutuetur, infra tamen statuti latitudinē. ¶ Nec sufficit fugiendo dicere quod penuria vocabulorum huius causa est. Tum quia in promptu vocabulum temporalis vsus, communis depositi vel boni erat. Tum quia expresse in literis huiusmodi pecuniam collectam montem pietatis vocari dicitur: et deposita pecunia apud eos qui mutuaturi pauperibus sunt appellatur. Si enim mutuum vere non interueniret, mutui nomen quandoq; mutatum quoq; esset, ⁊ saltem circunlocutione aliqua non esse mutuum insinuatum esset: presertim quia omnes forte huiusmodi litere emanarunt ad instantiam eorum, qui vsuram in hoc monte non esse contendunt. Qua enim faciliore ⁊ magis apparente via excludi vsura potuisset, q̄ mutuum non interuenire declarando? ¶ Sed quid in probabilibus moror? probatur ratione non esse huiusmodi contractum facilem absq; mutuo, vt dicitur. Ubicunq; iustum est secundum equalitatem simpliciter rei accepte ad datam, ibi vere est iustitia commutatiua: sed contractus ille, qui mutui vocatur inter montem ⁊ ioannem pauperem est iustus secundum equalitatē simpliciter pecunie reddite ad acceptam: ergo est contractus iustitie commutatiue. Sed iustitia commutatiua non vertitur inter totum seu totius bonum vt sic ⁊ partem, sed inter partez ⁊ partem ita quod etiam totum vt extremum commutatiue iustitie, partis rationem habet: vt ex dictis patet, que ex san. tho. expresse habentur: ergo contractus iste non est inter montem inquantum est totū siue commune bonum, ⁊ ioannem pauperem inquantum totius ꝑtem, sed est inter totum inquantum partis rationem habet, ⁊ ioannem pauperem vnum de populo ⁊c. ⁊ consequenter est vere contractus mutui. ¶ Admisso autem talis societatis contractu (que si nō est, posset tamen fieri) iniustitiam omnino ibi committi sic declaratur. In contractibus istis de quibus est sermo, aut standum est infra limites commutatiue iustitie, aut infra limites iustitie distributiue, aut vtriusq;, aut neutrius. Si sm iustitie cōmutatiue pure formam agimus, cum constet quod totum apud eam vt pars reputatur, id ad quod totū tenetur, a parte exigi nō potest. ⁊ cōsequēter quāuis societas pauperū teneatur soluere mercedē ministris, iniuste tamē ab hoc paupere exigitur: quia nō in eius fauorē fit. Et breuiter eodē modo hic cōmittitur iniustitia ⁊ vsura, quo superius infra iustitie cōmutatiue terminos probauimus inueniri. ¶ Si sm iustitiā distributiuā puram procedendū esse creditur (qm̄ contractus locationis operarū nō est inter ministros ⁊ singulos pauperes, sed inter ministros ⁊ societatē pauperū: vt superius dicebatur) manifestus error statim pz: qm̄ locatio operarū et eius merces, et similiter acceptio pecunie que mutuata dicitur ⁊ eius restitutio, fingi non potest quin equalitatem cōmutatiue iustitie requirāt. ¶ Si autē vtriusq; iustitie forma miscetur, sm veritatē idē est casus iste cū eo quem superius sm distributiue iustitie modū disputauimus ⁊ cōclusimus iniustū esse. In hac siquidē societate distributio nō aliter q̄ ibi miscetur: nisi ꝙ ista opinio ponit ipsam pecuniam per modum mutui etiam distribui in vsum ⁊c. Sed hoc nihil penitus variat casum quo ad rationē iusti vel iniusti: quia in societate ista aut oēs habentur equales, aut non. Si oēs equales, ergo iniuste vnus plus alio grauatur onere solutionis ad quā societas tenetur: quoniā sm dignitatē iustū in distributionibus attēditur. Si inequalitas inter eos ponitur, cū nō nisi ratiōe indigētie ponatur (quia plus egēti plus mutuādū statuitur, infra latitudinē tamē aliquā, puta .10. ducatorū) tūc manifeste redit iniquitas illa in distributiōibus, qua plus accipiēs cōis boni, plus cogitur sentire cōmunis mali: ⁊ distributio cōmunis oneris cōmēsuratur singulorū indigētie. Et manifestius accidit hic iniustitia, que in gabellis pro rebus q̄ deferuntur ad vsum, inuenitur. Utrobiq; enī iniustū ex natura rei inuenitur ex eadē causa: quia scz supportatio cōmunis oneris cōmēsuratur necessario vsui, vsus autē necessarius cōmēsuratur indigētie, ⁊ sic de primo ad vltimū perseitate seruata, oneris cōmunis distributio indigētie ciuiū ⁊ pauperū cōmēsuratur: quod est iniquū. Refugit enī ois auris, ꝙ tāto q̄sq; cōmunib⁹ grauetur, quāto magis ꝓprijs indiget. In hac enī societate quāto quis magis eget vt proprijs possit ꝓuidere necessitatibus, tāto maius mutuū sumit ⁊ diutius retinere cogitur, ⁊ tāto plus exigitur ab eo pecunie debite a societate ꝓ seruitijs sibi impēsis: vt patet. Et ne iterū dicta repetantur, eodē est modo hic iniustitia distributiua, sicut superi⁹ eisdē rationib⁹. ¶ Si aūt neutrius iustitie formā introduci oportere q̄s putet, sed iustitiā legalē tm̄, que cōmune bonū per se respicit, ⁊ ad illud oia dirigit cū fraterna quadā societate, errat in primis ad fraternā societatē ꝯfugiēs: quoniā operatiōes hic interuenietes sm gen⁹ suū ad iustitiā nō ad amicitiā ⁊c. spectāt: quoniā sunt operatiōes ad alterū cū ciuili debito equalitatis, in quib⁹ ratio iusti cōsistit. Nec fraterna volūtas oia cōia volēs, hic apparet, nisi apud mētis propue parū cōpotes: qui omne volūtariū iudicāt simpliciter voluntariū. Errat deinde: quia sub iustitia legali seu generali nō cadūt nisi indifferētia, ⁊ que altarū sunt virtutū ⁊ vitiorū. Expresse nāq; in quinto ethicorū habetur, ꝙ ois particularis bonitas aut malitia sub iustitia legali cadens, sua aliqua alia virtute aut vitio necesse est cōtineatur. cū ergo ꝯstet, ꝙ actus hi indifferētes nō sint, ⁊ nō sint oē bonū aut oē malū, oportet ꝙ sub alia virtute aut vitio cōprehēdātur. Et si huic iunxerimus supradicta (ꝙ sez spectāt ad iustitiā) oportet ad cōmutatiuā vel distributiuā descendere, vt fecimus: sm quas iam patet, iniustitiam euitari in capitulis huius montis non posse.

Ad rationes Ergo, quibus probatur ꝙ hic nō interuenit mutuū, dicendū est ꝙ inter assumpta et casum est implicatio contradictionis. repugnat enim quod sit contractus rei inter totum vt sic et eius partē, ⁊ ꝙ sint secundum equalitatem rei ad rem. Si nāq; est secundū equalitatem rei ad rem, ergo est iustitia commutatiua, ergo inter partem et partem, ergo non inter totum vt sic et partē. Et similiter si est inter totum vt sic ⁊ partem, ergo est secundū dignitatem partium in toto, ergo non sm equalitatem rei accepte aut date, constat autem q̄d hic seruatur equalitas rei ad rem, dum a paupere mutuū restituitur: ⁊ tamen secundū istam opinionem inter totum vt sic ⁊ partem contractus est. implicatio igitur accidit. ¶ Est autem causa defectus in huiusmodi ratione, quia non discernitur inter per se ⁊ per accidens. Accidit enim monti inquantum pecuniam reddendam tribuit pauperi vt suis prouideat necessitatibus, ꝙ totum sit: hoc enim sub partis ratione facit. ⁊ ideo mutuans hic est omnino ali⁹ a mutuum sumente si formaliter considerentur: quoniam singularium personarum quo ad hoc locum tenent. Et similiter accidit pecunie inquantum sic ioanni pauperi mutuatur, ꝙ communitatis, aut communis societatis, aut cuiusq; alterius, aut nulli⁹ sit: sufficit

sufficit enim q ioannis pauperis sic non sit, q ad eius restitutionem integre teneatur. Accidit quoq defectus: q inter totum et partes necessaria discretio omittitur, huiusmodi enim totum specie a parte differt: & quod toti debetur, parti non debetur. Et similiter ad quod totum tenetur, pars non tenetur: loquendo semper secundum equalitatem rei ad rem, que hic est: quoniam pro seruitijs societati impensis, non in fauorem huius qui accepit mutuū vt sic, sed totius perpetue societatis tenetur ipsa ad mercedē reddendam ministris (vt supra patuit) & restitui sic ac conseruari pecuniam, vult. Accidit & tertio defectus in hac via: q non distinguit inter aliquid fieri in fauorem pauperis mutuum sumentis, proxime & remote. Quod enim in fauorē communis: perpetueq societatis fit, non nisi remote fit in huius pauperis fauorem: vt ex dictis patet. Nullo igitur modo capitula huius montis pietatis iniustitiam subterfugere possunt.

Exclusio quorundam extraneorum dictorum, concludens vltimo intentam sententiam. Caput. xv.

Peragratis Omnibus his opinionibus que aliquid ad propositum ex moralibus rationibus adduxerūt, restat primo nominanda tantum opinio, dicens montem hunc pietatis cum suis capitulis nō mutuum facere, sed rem quandam diuinam esse & hominibus ineffabilē, et propterea rationibus huiusmodi que humanos scrutātur actus, non omnino committendum esse iudiciū huius montis &c. Nos enim cum sua diuinitate veluti loquentes in aere relinquere oportet. Remanet deinde eis satisfaciendum, qui contractus huius montis ab apostolica sede approbatos dicunt aut audiunt: ac per hoc rationes sophisticas putant, etiam si soluere nesciant. Sciāt igitur hi montem quidem pietatis ab apostolica sede approbatum, sed non illius capitula: vt exemplo literarum approbationis conijcere potui. Appellatur autem mons pietatis (vt in eisdem dicitur) summa illa pecunie pie collecta, & sub custodibus deposita ad perpetuam releuationem pauperum mutuo mediante. Ubi nota q mons ipse est simpliciter approbatus et erectus ab ipso summo pontifice. Eius autem capitula supradicta sunt approbata cum hoc adiectiuo. s. sacris canonibus non contraria, vnde si qua capitula sunt sacris canonibus contraria, approbata nō sunt. Hec autem esse ea que iniustitiam continent, nullus dubitat. Nō sunt igitur approbata capitula illa, que iniusta esse superius monstratum est, propter quod scita est, non paruum peccatum fuit facere impium summi pontificis bullas truncatas absq illa particula. s. sacris canonibus nō contraria. Laqueus siquidem est animarum: in quem ego incidissem, vel saltem absq suspensione non fuissem, nisi viua voce audissem sic haberi in originalibus, & calamo scriptam particulam illam in bulle mantuane copia vidissem. Ex hac quoq eadem radice satisfit illis, qui ex priuilegijs et indulgentijs concessis a romano pontifice illis qui ad montis conseruationem, aut augmentum manus porrigunt adiutrices, arguunt. Iam enim patet q mons ipse sanctus est, & in ordine ad illum hec omnia conceduntur. Annexa tamen mala ex hoc nō approbantur: sed potius tolerantur ad euitationem maioris mali, quo per publicos vsurarios res pauperum vorantur.

Ex rationibus Ergo proprijs iustitie commutatiue & iustitie distributiue, clarū iam esse cuilibet patet, non solum q nullo predictorum modorum iniustitie macula abest a capitulis montis huius: sed etiam q quocunq alio modo casus formetur, iustitie equalitas non seruatur. Nec oportet omnem singillatim obiectionem excludere: quoniam ex supradictis (que ex ethicis aristo. & doctrina san. tho. adeo sumpta sunt, vt si singillatim allegatio fieret, omnia plena allegationibus essent) cuilibet in moralibus exercitato facile est omnibus satisfacere, vt omnes veritatem agnoscant, que a prima est veritate. Cui honor & gloria sit ex hoc opusculo, papie in sancto apollinare completo hodie idest die. 13. Julij. 1498. per infinita secula seculorum. Amen.

Tractatus Thome de vio Caietani, Cardinalis s. Xisti de monte pietatis finit.

Thome de vio Caietani Cardinalis sancti Xisti, ad venerandum Patrem, Fratrem Andream Brixiensem, ac Brixie Priorem, in Tractatum de Cambijs, Prefatio.

Concessum mihi his dieb⁹ ociū venerāde amantissimeq pr̄, ad edendū pmissum paternitati tue tractatū de cambijs inuitās, post auditos cāpsores, plectasq diuersorum de his opiniões, ac diutinā meditationē, ad scribendū tādem impulit. Tāta siqdem est rei huius obscuritas & inuolutio: vt hic ↄsuetudine nō absq fautorib⁹, & inde doctoribus plurimis modernis tñ sistētibus (antiqs siquidē proposita difficultas hec non fuit) tacendū potius videref. Uerum vbi plures dies lectioni meditationiq iā dedissem, & infidelis pmissionis reatus occurreret, diuina fretus ope tria de cābijs tractāda censui. Discernenda sunt primo dubia a certis. Adducende sunt deinde opiniones aliorum de dubijs. Firmandum est deniū quid mihi videtur de his sentiendum.

De tribus generibus cambiorum. Caput. j.

Cambiorū Modi quāuis multi sint, quo ad differentiā tñ certi vel dubij, trifariā ea diuidere sufficit. Quedā siquidē sunt, quorū iustitia clara est. Quedā vero, quorū iniustitia similiter aperta est. Et qdam media: q an sint iusta vel iniusta, in dubiū inter doctores vertif. Iustificata siquidē sunt, q fiunt his tribus modis. Primo, quū in cābio minuto cāpsor moderate lucraf ſm patrie consuetudinē. Uocaf aūt cābiū minutū: quū cāpsor p aureo ducato monetā dat cōsuetā in patria illa expēdi, vel ecōuerso, aliqd minus dādo q recipiat. Hoc em̄ cōtinet naturalē equitatē: ex eo q industrie & ope cāpsoris ratio habēda est. Quū em̄ ceterarū artiū ministros liceat i cōmutatiōib⁹ p prijs, laboris industrieq mercedē cōponere, cāpsoribus q cōmutationibus numismatū deseruiūt, id quoq licere nō est dubiū. Propter qd non irrationabiliter dicūt opināntes tale lucrū cāpsoribus tm̄ licitū: ita q priuat⁹ homo si cābiare debet ducatū aureū, nihil debet lucrari. Cōmutatio nāq numismatū p se nō vagaf quo ad valorē (quē admodū cetere cōmutatiōes) ſʒ determinata est: puta q ducatus aure⁹ valet duodecim marcellos. Et sicut in ceteris cōmutationibus equalitatē violare iniustū est, ita in cōmutatiōe numismatū. Unde nisi vel pter mercedē seruitij, nō in numerādo pecuniā, vt qdā putāt (qm̄ cōtingit sepe minus numerare cāpsorē q accipientem: & actus numerādi nō est ppe mercenari⁹, sed solutus gratis cōcedi, vt vsuo libri: & numerationi cāpsoris respondet numeratio dātis altā monetā) sed in arte cāpsoria reipub. ministrādo, vel pter incōmodū qd qs incurreret ex ablatione talis generis pecunie a se vel qualitatē numismatū (vt infra declarabif) nō ſʒ plus in cābio minuto accipere q def. Quorū nullū locū habet vniuersaliter in singularib⁹ hoibus nō cāpsorib⁹. Scdo quū cāpsor moderate lucraf, ex eo q petr⁹ habēs certā summā pecunie mediolani, dat eā cāpsori, q faciat equalē summā rome dari sibi vel alteri. Si em̄ ex hoc cāpsor mercedē exigit, iusta est exactio: cāpsor em̄ trāslatoris in hac parte locū tenet, nec est equū vt merces suo seruitio subtrahaf. Tertio, qñ cāpsor lucraf, ex eo q monetam alicubi minus valentē congregatā trāsfert in locum vbi plus valet. Hec em̄ est negotiatio numismatum: ex qua primo ortum habuisse videtur ars campsoria: vt dicitur in. 1. poli. Et est licita sicut cetere negotiationes ad augendas opes licent.

Iniusta Uero absq dubio cambia illa sunt, que his duobus modis fiunt. Primo, quum campsor lucratur aut lucrari intendit, ex eo q petro egenti mediolani dat certā summam pecunie sub nomine cambij de Lugduno vel londres, et tamen secundum veritatem ibidem restitutio facienda vtrinq scit:

sive fiant litere cambij ⁊ non presententur, sive non fiant litere. In teruenit siquidem hic manifeste solo nomine cambium, ⁊ secundū rem mutuum cum lucro, aut spe lucri, ſm quod diversimode fit. ¶ Secundo, ⁊ in idē redit) quū campsor, vt lucret, dat mediolani petro egēti centum ducatos recepturus ab ipso petro ibidē hinc ad mēsem tātū quātū valebūt tunc venetijs ſm cursum cābiorum decē libre grossorum: que equaleūt centū ducatis regulariter. sed in cursu cambiorū venetijs quādoqꝫ excedūt, ⁊ quādoqꝫ excedunt. Hic em̄ ſm veritatē est ɔtractus mutui, cambij nomine palliatus: ⁊ fit cū spe lucri: cōtra illud luc. vj. mutuū date, nihil inde sperātes. Et celebratur cōiter cū ꝓbabili coniectura. ꝙ erit ibi lucrū: q2 cōiter solēt tūc valere plus decem libre grossorū, quāuis quandoqꝫ, sed raro minus valeant. ⁊ ꝓpterea est hic vsura. Nec potest excusari. nisi in casu, in quo petrus egeret illis cētū ducatis, ⁊ cāpsor haberet in promptu vel vni cābiū agēdū cū illis cētū pro venetijs illo modo, et ad instantiam petri illos sibi eo pacto daret. Et hoc si contractus talis veri cambij est licitus, de quo infra erit sermo.

Dubia Autem cābia, quedam sunt ex parte cāpsorū, q̄dā ex parte accipiētium cābia. Ex parte quidē cāpsorū sunt, que dupliciter fiunt: aut scꝫ appretiādo numisma extraneū de quo restitutio fienda est. minus ꝙ valeat communiter in loco vbi debet fieri restitutio: aut appretiādo numisma propriū qd datur, magis ꝙ valeat communiter in loco vbi restitutio debet fieri. Ad hos enim duos modos (qui valde propinqui sunt, ⁊ in idē redeunt) omnia cambia sicca reducuntur pro quibuscūqꝫ locis fiāt. ¶ Ad primum enim modū spectat cambiū lugduni: in quo petro indigenti marca auri, que communiter valet ibi. 50. scutos campsor mediolani dat. 60. scutos, nō ſm valorem scuti lugduni. sed quum ibi cōmuniter valeat scutus. xxx. grossos. appretiatur hic. xxviij. et sic dat sibi tātam summam pecunie, que ascēdat ad. 60. scutos ad rationem. xxviij. grossorū ꝓ scuto. ¶ Ad secundum vero modum spectat cābiū tam londrēse ꝙ brugēsi. in quo petro egēti ianue dat campsor ianue. 1000. ducatos. non ſm valorem ducati currentem brugis aut londres. sed quum ibi valeat ducatus. 50. grossos, appretiatur ianue. 52. ita ꝙ pro quolibet ducato tenetur, accipiēs cābiū restituere brugis vel londres. 52. grossos. ¶ Cetera autē cābia ex parte cāpsorū similia sunt. Nec fiat vis si in istis exemplis vera quātitas monetarū nō recitatur: qm̄ exempla ponimus vt addiscētes intelligāt. ¶ Auget autē cambiorū ꝑdictorū ambiguitatē inserta temporis ratio. fatentur em̄ cāpsores, ꝙ quāto tp̄s restitutionis est distātius, tanto minus appretiatur moneta in primo modo, et tanto magis in secundo modo. ¶ Ex parte aūt accipiētū cābia, sex modis variantur cābia ſm differentiam eiusdē vel diverse monete, ⁊ differentiam certi vel dubij aut accidētis lucri: hec em̄ vidētur aliquā per se differentiam in cambijs facere. ¶ Cōtingit primo modo, ꝙ petrus dat mediolani campsori centum ducatos florentinos aureos, ⁊ vult totidem florētinos florētie. Cōtingit secundo ꝙ petrus pro dictis ducatis vult florētie monetā argētēā: puta grossos florētinos, sed tot quot equalcāt florētie ducatis. 100. florentinis aureis. Contingit tertio, ꝙ petrus pro dictis ducatis vult bonā monetā auream vel argētēā florētie. ſm ꝙ tpe solutionis (puta in nūdinis) cābia valebūt florētie. ¶ Et quodlibet horū contingit dupliciter fieri. s. simpliciter vt ꝓpositum est: ⁊ cū adiuncto aliquo certo lucro. ita. s. ꝙ petrus vult non solum predictos. 100. ducatos florentie modo dicto, sed vltra hoc vult sibi dari quatuor alios ducatos. Et quoniam de his non principalis est questio, sed de illis que se tenent ex parte campsoris cōiter, ideo de illis erit sermo diffusus: de istis aūt in fine tractatus dicet. ¶ Et ne nugatio aut equiuocatio accidat legētibus, vocent in sequētib9 cābia nūc discutiēda cābia realia: q̄uis a multis cābia sicca, aut ꝑ līas nūcupētur.

¶ De opinionibus dicētiū in cambijs realibus esse mutuū. Ca. ij.

Quoniam Autem secundum diversa presupposita diversimode inueniūtur doctores locuti de huiusmodi cābijs, ⁊ ex alijs pricipijs ꝓcedunt supponentes huiusmodi cambia mutui contractum sapere, ⁊ ex alijs procedunt negātes hic mutuum interuenire: ideo singillatim discutiende sunt singulorum rationes. ¶ Unde eorum occurrūt primo opiniones, qui asserūt aut suscipiunt contractus cābiorum realium ſm veritatē esse contractus mutui, licet cambia vocentur. Sūt aūt contrarie horum opiniones: dum quidam dicunt talia cambia esse iniusta ⁊ vsuraria, q̄dam vero ꝙ sunt licita. Et illi quidem qui asserunt vsuraria, licet multis rationibus moueantur. hoc tamen habent pro fundamento: quia vsurarium est mutuare sub spe ⁊ pacto verisimilis lucri: vt patet: constat autem omnes campsores spe lucrandi hec cambia exercere: et ideo pacta supradicta adijcere: vt verisimiliter lucrum euenire possit quāuis non semper eueniat: vt ipsimet fatentur: vsurarium est igitur hec cambia facere. Quod autem vere supponatur hic esse mutuum, probant ex eo. quod contractus iste dat pecuniam que est inuendibilis cum translatione dominij. et recipit pecuniam: has autem esse constat conditiones ad mutui contractum sufficientes. Muniturqꝫ opinio hec authoritate gof. ⁊ host. in summa de vsuris: ⁊ archiepiscopi florēti. in. ij. ⁊. iij. parte summe vbi etiā dicit multos viros doctos ⁊ timoratos fuisse huius opinionis.

¶ Acceptantes autem mutuum hic esse, ⁊ tamen absqꝫ vsura cambia fieri, fundantur super ratione interesse, ⁊ operarum locatarū. Et quo ad interesse quidem: quia etiam in contractu mutui licet servare se indēnem: constat autem quod mutuans ianue. 100. ducatos aureos, dānum incurreret si brugis restituantur sibi totidem aurei vel eis equivalens ibi precise. Tum quia plus daret ꝙ reciperet: ex eo quod ducatus aureus plus valet ianue ꝙ brugis. Tū quia oportet ipsum subire expensas delatorum pecunie vt ianue rehabeat, vbi contractus mutui celebratus est: ergo licitū est estimare ducatum aliquid plus, vt mutuans nullum dānum incurrat: ⁊ hoc in istis cambijs accidit. ¶ Quo ad locatas vero operas: quum nullus debeat proprijs stipendijs militare, ⁊ campsor ⁊ ministri publice vtilitati deseruiant in opere licito in mutuis faciendis predictis, consequens est quod propriam mercedem reportare debent: quemadmodum ministri montis pietatis. Et quia industrie accedentis operi licito, ratio est habenda, aliquid etiam mercedis ei dari debet: quo fit vt omnibus pēsatis talis excrescētia sit licita.

Sed revera Neutra harum opinionum veritatem assequitur. Prime enim fundamentum ruit: quoniam (vt infra patebit) hic non est contractus mutui.

¶ Secunda autem ⁊ falsum assumit, ⁊ consequenter non loquitur. Falsum quidem assumit, dum dicit in his cambijs illud plus sumi vt vitetur interesse. hoc enim campsores testantur esse falsum; ⁊ dicunt quod non vt damnum euitent, sed vt lucrentur huiusmodi cambijs insistunt: ⁊ quod si accipientes cambia obligarent se ad restituendum precise quantum accipiunt in loco vbi accipiunt, ipsi non mutuarent quia lucri causa artem hanc exercent. ¶ Et ex hoc patet, quod nec pro interesse stipendij ministrorum plus sumitur. Si enim campsores ex cambijs nihil aliud quererent ꝙ se seruare indēnes, cambia non aggrederentur: sed pecunias suas secum tenerent, aut aliter exponerent: vt ipsimet testantur ¶ Consequenter autem non loquitur: quoniam non est licitum artem mutuatiuam in ciuitatibus erigere ⁊ ministros statuere, ⁊ laborum industrieqꝫ ratione habita, inde etiam sustentatorum lucrum querere: quoniam hoc esset vsurariam artem facere moderatam, vt patet. ¶ Ministris autem montis pietatis quomodo ⁊ qualiter liceat mercedem reddi, ⁊ a quibus oportet reddi, in tractatu speciali de hoc diffuse diximus. Hic autem satis sit nosse, ⁊ quod non est simile: quia in cambijs intenditur lucrum, et quod experientia teste nō licet artem facere mutuatiuam, vt operarum, periculorum ⁊ industrie rationem habendo, plus forte recipiatur, vnde ipse cum familia sustentetur: sicut in artibus ⁊ negociationibus licet. Est igitur vsura in his cambijs, si contractum mutui implicant. Propter qd gof. host. sub mutui nomine casum tractantes (quum scilicet mutuatur vt restituatur alterius generis moneta cum spe lucri) vsuram esse dixerunt.

¶ De opinionibus dicentium in cambijs realibus esse contractū permutationis. Cap. iij.

Adversit Ergo propter predicta forte aliorū opinio, dicentiū in his cambijs nō esse contractum mutui sed innominatum scilicet do vt des: vel si nominari debet, esse contractum permutationis. ¶ Et horum contrarie quoqꝫ sunt opiniones alijs asserentibus hec cambia licita, ⁊ alijs illicita. Et illi quidem qui dicunt esse licita, studium suum adhibent non tam ad probandam eorum iustificationem, ꝙ eorum naturam extra mutui rationem esse. ¶ Et quāuis multiplicent rationes, ex tribus tamen conditionibus separāt cambia hec a mutuis. Primo ex periculo. Mutui enim natura periculum mutuate sortis in accipientem mutuū transfert: cambium vero reale, dāni periculum campsori relinquit, si minus forte contingat accipere: vt quandoqꝫ (licet raro) contingit. ¶ Secundo ex diversitate rei restituende et loci. nam mutui ratio exigit vt eiusdem generis ⁊ bonitatis res restituatur, ⁊ ibidem. Nec sufficit reddere equivalens: aurum enim pro auro ⁊ triticum pro tritico restituendum est. ⁊ adducitur ad hoc textus iuris ciuilis. ff. de solu. l. paulus. In cambijs autem realibus fit permutatio

monetarū diuersorū generū ⁊ in diuersis locis. ¶ Tertio ex modo cōtractus: q̄ in cābijs realibus est vēditio vel cōtractus similis venditioni (dū ducatus vendit̄. 52. grossis flādrēsibus) ⁊ estimatur vna moneta cū alia, quod licere patet extra de cēsi. ca. olim causam. ⁊ ca. cum canonicis. In mutuo autē nihil horum fit. Quū igitur mutui contractus non sit, sed pmutationis ⁊ negotiatiuus, pro licito relinquit̄. spes enim lucri in his nō dānatur, ⁊ industrie, laborum, periculorum, expensarumq̄ ratio habenda est. ¶ Dicētes vero cābia hec nullo modo licere, ⁊ t̄n mutuum non implicare, quāuis non inuenerim: ex dictis tamen ab his q̄ absolute cambia hec dānant, aut dubitant illicita esse, triplex ratio colligitur. ¶ Prima ex eo q̄ cambia hec in fraudem vsurarū introducta vident̄, quum permutationem monetarū campsor non intendat, sed necessitatibus indigentis nolens gratis mutuare, noīe permutationis monete mutuū palliat vt lucret̄: presertim quum plerumq̄ contingat in eadē fieri moneta restitutiones (⁊ hoc in cābijs infra italiam) ⁊ periculū qd̄ raro accidit pōderandū non sit in commutationibus, que regulande sunt s̄m cōmuniter euenientia. ¶ Secūdo ex eo, q̄ ratio tp̄is etiā in contractu emptionis ⁊ venditionis haberi nō potest, in huiusmodi autē cambijs (vt patet in casu posito) quanto distantius est solutionis tempus, tanto plus sibi solui pasciscitur campsor. ¶ Tertio q̄ etiam in cōtractu vēditionis, vendere plus q̄ͅ nunc aut hic valet, non est licitum: nisi vendens intendebat vsq̄ ad tempus illud seruare (vt in ca. nauigāti, extra de vsuris) aut intendebat ad illū locum deferre: vt dicit ray. inno. ⁊ ioan. andre. ⁊ ioan. calde. cāpsores aūt non intendūt seruare, aut transferre pecuniam: sed paratam ad huiusmodi cambia tenent. Quid aūt de his sentiendū sit, in decisione manifestum erit. Nunc autem ad aliam properandum est opinionem.

¶ De opinione singulari circa cambia. Caput. iiij.

Post predictas Opiniones egregij cuiusdam doctoris in theologia opinio singularis occurrit: tenens huiusmodi cambia esse licita, ⁊ tria singulariter dicens. ¶ Primū est, q̄ contractus iste quem innominatum vocant, nomen habet: quoniam vt sanctus tho. dicit in secūda secunde. q. 77. negotiatio tripliciter fit, aut commutādo res pro rebus: vt vinum pro tritico, aut res pro pecunia, aut pecuniā pro pecunia. Et quū primus contractus vocet̄ vulgo baratto, secundus vocetur venditio ⁊c. ⁊ tertius cambiū, ita q̄ cambium est permutatio pecunie p̄ pecunia. ¶ Scd̄m est, q̄ in cambijs non consideratur pecunia vt pecunia, seu vt mensura est: sed vt res quedam est. Constat enim s̄m oēs vtroq̄ modo posse accipi pecuniam: vt patet de locantibus pecuniam ad ostentationem. Et q̄ campsores pecuniam vt rem considerēt, ex sancti tho. autoritate probat in secūdo de regi. prin. dicentis, q̄ numisma potest accipi ⁊ vt mēsura ⁊ vt quedā res est, ⁊ hoc modo vtuntur eo campsores. Fabricatq̄ sup hoc fundamento doctor ille vendibilē esse pecuniam a campsoribus, vtpote rem quandam, ⁊ eius pretia variari sicut aliarum rerum, iuxta tēporum, locorumq̄ diuersitates ⁊c. ¶ Tertiū est singularissimum, q̄ licitum est cāpsoribus plus accipere quando tp̄s solutionis distantius est. Distinguit siquidē accipere plus ratione tp̄is dilati dupliciter, vno modo, q̄ sola tp̄is dilatio excessum pretij operet̄, ⁊ hoc dicit esse vsurariū. Alio modo, q̄ res in dilato tp̄e considerata pretiū augeat in cōmutationibus, ⁊ hoc dicit esse licitū. Et dat exemplum in emptionibus rerū in futuro assignandarū. Siquis enī hyeme emit lanas assignandas sibi in vere minus q̄ͅ valeant in hyeme eo q̄ lane tp̄e veris credunt̄ minus valiture, iuste emit: eo q̄ res in tp̄e illo sumpta pretiū minuit. Si aūt minus emeret, quia nunc anticipat solutionē: vsurā committeret: q̄ propter solā tp̄is morā pretium variat̄. Subditq̄ cāpsores non plus accipere ratione dilati tp̄is, sed ratione rei in dilato tp̄e considerate. Quā verbi gratia marcha auri soluēda in nundinis ianuarij nō ideo minus emitur a cāpsoribus mediolani mense octobri, q̄ͅ nouembri, q̄ longius distat s̄m tp̄s: sed q̄ marcha illa cōsiderata in tali tp̄e minus estimat̄ communiter a negotiatoribus, ⁊ magis in tp̄e proximiori. Et merito vt dicit: q̄ quum negotiatoris finis sit cōmutando lucrari, nec ideo emat vt empta habeat, sed vt iterum commutet cum lucro: licitum est sibi considerare quanto tp̄e pecuniā occupatam in re empta tenere oportet, carius enim emitur quod cito distrahitur, q̄ͅ quod longo oportet tp̄e retinere, ne pecunie mortue teneantur. Signum autem, q̄ campsores non rationem temporis dilati, sed rei in tempore habeant, est q̄ non semper s̄m temporis approximationem pretium crescit: sed quādoq̄ instantibus nundinis contingit pretium minui, adeo vt minus vendatur tunc marcha auri in proximo assignanda q̄ͅ fuerit vendita tribus mensibus ante.

Sed hec Opinio (cū bona venia) multipliciter a veritate deficit q̄uis bono zelo ad veritatē accedere conetur. Primū in primis dictū secundo non consonat: q̄m noīa formaliter sumpta intelligi oportet (vt in. 4. metaphi. tradit aristo.) alioquin periret certitudo a locutione: q̄m extra formale significatum infinita sunt, vt ibidem dicitur. Unde si in cambijs pecunia considerat̄ vt res, non vt pecunia (vt dicit) contractus iste non debet permutatiuus pecuniarum vocari: nec debet in tertio loco cōtractuum a san. tho. dictorum reponi, sed primo. ¶ Secundū deinde dictum verū non sonat, ⁊ sancti tho. verba male interpretari videt̄. Uerba siquidem eius in secundo de regi. prin. ca. 14. sunt ista: Numisma q̄uis sit mensura ⁊ instrumentū in permutationibus, t̄n per se aliquid esse potest: puta si cōfletur erit aliquid, videlicet aurum vel argentum: ergo semper non ordinatur ad permutationes. Et hoc etiam habet veritatem in alijs speciebus pecuniarū: imo amplius, vt in campsoria: que non proprie ordinatur, vt sit mensura rerum venalium, sed magis ad permutationē numismatis. ¶ Ex quibus verbis non habetur, q̄ pecunia consideretur a campsoribus non vt mensura, sed vt res: sed habetur q̄ pecunia non vtuntur campsores vsu primario, propter quem est inuenta, scilicet vt mensura seu pretium sit rerum venalium: sed vsu secundario, ad quem est translata, inquantum tamē pecunia: scilicet vt permutetur cum alia pecunia, vterq̄ siquidem vsus conuenit pecunie per se, ⁊ secundus campsoribus conuenit: vt infra patebit ex primo politicorum. ¶ Quid autem de tertio dicto sentiēdum sit, in decisione dicetur. Hec igitur sunt, que hactenus de cambijs dicta sunt.

¶ De natura artis campsorie. Caput. v.

Ut autem Natura cambiorum vniuersaliter ⁊ faciliter percipi possit, tali ordine procedendum credimus, vt scilicet primo de ipsa arte campsoria dicatur, ⁊ quid sit et q̄ͅ licita sit. deinde de conditionibus requisitis ad eius actus rectitudinem tractetur, ⁊ demum ad cambia predicta descendendo videatur, an artis sint campsorie, et quid in eis licitum aut illicitum est, obiectiones factas soluēdo. Sic enim de huiusmodi cambijs sermone completo, ad alia proposita procedi libere poterit. Principium autem ad declarandam campsoriam, oportet sumere ex primo politicorum, eius vestigia sequēdo. ¶ Sciendum igitur inde est, q̄ rei vsus per se est duplex scilicet proprius ⁊ communis, seu primarius ⁊ secundarius. Est autem proprius cuiusq̄ (siue naturalis siue artificialis) rei vsus ille, ad quem ex ipsa re natura primo ordinatur: vt vestis ad vestitum, panis ad esum, et vinum ad potum ⁊c. Communis autem siue secundarius est, quo res inquātum talis, alteri tamen a primo fine applicatur: vt commutatio respectu calcei aut tritici, ⁊ aliorum huiusmodi. Calceus eīm quum venditur, inquantū calceus consideratur (non enim pro simplici pelle venditur) non t̄n propter vēditionem est calceus, sed p̄pter calceationem, ⁊ sic de alijs. ¶ Quemadmodum ergo ceterorū, sic ⁊ numismatis duplex est vsus: vt ibidem dicitur. Primus est commutatio pro rebus venalibus necessarijs. s. ad vitam humanam scilicet tritico, panno, aromatibus ⁊c. propter huiusmodi enim cōmutationes numisma inuentum esse constat: dum ea que vni patrie desunt, aliunde haberi non possent, nisi datis pro eis equiualentibus, ⁊ multum incommodi esset res semper transferre equales. Ob hoc enim aurum, argentum, es, ⁊ quicquid eiusmodi est facile portatile ⁊ vtile, statuerunt commutandis rebus adequatum iri, et propterea numisma dicitur mensura rerum venalium. Refertur enim ad naturalia ad vsum necessaria, vt mensura ad mensurata: propter quod charactere insignitum est, in testimonium qualitatis ⁊ ponderis, sicut et ceteris mensuris publicis cōsueuit signum imprimi testans earum iustificationem. ¶ Secundus autem numismatis vsus est commutatio pro alio numismate: vt ducati aurei pro carlenis. Non enim propter hoc factū est, et tamen hanc commutationē subit, non inquantum aurum aut es absolute, sed inquātum numisma: vt continua experientia docet. Orta aūt videtur hec commutatio ex inequalitate numismatum: dū vel ad supplendam rei naturalis equalitatem, ad numisma maius paruula numismata addebant̄: vel habēti maius minora erāt cōmodiora, aut econuerso. Lucrū aūt ex numismatū cōmutatione primo quidem (vt philosophus ibidem dicit) casu euenisse videtur: dum accidit aliquid puta aureum numisma, plus alicubi estimari, sicq̄ pro illo plura erea dari ibi quam dentur ibi vnde

ductum fuit. Humana deinde industria artificiose circa huiusmodi numismatū commutationes lucri vias cōposuit: sicq́ ars cāpsoria cōnexa est. Unde nihil aliud cāpsoria est q̄ negociatio in commutatione numismatum: materia siquidē ⁊ actus ⁊ finis eius, sufficiēter in hoc explicant: vt patet. ¶ Quāuis aūt a philosopho campsoria vituperetur, ⁊ ratione materie: quia tm̄ numismata tractat, a proprio numismatis vsu diuertēs: ⁊ ratione finis: q: lucri gratia, qđ fine caret: ⁊ vtriusq́ simul: quia pecunie vt instrumenta iconomice ⁊ politice, habendeq́ querendeq́ sunt nō ꝓpter se, sicut nec quodcūq́ aliud organū per se appetitur. Si tamē ex hominis cāpsoris fine honestetur (vtpote ad familie ⁊ status sui decentem sustentationem ordinata) licita est, quēadmodū ⁊ alie negociationes. Nō ōt eñ id qđ solitarie consideratum cōsonum non videtur, ex adiuncto fine honestum reddi: vt patet de hominis occisione, que absolute repellenda est: si tamen addatur propter iustitiam ⁊c. precipienda est: sicut econuerso ars ex se honestissimum finem habens, vt medicina sanitatem vituperabilis ex fine medicātium reddi potest, dum lucri causa medentur. ¶ Quum ergo experientia teste pateat, q̄ multa necessaria ciuitatibus plurimis deessent nisi mercatores essent: ⁊ ipsi nō commode possint, absq́ cambijs negocia sua exercere, necessarium ⁊ honestum est campsoriam in ciuitatibus esse, nō quatenus pure campsoria est: sed quatenus economice politiceq́ ministra est: vt ex dictis patet. Et sic campsores nedum possunt seruare se indēnes, sed etiā lucrari ⁊ industrie rationem habere: quum negociationi licite ⁊ vtili reipublice illam apponant.

¶ Quomodo oporteat numismatum commutationes fieri: vt rectitudo seruetur. Cap. vj.

Non solum Autem oportet declarare quid rectitudo cambiorum in communi exigit, sed in speciali quomodo in hoc, vel illo modo rectitudo seruanda sit, dicendum est: omissis tamen singularibus, que scientifice determinationi non subsunt. Quum ergo campsoria circa commutationem numismatum versetur, necesse est iustitie commutatiue canones in ea seruari, sicut ⁊ in ceteris commutationibus. ¶ Ex quinto vero ethi. patet quod vniuersalis regula commutationum est, vt seruetur eq̄litas rei ad rem: vt scilicet equale sit datum accepto ⁊ ecōuerso. vnde si cōmutatio numismatū iusta esse debet, equalis valoris oportet esse commutanda numismata. Et quoniam hoc pluribus modis contingit seruari, secundum differentiam numismatum ⁊ locorum ⁊ temporum. ideo potest equalitate salua lucrum ꝓuenire cāpsoribus. Quod quomodo contingat, videri potest, si predictas differentias scrutati fuerimus. Numisma igitur quum vbiq́ duplex esse consueuerit (scilicet expendibile ibidem, ⁊ non expendibile ibidem) contingit dupliciter cambium fieri. Aut dando numisma expendibile pro non expendibili, aut pro expēdibili. ¶ Et vtrūq́ horum contingit dupliciter: aut dando numisma melius commodius, ⁊ magis amatum communiter, pro minus bono, commodo ⁊ amato: vt aureum pro argenteo vili, vel ereo ⁊c. aut econuerso. Et quodlibet rursus horum potest fieri pro eodem vel alio loco ⁊ similiter pro eodem vel alio tempore. ¶ Et qr simplicia priora ⁊ certiora compositis sunt, a primis inchoandum est, nulla locorum aut temporum diuersitate admixta: sed in sola talium numismatū commutatione sistendo. Si igitur commutandum est vnum numisma expendibile cum alio expendibili, quantum est ex parte cōmutationis oportet numismata commutanda equalis valoris esse: qm̄ vtrunq́ lege aut consuetudine certum habet pretium. Nec saluaretur in commutatione equalitas, si ex aliqua parte excessus esset. Contingit tamen ex parte qualitatis numismatum in se vel in ordine ad campsorem, q̄ sit hec commutatio iusta, numisma minoris p̄tij absolute dando. Et hoc est quando campsor dat bonam monetam pro mala non falsa aut defectiua: vt ducatos aureos pro argēteis, que vix argenti nomen merentur. Tūc enim licet campsor det minus in aurea pecunia q̄ accipiens det in illa moneta: equalitas tamen seruatur ex eo, quod centum ducati in moneta sic bona et portabili equiualēt centum ⁊ duobus (verbi gratia) in moneta tam vili: vt patet si conflanda essent numismata, ⁊ ex vtilitate, que potest ex illis percipi in faciendo ex eis vasa, ⁊ ex vtilitate expensionis secundum locum ⁊ tp̄s (bona eñ numismata quāuis antiqua aut extranea, libenter acceptantur) ⁊ ex periculo: quoniam male monete vtpote erose facile possunt a principibus inexpendibiles reddi, et de facto in prouincijs bene ordinatis ⁊ nō orbatis redduntur. ¶ Nec obstat determinatio valoris monetarū per legem: quoniam illa respicit numisma quo ad per se primum vsum eius, qui est commutatio pro venalibus. Lege siquidem vel consuetudine statuitur, qđ aureus ducatus ⁊ nonaginta solidi in commutationibus economicis ⁊ politicis equiualeant: in quibus pecunie pro rebus cōmutantur. Commutatio autem numismatum, arbitrio sapientū iuxta eorum qualitatem, aut abundantiam ⁊c. dimittitur: vt experientia testatur. ¶ Similiter quoq́ seruatur equalitas si quis commutans numismata minus dat pro eo q̄ danda sibi numismata commodiora sibi erant: sicut etiam licet vendere rem carius q̄ absolute valeat, ex eo q̄ vendenti commodior est. Unde habens ducatum aureum, si a volente commutare paruam monetam pro illo, solidum vnum exigat, quia ille sibi commodior, non peccat. Qui tamē non vult absq́ lucro commutare ducatos ianuenses pro alijs ducatis eque pretiosis ⁊ sibi commodis, quia petenti commutationem cōmodiores sunt ianuenses ad deauranda sua vasa, peccare videtur: eo quod vendit alterius commodum. Et quia in istis non ex campsorum expensis aliquid plus accipitur, sed aliūde (vt patet) ideo cuilibet ex istis causis licet in huiusmodi cambijs minus pecunie dare q̄ accipere. Campsori aūt vltra hec licitū est in cambio minuto (etiam si meliorem ⁊ commodiorem q̄ det accipiat) aliquid plus accipere propter expensas ⁊c. vt superius dictum est.

¶ Si autem fiat commutatio numismatis expendibilis pro non expendibili, notabile potest inde lucrum prouenire: ex eo q̄ non solum haberi potest ratio materie ⁊ commodi, sed etiā extraneitatis: qua fit vt tales pecunie in tali commutatione multum a numismatis ratione declinantes, quasi vt res quedam commutentur. Duplici eñ existente pretio numismatis (s. inquantū est talis res puta aurum, ⁊ inquantum numisma) ⁊ secundo excedente primū, ex hoc quod aliqua pecunia alicubi inexpendibilis est, numismatis p̄tiū ibi perdit, magisq́ vt res quedam commutanda venit: quā tm̄ campsor in locis vbi numismatis pretium obtinet procurans habere, ipsam commutando multum lucrari potest. Et quoniam pretia rerum prudentis arbitrio relinquuntur, erit in hac commutatione equalitas seruanda, pensata q̄titate extraneitatis, ⁊ alijs conditionibus vt sapiens determinabit.

Loci autem Differentia tripliciter potest omnibus p̄dictis commutationibus admisceri. Cāpsore enim existente, ⁊ dante suas pecunias mediolani, ⁊ recipiente alias alibi, aut contractus commutationis fit pro mediolano, aut pro alio loco vbi accipiens cambium habet pecunias (puta lugduno aut pro vtroq́ simul

¶ Si contractus fit primo modo s. mediolani ⁊ pro mediolano, tunc quum accipiens cambium ex vi talis cōtractus teneatur mediolani dare pecunias quas commutat, nulla diuersitatis locorū ratio habenda est: sed tanq̄ cambium manuale agendum est, eorum que supradicta sunt rationem habendo. Ex eo tm̄ q̄ accipiens cambiū vult se liberare ab obligatione ⁊ onere ⁊ periculo deuehēde pecunie ex loco vbi habet, mediolanū, ⁊ campsor vult hec subire, licitum est mercedem exigere. Sed hoc potius ad contractus locationis ⁊ conductionis spectat q̄ cambij: ⁊ ideo iuxta eorum canones reguletur si accidat. Quod tamen raro credo euenire.

¶ Si vero contractus fit secundo modo s. mediolani quidem, sed pro lugduno, tunc nulla mediolani ratio habenda est: sicut nec in cōtractu emptiōis, quo absentes merces ꝓ loco in quo sunt, emūtur. Oportet enim loci sicut ⁊ tēporis ꝓ quo cōtractus fit, rationē habere, nō in quo fit. si ꝓ alio loco aut tp̄e tantū contractus fit: vt nūc proponitur. Et hoc siue certificetur mediolani cōmutatio, coniectando verisimile pretiū loci ꝓ quo fit. ¶ Et q̄uis talis modus cambij nūq̄ forte fiat: fieri tm̄ posset hoc modo, q̄ petro habēti venetijs venetā monetā, ⁊ egenti mediolani centū ducatis, campsor mediolani det centum ducatos aureos recepturus de illa moneta venetijs tm̄ quantū venetijs ꝓ illis cōmutatur in cābio manuali, et nō in cursu cābiorū q̄ fiunt ꝓ locis distantibus. Sicut etiā triticum existens in villa emitur ab his q̄ sunt in ciuitate tanti quanti venditur in villa vbi assignatur, ⁊ non quanti venditur assignādū mediolani.

¶ Si aūt contractus fiat tertio modo (vt cōiter accidit s. mediolani pro mediolano ⁊ lugduno simul) tunc vtriusq́ loci simul, ac per hoc distantie eorum, periculorum expensarūq́ intercedentiū adhibenda est ratio: sicut ⁊ in contractu emptionis. Constat enim q̄ aromata alexandrie, assignanda ianue, empta atq́ soluta vt ianuam deuehantur, longe minus valent q̄ si manualiter ianue assignarentur: quia res conducenda a tanta distantia, cum tot periculis ⁊ expensis ⁊c. longe minor est ianuensibus, seipsa conducta, et tot periculis expensisq́ libera. Et hoc modo in contractu commutationis numismatum pro locis diuersis celebrato, numismata ipsa sic expedit ⁊ oportet adequare, vt loci conditiones in ordine ad alium locū ex vna parte computentur. Sicq́ fiet, vt si centum du-

catis aureis mediolani, trecenti argentei lugdunēses adequarētur. lugduni assignati ducēti ⁊ nonaginta forte ad equanť, cōcurrentibus etiā alijs supradictis rationibus: ⁊ forte pauciores. Viliora siquidē sunt ꝯducēda cū periculis ⁊ expēsis, ꝗ̄ manualiter habita. ¶ Nec obstat ꝙ cāpsor mediolanēsis habet fratrē aut factorē lugduni aut oino erat lugduni tātā summā pecunie expēsurus ꝑ alijs suis negotijs, hec em̄ oia ꝑ accidēs se habēt ad cōtract⁹ naturā, in cui⁹ equalitate iustitia cōsistit. Quid em̄ ad cōtractus cōmutatiuos, in qb⁹ equalitatē rei ad rē fieri opꝫ, si ex īdustria mea, aut casu ego affines habeo ī diuersis locis, aut ministros fere gratis inuenio, ⁊ exinde, viarū ministrorūqꝫ expēsas lucrās diues fio, dummodo rerum conditionibus pēsatis equa fiat commutatio.

De tēporis Autē differētia, bimēbris tm̄ distinctio cōsideranda est. s. ꝑsentis tm̄, aut futuri tm̄: vtriusqꝫ em̄ simul ratio habita nullā iustā diuersitatē pretij in commutationibus facit, vt infra patebit. Potest ergo in cōmutatione numismatū iuxta tp̄s contractus equalitas sumi. Et hoc siue fiat manuale cambiū, siue nō: ⁊ siue in eodē loco sit equiualens reddēdum siue alibi, locorū tm̄ ratione habita. Unde potest cāpsor dans aureos ⁊ recepturus aliā monetā vel ecōuerso, certificare quātitatē reddēde pecunie, ac si nūc manualis cōmutatio fieret. Pōt ⁊ futuri tp̄is: quo scilicet assignatio reddēde pecunie erit, rationem habere. Et hoc dupliciter, aut incerte cōmutationē relinquēdo: vt scilicet pro centū aureis nūc datis teneať accipiēs post duos mēses dare tot argēteos, quot post illos duos mēses equalebūt centum aureis, aut certificādo cōmutationē: vt. s. habito respectu ad futuras cōmutationes post duos mēses, stabileať nūc cōmutatio cōmensurata illis, ita ꝙ parū plus aut parū minus verisimiliter credātur cōmutāda esse talia numismata. Ut si crediť ꝙ hinc ad duos mēses quum assignanda erit pecunia ab accipiēte cābium 100. aureis equiualebūt. 1000. argētei vel. 1000. ⁊. 20. potest ex nūc certificari cōmutatio ꝙ pro centū aureis datis teneať accipiens assignare tunc. 1000. ⁊. 10. argenteos siue plus siue minus tūc contingat cōmuniter assignari. ¶ Patēt aūt hec ex alijs cōmutationibus: vt in cōtractu emptionis rei assignāde futuro tp̄e manifestū est, ⁊ habeť expresse extra de vsuris. ca. nauiganti. in secūdo casu, in ista em̄ cōmutatione numismatū tp̄s assignādi numismatis attēdiť. Nec aliqd plus aut minus sumi diximus, ex eo ꝙ prius cāpsor sua numismata dat. ¶ Utriusqꝫ aūt tp̄is simul differētia nullam diuersitatē videť in qbuscunqꝫ cōmutationibus facere, sicut vtriusqꝫ loci: qm̄ res in tp̄e futuro dāda nō est deterioris cōditionis ex hoc, ꝙ absens a ꝑsenti, ⁊ reducenda ad ꝑsens, sicut res in loco distāti ex hoc ꝙ reducēda ad locū ꝑsentē. Nec subiacet periculis, ⁊ expēsis, industrie aut ministris, vt ad presens ſm tp̄s fiat, sicut ſm locum. ¶ Nisi qs dicat ꝙ subiacet periculo ꝑditionis: qꝛ potest mori debitor, aut interim pauper effici ⁊c. Sed hec pericula pro nihilo in cōmutabilibus reputari patet. tū ex eo ꝙ aut tam rara sunt, ꝙ cōsilio nō subsunt (vt de status delectione diciť intra tam breue tp̄s) aut talia sunt, ꝙ etiā si acciderēt, adhuc tuti essent creditores: vt de morte, ⁊ huiusmodi patet. Tum qꝛ ex mutuis et alijs cōmutationibus experientia teste patet, huiusmodi pericula nō considerāda esse, non em̄ q̄ mutuat aut vēdit licite aliqd, plus exigit propter huiusmodi pericula, q̄ in tp̄is delatione possunt accidere vendendo ad tp̄s aut mutuādo. Et qꝛ breuitas ⁊ prolixitas tp̄is, differētie sunt tp̄alis distantie, cōsequens est, ꝙ nec in cābijs, nec in alijs cōmutationibus ex quātitate tp̄is aliqua conditio rei cōmutande accedat per se, ex qua possit vilior aut pretiosior iuste estimari. ¶ Notanter aūt dico ꝑ se: qm̄ per accidens contingit res equalis bonitatis eodem tp̄e assignanda, diuersa notabiliter habere pretia ⁊ iuste, vt si triticum assignandū mense iulij, ianuario precedente emať iuxta estimationē cōmunem pretij assignationis tp̄is futuri, ⁊ deinde mēse martij subitis exortis bellis credať multo plus vendendū, fiet aliud ꝑtiū pro eodē tp̄e ab alijs emētibus: ⁊ si in mēse maij cōtingat bella augeri, aut spicas grādinibus ꝑcuti ⁊c. augebiť ꝑtium pro illomet tp̄e. Sed hoc nō operatur tp̄is ꝑlixitas aut breuitas: sed euētus incidētes, ex qbus res estimatur vilior aut pretiosior: vt de se patet. ¶ Unde singularis illa opinio, dicēs in cōmutationibus prolixitatis tp̄is rationem haberi posse nō ratione tp̄is, sed qꝛ res in tp̄e prolixiore considerata minus valet ⁊c. a veritate deuiat in hoc: qm̄ res, nec ex eo ꝙ in tp̄e, nec ex eo ꝙ in tanto tp̄e sumpta cōmutatur, estimatur vilior aut pretiosior, sed ex tali euentu in tp̄e: puta bello, penuria, aut abūdantia ⁊c. Ex hoc vero ꝙ pecunie diutius occupate sunt tenende in hac cōmutatione, res cōmutanda nec pretiosior nec vilior communi pretio redditur: vt san. tho. expresse dicit in secunda secunde. q. 78. ar. 2. ad primū. asserens ꝙ mercator vendens rem aliquam ad tp̄us, nō potest vendere plus communi pretio ex hoc ꝙ pecunias suas mortuas tanto tp̄e tenebit. Et si hoc licitum diceretur, iam vsura non esset dānata in vēditione ad tempus ⁊c. ¶ Qꝫ autem merces carius emanť, que citius cōmutāde sunt, proposito nō obstat: qm̄ celerior venalitas estimata, a maiori vsu aut necessitate illius rei procedit. Res aūt q̄to magis necessaria aut vsitata alicubi, tanto ibi est pretiosior, ⁊ ideo merito ibi carius a primo vendiť, et a mercatore emiť reuendenda. In rem igiť commutandā redundātem conditionem aliquā sub tp̄e, ex qua res cōmuniter pretiosior aut vilior estimeť, ⁊ non quanto tp̄e pecunia occupeť, cōmutationum natura pensat: que equalitatē rei ad rem exigit sic longissimo adiuncto tempore, ac si manualiter cōmutatio perficeretur. Propter qđ campsoribus non licet mēsurare tp̄s medium inter dationem ⁊ acceptionem aut rem seu pecuniam prolixiori tempore dandam vilius estimare: q̄uis liceat in dando equalitatem commutationi statuere, iuxta presentem estimationem de futuri temporis cōmutationibus: que ſm diuersos euentus temporibus diuersis varia est sicut ⁊ in ceteris commutationibus.

¶ An cambia ꝑposita sint vere cambia ⁊ iustificata. Caput. vij.

Facile aūt Est ex predictis videre an ꝑdicti cōtractus a cāpsoribus nuper inuenti (de qbus questio ꝑsens est) sint vere cambia, et iuste fiant. Quum em̄ cābij cōtractus consistat in cōmutatione numismatū, ⁊ in propositis casibus nulla alia cōmutatio nisi numismatū fiat, cōsequēs est, ꝙ predicti contractus ex sua forma vere cābia sint: diuersorum tamen graduum. ¶ Quadrifariā nāqꝫ numismatum cōmutatio in huiusmodi cambijs fit. Aut totaliter: vt fit in cābio brugēsi ⁊ lōdrensi, in quo totaliter alia est moneta data ab accipienda. Aut partialiter, vt fieri cōtingit (q̄uis non semꝑ) in cābio lugdunēsi, in quo marcha auri accipiť in tribus monetis. s. scutis, aureis ⁊ argenteis ⁊c. ⁊ contingit ꝙ dans dat etiā scuta. Aut quasi nihil: vt fieri contingit in cābijs infra italiā, in qbus numisma datū ab accipiendo parum aut nihil qn̄qꝫ differt, propter proximitatem locorum ⁊ cōmunicationem in nūmis. Aut omnino nihil: vt fieri cōtingit ⁊ in italia ⁊ forte extra, qn̄ nulla ratione habita qualitatis numismatū, sed sola q̄titate date ⁊ accipiende pecunie in alio loco pensata, cambium diciť fieri. vt quum petro habenti rome pecunias suas, ⁊ egēti mediolani. 1000. ducatis, campsor dat mediolani. 1000. ducatos pro 1000. ⁊. 10. verbi gratia, assignādis sibi rome. ¶ Et in primis quidem tribus modis, quum cōmutatio numismatū semper interueniat, licet plus ⁊ minus, contractus cambij saluatur. In quarto aūt modo cambij nomē non nisi equiuoce saluari videť: nulla siquidem ibi numismatū cōmutatio in pactum ducitur, ⁊ manifeste patet, ꝙ cōtractus cōmutationis numismatum non est, qui si manualiter fieret, nullam numismatum cōmutationem requireret, sicut nec contractus venditionis est rerum distantiū ille, qui si manualis cōmutatio fieret, venditio non esset: vt patet. Constat autē ꝙ si cāpsori mediolani pro datis. 1000 ducatis dareť. 1000. ⁊. 10. ducati, nulla esset commutatio numismatum, nisi qꝛ alij numero essent dati ab acceptis: quod est extra propositū. Propter qđ videť ꝙ cōtractus iste mutui sit, sed cambij noīe palliatus: ac ꝑ hoc non licet lucrari cāpsori ex eo, sed se tm̄ seruare indemnē: vt superius de mutuātibus pro locis remotis declaratum est. ¶ Si quis tn̄ diligenter cōtractum cōsideret, videbit nec mutui nec cābij proprie cōtractum esse: sed contractū quasi emptionis ⁊ venditionis, per quandā analogiā ad cābia ptinentem. Quis em̄ in cōtractu hoc numisma pro numismate non cōmuteť, cōmutať tm̄ numisma presens cū numismate distante localiter. Et numisma in hac cōmutatione, materialiter ⁊ vt res quedā accipiť commutatur em̄ vt res tanti pretij ꝑsens cū re equali distāte, habita vtriusqꝫ ratione loci. Cōstat aūt ꝙ res distans a mediolano vilior est mediolanensibus seipsa mediolani sita, propter expensas ⁊ pericula ⁊ cetera ad vehendum ipsam requisita. Unde quemadmodum emiť pecunia in naui fluctuāte cōstituta minus ꝗ̄ absolute valeat (qꝛ non emiť inq̄tum pecunia, sed inq̄tum res tanti pretij sub tali periculo cōstituta) ⁊ sicut pecunia debita ioanni a malo debitore emitur a petro minus ꝗ̄ valeat (qꝛ est res sub tali labore possidendi constituta) sic pecunia absens inquantum res subiacens periculo et expensis delationis emitur minus, quam absolute in se valeat. Et propterea nec mutui, nec cambij contractus iste est proprie: sed ad cambium quodammodo reducitur, pro quanto res presens et res absens q̄ cōmutanť, numismata sunt. ¶ Et qꝛ hic contractus ꝑ modū cōditionis oibus supradictis adest, ideo pensandus est

ri ceteris. ¶ Justitia vero in his cābijs tunc erit, quando nec excessus fiet in estimādo, sed pensatis conditionibus numismatum ex qualitate ⁊ distantia ⁊ alijs ad rem facientibus ⁊ industrie ratione habita, equa fiet commutatio. Seruabitur autem hoc quando fm cōmunem estimationem commutatio regulabitur, aut sapientum in hoc arbitriū imitatū fuerit: nec temporis prolixitas aut breuitas pensabitur: sed semper in veri estimatione pretij stabitur, siue cito siue tarde pecunia assignanda sit. Si enī hoc defuerit, vsura est ratione impliciti mutui: sicut in venditione plus iusto pretio ad tps. Si autem primum deesse contigerit, vsura quidem non est sed iniustū lucrum, ⁊ restitutioni obnoxiū: sicut qñ res plus iusto ꝓ tio venditur. ¶ Unde proposita cambia, si seruatis his duabus cōditionibus necessarijs ad iustificationem etiam ceterarum cōmutationum celebrātur iuste fieri possunt. ¶ Ex his autem patet nō licere campsoribus, aduenientibus nundinis brugensibus vel londrensibus, debitori tunc ex accepto prius cambio dilationem solutionis concedere vsqꝫ ad sequentes nundinas, ⁊ ex hoc plus recipere ꝙ prius deberet, aut pasci sci sibi deberi sicut in sequentibus nūdinis cambia current: hic enī est contractus mutui cū spe lucri solo cambij noīe fultus: ⁊ prolixitatis temporis ratio manifeste habetur. Campsoribus quoqꝫ ꝓ lugduno vel alio loco: iuxta prolixitatem aut breuitatem tēporis medij inter dationem ⁊ acceptionem marchā auri aut reddēdā quācūqꝫ monetā plus ⁊ minus estimantibus, eterna ex hoc paratur dānatio: vtpote vsurarijs. ¶ Nota tamen diligenter hoc in loco, ꝙ sufficiens signum iniusti cōtract⁹, non est minus dare ꝓ cambio multo interiacēte tēpore vsqꝫ ad nūdinas, ⁊ plus dare qñ proxime sunt nundine: quoniam consetudo hec ꝙuis prima facie introducta videatur pro habenda ratione tēporis medij, quo accipiens pecunias mediolani redditurus in nūdinis lugduni vtitur illis pecunijs acceptis: perspicacius tamen scrutantibus occurrit, ꝙ consuetudo hec introduci potuit propter inuentionem aut non inuentionem campsorum tenentiū loca quasi venditorum: vel propter multitudinem aut paucitatem eorum. ¶ Propter quod sciendum est, ꝙ in huiusmodi cambijs accipientes mediolani pecunias pro assignanda marcha auri lugduni in nundinis, qui sunt quasi venditores marche auri absentis loco et tēpore, cōmuniter cū suo dāno cābiū hoc faciunt: scientes semper ꝙrū dāni ex tali venditione incurrent. Ex hoc autem prouenit consequenter, ꝙ nullus simpliciter loquendo inuenitur quasi venditor in huiusmodi cābijs: sicut nec in quacūqꝫ alia cōmutatione, in qua certum est venditorem dānificari. Nec ꝓpterea cēsenda est illicita cōmutatio: q.r.s. venditor nocumentū incurrit: qꝛ dūmō res absens vel presens vēdatur iusto ꝓtio, ꝯctus est licitus, ꝙcūqꝫ pars inde nocumentum incurrat. ¶ Ex hac quoqꝫ eadē radice prouenit, qꝺ tūc tm̄ inueniuntur quasi vēditores in istis cābijs qñ mercatores egent pecunijs, ⁊ volūt potius tales inire venditionis contractus cum aliquali dāno ꝙ a maiori lucro vel cōmodo abstinere, quod ex accepta pecunia paratum vel acquirendum sperant. Unde nisi esset huiusmodi indigētia pecuniarum cū intermedio tēpore, quo negociationibus suis ꝓuidere ex acceptis pecunijs possent illi q̄ sunt quasi vēditores, nullus vnqꝫ inueniret quasi vēditor in istis cābijs. Queādmodū ergo tp̄s intermediū est occasio, ꝙ inueniantur quasi vēditores, ita multum tp̄s intermediū est occasio multorum venditorū cōiter, ⁊ paucū tp̄s multorū emptorū. Hic per hoc multo interiacente tēpore, propter abundātiam venditorum rationabiliter minus datur a soluētibus, q̄ sunt quasi emētes marchas absentes: ⁊ modico interiacente tpe, ꝓpter abundātiā emptorum plus ab eisdem quasi ementibus soluitur. Adeoqꝫ dicuntur abundare quandoqꝫ emptores ꝓpe nūdinas, vt nihil lucrentur, imo cū dāno suo cābiū faciāt: qꝛ nō inueniuntur vēditores: ⁊ hoc contingit qñ friget negotatoria ars. Unde quū ꝯctus cābiorꝫ huiusmodi abstracta ista tēporū differētia liciti sint (vt ex dictis ⁊ dicendis patere pōt) ⁊ hec tēporis differentia dānari non possit, qꝛ predicto modo saluari pōt, restat ꝙ si pēsata loci absentia ⁊c. alias iuste fiat talis numismatū cōmutatio, iniusti iudicari nō debent contractus tales. ¶ Qꝺ si plenius vis cōspicere, finge lanas vel quālibet aliā rem absentē loco, vēdi ⁊ emi in huiusmodi cōtractibus: videbis enī clarius veritatem: qm̄ quū numismatū cōmutatio tractatur, inter nummos hinc ⁊ inde menis posita, semper ad mutui cōtractus declinare consueuit. ¶ Utrū autem de facto moderatum sit lucrū, qꝺ ex huiusmodi cābijs reportatur, scientifice non subest decisioni, q̄ ad singularia non descendit. Illud tamen rationi consentaneum videtur ꝙ moderatum censendū sit lucrum quod communis consuetudo approbat: vt. s. cambia fiant secundum ꝙ tunc currūt pro locis illis communiter. ꝓpensanda autē diligenter ⁊ applicanda sub-

tiliter hec sunt cambijs pro bruges ⁊ londres ⁊c.

Nec obstant predictis rationes ad oppositū in tertio capitulo adducte. Falsum siquidem supponit prima, ꝙ cambia hec fiant in fraudem vsurarū: imo pro cōmuni bono mercatorū sunt introducta. Nec ex eo ꝙ petrus non mutuaret pecuniam, qui cōmutare propter spem lucri est paratus peccat: quoniam nec opus nec intentio deformitatem continet, qꝛ non tenetur ad mutuum, ⁊ iustis commutabilibus vacat.

¶ Secunda vero ratio concludit, non illicitos contractus, sed illam temporis conditionem non posse apponi sine vsure vitio: sicut etiam in venditione ad tempus.

¶ Tertia aūt, cambia hec nō subtiliter scrutatur: qꝛ campsor emētis rem in futuro assignandam magis ꝙ vendentis rem conseruādam aut transferendam locum tenet in vtroqꝫ modo cambij, qm̄ etsi in secundo modo videatur vendere ducatū ex hoc ꝙ estimat ipsum. 52. grossis, secundum tm̄ veritatem emit tot grossos flandrēses brugis assignandos vno ducato. Illa siquidem estimatio ducati concurrit ibi vt modus computandi facilius ꝙtitatē ducato: ⁊ grossorum commutandorum, ⁊ non vt ducati venalis pretium. ¶ Est autem interpretatio hec merito admittenda, ex eo ꝙ ipsi contractū realis seu veri cambij dicunt se facere, qui tali modo interpretandus est vt iustitiam contineat: cambij siquidem nomen sensum hunc admittit. Quid ergo de cambijs his ⁊ de recitatis opinionibus sentiendum sit, ex dictis manifestum est. Nunc ad reliqꝫ cambia ex parte accipientium proposita transeamus.

¶ De alijs cambijs propositis ex parte accipiētiū cābia. Ca. viij.

Reliqua Igitur in fine primi capituli proposita cābia examinando, distinguēdum videtur: ⁊ dicendum q̄d de facto sit, ⁊ q̄d possit fieri. Aliter siquidem hec cābia fieri ex eorꝫ verbis percipitur, aliter fieri possent. ¶ Cōsiderādo ergo qꝺ sit, oīa illa cābia ex parte non cāpsorꝫ, sed petri dantis pecuniā campsori alibi sibi assignandam, iniusta esse videntur ꝑ se loquendo: quū enī campsor non accipiat pecuniam a petro in fauorem sui, sed petri cui assignanda est alibi, nulla equitas censet cāpsorem ex hoc dānum aliquod pati. ¶ Pateretur autem in his cābijs dānum ad minus duplex. Primū est, ꝙ seruitiū suum quo pecunias mediolani acceptas florētie perinde ac tuto delatas assignat, irremuneratum remanet, ⁊ tamen seruitiū mercenarium est. Secundū est, ꝙ plus dat aut dabit campsor vt sperat petrus ꝙ acceperit: qm̄ ducati florentini min⁹ valent mediolani, vbi dantur campsori, ꝙ florentie vbi assignantur. Unde cāpsor si se indēnem quo ad hoc seruare debet, deberet mittere eos florentiam, ⁊ sic expensarum damnum maius incurrere: alioquin expendendo eos extra florentiā, constat ꝙ plus dat ꝙ acceperit. Et hec duo ꝗ tribus primis modis locū habent: in alijs aūt tribus, in qb⁹ vltra predicta petrus vult. 4. ducatos vltra illos. 100. 3ᵐ dānum campsori adiungitur. ¶ Dixi aūt, hec esse illicita fm q̄ fiunt: qꝛ hmōi homines exigunt hec a cāpsoribus (vt dꝛ) ꝓpter vsuꝫ pecunie quam dant, in tēpore medio a datione vsqꝫ ad assignationē. Dicunt. n. cāpsori, tu lucraberis cum his pecunijs interim, ⁊ negocijs tuis eas accommodabis, ⁊ ꝓpterea volo ⁊ ego aliquid commodi. Sic qꝫ lucrū ex industria campsoris nō ex pecunijs prouenienis iniuste pensando lucrari volunt nō absqꝫ vsura. ¶ Dixi autem per se loquendo: qm̄ per accidens contingit absqꝫ culpa hec fieri. vt. in 3° casu q̄busdam vꝫ, si petrus ex abusione mercatorꝫ ⁊ campsorꝫ nescire pōt ꝙtum ducati sui florentie valēt, ⁊ sic egens pecunijs suis ibi, coniectat iustū prout cambia valebunt tunc, non ex spe lucri: ⁊ sic quū cōsueuerint ad primā petentiū vocem cāpsores seruitium suum gratis impendere, ne forte volentes transferre pecunias cambij cōtractum secū velle inire deposcant, ⁊ sic equalem ꝓmittunt florentie summam pecunie, videtur posse transire. Quamuis enim hoc faciant campsores ꝓpter vsum pecunie: quia tamen eorū seruitiū in his onerosum non est, qꝛ omnino mittunt pro alijs negocijs ⁊ cambijs ⁊ ministris soluunt, parū ⁊ cōsuetum pro nihilo haberi videtur, sicut de vsu libri in pignus dati, san. th. dicit.

Si aūt de cābijs his loquamur vt fieri possunt, q. s. petr⁹ posset emere mediolani a campsore. 100. ducatos florētinos assignādos florētie, vel cōmutare numismata attēta ꝙlitate numismatū ⁊ distātia locorꝫ (vt de ꝯctib⁹ cāpsorū diximus) tūc oīa cābia ꝓdicta iustificari possent: qm̄ ꝯtingit interdū. 100. ⁊ duos emi alibi. 100. vt ex dictis patet. ¶ Nec obstat, ꝙ petrus nō intēdat pecuniā absentē presentē facere, sed potius presentē absentare qm̄ ex industria petri hoc prouenit ꝙ absentaturus pecuniā suā exponit cā tali cōmutationi numismatū, aut cōtractui emptionis rei assi-

grande in illo loco, vt sic vbi cū damno suo trāstulisset ea simpliciter, p talē negotiationē trāsferat cū lucro. Nec est hec industria dānabilis tāq̄ in fraudē inuēta, sed laudabilis tanq̄ adinuētiua viarū iustarū ꝛ vtiliū simul, vnde puer. ca. xj. dicit, simulator decipit amicū suū, iusti aūt liberabunt sciētia. ❡ Et qm̄ multos contingit esse volētes trāsferre pecunias suas de loco ad locū, ꝛ audictes alios ex huiusmodi trāslatiōe lucrari saltē propter varietatem monetarū, ꝛ nesciētes distinguere cōtractū simplicis trāslationis ab huiusmodi cōtractibus cōmutationū, ꝛ cōfuse intēdentes licite lucrari nō ex vsu pecunie quā dant cāpsori, sed ex cābio ex quo credūt alios lucrari: nō videt q̄ isti sint dānādi, sed in meliorē partē eorū potius cōtractus sint interp̄tandi. Ex hoc eñi q̄ ex cābio dicūt velle lucrū, iā cōtractū quē nesciūt se velle inire, insinuare vident: p̄sertim si arguāt, ideo se hoc lucrū velle, q̄ si ipsi cāpsores ecōuerso contractū talem cū eis facerēt, maius lucrum exigerent. Ex hoc eñi iam manifeste patet, q̄ cōtractus cāpsoruq̄ supradictos inire intendunt: ꝛ tanto iustius q̄nto minus q̄ cāpsores. ❡ Accedit ad hec q̄ nō videt verū, q̄ de facto cōmuniter volētes suas pecunias trāsferre cū lucro, dicāt se hoc p vsu pecunie velle: sed forte aliqui mali sunt hoc dicentes, vel (qđ verius puto) verba illa ignorāter a q̄busdam dicunt credentibus se rationabilem causam assignare. Et siquidē ignorantes assignātes huiusmodi rationē, intendāt contractū cambij inire, ꝛ propter hoc lucrum referre, q̄uis in ratione assignāda errent: iniustū tñ non faciunt. Sicut si quis credat se in cōtractu venditionis ꝛ emptionis licite lucrari, ppter tp̄s quo pecunias suas occupatas tenet, ꝛ tamē nō vendit aut emit nisi iusto pretio. ❡ Signū aūt ad cognoscendum q̄ sunt qui hoc intendant, potest accipi duplex. Primū est, si in animo habent nullo pacto vsurarijs contractibus se immiscere, s̄m vero est, si assignāt aliā rationē tangentem contractū licitum: puta q̄ ita eis licere credunt, sicut campsoribus. Et hec de cambijs dicta sint. Mediolani in conuentu sancte marie gratiarum. Anno salutis. 1499. die. 9. decembris. ❡ Hec sunt pater venerande, que mihi de cambijs sentienda videntur. saluo semper omnium melius sentientium iudicio. Tu ergo perspicaci ingenio quo polles, dicta scrutando perlege, et si votis rem parem feci, omnipotenti deo, diuoq̄ thome gratie referantur. Sin autem, dat veniam: ego enim secūdum ingenioli mihi prestiti vires: quod potui, feci. Bene vale. Tuus.

❡ De vsura questiones sex.

❡ Utrum in vsura transferatur dominium. Questio j.

Ueritur Utrum in vsura trāsferatur dominiū. ❡ Et videt q̄ sic. Primo, quia cū homo sit dominus rerū exteriorū per voluntatem, ex volūtaria trāslatione rei sue in alterū, transfertur dñium: sed accipiens mutuum sub vsuris, volūtarie transfert plus sorte in alterum, ergo. ❡ Si dicatur q̄ vsure solutio non est simpliciter volūtaria, et ideo non trāsfert dominiū. Contra. Uoluntariū mixtū quale est in vsura, est volūtarium simpliciter, q̄uis non sit omnino volūtarium, quia habet aliq̄d inuoluntarij admixtū: vt patet tertio ethi. ꝛ ex eo q̄ si q̄s taliter voluntarie cōsentiret actui peccati (puta stupro) nō excusaret a peccato mortali, qđ nō potest nisi voluntarie cōmitti: q̄uis eñi male libenter, oībus tñ cōsideratis volūtarie hoc eligit. ❡ Preterea. In his que tradunt metu mortis, transfert dñium, ergo ꝛ in vsura. Cōsequētia probat: q: ibi tāto minus est de volūtario, q̄nto metus mortis maior amissione vel defectu rerū exteriorum inducente ad accipiendū mutuū sub vsuris. Titulus quoq̄ habendi ꝛ possidēdi iniustior est in extorquente aliquid metu mortis q̄ in extorquente per vsurarium mutuum. Si ergo ibi trāsfertur dñium, necesse est hic quoq̄ transferri.

In oppositum Est sanctus tho. in secunda secunde. q. 77.

Rn̄deo. In hac dubitatione sunt tres opiniones. Prima est tenentiū in vsura trāsferri dñium, ꝛ hi mouent rationibus adductis. Habetq̄ opinio hec antiquos sectatores: vt san. tho. in. 4. di. 15. dicit. Sequiq̄ eā vident scotus in. 4. di. 15. q. 2. ar. 3. ꝛ pe. de palu. ibidem. ꝛ glo. 14. q. 4. si quis vsuram. ❡ Scd̄a est tenentiū in vsura transferri dñium aliquorum. s. eorū que vsu cōsumunt: ꝛ aliquorū non. s. eorum quorū vsus nō est eorū cōsumptio. Sed q: hec distinctio nulla ratione fulcit, ideo dimittēda est nouitas hec. Non enim ex qualitate rei per vsuram extorte, oriri potest ratio transferendi vel non transferēdi dominium: cum res data, materialiter cōcurrat in huiusmodi cōtractibus, ꝛ translatio dñij ex voluntate ꝛ iustitia dependeat. ❡ Tertia autem opinio est dicentium in vsura non transferri dñium, ꝛ hec habet omnis generis sectatores. Tenent aūt eā. s. tho. ꝛ bonauentura, hic quidem in. 4. di. 15. ille vero in secunde secūde. q. 77. ar. 3. vbi in calce corporis articuli dicit hec verba. Siquis domū vel agrū alterius p vsuram extorsisset, non solum tenetur restituere domū vel agrum, sed etiam fructus inde perceptos: q: sunt fructus rerum quarū alius est dñs: ꝛ ideo ei debentur.

Et q: Hec opinio iudicio meo rationabilior est, ideo intendo probare eius veritatem tripliciter. Prenotando primo, quod traditio rei et translatio dominij illius rei non sunt inseparabiliter connexe. Contingit enim rem puta vestem alteri tradere absq̄ translatione dominij: quia potest multis rationibus tradi in depositum scilicet vel in pignus ꝛc. Contingit et dominium rei, puta vestis alteri tradere absq̄ ipsius vestis traditione: vt patet cum donatur alteri res a tertio occupata. Ex hac autem separabilitate manifeste habetur, quod ad voluntariam traditionem rei non sequitur necessario volūtaria translatio dñij illius rei. Ad qđ eñi nō sequitur trāslatio dominij, fieri nō potest vt sequatur trāslatio dñij volūtaria. Cōstat aūt q̄ voluntariam traditionem rei, dominij trāslatio non sequitur: vt patet cum traditur in depositum. Nō comitatur igitur necessario voluntaria trāslatio dominij volūtariā traditionē rei. ❡ Hoc ergo stante arguitur sic. In vsura aut trāsfertur dominium ex ipsa volūtaria vsure exhibitione, aut ex adiuncta voluntaria translatione dominij, aut ex vtroq̄ simul: s; nihil horū hoc efficit: ergo. Diuisio est sufficiēs: qm̄ homo est dñs rerū exteriorum per volūtatē: ꝛ in proposito necesse est si dñium transfertur, voluntate soluentis vsuras hoc fieri: quoniam constat, lege aut quacūq̄ aliena volūtate hoc nō causari. Uoluntate autem soluentis hoc fieri, duplici tantum via potest: aut per exhibitionem rei, aut per ipsam translationē dominij. Aut eñi transfertur dñiū eo q: soluens vsuras voluntarie dat vsurario plus sorte, aut quia intendit transferre dominium illius excrescentie a se in vsurarium, vel propter vtrūq̄. Sed q̄ dñium non transferatur ex vi volūtarie traditionis illius excrescentie, ex dictis patere potest: iam enim patet, q̄ ad hoc nō sequitur necessario translatio dominij. Ex hoc enim q̄ vsurario do vnum ducatum pro vsura nihil aliud necessario cōuinci potest, nisi q̄ voluntarie illum ei assigno: nec potest ex hoc conuinci q̄ trado illum ad hoc vt sit suus. ❡ Et si queratur, ad quid ergo das ducatum illi: in promptu respōsio est: ego quidē do, quia mutuare aliter non vult. Ad quid autem ipse viderit, qui iniuste a me hoc vult. ❡ Et cōfirmatur: q: sicut soluens vsuram consentit in solutionem ducati: ꝛ tamen non consentit in eam inq̄tum iniusta est (quia nullus patitur iniustū volens: vt dicitur in. v. ethi.) ita cōsentit in nudā traditionem ducati absq̄ hoc q̄ consentiat in translationē domini illius. ❡ Quod vero in soluente vsuras non sit intentio transferendi dominiū, patet ex eo qđ in huiusmodi partim inuoluntarijs traditionibus q̄nto minor abdicatio iuris proprij saluari potest, tanta censenda est ꝛ non maior: vt patet de proijciente merces proprias in mare orta tempestate. Quamuis enim proiectio talis sit voluntaria, non tamen habētur res proiecte pro derelictis: sed intendit proijciens si res casu saluātur vt suas habere. Unde ꝛ delatas a maris impetu in terram si quis acciperet, teneret dño petenti ꝛ ostendenti suas esse, libere tradere. Constat aūt q̄ minus abdicat a se ius qđ habet in re, dās eam retinendo sibi dñium, q̄ transferendo dñium, ꝛ reseruando sibi tantum ius repetendi: qm̄ primum claudit secundum, et non econuerso. ❡ Constat quoq̄ ex dictis, q̄ vsure solutio voluntaria saluari potest absq̄ intenta abdicatione dñij: q: aliud est voluntarie dare, ꝛ aliud est voluntarie dare ad hoc vt sit suum. Non igitur est intentio aut voluntas transferendi dñium in soluente vsuram. ❡ Et confirmatur: q: quum contra vsurarios omnia iura clament, interpretāda sunt oīa q̄tum veritas permittit in odium eorum, ꝛ si res hec penderet sub dubio, contra vsurarios declinandum esset. Liquet autem q̄ translatio dominij multum fauet vsurarijs: ergo non est censenda, nisi ratio ad hoc cogat: ex supradictis autem apparet rationem ad oppositum esse: ergo. ❡ Et p hec sufficienter patet tertium membrum: q̄ scilicet in vsura non transfert dñium propter vtrūq̄ simul. s. voluntariā assignationem rei ꝛ intētionē trāsferēdi dñiū. ❡ Scd̄o pn̄cipaliter pbat idē sic. Si in vsura trāsferret dñiū, extorquēs agrū vsurarie nō teneret ad restitutionē oīm fructuū, sed satisfaceret restituendo agrum vel eius

pretiũ:sed hoc est falsum ⁊ cõtra oẽs:ergo in vsura nõ trãsfert dominiũ. ¶ Cõsequẽtia (in q̃ sola cõsistit tota difficultas) declaratur ex differentia q̃ est inter eq̃litatẽ seruãdam in recõpẽsatione rei fructificãtis qñ trãslatũ est dñiũ, ⁊ eq̃litatẽ seruãdã in recõpẽsatione eiusdẽ qñ nõ est trãslatũ dñiũ. Cũ eñ ager trãsit de domino in dñiũ quocũq; titulo id fiat, sufficienter satisfit primo dño, si dat sibi tñ q̃stũ vz substantia agri, pẽsata virtute fructificatiua, ⁊ alijs conditionibus q̃ in cõtractu vẽditionis eius pensande fuissent: nec plus exigit iustitia cõmutatiua: qm̃ seruata equalitate rei ad rem cõpleta est ratio iustitie. Qñ vero ager mutat quidẽ possessorẽ, sed non dñim fm veritatẽ, nõ sufficiẽter satisfit dño eius dãdo pretiũ agri: sed oportet oẽs fructus perceptos, ⁊ qui potuissent a diligenti cultore percipi restituere, quia sunt fructus agri cuius alter est dñs. Si ergo in vsura trãslatũ est dñiũ agri per vsurã extorti, sufficienter fieret restitutio dãdo agrũ tñ vel pretiũ eq̃le, pẽsata substantia agri ⁊ eius virtute fructificatiua, non autem fructibus perceptis: qm̃ vsurarius percepit fructus de re sua. ¶ Et cõfirmatur hoc ex ratione, q̃ cõstat, ꝙ fructus perceptos ex agro empto ex pecunia vsuraria nõ tenetur quis restituere: q: sunt fructus agri sui. Hec est eadẽ ratio cũ efficax sit, in vi istius vniuersalis sz, nullus tenet restituere alteri fructus agri proprij: nisi eñ vniuersalis hec verificaret, rõ ex particularibus cõficeretur, ⁊ cõsequẽter rueret. Si ergo agri per vsurã extorti trãsfertur dñium in vsurariũ, sequit ꝙ nõ tenebitur ad restõnẽ fructuũ quos per viginti forte annos percepit, qḋ erat dẽducẽdũ. ¶ Si dicatur ꝙ in trãslatione dñij oĩno volũtaria (q̃lis est vẽditio ⁊c.) verũ est ꝙ sufficit reddere equalẽs agro, sed in translatione inuolũtaria aliqualiter (qualis est vsure solutio) nõ sufficit reddere p̃tiũ agri, sz oportet fructus quoq; perceptos restituere. Hoc nõ euadit: qm̃ tota differentia ex hac ratione assignatur propter oĩo volũtariũ ⁊ volũtariũ mixtũ. Ex hac aũt differẽtia nihil aliud oritur, nisi ꝙ vbi trãslatio nõ fuit oĩno volũtaria, oportet nõ solũ reddere pretiũ agri, sed aliquid corrñdẽs illi conditioni inuolũtarij: sicut semper in restitutionibus faciendũ est. Nec habetur ex ea ꝙ teneatur restituere fructus: qua eñ rõne põt vnq̃ conuinci, ꝙ teneatur aliq̃s restituere alteri fructus agri proprij? ¶ Si dicatur ꝙ restitutio fructuũ faciẽda est non ratione dñij, sed rõne dãni qḋ patitur ille a quo ager extortus est per vsurã: dãnificatus siquidẽ est nõ solũ in agro, sed in fructibus percipiendis: ⁊ ideo q̃uis vtrorũq; trãslatũ sit dñiũ a se, cõpetit tñ repetitio. Hec responsio falso innititur fundamento s. ꝙ dãnificatus in agro sit dãnificatus in oĩbus fructibus percipiendis, sic ꝙ restitutio dz adeq̃re et agrũ ⁊ fructus. Cũ q: hoc nõ hz locũ qñ trãsfertur rei fructificantis dñiũ: q: statim trãslato dñio rei, oẽ dãnũ aut emolumentũ futurũ, dño rei cedit. Cũ q: etiã qñ nõ trãsfertur dñiũ, vniuersaliter, verũ nõ est. ¶ Ad cuius euidẽtiã, subtiliter ⁊ breuiter, tãgendũ est q̃re ⁊ qñ aliq̃s teneatur ad restitutionẽ fructuum, ⁊ qñ ⁊ q̃re nõ. Hoc aũt ex duobus principijs regulãtibus restitutiones haberi potest. Primũ est, ꝙ sufficit restituere simpliciter: scḋm est, ꝙ aliter restituẽdũ est dãnificato in his q̃ erãt eius in actu, ⁊ aliter in his q̃ erãt eius in potentia. ¶ Ex his eñ habetur, ꝙ si ponatur ꝙ petrus rapuerit agrũ martini, quẽ subito cõbusserit ac inutilẽ totaliter reddiderit, ⁊ idẽ petrus rapuerit similẽ ⁊ equalẽ agrũ ioannis, quẽ conseruauerit fertilẽ: ⁊ elapsis .x. annis petrus vtriq; satisfacere velit, non tenetur tñ dare martino q̃stũ ioanni: sz martino sufficit reddere tñ q̃stũ valebat ager tempore rapine ⁊ cõbustionis, (subintellecta semper satisfactione iniurie ⁊ interesse.) Io. vero oportet reddere ⁊ agrũ ⁊ fructus per decẽniũ perceptos. Quia quũ sufficiat reddere simplũ qḋ simplum ablatum est, ⁊ a martino sit ablatus tantum ager cũ fructibus in potentia, q̃ in potentia fructificatiua agri pẽsarentur qñ vẽderetur ager, sat est reddere tantũ q̃stũ valebat ager fructificatiuus. Quia vero a ioanne nõ tñ ablatus est ager, sed fructus actu producti per decẽnium occupati sunt, qm̃ fructus agri nascuntur dño agri, non satisfieret ioanni, si equale agro ⁊ potentie fructificatiue restitueretur: sz oportet equale fructibus actu perceptis reddere. Statim eñ vt producuntur fructus, sunt actualiter sub dño eius q̃ est agri dñs, q̃uis non possideat: ⁊ ideo oportet tanq̃ res, q̃ fuerũt actu alterius restituẽdo recõpẽsare. ¶ Ex his autem oĩbus id qḋ intẽdimus euidẽter habetur: ꝙ s. fructus restitutioni obnoxij nõ sunt, nisi quia sunt fructus rer quarũ alius est dñs: ita ꝙ dñiũ fructuũ nõ qḋcũq; sed actuale exigitur ad hoc ꝙ fructus agri sint sibi restituẽdi. Sed si in vsura transfertur dñiũ nec actuale nec potẽtiale proxime dñiũ fructuũ remanet apud eũ a quo extortus est ager; q: nõ remanet actu dñs agri, qui est dominus in potentia proxima fructuũ producẽdorũ. Nulla igitur ratione vsurarius tenebitur et de omnibus fructibus perceptis: sed satis erit, si vel pretium agri tantum reddet, vel secundum hec vltimo tractata si satisfaciet quo ad fructus perceptos ad arbitrium boni viri: sicut dãnificano aliquẽ in his que habet in potẽtia. Vtrũq; autem horum est contra omnes doctores ⁊ veritatem. Fatendum est ergo absolute ꝙ in vsura non transfertur dominium.

Et per hec Patet rñsio ad obiecta. Ex dictis siquidem in prima ratione, patet solutio vtriusq;. Primi quidem quia plus requiritur ad translationem dñij q̃ volũtaria traditio illius rei: exigitur eñ ꝙ voluntarie tradat eam alteri ad hoc vt sit sua: quod soluens vsuras non facit. ¶ Et per hoc idem negatur assumptum secundi: meticulosus eñ q̃uis voluntarie det pecuniã propriã inuasori: nõ tñ ad hoc vt sit sua, sed ipse viderit. Et ideo non transfert dñiũ illius a sc. Mediol. die. ij. aprilis. 1500.

¶ Vtrum mutuans sub spe aliquid vltra sortem habendi, non aliter mutuaturus absq; omni tamen conuentione, sit vsurarius mentalis. Questio. ij.

Queritur Vtrum mutuans sub spe aliquid vltra sortem habendi, non aliter mutuaturus absq; omni tamen conuentione, sit vsurarius mentalis. ¶ Et videtur quod sic. Primo, quia spes principalis alicuius muneris habẽdi ex mutuo vsuram parit iuxta illud luc. vj. mutuum date nihil inde sperantes ⁊ communem sententiam doctorum: sed in casu proposito inuenitur talis spes: ergo. ¶ Preterea. Taliter mutuans male agit. vt patet extra de vsuris, ca. consuluit: ⁊ vt ibi dicitur, tenetur ad restitutionem. Constat autem quod nulla alia prauitas hic interuenit nisi propter aliquid vltra sortem speratum ex mutuo, quod pertinet ad vsurariã prauitatẽ: ergo talis mutuans est vsurarius mẽtalis.

In oppositum Est commune hominum iudicium, excusans eum qui non vult amplius mutuare amico qui noluit sibi remutuare, sed vult mutuare alteri amico, a quo sperat quod accidente casu remutuauit sibi. Talis enim manifeste sperat obsequium a manu mutuando: et nisi crederet illud futurum, non mutuaret: vt patet ex eo, quod nõ vult priori amico amplius mutuare, quia noluit sibi remutuare, ⁊ tamẽ secundum communem sentẽtiam non peccat. Non est ergo vsurarium mutuare sub spe aliquid vltra sortem consequendi.

Respondeo. Ista questio mota fuit coram vrbano. iij. (vt in decretali allegata patet) nec fuit aperte decisa: sed glosa ibidem distinguit de duplici spe (principali scilicet et secundaria) ⁊ dicit quod spes principalis constituit vsuram, non autem secundaria. ¶ Subtilius autem decidendo, occurrit ex dictis san. tho. in. q. de malo. q. xiij. arti. vlt. ad decimumtertium, notãdum quod dupliciter aliquid potest a mutuante sperari. Vno modo quasi debitum ex aliqua obligatione tacita vel expressa. ⁊ sic quodcũq; munus speretur, illicite speratur. Alio modo vt gratuitum ⁊ absq; aliqua obligatione prestãdum: ⁊ sic quodcũq; munus speretur, licite speratur. ¶ Licite autem sperari a mutuante dico quodlibet munus, gratuite ⁊ amicabiliter tribuendum sibi ab eo cui mutuat. etiam si alias nollet mutuare. Et hoc probatur dupliciter: ratione scilicet ⁊ autoritate. Ratio siquidem huius est: quia licitum est ex mutuo affectum beneuolentie spe etiam principali intendere. Ex vero autem amore ⁊ solo ipso sufficienter emanat gratuita ⁊ amicabilis recompensatio, ⁊ propterea eiusdem rationis est sperare amicitiam, ⁊ sperare gratuitam remunerationem. Unde si mutuans spe principali affectus beneuolentie, nihil illicite sperat, consequens est quod mutuans spe gratuite remunerationis nihil illicite speret. ¶ Et confirmatur: quia quum gratuita remuneratio sit mutuanti debita secundum naturale ius, et ipsa sola speretur in proposito, nec in ciuile deducatur, consequens est quod nihil vltra sortem et debitum speretur: et quod sicut rationabiliter a mutuando desistit desperans de restitutione mutuande sortis, ita rationabiliter quoq; desistit desperans de amicabili affectu. Vtrumq; horum mutuanti naturali iure debetur, q̃uis difformiter: quia primum ciuili etiam obligatione reddendum est, secundum naturali gratitudine tantum. ¶ Autoritas autem ad hoc habetur differentia assignata ibidem a san. th. inter spem in vsura ⁊ simonia: scilicet quod quia in simonia id quod datur est christi ⁊ non dantis, ideo nullum munus debet sperari. In vsura vero mutuãs dat id quod suum est, ideo potest sperare aliquam amicabilem recompensationem. Ex hac siquidem differentia patet, quod de spe principali loquitur: sine qua scilicet res non fieret: aliter differentia nulla esset: nam constat ꝙ etiam in traditione spũaliũ, oculus sinister seu spes secundaria põt dirigi circa aliquã remunerationem temporalem,

¶ Quum ergo querit̃ an mutuãs sub spe aliquid vltra sortem ha
bendi, aliter non mutuaturus, omni tamen conuentione ꝛ petitio=
ne cessante, sit coram deo vsurarius. Absolute quidem responderi
potest ꝙ vsurarius est: quia questio talis sic proposita sonat spem
mutuanti inesse, vt ex mutuo aliquid habeat vltra sortem: quod est
illicitum. Sꝫ si addatur titulo questionis ly amicabiliter aut gra=
tuite (vt scilicet queratur: an mutuans sub spe alicuius muneris
amicabiliter consequẽdi, alias non mutuaturus ꝛc. sit vsurarius)
dicendum est ꝙ non: quia nihil speratur ex mutuo vltra sortem,
sꝫ ex affectu amicabili. ¶ Unde breuiter posset cũ distinctione ad q̃=
stionem motam dici, ꝙ aut talis mutuãs sperat aliquid vltra sortẽ
ex mutuo: et sic vsuram cõmittit: aut, ex affectu amicabili eius cui
mutuat: ꝛ sic non peccat.

Et per hec patet responsio ad obiecta: quoniam mu=
tuum dantes iubẽtur nihil inde .i. ex mutuo
sperare. Et in decretali illa dicuntur male agere: quia nisi ex mu=
tuo aliquid sperarent emolumenti, non mutuarẽt. Ex dictis autẽ
patet hoc esse verum, nec obstare determinationi qua dictum est
licitum esse sperare aliquid gratuite consequendum. Mediolani,
die .vj. Aprilis .m.cccc.

¶ Utrum vsurarius mentalis teneatur ad restitutionem. Qõ .iij.

Queritur Utrum vsurarius mẽtalis tenea=
tur ad restitutionem. ¶ Et videt
ꝙ sic. Omne alienum restitutioni est obnoxium, sed
omne lucrum vsurariũ est alienum: vel quia non est
translatum dñium, vel saltẽ qꝛ cõpetit repetitio: ergo.
¶ Preterea. Extra de vsuris. cap. consuluit: dicitur ꝙ vsurarij mẽ
tales ad ea que taliter sunt accepta restituendum in animarũ iudi
cio efficaciter sunt inducendi: ergo ad restitutionem tenentur.

In oppositum Autem est quia nullus tenetur ad
restitutionẽ eiꝰ qđ nullo modo oc=
culte aut manifeste extorsit per se vel alium, q̃uis intendat extor=
quere: sed vsurarius pure mentalis nihil directe vel indirecte ex=
torquet, q̃uis hoc intendat: ergo non tenetur ad restitutionẽ eius
quod sibi vltra sortem datum est ẜm spem suam.

Respondeo. In hac dubitatione premittendũ est, q̃s
ꝛ quotuplex sit vsurarius mentalis: deinde
de respondendum est quesito. ¶ Ad vsurariũ mentalem tria requi
runt̃. primo ꝙ intendat ꝓter mutuatã sortẽ aliquid lucri: alr̃ vsure
ratio nõ saluaret̃. Secundo ꝙ talis intentio sit talis ꝙ sine ipsa nõ
mutuaret: spes enim secundaria vsurarium non facit. Tertio ꝙ il=
lud lucrum non intendatur quasi gratuite et amicabiliter haben=
dum, sed vt ex obligatione propter mutuo prestitum dandum: vt
enim in alia questione ex doctrina sancti Tho. diffinitum est, spes
habendi aliquid vltra sortem gratuite et amicabiliter vsuram non
facit, sed licita est. Et sic vsurarius mentalis est qui intẽdit ex mu=
tuo aliquid vltra sortẽ nõ gratuite dandum, aliter nõ mutuaturꝰ.
¶ Quius aũt proprie loquendo duplex tantũ sit vsurarius mẽta=
lis (de quo est questio) extẽso tamẽ vocabulo triplex inuenitur. Pri
mus est, cui lucrum speratũ succedit modo sperato: id est non gra=
tuite, sicut ꝛ ipse sperabat nõ gratuite sibi dandũ. Secũdꝰ est, cui
lucrum speratum succedit nõ modo sperato, sed meliori: quia scili=
cet lucrum quod sperabat ex obligatione dãdum, gratuite sibi da
tum est. Tertius est, cui lucrum speratum datur propter aliquam
tacitam eius petitionem. ¶ Et quia vsurarius tertio modo, est nõ
pure mentalis propter exteriora signa quibus tacite petit aliquid
vltra sortem ex mutuo, et hoc parum differt a perfecta vsure ra=
tione, qua pacto aliquid plus exigitur, ideo de hoc nõ est presens
questio, constat enim talem teneri ad restitutionem. Quia etiã vsu
rario mẽtali primo modo lucrũ qđ datur, nõ datur omnino volun
tarie, ꝛ praua intẽtione ab eo speratur, cõmuniter ꝛ bene dicit̃ etiã
talẽ teneri ad restitutionẽ. ¶ Sed de vsurario secũdo modo (cui sci=
licet gratuite donatur quod praua intentione speratur) diuersa do
ctorum videt̃ esse opinio. Joan. and. in mercurialibus, regula pa=
ctũ. Inno. host. ꝛ panor. in cap. cõsuluit de vsuris. ꝛ glo. in cap. mã=
dato: de simonia. dicentibus talem obnoxium restitutioni. ricardo
vero ꝛ scoto in .4. di. 15. cũ sequacibus hoc negantibus. ¶ Et illo=
rum quidem ratio duplex est. Prima: qꝛ omne lucrũ vsurariũ est
lege virtusqꝫ testamenti prohibitum, ꝛ restituendum indistincte a
theologis dicitur. Constat autem tale lucrum q̃uis dono datum,
esse vsurarium ex eo ꝙ mutuum fuit vsurarium ex prauitate inten
tionis. Secunda: qꝛ contractus a principio vitiosus effectum sor
titur vitiosum, contractus aũt talis mutui est vitio vsure deprauа
tus ex intentione lucri cõsequendi, ergo effectum inde secutum .s.
lucrũ dono datũ, vitiosum necesse est esse, ꝛ cõsequenter restitutio
ni obnoxium. Istorum aũt ratio sup donatione libera illius lucri
fundat̃, astruũtqꝫ hoc exẽplo furti mẽtalis, dicẽtes si alicui inten=
denti furari aliquid, illud a dño donet̃, licite accipit̃ absqꝫ obliga=
tione ad restituendũ. Simile enim q̃d patet accidere in vsurario
mentali: intẽdit nãqꝫ iniuste habere lucrũ, melius tñ sibi succedit
qꝛ donat̃. ¶ Dicentiũ quoqꝫ vsurariũ mentalẽ teneri ad restitutio=
nem alij asserũt restituẽdum esse ei qui donauit: qꝛ regulare est ꝙ
lucrum vsurariũ reddẽdum est ei a quo habitũ est. Alij aũt affir=
mant dandũ esse tale lucrum pauperibus, non illi q̃ dedit: qm̃ ex=
quo sponte dedit, repetitionis ius a se abdicauit: ex quo vero vsu
rarius iniuste accepit, retinere illud nõ potest, ac ꝓ hoc pauperes
christi succedunt. ¶ Et qm̃ (vt ex inferius dicendis patet) opinio
dicens talẽ vsurariũ non teneri ad restitutionẽ, veritatẽ assequit̃,
ideo declaranda sunt tria. Primo ꝙ non tenet̃ restituere illi, q̃ de=
dit, secundo ꝙ non tenet̃ restituere pauperibus, tertio ꝙ absolute
non tenet̃ restituere. ¶ Primum declarat̃ sic. Restitutio ẜm cõmu
nem theologorũ doctrinam nõ ideo est necessaria, vt ab illo qui lu
cratus est lucrũ auferat̃: sed in cõmutationibus inuoluntarijs, vt
damnũ passo satisfiat, ꝛ in cõmutationibus volũtarijs, vt illi qui
minus habet q̃ debet habere, reddat̃ qđ est sibi debitum. Sed in
casu proposito, ille qui dedit nec est damnum passus: qꝛ nullus pa
tit̃ iniustũ volens, nec minus habet q̃ sibi debeat̃: qꝛ libere dona
uit: donũ aũt est datio irredibilis: ergo sibi nõ est restitutio faciẽ
da. ¶ Secundum declarat̃ dupliciter. Primo qꝛ (vt patet ex theolo
gis in .4. sen. di. 15.) duo sunt genera lucri illiciti, pauperibus ero=
gandi. Alterum prohibitum ẜm se: vt simoniacum ꝛc. Alterũ pro
hibitum ẜm suam causam tñ: vt meretricium. Constat autẽ lucrũ
propositũ nec esse prohibitũ ẜm se: qꝛ datio non est iniusta, quum
sit libera donatio, nec ẜm suã causam: qꝛ supponit̃ libere et sponte
hoc donari, ꝛ non ex obligatione mutui accepti, ergo nulla ratio=
ne pauperibus est erogandum. Secundo, si pauperibus erogan=
dum esset, hoc non esset ob aliud nisi propter iniustam accipiẽtis
intẽtionem: sed ex hoc nõ sequitur obligatio ad restituendũ: ergo.
Declarat̃ minor: qꝛ suscipiendo illud lucrum ẜm veritatẽ dono da=
tum, aut credit illud donari: et tunc patet etiam receptionem esse
iustam, q̃uis prima mutuantis intentio fuerit praua, ꝛ adhuc ꝑse
ueret, sicut ꝙ etiam si non donaret̃, vellet aliquid lucri. Aut credit
illud non donari, sed male libenter sibi dari: ꝛ tunc quum ẜm veri=
tatem illud donet̃, ꝛ donum licite accipi possit, iste iniuste accipit
non ideo qꝛ agat contra aliqđ ius, sed qꝛ agit cõtra conscientiam
dictantẽ sibi ꝙ receptio hec sit iniusta: quum (vt dictũ est) ẜm veri
tatem sit iusta ẜm se, ꝛ in promptu sit, vnde possit discerni ꝙ iusta
sit, ex eo nãqꝫ ꝙ nec directe nec indirecte ipse aliquid petijt, et ille
sponte offert, conijcere poterat ꝙ libera donatio erat. Ex hoc aũt
solo ꝙ acceptio est contra conscientiam, nulla ratio suadet nasci
obligationẽ ad non retinendum illud acceptũ nisi durante tali cõ
scientia: potest nanqꝫ postmodũ conscientia erronea deponi, ꝛ in=
cipere iuste possideri qđ cum peccato retinebatur. Si autem talis
conscientia deponi non posset ab aliquo, reddẽndum esset nõ pau
peribus, sed illi qui dedit: qꝛ non est acceptata donatio quam non
credit esse. Aut neutrum credit: vel qꝛ non cogitat, vel dubius est,
ꝛ tunc quicquid sit de peccato, eisdem rationibus habetur, ꝙ ad
restitutionem non tenetur: quum non sit deterioris cõditionis in
hoc tertio casu q̃ in secundo. ¶ Tertium aũt declaratur soluendo
simul rationes alterius opinionis. Ubi sciẽ ꝙ aliquod esse lucrũ
vsurarium dupliciter contingit .s. per se, ꝛ per accidens. Usurariũ
per se integrat̃ ex duobus: quorum secundum sequitur ex primo .s.
ex eo ꝙ est pretium rei iam solute vel non extantis, ꝛ ꝙ est aliquo
modo inuoluntarium. hec enim est natura vsure: vt patet exercii=
tatis. Usurarium autem per accidens est, qđ ẜm se has non habet
conditiones, sed ẜm ꝙ stat sub intentione vel opinione alicuius, ꝛ
propterea contingit esse voluntarium, ac per hoc non esse vsura=
rium, ẜm ꝙ vsurarium lucrum species est lucri inuolũtarij. Quũ
aũt restitutio ex natura lucri nascatur quod ẜm se alteri debitum
est vt reddatur (qꝛ est actus iustitie cõmutatiue: cuius terminus
ꝛ obiectum est id qđ ẜm se est iustũ, qđ opponit̃ iniusto ẜm se, non
ẜm accidens) consequens est ꝙ lucrum vsurariũ per accidens nõ
est restitutioni obnoxiũ, sed tñ lucrum ẜm se vsurarium. ¶ Et qꝛ in
casu proposito lucrũ perceptum nõ est vsurariũ per se (qꝛ nec, dat̃
pro mutuo, nec inuoluntarie, sed ex affectu gratuito sponte dona=
tur) sed est vsurarium ꝑ accidens propter intentionem .s. corruptã
suscipientis, consequens est ꝙ tale lucrum non sit restitutioni ob=
noxium. Et quoniam scientia est de his que sunt per se, ideo sermo
theologorum dicens indistincte vsuram esse restituendam intel=
ligitur de vsura per se, non per accidens, qualis est in pro=

posito. Lucrum siquidem vsurarium per se effectus ipsius praue intentionis adiuncte mutuo, ⁊ datur nō omnino volūtarie. Quod aūt spōte dono datur, q̄uis ex praua intentione suscipientis vsurarium ꝑ accñs sit, nō illius praue intentionis effectus est, sed ex gratuito affectu donantis procedit: ⁊ ideo restitui non oportet.

Et per hoc Idem fundamentum patet rñsio ad obiecta in principio: quia licet vsurariū per se sit alienū, non tamē vsurariū per accidens: quale est istud. Decretalis quoq̄ illa de lucro vsurario per se intelligenda est: non de eo quod est per accidens. Mediolani, die. viij. Aprilis. m. ccccc.

¶ Utrum omnia bona vsurarij sint obligata eis, a quibus vsure extorte sunt. Questio. iiij.

Queritur Utrum omnia bona vsurarij sint obligata eis, a quib⁹ vsure extorte sunt. ¶ Et videtur ꝙ non. Quia obligatio realis trāsit cum re: sed multe res vsurariorum possunt alienari absq̄ aliqua obligatione eas concomitante: vt patet de bonis patrimonialibus: non ergo oīa bona vsurarij sunt obnoxia vsuris reddendis. ¶ Preterea. Si omnia vsurarij bona essent obligata, nec gener vsurarij posset accipere dotē ab eo qui habet alias vnde posset restituere, nec aliquis posset aliq̄d ab eo emere simpliciter, et creditoribus competeret actio super illis rebus: ⁊ sic multi illaquearentur etiam bona fide incedentes. Hec autem omnia absurda sunt: ergo ⁊c.

In oppositum Est glosa extra de vsuris i cap. tua nos: ⁊ in. vj. in cap. q̄q̄.

Respondeo In hac questione sunt due opiniones: vt refert panormita. extra de vsuris in cap. quum tu. et in cap. tua nos. Cōmunis siquidem antiquorum canonistarū opinio fuit, ꝙ omnia bona vsurarij sunt tacite obligata eis a quibus vsure extorte sunt. Joannes autē and. et host. et ipse panormi. et moderni tenent oppositum: quia nullo iure probatur talis obligatio, et quia alter multi illaquearentur. ¶ Sꝫ si diligenter consideraverim⁹, inveniemus vtranq̄ opinionem aliquo modo verū dicere. ☞ Sciendum est ergo triplicia bona posse habere vsurariū, s. extorta ꝑ vsuram, ⁊ empta ex pecunia vsuraria, ⁊ alia q̄ oīno mūda sunt ab vsuris: puta patrimonialia. Obligatio quoq̄ alicuius rei est duplex: realis et personalis. Obligatio realis est, que cōuenit rei ex iure quod habet super re illa particulari. Obligatio vero ꝑsonalis in proposito est, que conuenit rei non rōne sui sed rōne ꝑsone cui⁹ est. ☞ Differūt autē he oblones tripliciter. Primo in radice iam tacta: quia s. realis oritur ex ipsa re, q̄ alteri obnoxia est: vt patet de re furto ablata. Personalis vero redundat in rē ex persona domini obligati ad satisfaciendum: puta ad reddendū creditoribus. 1000. ducatos quos accepit. Secundo: quia realis semper comitatur rem ad quēcumq̄ ⁊ quocumq̄ res transeat: vt patet de re rapta: personalis vero nō semꝑ comes est rei, sed quandoq̄ res liberatur ab illa obligatione, perseuerante tamē obligatione in domino eius. Quum enim domus (verbi gratia) non est obligata creditori inquātum hec res, sed inquātum est debitoris, statim vt desinit esse debitoris, desinit esse obligata: cessat etiam obligationis ratio. Ex hoc autem differunt tertio: quia res obligationem realem habens annexam, nec vendi nec emi aut quocumq̄ alio modo alienari libere potest: obligata aūt ratione persone, alienari libere potest, q̄diu apud personā illam remanet vnde creditori satisfacere possit. Patent autem hec in bonis furtis, non tamen furto ablatis, ⁊ in ceteris debitis. ¶ His igitur stātibus deduco duo. Primo ꝙ bona per vsuram extorta sunt obligata eis a quibus extorta sunt, obligatione reali. Secundo ꝙ bona cetera siue empta ex pecunia vsuraria siue nō, sunt obligata vsurario obligatione personali, non reali. ☞ Primum patet ꝙ ex eo, ꝙ vnaqueq̄ res occupata ab altero habet realem obligationem ad dominum suum: sed res per vsurā extorte occupantur ab vsurario absq̄ trāslatione dominij: vt alias diffinitum est: ergo sunt reali obligatione obnoxie eis a quibus extorte sunt. Cōfirmatur quoq̄ hoc ex iure fructuum. Res enim ex sui natura non fructificans possessori sed alteri, illius alterius actioni reali subiecta est: alioquin enim ex sui natura non fructificaret illi, sed res per vsuram extorte si fructificant, non vsurarijs sed illis a quibus extorte sunt fructificant, non ex aliquo pacto aut contractu superaddito, sed ex natura rerū: vt patet: ergo. ☞ Secundum vero quo ad oēs partes a. s. th. quoq̄ in secunda secunde. q. lxxviij. art. iij. ad secundū. habetur: ⁊ rōne probatur. Qꝫ enim non sit in eis obligatio realis: patet ex eisdem medijs negatiue sumptis: qr scilicet taliū bonorum vsurarij sunt vere dñi ⁊ eis fructificant. Qꝫ vero ꝑsonalē habeāt obligationē annexam, patet ⁊ ex eo ꝙ passi vsurā habent actionem super omnibus bonis vsurarij, si vsurari⁹ soluere renuit: sicut quilꝫ ali⁹ creditor: non enim deterioris est cōditionis is cui vsura restituēda est alijs creditorib⁹. Et ex eo ꝙ s̄m theologorū sniam, filiā illi⁹ cuius bona nō excedunt vsuras reddendas, nullus pōt tuta cōsciētia vxorem accipe cū dote: hoc aūt nulla alia rōne ē, nisi quia supponit oīa bona illius obligata esse eis a q̄bus vsure extorte sunt. Et sic tam antiquorꝫ q̄ꝫ modernorꝫ opinio saluari pōt: vt illorū sermo de personali, horum vero de reali obligatione accipiatur.

Ad obiecta Uero q̄uis ex dictis possit patere rñsio: q̄dam tñ vnicā distōnē addendā cēsent. s. de titulo lucratiuo ⁊ oneroso, dicētes ꝙ si bona vsurarij transeunt ad alterū titulo oneroso (puta emptione vel dote ⁊c.) ꝙ transeunt absq̄ obligatione aliqua: si vero transeunt titulo lucratiuo, ꝙ remanent obligata. Alij vero huic distinctioni aliā superaddunt de bonis emptis ex pecunia vsuraria, ⁊ bonis aliter habitis: et credunt distinctionem illā de duplici titulo locū habere in bonis emptis ex pecunia vsuraria, ⁊ hoc ex officio iudicis, et non in alijs bonis. ¶ Et quoniam nulla necessaria ratione hec firmare vñr, dicendū est sequendo theologos (quorū est de vsura determinare) ꝙ loquēdo de bonis nō per vsurā extortis, sola tēporis distinctio cōsiderāda est. s. ꝙ aut tpe q̄ res vsurarij ad me deuenit q̄cumq̄ titulo, vsurarius remanebat potens ad restituendū, aut non. Si remanebat potens, res transit absq̄ aliqua obligatione: si remanebat impotens, transit cum obligatione. Et sic ego teneor ad satisfactionem pro illa parte, quocūq̄ titulo ad me res deuenerit: ⁊ mihi imputandum est, si ab illo emi vel dotem accepi, cuius erāt tot debita quot adequabāt vel excedebāt bona propria. Nec distinguo inter empta ex pecunia vsuraria ⁊ alia bona, quoniā idē esse iudiciū de eis ⁊ alijs ratio suadet, ex quo vere habet eorū dominiū ⁊ fructus: ⁊. s. tho. vbi. s. dicit hec sicut alia bona obligata esse. Et ideo in decret. cum tu. extra de vsuris. alex. iij. nō mandat ipsa restitui, sed vendi vt pretium habeatur ex quo possint vsure reddi. Mediolani die. xiiij. Aprilis. m. cccc.

¶ Utrum altero herede vsurarij non potente restituere, alter teneatur in solidum. Questio. v.

Queritur Utrū altero herede vsurarij nō potente restituere, alter teneat in solidum. ¶ Et videt ꝙ sic. Primo: qr hoc sentit gl. in cap. tua nos: de vsu. ⁊ eā cōiter sequunt doc. vt panor. ibidem dicit. ¶ Scdo: qr filij tenent ad restōnē sicut parentes sui si viuerēt: vt in ꝑdicta decre. ꝟ: sed parētes tenerent s̄ꝫ totam facultatē suā: ergo filij tenent s̄m totā hereditatem: sed absq̄ cōsumptione medie hereditatis quādoq̄ restitutio integra fieri potest: vt pꝫ in magna hereditate ⁊ paucis paruisq̄ vsuris, ergo altero herede non soluendo, alter tenetur in solidum.

In oppositum Est generalis regula soluendorum debitorum: scilicet ꝙ heredes tenentur s̄m hereditarias portiones tantum.

Respondeo Qꝫ canoniste (vt allegatū est) tenent partem affirmatiuā: aut qr credunt oīa bona vsurarij esse tacite obligata eis, a q̄bus vsure extorte sunt, ac ꝑ hoc quilibet heres tenet ratione hereditatis obligate: aut, quia putāt hoc esse practicandū in fauorem defuncti: vt ei⁹ anima citius liberetur, q̄uis nō credant de iuris rigore esse necessariū. ☞ Mihi autem s̄m theologalia principia videtur oppositum: ⁊ ratio est: quia sufficit restituere simplū quod simplum ablatum est. Constat aūt, ꝙ in diuisione hereditatis admixte vsuris diuidit simul et es alienum, ac per hoc s̄m portiones hereditarias fiūt ⁊ portiōes vsurarum, vt. s. succedens in duabus partib⁹ hereditatis, suscipiat etiā duas ptes lucri vsurarij ⁊c. Si igitur vnus restituere vult, sat est ꝙ tantū reddat q̄tū hereditauit: vel vt meli⁹ loquar, q̄tū hereditasset s̄m ꝓportiōnatā portionē hereditatis. Dico aūt hoc, qr etiā si nihil vsurarū ad heredē ꝑuenerit, nihilomin⁹ tenet s̄m portionē hereditariā, qr ꝑsonā pr̄is induit s̄m suā portionē, ⁊ ꝯñr ei⁹ oblōnē participat. ☞ Et confirmat: quia null⁹ tenet ad restituēdū pluſq̄ obligetur: sꝫ oblō paterna diuidit in heredib⁹ proportionalr, sicut hereditas: quēadmodum ⁊ ius exigendorū: nō ergo tota obligatio ad alterū trāsit heredē, ⁊ ꝯñr non tenetur in solidum. ☞ Nec obstat si dicatur, ꝙ regulariter heredes vsurarij tenentur secundum hereditarias portiones: sed in casu quo alter efficitur impotens ad soluendum, ⁊ vires hereditarie in altero sufficiunt, alter tenetur in solidum. Hoc enī esse volūtariū ex eo patet, ꝙ quū ex iure successionis ⁊ hereditatis ꝑcepte manifestum sit non teneri nisi s̄m portionem hereditariā, ex hoc ꝙ alter in mora restituendi fuit, nō debet

alter grauari:aliodn seq̃ref, ꝙ si alter heres in principio successionis ſm portionem suã restituisset altero nolente satisfacere, ⁊ postmodũ impotẽte reddito, ꝙ ille innocẽs tunc teneretur satisfacere etiam pro portione coheredis. qđ est manifeste absurdũ, ⁊ contra rationez: q: quũ hereditas ſm iustitiã adeũda sit deducto ere alieno, cõsequens est ꝙ ille, qui portionẽ hereditatis sibi debite percepit, proportionaliter satisfacturus quo ad es alienũ, etiam ſm iuris rigorem nullo reatu astrictus remaneat. Non ergo tenetur alter in solidum coherede impotente effecto. ⁊ hoc per se loquendo: posset em̃ per accidẽs cõtingere ꝙ teneref in solidum, si in diuisione, aut successione hereditatis induxisset coheredẽ ad retẽtionẽ vsurarũ.

¶ Rationes aũt alterius opinionis facile soluuntur: quũ em̃ obligatio oĩum bonorũ vsurarij ad vsuras restituẽdas non sit realis, sꝫ rõne psone (vt superius dictũ est) consequens est ꝙ diuisa persona vsurarij in heredes, diuisa quoqꝫ ꝓportionaliter transeat ad heredes obligatio illa: ac per hoc nullus heres tenetur ex hoc nisi ſm suã portionem. ¶ Et nota ꝙ obligatio illa bonorum quodammodo augetur, ⁊ quodammodo minuitur in diuisione hereditatis. Minuitur quidem pro q̃to diuiditur sicut hereditas. Augetur vero pro quãto singule partes illius obligationis singulos heredes sic afficiunt, vt transeant in omnia eorum bona etiam aliunde habita: ita quod omnia bona cuiusqꝫ heredis vndecũqꝫ illa aduenerint, sunt obligata ratione persone ad satisfaciendum pro illa parte obligationis, ex quo illam obligationem in se semel hic heres suscepit, hereditatem adeundo. Hec enim est natura tacite obligationis bonorum ratione persone, vt omnia bona illius inquantum illius sunt, non absolute afficiat. Practica aũt que in fauorẽ anime creditur exercenda, nullũ fundamentũ iustitie hꝫ sed elecmosynarie largitatis tñ: nõ em̃ dꝫ cogi aliq̇s ad id ad quod non tenetur.

Ad primum Ergo horum que in principio obiecta sunt, dicitur quod quum glo. fundetur super obligatione totius hereditatis ad restitutionem vsurarum, ⁊ ex hoc non sequatur conclusio sua scilicet quod alter teneatur in solidum. admittenda non est glose autoritas, nulla sufficienti ratione fulta, sed sola turba sequacium. De qua non est curandum: quia voluntarie sequuntur glosam negando eius fundamentum (vt moderni) vel errant in fundamento, vt antiquiores: quemadmodũ in precedenti questione dictum est.

¶ Ad secundum vero dicitur, quod filij tenentur sicut ⁊ pater obligatione scilicet personali omnium bonorum suorum. Sed in hoc est differentia, quod pater est tota illa persona, ac per hoc babet totam obligationem: quilibet autem heres est pars illius persone, ⁊ cõsequenter partem tantum obligationis subit: ⁊ ideo quemadmodum viuente patre omnia sua bona erant tacite obnoxia ratione persone eis a quibus extorte sunt vsure quo ad omnes vsuras extortas, sic diuisa hereditate cuiusqꝫ heredis bona omnia sunt tacite obligata ratione persone eisdem quo ad partem vsurarum iuxta portionem hereditariam. Nec aliud potest concludi ex decretali illa. Mediolani die. xviij. aprilis. 1500.

¶ De petitione lucri cessantis.

¶ Utrum quando licet petere damnum lucri cessantis, possit peti totum lucrum cessans. Questio. vj.

Queritur. Utrum qñ licet petere dãnũ lucri cessantis, possit peti totum lucruz cessans. ¶ Et videf ꝙ sic. Primo, q: hoc videf decisum in ca. nauiganti, de vsuris in fine, vbi excusatur vendens rem seruandam tanti q̃nti vendenda creditur tpe statuto: hoc enim nihil aliud est q̃ totum lucrum speratum in futuro ex nũc percipere. ¶ Preterea. Scdm doctores creditor post moram debitoris potest petere interesse lucri cessantis, sic ꝙ potest petere tantum quantũ verisimiliter ille lucratus fuisset cum illa pecunia, si est mercator industrius. Hoc autem est totum lucrum cessans petere, ergo.

In oppositum Est differentia inter interesse damni emergentis, et lucri cessantis: q: illud est equaliter compensandum, hoc autem non.

Rñdeo Dꝫ q: cõtingit scire in vniuersali, ⁊ ignorare ĩ particulari, ⁊ posse, ideo quũ cõ munis animi ꝯceptio ⁊ theologorũ ⁊ canonistarũ sit, ꝙ inter habere aliq̇d in actu ⁊ habere illud in potẽtia multũ refert, sic magna debet esse differentia inter recõpensationẽ eius qđ habef in actu, ⁊ illius qđ possidebaf in potẽtia. Cõtingit tñ quosdã nõ aduertẽtes ꝙ lucrũ cessans sit de numero eorũ q̇ habenf in potẽtia, ⁊ veritati ⁊ sibiipsis cõtradicere dũ asserunt posse peti totũ lucrũ cessans, qñ damnum lucri cessantis recõpensandũ venit. Manifeste siquidẽ patet lucrũ cessans nondũ actu haberi sed in potentia tãtum esse vel fuisse: ac ꝓ hoc multipliciter possibile impediri, vnde absqꝫ dubio q̃uis licitum sit qñqꝫ petere damnum lucri cessantis, non tamen est licitũ petere totum lucrum cessans, sed ſm propinquitatem et elongationem potentie ab actu, ⁊ alias particulares circumstantias ad arbitrium boni viri recompensatio facienda est.

Ad primum Ergo in oppositũ dicendũ, ꝙ decretalis illa nõ habet rationẽ lucri cessantis, sed tpis pro quo res vendif. Quum em̃ regulare sit, ꝙ pretiũ rei venalis statuif ſm tp̃s pro quo fit venditio non in quo, ille qui erat seruaturus suas merces ⁊ tamen nunc vendit, supponif ꝙ vendat ꝓ tpe pro quo intendebat vendere tunc, nunc vero contractum celebrare cum rei exhibitione, ⁊ ideo potest vendere quanti creditur tunc vendenda. ¶ Quamuis etiam decretalis hoc non dicat: sed solum ꝙ potest vendere amplius q̃ tempore contractus valeat.

¶ Ad ſm dicitur, ꝙ doctores illi imitandi in hoc non sunt: quia sibiipsis etiam contradicunt. Unde in multis particularibus casibus (quos hic non oportet enumerari) quando doctores dicũt, ꝙ licet plus sorte accipere ratione interesse, q: negotiationibus licitis aut agris emendis pecunia exposita esset, non intelligas ꝙ liceat petere tantum sed aliquid ad arbitrium sapientum. Mediolani die. 24. aprilis. 1500.

¶ De Simonia, Questiones tres.

¶ Utrum emptio beneficiorũ ecclesiasticorũ sit simoniaca quia prohibita, vel ꝓhibita quia simoniaca: hoc est, vtrum sit in eorum emptione simonia de iure diuino aut positiuo. Questio. j.

Queritur Utrum emptio beneficiorum ecclesiasticorum sit simoniaca quia prohibita, vel prohibita quia simoniaca: hoc est, vtrum sit in eorum emptione simonia de iure diuino aut positiuo. ¶ Uidetur enim ꝙ sit iuris positiui. Primo: quia titulus prebende annexus est ecclesiasticis ordinibus a iure positiuo: vt patet ex eo ꝙ in primitiua ecclesia erãt pastores ⁊ ordines absqꝫ prebendis: imo vsqꝫ ad vrbanum primum ecclesia romana dicitur absqꝫ redditibus vixisse. ¶ Secundo: quia quandocunqꝫ sunt duo coniuncta, alterum spirituale ⁊ alterum temporale: emere illud totum ratione temporalis non est illicitum ſm se: vt patet de vasis sacris ⁊ decimis ⁊c. sed in beneficijs est vnum spirituale (puta ordo aut cura animarum) et alterum temporale scilicet prebẽda: ergo licet hec emere ratione ꝑbende: sed omnes qui emũt, non nisi ratione prebẽde emunt: ergo nullus committit simoniã; nisi forte agat contra ius positiuum.

In oppositum Uidetur communis theologorum sententia.

In hac questione Tria agenda sunt. primo ponentur opiniones. Secundo examinabuntur. Tertio respondebitur obiectis.

Quo ad primum Tres sunt hic opiniões: due extreme, et vna media. Prima extrema est, ꝙ simonia in beneficijs vniuersis est tantum prohibita iure positiuo. Et consequenter quum papa sit supra ius positiuum, ipse non solum censuras, sed peccatum euadit simonie vendendo ecclesiastica beneficia: quamuis non euitet peccatum scandali ⁊ acceptionis personarum in huiusmodi. Et hanc opinionem sequuntur gloss. in cap. ex parte de officio deleg. et ibidem Anton. de But. imo. ⁊ cardinalis in cap. primo de simonia. ¶ Secunda opinio extrema est, ꝙ simonia in omnibus beneficijs ecclesiasticis est prohibita iure diuino: ac per hoc quum papa diuino subdatur iuri, peccatum simonie incurrit hec vendendo, q̃uis iuris positiui penas euadat. Et hanc videntur communiter theologi sequi. Ratio huius opinionis ponitur a sanc. Tho. in secunda secunde quest. c. art. iiij. quia scilicet beneficia ecclesiastica non possunt esse sine spiritualibus antecedentibus ⁊ causantibus ipsa. Ex hoc enim sequitur, ꝙ venditis prebendis etiam spiritualia venditioni subijciantur. ¶ Tertia autem opinio media est, ꝙ simonia in beneficijs quibusdam est prohibita iure diuino, et in quibusdam iure humano. In habentibus siquidem administrationem ordinis vel executionem clauium, simonia prohibetur diuino iure: in non habentibus autem alterum horum (vt sunt administrationes hospitalium ⁊c.) simonia iure tantum humano committitur. Et consequenter in illis papa inuoluitur vitio simonie si vẽdit, in istis nõ. Et hec est opinio panormite ĩ cap. j. de simonia.

gis in repetitione:qui vero,in cap.extirpande.de preben. ¶ Et fundatur hec opinio super duobus. Unum est q ordo est de iure diuino:quod probat:quia erat in veteri testamento. Alterum est,q in connexis,vendito vno venditur reliquum.quod pbatur.j.quest.iij. si quis obiecerit. Ex his enim arguit q in horum venditione vẽditur executio ordinis:ac per hoc quodammodo ordo ipse:quod est in se simoniacum. Nec potest dici q annexum temporale tantum vendatur:quia neutrum inuenditum relinquitur. Hec de primo.

Quo ad Secũdum,quia omnium opinionum rationes ex duobus pendent:scilicet distinctione eius qd est ex iure positiuo ab eo qd est ex iure diuino,z connexione eorũ, ideo tria sunt perscrutanda. Primo quid in his ecclesiasticis beneficijs sit ex iure diuino z quid ex iure positiuo. Secundo,an id quod est in eis ex iure positiuo,sit venale. Tertio,an connexio talis efficiat,vt vno vendito vtrumqz necessario vendatur. His enĩ elucidatis,opiniones omnes radicitus examinate erunt,et veritas simul totius questionis apparebit. ¶ In ecclesiastico beneficio duo sunt:clericatus ad minus,et prebende titulus. Clericatũ esse ex iure diuino constat:tum ex eo q clericatus nihil aliud est q̃ addictio ad ministrandum sacrificijs diuinis:vnde z a sorte nomẽ accepit:quia in sortem domini qui clerici sunt electi sunt. Fuerunt enim omni tempore clerici. Ante legem quidem primogeniti clerici erant:vnde et primogeniture ius sacrũ erat, Sub lege autem tota tribus leui sanctificata est ad diuina officia. ¶ Tum ex eo q spirituale quoddam est;omnis enim clerici officium in spiritualibus actibus consistit:vt patet discurrenti. Unde in prima tonsura ex vtraqz parte precisio corporalis in capite fit:scilicet ẽm partem superiorem in qua fit tonsura:et secundum partem inferiorem per quatuor angulos,in qua inciduntur capilli,ad significandum q a temporalibus vndiqz precisi,ad superna que spiritualia sunt ministri deputantur. ¶ Tum autoritate sanc.Tho.in secunda secunde quest.c.art.iiij.qui officium clericale non spirituali annexum,sed spirituale esse adeo dicit,vt ideo beneficium ecclesiasticum spirituali annexum censeatur,quia clericali officio continuũ est. Spiritualium autem autor deus est, quamuis ex institutione ecclesie sit modus faciendi clericos. ¶ Et ex hoc patet q opinio panormite diminuta est,enumerando executionem ordinis et clauium , et pretermittendo officium clericale. Quius enim in spiritualibus sint gradus,z ordo sit spiritualior clericatu,et claues sint magis spirituales multis ordinibus,omnia tamen in spiritualium genere funguet omnia inuendibilia sunt : quia totum genus spiritualiũ est materia repugnans venalitati:vt pulchre in eadem quest.art. j.ostendit sanctus Tho. Est ergo in omnibus ecclesiasticis beneficijs vnum spirituale z oĩno inuendibile : scilicet officiũ clericale, ¶ Alterum vero scilicet prebende titulus multa in se cõtinet. Prebenda enim duo dicit:scilicet stipendium clericale:et certam determinationem talis stipendij ẽm quantitatem(puta.1000.ducatorũ) secundum tempus(puta annuam)secundum locum:puta ex fructibus talis territorij zc. Et consequenter in prebende titulo possunt considerari quatuor:primo ius stipendij:scdo stipendiũ:tertio ius talis z tanti stipendij in tali loco zc.z quarto ipsum tale et tantum stipendium ibi zc. ¶ De quibus sigillatim est dicendum. Ius stipẽdij proculdubio ex diuino est iure et spirituale:quia eo ipso est quo officium clericale. Ex hoc enim q aliquis diuinis est addict⁹ ministerijs ius habet vt sustentetur a populo,pro quo diuo ministrat. Unde et sacerdotibus egypti ex publico prouidebatur : vt dicitur Gen.xlvij.et tribus leui quia ius hoc habebat , partem inter fratres suos non accepit:z vt dicitur.j.Corint.ix.qui altari deseruiũt, de altari participant:et rursus:quis militat suis stipendijs vnq̃ Stipendium vero ipsum temporalis res est,sed diuino iure debitum : vt probatum est;iniquum quippe esset , vt assistentibus pro nobis,oportuna non daremus. Ius autem talis aut tanti stipendij,ex iure prouenit positiuo , si tale ius a primo iure aliud est : si enim idem est cum primo,quum primum sit ex diuino iure z spirituale,hoc quoqz erit ex diuino iure z spirituale. ¶ Q autem non sint duo iura(vnum scilicet respectu stipendij, z alterum respectu quantitatis et qualitatis stipendij)sed vnum tantum , probatur dupliciter:ratione scilicet z autoritate. Ratio est. Quia ita se habet ius clericale ad beneficium ecclesiasticum, quemadmodũ ius sacerdotis ad curam habendam animarum : immo magis z arctius coniungitur ius clericale cum prebenda q̃ ius sacerdotis cũ animarum cura:quia ibi est ratio debiti: hic non:clerico enim debetur stipendium,sacerdoti autem non debetur cura animarũ. Sed sic est,q per hoc q sacerdoti ex iure positiuo datur cura talis ecclesie aut autoritas audiendi confessiones,non confertur ei nouũ ius,sed iuri qd habet a deo determinat ab ecclesia materia circa quam operatur. Non enĩ sacerdos parrochialis hz duas autoritates(alterã a christo z alteram ab ecclesia)sed vnã tantũ a christo: qua sacerdos potest absoluere z ligare indeterminate. Et quum ab ecclesia determinatur,q persone talis loci,aut voluntarie subijciantur ei,potestas illa determinatam iam habens materiam,potest exerceri,que prius ex defectu proprie materie exerceri non poterat. Ergo a fortiori per hoc q clerico confertur certa prebenda, nõ confertur ei nouũ ius,sed determinat iuri quod a deo hz certa possessio. Ita q ius clerici a deo est indeterminatum , nec magis exigit hoc q̃ illud stipendium:sed ecclesia dando certos redditus determinat illud assignando illi ppriã materiam . Unde non sunt duo iura in clerico respectu beneficij:sed vnum tantũ et a deo, indeterminate datum quo ad materiam,z ab ecclesia postmodũ determinatum. ¶ Et confirmatur hec ratio ex multis similibus:scilicet precepto de sanctificatione festorum z de confessione facienda, et decimis soluẽdis zc. Hec enim omnia ex iure diuino sunt indeterminate,z ab ecclesia sunt quo ad determinationẽ tẽporis, quãtitatis,modi zc. Et tamen non sunt duo precepta de custodiendis festis(vnum ex iure diuino z alterum ex iure positiuo) sed vnum tantum de iure diuino indeterminate,z ab ecclesia determinatũ, et similiter est de alijs. Quẽadmodum ergo in preceptis indeterminate datis a deo z determinatis ab ecclesia,nõ multiplicamus precepta , ita in iure indeterminate dato a deo et determinato ab ecclesia,non multiplicatur ius, sed vnum restat in seipso. ¶ Autoritas est sanc.Tho.in quest.prefata ad tertium:vbi dicit,q ius accipiendi decimas est spirituale. Constat enim idem esse iudicium quo ad propositum de iure decimarum z prebẽdarum:quia vtrobiqz est aliqd ex iure diuino:scilicet q aliquid indeterminate detur:z aliquid ex iure positiuo:scilicet q illud aliqd sit decima pars, aut q sit tale vel tãtum,hic vel ibi zc. Si ergo ius decimarum est spirituale,et tamen decima est de iure positiuo quo ad determinationem(vt patet,et sanc.Tho.expresse dicit in secunda secunde.q. lxxxvij.art.j.)cõsequens est,q ius prebende est spirituale, z de iure positiuo non sit,nisi quo ad determinationem temporis,quantitatis zc. ¶ Eorum igitur que in clerico beneficiato sunt,omnia de iure diuino sunt,nisi quartum scilicet determinatio stipẽdij. Ex iure siquidem positiuo a prelatis ecclesie actum est,vt annua stipendia,z tante quantitatis zc.in illa aut illa sint ecclesia , z tali ministro applicata sint zc. Et sic patet primum quod discutiẽdum erat.

¶ Secũdum autem(quid scilicet sit hic venale z quid non)ex his facile haberi potest. Quum enim spirituale venditionis materia esse non possit , et ius omne clericale tam respectu stipendij indeterminate q̃ respectu talis z tanti stipendij spirituale sit , sequitur necessario q ius prebende venale non sit:et si venditur , simoniacum est, non quia prohibitum , sed quia in se est simoniacum. Ipsum autem stipendium seu ipsa prebenda , quum sit pure temporalis res,vendi potest. Unde sanct.Tho.in prefata quest.c.dicit,q quum papa concedit decimas militibus , non concedit eis ius spirituale accipiendi decimas : sed tantummodo res temporales,que decime appellantur.

¶ Ex his autem patet tertium propositorum:an scilicet connexio ista excludat venalitatem. Est enim hic duplex cõnexio:scilicet iuris prebende ad clericatum:et ipsius prebende ad hunc clericum. Et prima q̃dem connexio venalitatem omnino excludit:tum ex natura connexorum : quia vtrumqz est spirituale: vt patet ex dictis: tum ex natura connexionis:iam enim patet q ius prebende non est connexum quasi aliena res coniuncta , sed est connexum per identitatem aut quasi identitatem cum ipso clericali officio. ¶ Notanter autem dixi,aut quasi identitatem:quoniam forte ius prebẽde se habet ad clericatum vt passio ad subiectum,z non vt omnino idem. Unde sanc.Tho.in quest.prefata beneficium ecclesiasticum annexum clericatu,et pendere ab eo dixit. Sed in proposito nihil refert:eiusdem enim rationis est subiectum z passionem vendere,vt iaspidem et proprietatem eius. ¶ Secunda autem connexio venalitatem z compatitur et excludit diuersimode. Compatitur quidem respectu ipsius clerici actiue:quia potest ipse vendere et locare fructus beneficij sui. Excludit autem respectu eiusdẽ passiue:quia scilicet nõ potest sibi vendi propter duo. Primo,quia vendi non põt res a non domino:nullus autem prelatus,nec summus pont.est dominus fructuum percipiendorum : redditus enĩ omniũ ecclesiarũ q̃uis sint pape vt principalis dispẽsatoris, non tamẽ sunt ei⁹ vt dñi z possessoris,inquit san.tho.vbi supra art.j.ad septimũ. Scdo,quia cõferendo alicui clerico beneficiũ z vendẽdo sibi fructus percipiendos,nihil aliud est q̃ vendere illi executio-

nem ꝓprij ⁊ spūalis iuris:paria aūt sunt vēdere ius ⁊ illius executionem. Unde ⁊ duo pctā hic cōcurrūt,iniustitie:qꝛ vendiť clerico qꝺ suū est,prius eñ intelligiť habere titulū,q̄ dicit gratis dari:⁊ deinde executionē,q̄ habentis iā titulū ipso iure est. Et simonie: qꝛ vendi cōiunciť exequutio tpalis iuris. ¶ Ex p̄dictis aūt patet solutio q̄stionis. Liquet siquidē ex ratiōibus adductis,ꝙ emptio ecclīasticorū bñficiorum q̄ clericatui sunt annexa,⁊ nō solū illorū q̄ habēt administrationē clauiū aut executionē ordinis,est ꝓhibita qꝛ simoniaca,⁊ nō simoniaca qꝛ prohibita:qꝛ emptiōis materia est res spūalis,q̄ venalitati oīno repugnat. qꝺ qꝛ nō aduerterunt alij dñi canoniste,errauerūt. Et cōfirmať hec cōclusio: qꝛ emēs bñficiū,pculdubio intendit emere ius talis p̄bende. Unde si papa vellet sibi vēdere fructus absq; iure p̄bēde,aut nō emeret,aut multo minꝰ solueret. Sꝫ ius talis p̄bende est spūale,sicut ⁊ ius decimarū,ergo velint nolint res spūalis est q̄ vēdiť ⁊ emiť. Et cōseq̄nter simonia,nō qꝛ ꝓhibita,sed in se cōmittitur. Hec de secūdo.

Quo ad Tertiū satisfaciendū est obiectis. ¶ Et ad primū (qꝺ est fundamentū totius erroris) diciť primo,ꝙ peccat fm non causam vt causam. Depēdentia nāq; ex iure positiuo nō est causa venalitatis,sed negatio spūalitatis,vnde spiritualia q̄ ex iure positiuo pēdent,venalia nō sunt: vt patet de consecratione sacrorū vasorū ⁊ vestiū,⁊ de benedictione nuptiarū ⁊c. Oporteret ergo pro fundamēto assumere,ꝙ titulus prebēde est res tpalis,⁊ nō qꝛ est de iure positiuo,vt possit fm se materia venditionis esse. Secundo dicitur,ꝙ aliq̄d esse de iure positiuo,cōtingit dupliciter. Uno modo quo ad substantiā rei:vt sunt officia temporalia:⁊ alia huiusmodi. Alio modo quo ad determinationem tantum. Prima qꝛ sunt totaliter ab homine,venalia sunt: alia vero qꝛ fm spūalem eorum substantiā sunt,⁊ ab ecclesia tantū modificationem ⁊ determinationem recipiunt,venalitati repugnant. Rursus,prima,ecclesia potest annullare:vt pote totaliter sua opera,secunda vero potest mutare ⁊ aliter determinare. Unde quamuis in potestate ecclesie sit separare a iure clericali determinationem prebende quam acceptauit ⁊ statuit:si tamen sustinet,ex quo spiritualis iuris determinatio est,vendi non potest. Quemadmodum in potestate ecclesie est,subtrahere consecrationem virginum quam determinauit:si tamen sustinet,vendi non potest,nisi simoniace. ¶ Ad secundum etiam dico duo. Primo,ꝙ loquendo de iure prebende,falsum supponitur ꝙ sit res temporalis. Secūdo,ꝙ loquendo de ipsa prebenda temporali,distinguendum est de connexione:quia connexio rei temporalis cum spirituali (vt sanctus thomas ibidē dicit) contingit dupliciter. Uno modo quod temporale se habeat ad spirituale vt ad consequens,ita quod temporale ordinatur ad spirituale aliquod exercitum,et in his connexum potest vendi ratione temporalis: vt patet de calice. Alio modo vt temporale se habeat ad spirituale vt ad precedens,ita quod temporale oritur et conseruatur ex spirituali,et in his connexum non potest vendi ratione temporalis. Tale autem est beneficium ecclesiasticum:quoniam ex clericatus gradu quo addictus quis est ministerijs diuinis,ius nascitur prebende:et stante illo,prebende stipendium debetur diuino naturaliq; iure. Ratio autem diuersitatis huius inter hec duo cōnexorū genera assignať ibidem:qꝛ in istis in quibus tēporale dependet ex spirituali,intelligiť vendi spirituale,in illis non. Et ratio est:quia paria sunt vēdere effectū,⁊ vendere cām eius in fieri ⁊ cōseruari(quum ex tali cā omnino pēdeat effectus)sed non est par vendere rem ⁊ ordinem ad vsum illius:modo prebēda vt dictum est,pendet ex spirituali in fieri ⁊ esse:calix autem et similia nō pēdent ex spirituali vsu,ad quem sunt sacrata. Rome,die.xxviij. Decembris.m.cccc.iiij.inchoante.

¶ Utrum emens ⁊ acquirens episcopatum nō intendēdo soluere promissam pecuniam,sit simoniacus. Questio.ij.

Queritur Utrum emens et acquirens episcopatum non intendēdo soluere promissam pecuniam,sit simoniacus. ¶ Et videtur ꝙ non. Tum qꝛ peccatum principaliter consistit in voluntate: voluntas autem istius nō ferť ad simoniā. Tū quia non sequitur actus cōpletus,traditio.s.tpalis pro spirituali.

In oppositum Autē est:quia hic interuenit acceptio spiritualis: scilicet episcopatꝰ ex pactione procedēs,⁊ cōsequēter simonia:vt patet ex diffinitione simonie assignata per host.in titulo de simonia.

Ad euidentiam huius dubitationis duo sunt videnda. Primo,an fm rem sit hic simonia. Secūdo,an fm ecclesie iudicium sit hic simonia,sacris canonibus punita et excommunicata.

Quo ad Primū,quū actus exterior ad genus moris nō nisi ꝓpter actū interiorem spectet,quū simonia vitiū morale sit,oportet primo ipsam intus inuenire. Et quum non circa passiōes,sed actiones liberas versetur in voluntate oportet eam primo inquirere. Unde ⁊ in eius diffinitione dicitur,ꝙ est studiosa voluntas ⁊c. vbi igiť deest oīno emendi voluntas,ibi emptio fm veritatem nō est. Sꝫ in ꝓposito casu,hic nō intēdit emere:nulla ergo est fm rem emptio,sed emptionis tantūmodo simulatio. Et quia emptio ⁊ venditio correlatiua sunt,nec claudicare pñt,consequens est ꝙ nulla sit hic venditio fm rei veritatem,quātus sit venditionis affectus cū opere subsequuto quanto quantum est ex parte vendentis. Neq; eñ intelligi potest,vt vendat quis nulli ementi:q̄uis fieri possit vt velit ⁊ credat quis se vēdere,emere simulanti. Ubi autem nec emptio nec venditio fm veritatem est,sed fm apparentiam,ibi nec simonia fm veritatem est,sed fm apparētiam tantum:si de spiritualibus agitur,vt in ꝓposito. Et quoniam pene iuris institute sunt contra ipsa vitia fm veritatem,non fm apparentiam tantum(non enim apparentes simoniaci,sed simoniaci suspenduntur et excommunicantur:apparentia enim est conditio diminuens,sicut pictura:nō autem homo pictꝰ est homo,⁊ ita nec apparens simoniacus)idcirco in hoc casu nulla incurritur cēsura. Nisi quis dicat propter affectum intentionis cum opere subsequuto,venditorem tanq̄ simoniacum punitum censuris iuris:iuxta dicta extra de bigamis nuper,⁊ ca.a nobis. Sed illud videtur singulare ius:non enim qui facit aliquid quod credit prohibitum censuris excommunicationis ⁊ irregularitatis ⁊c. contēnens illas,incurrit easdem:⁊ tamen in eo est affectus intentionis cum opere subsequuto. Quamuis aūt simulator hic a propria simonia ⁊ penis illius excusetur:non excusatur tamē a peccato mortali multiplici. Primo participationis cum simonia mentali vendentis,dando ad hoc operam efficacem. Secundo infamie ꝓprie: sufficienter siquidem mentitur se simoniacum,quod si contra ꝓximū ageret,detractionis vitio nō careret:q̄to magis ꝯ seipsum,quem plus proximo diligere tenetur. Tertio scandali:manifeste siquidem dat occasionem scandali alijs:vt patet. Quarto mēdacij,dū fingit qꝺ non hꝫ in corde:qꝺ est fm se prauum(vt dicitur tertio ethi.)nec vlla potest intentione recte fieri. Quod q̄uis veritati perniciose opponatur,ac per hoc officiosum videatur:secūdum tamē veritatem propter predicta perniciosum est. Hec de primo.

Quo ad Secundum,sciendum est,quod non vertitur hic in dubium,an in iudicio ecclesie staretur testibꝰ ⁊ non excusationi istius simulatoris,qua diceret se finxisse:quoniā liquidum est quod secundum ea que exterius acta sunt,ecclesia iudicaret. Sed quod multis ingerit dubitationem est,quia nō est cōsummate perfectus actus exterior. Interuenit siquidem hic vltra pactionem datio ⁊ acceptio spiritualis:sed deficit datio ⁊ acceptio temporalis,s.pecunie promisse pro spirituali. Uidentur enim canoniste omnes dicere,quod ad hoc vt incurratur simonia punita ab ecclesia,requiritur actus exterior,non tantum intentio aut pactio sed cum intentione et pactione exequutio:an autem completa vel incompleta,non dicunt q̄rum vidisse me memini. Sciendum est igitur,quod tria enumerata(scilicet intentio,pactio ⁊ executio)ita se habent ad simoniam punitam ab ecclesia,quod quodcūq; hoꝝ defecerit,non incurritur vere simonia punita. Si enim intentio deficit,vera simonia non est. Et si intentio est absq; alijs,mentalis tantum est. Et si intentio cum pactione absq; executione est secundum tancre.(vt refert glo.in ca.tua nos.de simonia) videtur ista simonia punita:quia sola pactio apud ipsum facit simoniam. Et satis rationabiliter videtur hoc dici:quia vbi est intentio cum pactione,ibi est vera venditio ⁊ vera emptio spiritualium ⁊c.⁊ consequenter vera simonia:⁊ est exterius subiacens iudicio ecclesie. Unde nulla apparet ratio,quare penas iuris statim pactione facta simoniaci incurrere non debeant. Et confirmatur:quia simonia in contractu emptionis ⁊ venditionis consistit in rei veritate: executio enim nihil aliud est,q̄ ponere in possessionem rei iā empte ⁊ promissi pretij. Unde nulla ratione cogente:sed sola autoritate veterum,creditur requiri tertium scilicet executionem. Quod ex host.diffinitione apparet:inquit eñ ꝙ simonia est acceptio vel datio spiritualis ex pacto temporalis.⁊c.prouenitens. Ubi manifeste patet ꝙ in simonia punita ab ecclesia pactum locatur vt causa,ipsa vero executio locatur vt substantiā simonie.

¶ Fatendo ergo quod hec tria requirantur,restat videre,an executio incompleta ⁊ claudicans ex altera parte,s.temporaliū sufficiat.

¶ Et breuiter ex tribus colligo q sic. Primo ex predicta diffinitione host. q̄ communiter acceptať: in ea enim dicit, q acceptio siue datio spiritualis ex pactione rei temporalis, est simonia punita ab ecclesia: ergo. ¶ Secundo ex cōmuni dicto doctorū. s. q qñ ꝯcurrit ex pacto collatio spiritualis, ē simonia punita: nec vllus vnq̄ addidit, q requiratur acceptio etiam temporalis. ¶ Tertio ex cap. si quis: de simonia, vbi expresse iudicať simoniacus conferens ordinem ex pacto rei future. ¶ Sed tunc insurgit dubitatio, an sit etiā simonia punita, si claudicat executio ex parte spiritualis: puta ille dedit ex pacto tēporale (puta pecuniam) et hic accepit: sed non dedit adhuc spirituale, puta episcopatum. In hoc siquidem casu nulla interuenit datio aut acceptio spiritualis: sed intentio et pactio vtriusq̄, executio autem solius temporalis. ¶ Audirem libēter decisionem. Crediderim tamen ego, q non incurrantur censure ex defectu executionis. Nec est eadem ratio de claudicatione ex hac parte et ex illa: quia spirituale tenet principalem locum, et est ratio et radix totius repugnantie ad venalitatem: et ideo penes illius executionem videtur attendi executio simoniaca. Quia ergo in casu nostro ecclesia presupponit simoniacam intentionem, et constat de pactione et de acquisitione spiritualis, et deficit tantum executio temporalis pro spirituali, iudicabit ecclesia simoniam esse sacris canonibus vetitam et punitam: et vtranq̄ partem excommunicatam. Hec de secundo. ¶ Nec oportet aliter respondere ad in principio obiecta: quia satis patent ex dictis. Rome die. iiij. Ianuarij. m. cccc. iiij.

¶ Utrū vacāte sede, et querentibus oībus pontificatū p fas et nefas ꝓpter ambitionē et auaritiā ac ecclesie ruinā, liceat viro ꝓbo et digno q̄rere pontificatū, adhibendo promissiones et exhibendo temporalia et beneficia etc. pro suffragijs ꝓpter hunc finem, vt in se de positus, ecclesie prosit, et illam reformet. Questio. ij.

Queritur Utrum vacante sede, et q̄rentibus omnib⁹ pōtificatū p fas et nefas propter ambitionem et auaritiā ac ecclesie ruinam: liceat viro probo et digno querere pontificatum, adhibendo promissiones, et exhibendo temporalia et beneficia; etc. pro suffragijs, propter hunc finem, vt in sede positus; ecclesie prosit, et illam reformet. ¶ Est aūt ratio dubitandi: q2 vtrinq̄ rationes sunt. ¶ Q enim hoc sit licitum, quadrūplici ratione videtur. Primo. Quia cuius finis bonus est, ipsum quoq̄ bonum est: constat autem finē huius operis sanctū esse: ergo. ¶ Secundo Quia non magis obligant iura prohibentia huiusmodi ꝓmissiones et emptiones q̄ votum et iuramentū: sed constat, q qñ votū et iuramentū seruata in publice vtilitatis dānum redūdant, seruāda nō sunt q̄uis al's iusta et sancta essent: ergo nec huiusmodi leges seruari debēt in tali casu: in quo ecclesiastice reip. ruina imminet manifeste. ¶ Tertio. Quia si hic interuenit aliqđ peccatum, hoc non esset nisi simonia. Sed simonia hic non est: probatur. quia in beneficijs ecclesiasticis simonia est de iure positiuo: vt multi canoniste asserunt. Constat autem q nullum ius positiuum cōtra communem ecclesie vtilitatē ad eiusq̄ ruinā seruādum est: qm̄ oīa (vt bernardus inqt) statuta tādiu seruāda sunt, q̄diu cōtra charitatē nō militāt: ergo etc. ¶ Quarto. Q2 vnicuiq̄ lz redimere vexationē suā, et ꝓprium et ꝑcipue publicā: sed in hoc casu nihil aliud fit, nisi q redimiť vexatio ꝓpria et publica totius ecclesie: ergo licet.

Pro opposita Autē parte est, q2 nō sunt facienda mala vt veniant bona: sed emere spirituale est malum: ergo non est faciendū propter quodcūq̄ bonū.

Ad euidentiam Huius questionis quatuor agā. Primo ostendam distincte in quo stat difficultas. Secundo, quia difficultas stat in duobus, respondebitur quo ad vnum illorum. Tertio quo ad alterum. Et quarto satisfiet rationibus in contrarium.

Quo ad Primū sciendū est, q operationū humanarū quinq̄ sunt gn̄a. Nā prima diuisione distinguunť in bonas, malas, et indifferentes. Et rursus, bone distinguūtur in omnino bonas et in bonas nō omnino: et male quoq̄ distinguunť in sm̄ se prauas, et in solitarie malas. Unde fiunt quinq̄ genera: duo bonarum, et duo malarū, et vnum indifferentium. Omnino bona opera sunt, que non solū bona sunt, sed non possunt male fieri, vt interior charitatis actus propterea non enim potest quis deum amare ex charitate et tamē male: vt p3. Bona autē nō totaliter sunt, q̄ licet in seipsis bona sint, psūt tn̄ mala intentione fieri: vt dare eleemosinam, colere deum exterioribus sacrificijs etc. possunt eñ hec propter inanē gl'iam fieri. Mala vero sm̄ se praua sunt, q̄ nulla possunt intētione bene fieri: vt mētiri, adulterari: et alia huiusmodi. Mala aūt solitarie vocanť illa opa, que si sola nudaq̄ cōsideranť, nocumentum aliqđ important: que tñ possunt tot circunstantijs vestiri vt bona et sancta sint: vt occidere, mutilare aut priuare hominē rebus suis. Hec enim si sola cōsiderantur, quum vnde bona sint nō habeant, mali rationem ꝑtendunt, ꝓ q̄to mala proximorum afferunt: et tñ si hec fiant ꝓpter bonū publicū ab habente autoritatem seruato iuris ordine etc. iusta et sctā redduntur. Indifferētia demum opera sunt, que sm̄ suam spēm nec boni nec mali rationem habēt: vt leuare festucam de terra. ¶ His autem stantibus liquet, q act⁹ iste (de quo disputamus) scilicet dare aliquid temporale pro episcopali sede habenda, sm̄ se nō est in genere bonorum nec indifferentium: quum sit prohibitus. Sed dubium est, an contineatur in genere malorum q̄ sunt sm̄ se praua, an inter ea q̄ sunt mala solitarie. Si enim est sm̄ se prauus, nulla intentione, nullaq̄ circunstantia poterit fieri licitus: de talibus enim malis intelligitur illud apostoli: non sunt facienda mala, vt veniant bona. Si autem nude sumptus speciem habet mali honestabilem per adiunctas circunstantias, poterit aliqua intentione et ratione rectus reddi: q̄uis sit ꝓhibitus: quia vt plurimum male fit. ¶ Ut autem manifesteť in quo genere, contineatur, prius distinguere oportet in quot speciebus locari potest operatio proposita. Potest siquidē reponi in specie duplici scilicet emptionis vel quasi emptionis, et in specie redemptionis. In specie quidem emptiōis aut quasi, inq̄tum datur vel promittitur pecunia pro suffragijs habendis. In specie vero redēptionis, inq̄tum promittitur vel datur pecunia ꝓ redimenda vexatione ecclesie aut ꝓpria. ¶ Unde ad hec duo vniuersa q̄stio ducit: an scilicet emptio talium suffragiorum aliquo casu sit licita, vel an hic habeat locum redemptio vexationum: altero enim horum modorum oportet saluare actū istū, si licit⁹ est. Unde si emptio est illicita et redemptio nō haberet locū, nō video tertium modū, quo quis fingeret actū istū bonificari posse. Hec de primo.

Quo ad Secundū dico, q actus iste est simoniac⁹. Qđ ꝓbo sic. In epatu sunt multa appetibilia: vt habes a sanc. tho. in scda scde, quest. clxxxv. puta cura animarū, excellentia gradus, sufficientia temporaliū etc. Que quantū ad propositum spectat, ad duo reducunť. s. ad titulum pastoralem, et titulū p̄bēde, computando cum prebenda omnia tēporalia, honorem, gloriam etc. Aut iste vir probus et dignus pontificatu, intendit directe ad acquisitionem autoritatis pastoralis, aut ad titulum prebende. Si intendit directe emere suffragia pro titulo p̄bende, tūc insurgunt diuerse canonistarum opiniones: credentibus quibusdam hoc esse simoniacū, quia prohibitum: alijs vero prohibitum, q2 simoniacū. De qua difficultate erit questio specialis post: quia in proposito cōstat, q non refert q̄ harum opinionum sit vera. Ex casu nanq̄ proposito patet, q iste nō directe intendit ad acq̄sitionē tēporalium: sed directa et principalis intentio eius est acquirere episcopalem potestatem, qua possit reformare ecclesiā. ¶ Si ergo intendit directe ad pastoralem autoritatē, manifeste et statim liquet q intendit directe emere suffragia pro spirituali autoritate habēda: et cōsequenter sm̄ omnes: cōmittit simoniam, nō iuris positiui, sed diuini. Autoritas nanq̄, qua cura habeť animarū, qua ꝑsul ꝓpopulo ꝓdest, quaue cōseruari ac reformari ecclesiasticū corp⁹ pōt, est spiritualis, et a christo data petro quum dixit: pasce oues meas. ¶ Et confirmatur: quia ista duo obiecta: scilicet pastorale officiū, et titulus ꝑbende, opposito modo se habēt respectu intentionis et respectu emptionis. Respectu nanq̄ intentionis vituperatur titulus prebende: q2 auaritie aut ambitionis esse videť affect⁹ epatus ꝓpter annexa tēporalia. Cōmendať aūt pastorale officiū: q2 charitatis est velle aliorū incūbere saluti. Sed respectu emptionis magis vituperať pastorale officiū q̄ p̄bēda: qm̄ illud est materia nullo modo vendibilis, hec aūt aut est aliquo modo vendibilis, aut magis appropinquat ad naturā rerū venalium. Unde emptio in casu proposito, q̄uis videať habere in se quandam pietatis spēm ex intentione bene vtendi pastorali autoritate, est tñ sm̄ genus suum grauius simonie pctm̄, q̄ intēdentis emere suffragia ꝓpter annexa tpalia: q2 actus emptionis cadit sup materia magis repugnāte. Et q2 oīs act⁹ moralis trāsiēs sup materia sibi repugnāte ē sz se prauus, ꝯñs est, vt actus iste sit sm̄ se prauus: ac per hoc nulla possit rectitudine intentionis bene fieri. Hec de secundo.

Quo ad Tertiū, an scz redēptio vexatiōis hic habeat locum, distinguo: quia aut est sermo de redēptione vexatiōis ꝓprie. Et de hac dico q nō habet locum: qm̄ sm̄ sanctum tho. et cōmuniter doctores, in cōsequutione bñficiorū redēptio vexatiōis ꝓprie nō h3 locum añ ius acq̄situm: cōstat autē q huic nō est acquisitū pontificatus ius. ¶ Aut est sermo de redem-

ptione vexationis ecclesie. Et de hac dico ꝙ posset habere locum in proposito si vna circūstantia amoueretur: quia ecclesie debetur bonus et dignus pastor: nec est dubium ꝙ sit illi ius quesitum de hoc, et ꝙ electores tenentur sibi prouidere de tali capite, et excellentis esset charitatis si volentibus electoribus caput pniciosum eligere, pecuniam q̄s eis daret, ne tam immane sacrilegium committerent: sicut volentibus materiale templum spoliare, pecunia laudabiliter datur ne hoc faciant: et incidentes in latrones, licite offerunt pro vita aut libertate redimenda pecuniam: et si iuramēto se obligēt ad aliquid eis dandum, tenentur seruare promissum. Tanto autem magis in casu nostro licitum et laudabile est pecuniam dare et promittere, quanto vita ouium christi omnib⁹ rebus temporalibus preponenda est: quum pro his domin⁹ animam posuerit, ceterisq̄ ponendā mādauerit non solū exteriorem substantiam, sed vitam quum oportuerit. ¶ Circunstantia autem auferenda est velle sedem episcopalem pro seipso siue pro quocunq̄ alio in particulari, cui ius quesitū nō est. Hec nanq̄ circunstantia reliqua polluit. Et ratio est: quia redēptio vexationis (vt eius nomen sonat) non importat acquisitionem boni nisi iure debiti, ⁊ exclusionem mali iniuste illati aut inferendi. Ecclesie autem vexatio satis redimitur, si malum non eligunt, si bonus et dignus, non autem hic vel ille eligitur. Quocirca q̄uis liceat ⁊ sanctum sit auaris electoribus aliquid dare vt bonum et dignum in communi eligant (quia eiusdem rationis est dare ne malus eligatur, et vt bonus eligatur: propterea ꝙ minus bonum q̄ opus sit, mali rationem habet) non tamen dare licet, vt iste vel ille bonus et dignus eligatur. Et propterea quum in casu proposito queratur pontificatus a viro digno pro seipso, cōsequens est ꝙ hic non querit redimere vexationem ecclesie sed suam: et quia hoc non licet, igitur casus iste nunq̄ est licitus. ¶ Sed insurgit tunc dubium: quia dicere quispiam potest, ꝙ in tali casu sunt duo actus disparati: scilicet datio pecunie et petitio pontificatus pro se: ⁊ ꝙ pecunia datur pro redimenda vexatione ecclesie non propria, ⁊ seorsum petitur pontificatus pro se digno propter vtilitatem ecclesie et pastum ouium christi. Fateor ingenue, ꝙ si sic fieret, ꝙ liceret, ⁊ ab excellētissima hoc charitate procederet. ¶ Aduertenda tamen sunt hic tria. Primo ꝙ in casu posito non est sic: quia acquisitio pontificat⁹ pro se proponitur cadere sub conuentione pecunie date aut dande: quando autem actus isti sunt diuisi, oportet ꝙ seorsum fiat redemptio vexationis ecclesie, et seorsum petitio pontificatus fiat rogādo absq̄ omni conuentione. Vinculum tamen iuramenti addere liceret, si tamen in eque bonum et dignum aut meliorem non mutaretur sententia: non enim licet ponere obicem spiritui sancto ⁊ ecclesie libertati ad eque bonum, aut saltē ad meliorem. ¶ Secūdo, ꝙ quia sepe mens sibiipsi mentitur (vt Greg. dicit in pastorali) ⁊ fingit sibiipsi de bono opere amare quod non amat, solertissime, solicitissime ⁊ cautissime scrutandum est, quo quis animo mouet̃: ⁊ (vt idē Greg. in homel. pentecostes dicit) de dilectione conditoris et proximorum propter eum, non mens tantum, sed manus requiratur. Si enim quis in minoribus constitutus coaceruauit diuitias, nec proximis egētibus distribuit, qūo nūc tā repente tanta affluit charitate, vt ꝓ sola ecclesie vexatione redimenda oīa dare velit. ¶ Signum aūt infallibile ad sciēdum quid ipsum moueat est, si in veritate daret oīa illa q̄ dat pro redimenda ecclesie vexatione etiam si alius fieret pont. eque bonus aut melior. Nā si non daret, conuincitur ꝙ ꝓ seipso aut illo sublimando soluit, ⁊ nō tm̄ pro ecclesie redēptione. ¶ Tertio, ꝙ in casu ꝓposito fit mētio non solum de pecunia sed de beneficiis ecclesiasticis. Nō em̄ etiā pro sola redēptione vexationis ecclesie lz dare bñficia ecclesiastica indignis: q̄les supponuntur esse auari electores. Dare em̄ ecclesiasticum beneficiū indigno, est actus s̄m se prauus: ⁊ nulla potest excusatione aut intētione recte fieri. Unde sicut nō licet dicere mēdaciū ꝓ saluāda ecclesia, ita nō licet dare ecclesiasticum beneficiū indigno. Quare concludendo, casus iste vt proponitur, omnino est illicitus: potest tamen diuidendo actū redemptionis ab actu petitionis licite fieri, pecuniam non ecclesiastica beneficia dando. Hec de tertio.

Quo ad Quartum respondendum est obiectis. ¶ Et ad primū dicitur, ꝙ illa maxima tenet̃ in non malis: ita ꝙ cuius finis bonus est, ipsum quoq̄ bonum est, si non sit de genere secundum se prauorum. Non enim furari est bonū si fiat ꝓpter eleemosynam largiēdam: quia est s̄m se prauum. Sic aūt est in proposito: quia talis emptio est s̄m se praua, vt patet ex dictis. ¶ Ad secundum dicitur, ꝙ ratio illa deficit in duobus. Primo, q: hic loquimur de actu secundum se malo: iuramentū aūt ⁊ votū tūc non sunt implenda, quando sunt respectu minus boni: aliud est em̄ pretermittere minus bonum ⁊ aliud est committere se malū. ¶ Secundo, quia simonia ista (vt patet ex dictis) est directe respectu spiritualium, ac per hoc totaliter sub iure diuino tantum. Uota autē ⁊ iuramenta partim ex iure diuino, partim humano pendent: et ideo maius est vinculum huius prohibitionis q̄ voti ⁊ iuramenti. ¶ Ad tertium dicitur, quod hic non est sermo de simonia respectu tituli prebende, de qua est dubium inter canonistas: sed respectu spiritualis potestatis directe, que non vertitur in dubium.

¶ Ad quartum, iam ex dictis patet quomodo liceat ecclesie vexationē redimere: ⁊ quomodo potest hic interuenire ⁊ quomodo nō. Rome die. xxvj. decembris. 1504. inchoante.

¶ De vsu spiritualium.

¶ Utrū quilz vtens spūali in peccato mortali, peccet mortaliter.

Queritur Utrū q̄libet vtens spūali in pctō mortali, peccet mortaliter. ¶ Uidet̃ ꝙ sic. Primo, q: indigne exequens officiū p̄lationis, peccat. ergo par est de aliis spūalibus officiis ratio. ¶ Scdo, q: minister debet cōformis eē p̄incipali agēti, deus aūt ⁊ eccl̄ia cuius sunt ministri officiales spūales, sancti sunt. ergo ⁊c. ¶ Tertio, q: docere sacram scripturam ex officio, siue predicando, siue legendo, siue corrigendo, siue ⁊c. peccatum mortale dicitur. ergo ⁊c.

In oppositum Est, q: sequeretur ꝙ qui tenentur ad horas canonicas, ⁊ cantores in choro, ⁊ p̄lati dando licentiam vni fratri eundi ad emendum panē, si essent in peccato mortali, peccarent mortaliter, quod non solum durum, sed dissonum satis est.

In hac q̄stione (Que propter verba diui tho. mota est) primo rem tractabo. Secundo ad verba sancti tho. descendam.

Quo ad Primū, sciendū est, ꝙ ex duplici capite pendere potest, ꝙ peccator exercēs spūalem actū s̄m se licitū propter finē debitum ⁊c. peccet. Primo ex parte sanctitatis ipsius actus. Scdo ex parte sanctitatis officii, seu potestatis qua vtit̃. ¶ Et siquidē actus sanctitatē attendamus, cū constet ꝙ non quilibet sanctus actus male agit̃ a peccatore (vt patet de oratiōe, voto, iuramēto, eleemosina ⁊c.) distinguere oportet. Similiter cū constet, ꝙ nō quodlibet sacrū officiū male exercet̃ a peccatore (vt patet de officio clericali officiādo ecclesiā, ⁊ in exactione decimarum: ius em̄ decimarū spirituale esse constat a sancto tho. in secunda secunde. q. 87. ar. 3.) distinguere quoq̄ hic oportet. ¶ Et qm̄ potentia est propter actum, distinguatur cum san. tho. ex. 3. parte. q. 64. ar. 3. actus sanctus in duo genera. Quidā enim sancti sunt, q: consecratione aliqua sanctificati, ⁊ hi proprie sunt actus sacramētorum. Quidam vero sunt sancti, quia sunt s̄m se mundi, ⁊ ad deū ordinati, ⁊ hi sunt omnes actus virtutum. Et proportionabiliter officia seu potestates duplicis generis sunt, nam quedam in consecratione consistunt: vt patet de potestate ordinis, ⁊ quedam nō: vt patet de potestate iurisdictionis ecclesie.

¶ His premissis, pono duas conclusiones. ¶ Prima est, quilibet existens in peccato mortali vtens sacro officio s̄m actum sanctuz idest consecratione aliqua sanctificatum, peccat mortaliter peccato sacrilegii. Et ratio est: quia quantum est in se polluit sancta, q̄uis incontaminabilia secundum se sint sacramenta. Et hec conclusio communiter conceditur: habeturq̄ in. 4. senten. dist. 5. et in tertia parte. qō. 64. articu. 6. ¶ Secunda est. Exercens in peccato mortali actus sanctos idest iustos quoscunq̄ non consecratos tamen, non peccat mortaliter per se loquendo. Et probatur hec conclusio: primo, quia si hoc esset peccatum, esset sacrilegium: sed hic sacrilegium esse non potest: cum sacrum proprie nullum sit. ¶ Et si dicatur quod licet non sit sacrum aliquod ex parte actus, est tamen hic sacrum aliquod ex parte officii: puta prelationis, vel ministerii christi et ecclesie. Nihil obstat: quia cum potentia, sit propter actum, nullus potentia vt sacra vtitur, qui sacrum actum non exercet, sacrilegium autem tunc tantum committitur, quando contra sacrum vt sacrum est agitur. ¶ Secundo, quia si in huiusmodi exequutionibus peccatoris esset per se peccatum mortale, non esset in quibusdam sic et in quibusdam non: sed aliquod vniuersale oportet inuenire, cui hoc per se conueniat.

¶ Et si diligenter attendamus distinctionibus factis, ad hec oportet venire, oportet namq̄ aut ex sanctitate actus tantum (puta tangere corpus christi) aut ex sanctitate officii tantum (vt exigere suas decimas) aut ex sanctitate vtriusq̄ peccatum mortale oriri. Sed ex sanctitate actus tantum,

hoc non est, etiã si cõsistat in sanctitate cõsecrata: quia licet petõri tangere corpus christi, leuando ipsum de luto: et baptizare in casu necessitatis sine solennitate. Nec ex sanctitate officij tantum: quia oportet actum ipsum esse sanctum: alioquin episcop⁹ aut curatus exigendo debita subsidia, si esset in peccato mortali, de nouo peccaret: quia officij sui actum exequitur: hoc autem est ridiculũ. Ergo ex sanctitate vtriusq;. Et cũ nõ ex sanctitate large sumpta (quoniam sic non liceret petõrem clericũ orare: quoniã officij sancti op⁹ est sanctum) relinquitur q̃ ex sanctitate stricte in cõsecratione cõsistẽte rõ peti sumatur. Dixit aũt p se loquẽdo: quoniã etiã orare in peccato mortali, est peccatum mortale per accidens: vt patet in celebrando missam in peccato mortali. Hec de primo.

Quo ad Secũdum verba diui tho. in. iiij. dist. v. et di. xix. ar. j. q. ij. et in scda scde. q. xxxiij. art. v. et q. lx. ar. ij. ad tertium: et in tertia par. q. lxiiij. ar. vj. et specialiter ad primum, cõsona non videntur. Nã in sententijs dure nimis loqui videtur: et prelatum expresse dicit peccare corripiendo, et omne aliud proprij officij exequendo, si est in peccato mortali. In summa expresse dicit peccatorem corrigere absq; nouo peccato, si humiliter hoc facit: et similiter iudicem non peccare arguendo et iudicando: et vtrumq; super eadem aug. autoritate fundat. Si enim peccatorem prelatum ista facere, esset sm se peccatum mortale, nulla humilitas stãs cum peccato mortali, faceret vt esset licitum: vt hic docemur. Et in tertia par. vbi supra docuit nos illam distinctionem de duplici sanctitate tam actus q̃ ministri. Et per illam ostendit, q̃ peccatores ministrantes deo in operibus charitatis non peccant: et tanti eam facit, vt vtatur ipsa iuxta illam regulam: si affirmatio est causa affirmationis, negatio est causa negationis, et econuerso: dum ex negatione sanctitatis consecrate, infert negationem peccati in ministro peccatore: et ex affirmatione consecrate sanctitatis, infert affirmationem peccati in ministro peccatore. Et quia super hoc tota hec decisio fundatur, optima censenda est: procedit enim ex per se causa. ¶ Ex quibus credo ego, q̃ dicta in sententijs ad doctrinam in summa traditam tanq̃ resolutiorem sint reducenda, et non econuerso. Unde cum omnes actus in arguendo allati sint sancti, quia sunt actus virtutum, et non consecrati (vt patet discurrendo in singulis) eos in peccato mortali exercens, per se loquendo non mortaliter peccat. Nisi predicatio excipiatur: quia est actus sacerdotis aut dyaconi: q̃uis hec exceptio non necessaria videatur: quia predicatio non est actus ordinis p se loquendo: et consequenter cum non sit nisi secundo modo actus sanctus, idem videtur de ipso et alijs iudicium: non tamen ex equo: quia precipuus est pastoris actus, dicente christo in institutione pontificatus petro: pasce oues meas. ¶ Et confirmatur hoc de predicationis ministro: quia in synagogis iudeorum et templo etiam non sacerdotes aut leuite predicabant: alioquin non fuisset christo permissum predicare: et act. xiij. non fuisset a principibus synagoge requisitum et concessum q̃ paulus predicasset in synagoga. ¶ Cum hoc tamen stat, q̃ forte predicare ex officio (sicut episcopus predicat) cum solennitate, sit mortale: sicut baptizare ex officio, vt sanctus Tho. dixit.

¶ Ad rationem ergo primam (que in. iiij. sent. mouit autorem) dicitur q̃ indigne pro nũc sumit̃ dupliciter: scilicet priuatiue et contrarie: et q̃ indigne priuatiue exequens, non semper peccat: sed non meretur id quod priuata dignitas adimit. Indigne aũt contrarie faciens aliquid, peccat: sed tunc hoc restat probandum, q̃ prelatus exequens officium suũ quo ad actus charitatis et iustitie: scilicet corrigere, docere etc. indigne agat contrarie. Quid enim cõtra sanctitatẽ horum actuum facit persone macula: non dico manifesta aut scandalosa, sed absolute ipa macula peccati. Certe nihil video, nisi q̃ priuat illos actus bonitate meritoria: quod non est de nouo peccare mortaliter. Nec autor ibidem ex hac ratione concludit peccatum mortale, sed peccatum tantum: vt patet intuẽti. Hanc autem rationem ipse modificauit in tertia par. quasi addens, q̃ tunc est indignus contrarie quando est respectu act⁹ sancti: id est consecratione mystica sanctificati. Et in secunda scde ad propositum idem s. de correctione fraterna explanauit, q̃ reddit ipm correctorem indignũ sic q̃ quoddã impedimentũ correctioni, primi cõfert, nõ tamẽ tale, q̃ p humilitatẽ petõris non possit suppleri seu honestari. Unde actus iurisdictionis quorũcumq; platorũ et superiorũ, et actus per accidẽs ministrorum ordinis, et vniuersaliter nõ cõsistẽtes in cõsecratione aliqua, a peccatoribus exercitati, nõ pariunt per se nouum petm̃ mortale. Ministratio autem sacramentorum et eorũ susceptio puritatẽ a mortali crimine exigit. ¶ Uerũ scito, q̃ nec vere cõtritus, nec credens se cõtritum quia diligẽter etsi nõ sufficienter discussit seipm̃, censetur in peccato mortali quo ad hec existere: alioquin q̃libet qui peccauit mortaliter, exponeret se periculo peccãdi mortaliter, cũ ad administrandũ aut ad suscipiendũ sacramenta accedit: cũ nemo sciat vtrum odio vel amore dignus sit: et hoc expresse sentit sanc. tho. in. iiij. dist. ix. etc. ¶ Et per hec patet responsio ad obiecta. Rome die. xxiiij. Augusti. m. ccccc. vj.

In cõ. iiij. p. di. Tho. q. lxiiij. ar tic. vj. ad pmũ hic de ĩ de actu pdicandi retractãturi ibi eteĩ act⁹ predicandi de nũero actuum consecratorũ di. q̃ circa hũc passum videtur etiã ibi.

¶ De voto non nubendi.

¶ Utrum votum non nubendi equiualeat voto castitatis. Qõ. j.

Ueritur Utrum votum non nubendi equiualeat voto castitatis.

¶ Et videt̃ q̃ nõ. Primo. Minus non equiualet maiori. Sed votum castitatis mai⁹ est q̃ nõ nubendi: sicut seruare castitatem plus est q̃ non nubere. ergo. ¶ Preterea. Duorũ cõuertibilium quecũq; destruit vnum, destruit et reliquũ: sed committens fornicationem agit contra votum castitatis, et nõ contra votum nubendi: ergo hec duo non conuertuntur.

Respondeo Q̃ hec questio duplicem sensum habere potest. Primo vtrũ hec duo vota simpliciter equiualeãt. Scdo vtrũ equiualeãt quo ad indispẽsabilitatem aut incõmutabilitatẽ, ita q̃ nulla autoritas possit in alterũ q̃ non potest in reliquum. ¶ Et in primo q̃dẽ sensu licet prima fronte pp̃ter argumẽta adducta videat̃ q̃ nõ equiualeant: attentius tñ cõsiderãtibus appet q̃ distinguendum est de voto. Potest enĩ dupliciter sumi: vt placet theologis in. xxxviij. dist. primi. Uno mõ proprie: alio modo cõiter. Uoti siqdẽ pprie sumpti materia tñmodo est bonũ supererogationis: eo q̃ de ratione voti est, q̃ sit de meliori bono. Uoti vero cõmuniter materia, ẽ etiã bonũ ad qd̃ q̃s alias tenet̃: non inquãtum huiusmodi sed inquantũ voluntariũ: vt pz de voto in baptismo emisso. ¶ Si ergo loquamur de voto castitatis proprie, cum sub tali voto non cadat nisi castitas supererogationis, que nihil aliud excludit nisi coitum matrimonialem (quia ad seruandã extra matrimonium castitatem quilibet ex precepto tenetur) cõsequẽs est q̃ tale votũ et votũ nõ nubẽdi equiualẽt. Si vero loquamur de voto castitatis cõiter, cum sub tali voto claudatur oĩs castitas, cõsequẽs est q̃ tale votũ et votũ nõ nubẽdi nõ equiualent: sed longe maius est votum castitatis. ¶ In secundo vero sensu quid tenendũ sit, ex modo dictis cõcludendũ est. Quidã enim qui sedi aplice vltra illa tria vota peregrinationis, duo tantũ inueniunt̃ reseruata s. religionis et castitatis, et reseruationes non sunt amplianda, sed potius restringende (quasi odiose prelatis, quorũ autoritas restringitur) et votum castitatis omnẽ coitũ sm communem loquentium vsum excludere intelligitur, credũt hec vota nõ esse eque incommutabilia: sed in voto non nubendi episcopum, in voto vero castitatis solum papam dispensare posse. ¶ Sz opinio hec a veritate lõge est: quod tripliciter probatur. Primo: quia hec duo vota equiualent quo ad id quod per se et simpliciter in voto castitatis absolute loquendo inuenitur. Sub voto enim castitatis, absolute loquendo, cadit castitas supererogationis per se et simpliciter: vtpote tanq̃ ad quod institutum est: castitas autẽ ad quam omnes necessario tenentur, non cadit, nisi forte sm quid: cõstat aũt q̃ in voto nõ nubendi clauditur tota castitas supererogationis. Relinquit̃ igitur, q̃ eiusdem rationis est dispensare vtrũq;. ¶ Secundo: quia votum castitatis inantũ est reseruatum pape, inq̃tum est ab eo dispensabile. Non est autẽ dispensabile nisi quo ad castitatem superogatiõis: in qua eiusdem rationis est cum voto non nubendi. Ergo hec duo vota inq̃tum dispẽsabilia non solũ equiualent, sed sunt idem: nihil enim aliud dispensando in voto castitatis concedit papa, nisi nubere: et pro nullo alio obtinendo vult se adiri sedes apostolica ab hñtibus votũ castitatis, nisi pro cõiugio. Unde dicere votum non nubendi non esse reseruatum vt votum castitatis, est propriã ignorare vocem. ¶ Tertio: qi nisi aliunde ad oppositũ quandoq; cogamur, verba iuris proprie interpretanda sunt. Alioquin nulla posset expositio certa haberi: sz oĩa ambigua essent, dum pp̃rie vel improprie intelligi dubitaretur. Uoti autẽ nomẽ (vt ex dictis, et ex suo proprio fine ad quem inuentũ est, patet) oblationem ad ea que supererogationis sunt, pp̃rie importat: nulla enĩ est necessitas votiue obl'onis ad ea, ad que ex precepto tenemur. Unde applicatum ad materiam veneream, dicendo votum castitatis, obligationem ad abstinendum a venereis que licuissent, propria significatione insinuat. Quum ergo reseruatũ apostolice sedi dicitur, proprie sumitur. Sic autẽ equiualere, imo idem esse quod votũ non nubẽdi, ostensum est. Relinquitur ergo,

q̃ vtrumq;

ꝙ vtrumq; apostolice sedi eadē ratione ⁊ reseruatione reseruatū est. Nec fit hic aliqua reseruationis ampliatio:nec vocabula extra cōem vsum doctorū trahunt, q̄uis vulgares largius loquantur.

Ad vtranq; Autē rationem in oppositum simul dicitur,ꝙ nihil aliud cōcludunt,nisi ꝙ votum castitatis large sumptum,⁊ votum non nubendi,non equiualent simpliciter:quod(vt ex dictis patet)non contrariatur determinationi nostre:qua diximus ꝙ votum castitatis proprie, ⁊ votum non nubendi,simpliciter equiualent:⁊ ꝙ votum castitatis absolute loquendo,⁊ votum non nubendi,quo ad dispensabilitatem vel indispensabilitatem equiualent. Mediolani,die.xviij. Decembris.m.cccc. In sancta maria gratiarum.

De Nouitijs.

Utrum emissurus professionis votum,possit absolute renuntiare propinquis hereditatem,quam probabiliter dubitat male adepto ere infectam. Questio.ij.

Queritur Utrum emissurus professionis votum,possit absolute renuntiare propinquis hereditatem, quam probabiliter dubitat male adepto ere infectam. Et videtur ꝙ sic. Primo:quia vnusquisq; potest libere vti iure suo, etiam si inde alterius damnū sequatur. Ius autem renuntiandi competere cōstat tali nouitio,qui nondum adijt hereditatem:potest igitur iure huiusmodi vti. Preterea. Nullus tenetur constituere se debitorem alteri nisi propter aliquam acceptionem aut rem acceptam. Constat autem ꝙ in hoc casu nouitius adhuc nullo modo concurrit ad aliquem acceptionis modum,nec res peruenit ad eum, q̄uis sit in potentia proxima ad perueniendum ad ipsum. Et adeūdo hereditatem infectam,constitueret se debitorem his a quibus res iniuste extorte sunt : ergo non tenetur ipsam acceptare. Et confirmatur : quia hereditati grauate debitis nouitius indubie posset renuntiare,⁊ non se constituere debitorem: ergo hereditate obnoxia multis restitutionibus idem poterit:neq; enim magis ad hec q̄ ad illa tenetur: imo ſm quosdam solutio debitorum ex mutuo vel emptione ⁊c. precedit restitutionem male ablatorum. Preterea. In confessione religionis homo moritur mundo, ac per hoc debet abdicatis omnibus solicitudinibus seculi huius in nouitatē se vite transferre. Constat aūt ꝙ si restituendi in se onus suscipit,continget multa opus esse solicitudine reb⁹ presertim dubijs extantibus:tum videndo ⁊ examināndo ratiocinia multa antiqua et difformia:tum in rerum venditione,vt possit ex pretio singulis satisfieri:tum in creditorum infinitorum inuestigatione, ⁊ alijs q̄plurimis,que cum religiosi animi quiete non stant. Oportet ergo si renuntiare non potest, aut professum solicitari circa ea que mundi huius sunt multo tempore, aut paternam obligationem obicem sibi esse ad professionis holocaustum offerendum. Quorum vtrumq; videtur inconueniens:quum beatus matheus, qui rapere solebat aliena(teste beda)relictis omnibus secutus legitur dominum luc.v.sic ꝙ vt gloss.dicit,etiam rationes incompositas dereliquit: ergo.

In oppositum Est,ꝙ ius nature expressum a domino matth.vij.(quecūq; vultis vt faciant vobis homines,hec eadem illis faciatis)inuiolabiliter seruandum est. Constat autem ꝙ ipse nouitius si esset in statu creditorum,a quibus res iniuste extorte sunt, vellet regulata voluntate sibi satisfieri a bene dispositis ad restituendum,⁊ non remitti ad mundanos qui naturaliter abhorrent restituere:ergo ⁊ ipse debet hoc facere alijs.

Respondeo Cum distinctione:⁊ dico quatuor. Primo,ꝙ si propinqui ad quos post renuntiationem perueniret hereditas,sunt tales ꝙ indubie credātur restituturi,quando,q̄tū,quibus ⁊c.debetur. potest nouitius absolute renuntiare insinuando illis propinquis dubitationem quā habet,⁊ vnde eā concepit ⁊c. Secundo:ꝙ si propinqui predicti sunt tales,ꝙ indubie credant nunq̄, aut quasi nunq̄ restituturi,non potest nouitius absolute renuntiare. Tertio,ꝙ si propinqui medio modo se habent:scilicet ꝙ dubitetur an restituent vel ne,nō potest nouitius absolute renuntiare. Quarto,ꝙ in his duobus vltimis casibus,⁊ vniuersaliter in omnibus casibus extra primum tenetur nouitius sic prouidere,vt absq; dubio credatur restitutio futura tempore debito ⁊c.

Ad quorum euidentiam aduertendum est, ꝙ renuntiare hereditati duo importat : vnum explicite scilicet nolitionem hereditatis:et alterum implicite scilicet diuersionem hereditatis ad alium vel alios. Renuntiante enim aliquo,hec duo semper se inseparabiliter comitantur:sic ꝙ renuntians,directe hereditatem nolle se fatetur,⁊ ex hoc naturali necessitate sequitur,ꝙ ad alterum hereditas declinet. Et si in renuntiationis quidem actu sola nolitio consideretur hereditatis.difficile ⁊ forte impossibile est, impedimentum aliquod afferre vetans talem nouitium a libera ⁊ absoluta renuntiatione:quoniam nec precepta restitutionis ad hoc ipsum cogunt,quum ad ipsum adhuc se non extendant:quia non comprehenditur sub aliquo nouem generum personarum ad restitutionē obligatarū ſm doctores in illis versibus, Iussio consilium ⁊c. vt patet discurrenti per singula. Nisi quis crederet,ꝙ nolendo hereditatem fieret non obstans detentioni rei aliene,quum possit non renuntiando obstare:ac per hoc obnoxius fieret restitutioni. Sed hoc non videtur necessarium:quia vt sanc. Tho.in secunda secunde quest.lxij.art.vij.ad tertium dicit,tunc solum non obstare obligat aliquem ad restitutionem,quando presupponit obligationem ad obstandum in eo qui non obstat:in hoc autem nouitio nulla presupponitur obligatio,sed queritur an in eo sit. Nec apparet aliquod preceptum charitatis ad hoc obligans:sed(vt obijciendo tactum est)apparet oppositum.ex eo ꝙ cuilibet licitum est vti iure suo : et nullus omnino expers tam facti q̄ rei tenetur se inuoluere nouis questionibus et obligationibus vt alteri satisfiat. Si vero in renuntiationis actu consideretur declinatio hereditatis ad aliū vel alios, q̄uis prima facie videatur, ꝙ quicquid huic sequatur,ponderandum nō sit:eo ꝙ renuntians non est autor talis diuersionis, nec intendit eam,sed ordinario cursu concomitatur intentum a renuntiante scilicet nolitionem hereditatis. Diligenter tamen consideranti videri facile potest declinationem istam esse etsi non principaliter,secundario tamen intentam a renunciante:quoniam scit principali suo intento annecti declinationem hereditatis ad tales, et potest impedire connexionem talis declinationis,renuntiando alijs,vel modificando ⁊c. Attenta ergo in renuntiationis actu diuersimode hereditatis ad tales ꝓpinquos,verificandi via habet per quatuor supradictas cōclusiones. Quum enim huiusmodi hereditatis declinatio ex voluntate libera renūtiantis procedat, nō vt casualis sed vt per se secundo intentus effectus(vt patet ex se et ex dictis)et ex hac dependeat detētio aut restitutio alieni eris hereditati inmixti(quoniā ex ista declinatione ius hereditatis acquiritur, ⁊ dominium facti respectu eris alieni:etsi ad auaros diuersio fit,perseuerabit detentio alieni:si vero ad bonos viros fiet restitutio)cōsequens est ꝙ talis diuersio debeat sic a renūtiante ei⁹ autore modificari,quaten⁹ nullius ius ex illa violet:alioquin ipse reatum iniustitie euadere non potest. Et confirmatur: quia renūtians inquātum est autor talis deuolutionis quāuis implicite,positiue tamen disponit de hereditate infecta. Constat autem ꝙ ordinans ⁊ disponēs de hereditate infecta,immunem ab iniustitia nō se seruat nisi prudenter ⁊ fideliter disponat de ere alieno restituendo:nec ꝓstatione aut renūtiatione aliqua excusari potest. Tenetur igit̄ huiusmodi nouitius ad sic prouidēdum, vt restitutio fiat: alioquin vt mutus subtractione p̄cepti ad quod tenetur in dispositione hereditatis infecte.ad restituendū ipse tenebit̄. Nec refert in proposito an certum aut dubium verisimile sit de infectione hereditatis:quoniā quēadmodum disponens de hereditate,tenetur que constat aliena esse ordinare vt omnino restituātur:sic tenetur de dubijs bonis ordinare vt certitudo habeatur,et si aliena comperiantur reddantur:quia ad hoc teneretur ipse si hereditatem in se susciperet. Quia igitur huiusmodi libere renuntiationis nihil obstat nisi restitutio alieni.quā ante professionem fieri non posse supponitur ob sui intricationem,consequens est ꝙ renuntiatio licita sit,si annexam habet debitā prouisionem restitutionis agende: siue hoc sit propter cognitam fidelitatē bonorū propinquorū succedentium post liberam renuntiationem:vt prima conclusio dixit: siue hoc sit ꝓpter multas cautelas ⁊ fideles executores electos,⁊ alias huiusmodi circūstantias in modificata renuntiatione:vt q̄rta conclusio ꝓposuit. Et quia oppositorū eadem est disciplina,ex eisdem principijs patet illicitum esse absolute renuntiare, quando ex hoc scitur aut dubitatur ad tales restitutio eris alieni deuoluēda,qb⁹ erosa est restitutio:vt scđa ⁊ tertia ↄclone dictū est. Nec est in dubiū vertendū,an fideli̇r restituēt coheredes,qui ꝓ potiori de sua infecta nō curāt satisfacere:voce etenī dñi dī matth.vij. A fructibus eorū cognoscetis eos. Ergo in oppositum pro quanto

Ad argumenta

inferre intēdūt licitū esse absq; dispōne aliq̄ absolute renūtiare, vt ostēdū est. ¶ Ad primū ergo dicit, q̄ nouitio nō cōpetit ius absolute et libere renūciādi hereditati infectæ in oi casu: sed tūc tātū quādo ex tali renūtiatione hereditas deuoluitur ad non detētores alieni: vt ex dictis patet. ¶ Ad scdm dicit, q̄ quū in renūtiatione interueniat dispositio q̄d ī rei aliene hereditati immixte, nisi talis dispositio debitis circunstantijs fulta sit, dānificarentur ex hoc illi quibus res dʒ restitui: ac per hoc acceptio q̄d ī aliene rei suboriretur in ipso renuntiante, obligans ipsum ad restitutionē: acceptionis si quidē nomine ois dānificatio intelligitur in hac materia. Unde tenetur nouitius non debitorē se constituere, sed sic ordinare vt satisfiat: nō propter aliquā precedentem acceptionē: sed ne in ipsa dispositione aliene rei, acceptio interueniat. ¶ Ad cōfirmationē vero dicitur, q̄ ideo grauamen debitorū paruipēditur, q̄ creditoribus consueuit etiā a detētoribus alieni satisfieri, et propter contractuum cautiones, et propter suorum quinternorū fidē seruandā, et alia huiusmodi. Unde si contingeret ex renūtiatione ad tales heredes deuoluēdā esse hereditatem grauatā debitis, quos crederetur nō soluturos, et propter potētiā vel aliquid aliud non posse cogi (vt plures contingit circa grauamen legatorum ad pias causas) eadē in esset regula seruanda q̄ circa restitutionē male ablatorū dicta est. ¶ Ad tertiū dicēdum, q̄ nouitius perplexus non remanet in hoc casu: sed absoluere se absq; multa difficultate pōt ab huiusmodi solicitudinibus, etiam q̄n habet propinquos auaros, adhibendo necessarias cautelas in renuntiatione. Quod potest multipliciter fieri: vel renuntiando alijs quos nouit non detenturos alienum: vel renuntiando quidem auaris propinquis, sed substituendo alios heredes nisi intra certum terminum sub certis iudicibus discussum sit quid restituendum sit et restitutum: vel renuntiando q̄dem auaris propinquis, sed ordinando q̄ hereditas ad eorū manus prouenire nullatenus possit, quousq; tales electi ab ipso renūtiente, non inquisierint, examinauerint, iudicauerint, et restituerint quicquid restituendū est. Et quoniā nemo militat proprijs stipendijs, legare debet huiusmodi iudicibus et exequutoribus condignam et honorabilem mercedem, vt accendantur ad fideliter cuncta peragenda. Et sic horum aliquo, vel quouis alio modo recte disposita renuntiatione christum nudum nudus sequi profitendo poterit. Matheus enim nō ante restitutionem, pauperem christū pauper sequutus est, quum zacheus luce. 19. legatur restitutionem pollicitus. Nec euangelista de vsu rerum simpliciter, sʒ de affectu quidem simpliciter de vsu vero pro tunc dixit, relictis omnibus sequutus est eum: nam postmodum conuiuium magnum fecit in domo sua sumptibus proprijs. glosa quoq; illa eodem est intelligenda modo. Mediolani, die. xxix. septembris. 1500.

¶ Utrum per votū quo quis p̄mittit offerre aliquid alicui particulari imagini beate virginis, sit acq̄situm ius illi ecclesie. Quō. iij.

Queritur Utrum per votū, quo quis promittit offerre aliquid alicui particulari imagini beate virginis, sit acquisitum ius illi ecclesie. ¶ Et videtur q̄ sic. Primo: quia per promissionē acquiritur ius illi cui fit promissio: vnde potest agere contra eum qui promisit, si non seruauit promissum. sed in talibus votis fit promissio non soli deo, sed etiam tali ecclesie implicite vel explicite, ergo per tale votum acquiritur ius illi ecclesie. Minor patet ex eo, quod sic vouens intendit se obligare non solum ad offerendum deo tale quid, sed ad offerendum tali ecclesie vel imagini. ¶ Si dicatur, quod illa promissio non est acceptata a p̄latis illius ecclesie, et ideo non acquiritur illis ius. Contra hoc est. Tum quia est acceptata implicite: quoniam quemadmodum constat deum acceptare promissionem sibi factam, ita ecclesiam. Tum quia acceptatio non exigitur ad hoc quod acquiratur ius in huiusmodi: vt patet in legatis factis ecclesijs. Preterea. Si per tale votum nō esset acquisitum ius ecclesie, non posset ecclesia ipsa agere contra vouentem: sed ecclesia agit contra non seruantes talia vota: vt patet extra de censibus, ca. ex parte: et ab inno. et ab abba. ibi. et ex glo. xij. q. j. ca. scimus. et archi. ibi. Ergo.

In oppositum Est gulielmi et summe pisane sequaciumq; opinio.

Rñdeo. Quidam tenēt vel absq; ratione aliqua vel propter rationes adductas, q̄ tali voto acquiritur ius illi ecclesie, cui res offerenda vouendo decreta est: et propterea talia vota esse incommutabilia, ac per hoc mortaliter peccare commutantes huiusmodi vota. Alij vero oppositum sentiunt, dicētes hec vota esse commutabilia, sicut et cetera: quando s. necessitas vel vtilitas id exposcit. ¶ Et horum iudicio meo opinio vera est, et conformis theologorum antiquorum sententie. Vera quidem: q̄ cum ex voto nulli ius aliquod acquiratur nisi ex obligatione vouentis obligatio autem vouentis ex sola eius promissione oriatur, secundum q̄ in voto inuenitur promissio, iudicanda est obligatio et iuris acquisitio. Cum aūt in voto sint duo. s. promissio, et res promissa, et contingat q̄nq; rem promissam vnā aliam promissionē esse (vt patet in voto professionis) necesse est duo esse genera votorum: q̄dā vna promissione contēta: quedam duplici promissione munita. Et vota quidem illa que vnicā tm̄ cōtinent promissionem, soli deo, cui promissio illa necessario fit, ius acquirunt: talia autem sunt omnia vota quibus deo tm̄ aliq̄d promittimus. Vota aūt q̄ duplicē implicant promissionem (alteram vt materiam voti, alteram vt essentiā voti) duobus ius acquirunt. s. creaturis illis quibus aliqua boni p̄missio fit: et creatori, cui vouetur implenda promissio creaturis illis facta. Talia aūt sunt vota, quibus sanctis aut prelatis aliquid pollicemur: vt san. tho. in secunda secūde. q. lxxviij. art. v. docuit. In hmōi siquidē votis, p̄missio obedientie prelato, tanq̄ quoddā supererogationis bonum est res p̄missa deo, et materia voti: promissio autem qua deo ad id nos seruandum obligamur, essentia voti est, et actus latrie. Et q̄m promissio rationis actus est, expectationē pariens in eo cui fit promissio, nō pōt fieri nisi rationē habētibus: et cōsequenter nulla promissio sub voto cadere potest, nisi que creatori aut rationali creature fiat. Ac per hoc ex voto nulli potest ius acquiri, nisi creatori aut creature rationali: sola enim promissio in voto ius parit. Cū ergo in huiusmodi votis, q̄ fiunt alicui imagini crucifixi aut beate virginis etc. nulli fiat promissio, nisi deo et sancto alicui, nulli cōsequenter acquiritur ius nisi deo et sanctis. Eiusdem aūt autoritatis est dispēsare vel cōmutare promissiones factas deo et sue curie celesti: cum nō sit minor autoritas ecclesie in cōcernentibus celestē curiā q̄ in spectātibus ad eius principē. nec aliquod dānū ciuibus celestibus prouenire possit, quibus deus ipse est omnia: vnde oia huiusmodi vota cōmutabilia sunt, habita ratiōe glorie illorū sanctorū quibus promissum aliquid erat. ¶ Nec contēdat aliquis implicari in his votis promissionē prelatis illius ecclesie, ex eo q̄ res quā vouēs promittit offerre illi ecclesie, intelligitur p̄latis ecclesie promissa. Hoc em̄ falsum esse ex eo cōstat, q̄ in huiusmodi votis locus in quo implendum est votum, non cadit sub voto vt persona cui fit promissio, sed vt circūstantia rei promisse: sicut tempus et quantitas, et alia huiusmodi. Nihil em̄ aliud huiusmodi votis agitur, nisi q̄ promittitur deo talis res, tali tempore, et in tali loco offerenda: vbi patet nullam promissionē prelatis ecclesie esse materiam voti, sed tātūmodo rem talibus circunstātijs vestitam. ¶ Nec refert an tales circūstātie sint locus, tēpus, quantitas etc. an sint persone humane. Si quis em̄ vouerit nutriturum se tales pauperes christi vno die, quāuis teneatur hoc facere, pōt tamen eius commutationem procurare et obtinere, sicut et aliorum supradictorum: quia persone ille nō cōcurrūt in illo voto vt quibus fit p̄missio aliqua, sed vt circumstantia eleemosyne offerende deo: vt dicit san. tho. in. iiij. distin. xxxviij. q. j. ar. j. q. j. ad quintum. ¶ Nec oportet in huiusmodi votis obliquos nominū casus pōderare: an scilʒ vouēs dixerit secū. p̄mitto deo et beate marie offerre cereū in tali ecclesie: an dixerit, p̄mitto deo et tibi beate marie talis ecclesie offerre cereum: vt credatur per hanc diuersitatem in secundo casu acquiri ius illi ecclesie, quia imago illius ecclesie significatur ibi concurrere vt persona cui fit promissio. ¶ Hoc em̄ friuolū esse ex duobus patet. Primo: quia imaginem, vouens nō alloquitur: nisi s̄m id q̄d representat. s. beatā virginem in celo regnantē et cum non promittat nisi ei cui loquitur, ipsi soli promittitur: et sic cetera concurrūt vt circūstātie rei promisse. Secundo: q̄ omnia q̄ implicite in voto inueniuntur infra voti limites, s̄m voti rationē interpretāda sunt, nisi ex intentione vouentiū aliud habeatur. voti autem ratio deo promissionē fieri exigit. Aliā aūt promissionē vt materiam habere tūc tm̄ p̄mittitur, q̄n alicui creature rationali promissio seruāda, voto vel promissioni adiungitur: vt ex dictis patet. Constat autē ex intētione vouētiū, q̄ nō nisi vouere intendunt (quod p̄missionē superne curie creditur importare) q̄ talis promissio non adiungitur voto. Relinquitur igitur q̄ oia vt circūstātie rei promisse intelligant, et sola sup̄na curia ɔcurrit vt persona cui fit promissio. ¶ Conformis aūt theologis opinio ista est: quia indistincte communiter theologi scripserunt omne votum esse commutabile in votum religionis. Constat autem id de quo est ius acquisitum alicui ecclesie, non posse commutari in votum religionis. Non enim satisfit pensioni debite ecclesie cathedrali, si debitor ingreditur religionem: nec ab obligatione soluendi legati aut contractus, ingressus religionis absoluit. ¶ Nec acceptanda est cuiusdam glosa, dicē-

nt hoc intelligi de votis personalibus: nõ autẽ de votis realibus. voluntaria enim est. Admirandum quippe est valde si restringendum dictum commune foret, cur eorum aliquis explicite vel implicite non restrinxerit. Imo ricardus omnia ad realia vota extẽdi vult: vnum tantum excipiens: scilicet de notabili subsidio terre sancte: in quo papam consulendum dicit. ¶ Sanc. Tho. quoqȝ in secunda secunde quest. vlt. expresse sentit ꝙ obligatus voto simplici religioni imperfectiori, reus fracti voti non est si perfectiorem religionem ingreditur: quia in maiori clauditur minus. Ex hoc aperte insinuans per votum non esse acquisitum ius religioni illi imperfectiori: si enim acquisitum ius alteri religioni esset, non posset absqȝ violatione voti proprio motu aliam religionem perfectiorem ingredi: quoniam in his que alterius ius concernunt, locum non habet propositio dicens, ꝙ in maiori clauditur minus. Non enim qui debet .c. alicui ecclesie, si soluat .cl. alteri ecclesie vbi sanctius viuitur ⁊c. absolutus est a debito. Si igitur ex voto simplici non acquiritur religioni ius persone voto promisse, consequens est ꝙ nec aliarum rerum. Non acquiritur igitur ius aliquod ecclesie, ex eo ꝙ aliquid ibi offerendum vouetur (siue ad ornatum, siue ad subsidium, siue ad quodcūqȝ aliud commodum ecclesie spectet) tenetur tamen vouẽs implere quod vouit, ⁊ ibi offerre vbi se oblaturum vouit: alioquin si absqȝ dispensatione vel commutatione votum integre non seruaret, mortaliter peccaret.

Et per hec Patet responsio ad primum. Falsum est enim ꝙ in his votis fiat aliqua promissio prelatis ecclesie: iam enim patet, ꝙ cum dupliciter promissio possit in voto inueniri scilicet formaliter et materialiter. De illa que est essentia voti, constat ꝙ creatori tantum fit: materia autem voti si promissio esse debet, oportet ꝙ creature rationali fiat. Et si indispensabilis aut incommutabilis, oportet ꝙ fiat creature rationali militantis ecclesie, cui ex commutatione dammum et preiudicium fieret: quod hic non accidere ex dictis liquet. ¶ Ad secundum dicitur ſm theologiam loquendo (ad quam spectat de votis tractare) ꝙ ecclesiam posse agere contra vota huiusmodi non seruantes, potest dupliciter intelligi. Uno modo vt ecclesia agat pro iure suo contra eum qui vouit: et sic nec iure probatur, nec rationi consonat ꝙ agere possit: quia nulla sibi pollicitatione facta, nullum sibi exigendi ius congruit. Ex decretali siquidem illa hoc non habetur: quoniam ibi agitur contra eos, q̃ iam antiqua obseruatione se debitores ecclesie constituerunt ex votis emissis: cõcurritqȝ ibi obligatio votiua quasi per accidens: et quacumqȝ siquidẽ causa longis temporibus continue persoluissent certam frumenti mensurã, eadẽ questio emersisset. ¶ Autoritas autem Innoc. abba. archi. et glo. non est maior rationibus super quibus fundantur: quas cõstat non concludere acquisitum esse ius ecclesie alicui. Innoc. eñ opinans monasteriũ posse agere ɔtra eũ qui vouit ingredi illđ: fundat se super hoc, ꝙ votum est obligatoriũ. Ex hoc autem non sequitur, ꝙ illud possit agere: sed ille cui ꝓmissio facta est: deus scilicet. ¶ Abbas vero super verbis illius decretalis: scilicet cogendi, exigenda. Sed ex his nihil habetur ad propositum: quia vt patet, textus loquitur quando ecclesie erat ius acquisitum ex ipsa vouentium antiqua obseruatiõe. ¶ Gloss. vero illa, quia vniuersaliter absolute ⁊ imperialiter loquitur: dicens ꝙ ex nulla pollicitatione potest quis conueniri, nihil obstat. Quãuis sup nulla ratione fundetur si ad hoc adducatur propositum. Archi. vero predicta sequitur. ¶ Posset quoqȝ ⁊ forte melius dici, ꝙ doctores isti licet dicant ꝙ ecclesia possit agere: non tamen ideo quia habeat ius acquisitum, sed potius propter obligationem vouentium: vt patet ex rationibus suis. ¶ Alio modo contingit ecclesiam agere vt vices dei gerit, cui est facta promissio. Et hoc modo episcopus quidem ex officio agere potest contra non seruantes talia vota: alie vero ecclesiastice persone possunt indirecte agere, suggerendo in fauorẽ diuini cultus. Et quia hoc medium est inter posse cõueniri ab ecclesia: vt illi dicebant, ⁊ non posse cõueniri, vt alij sentiebant, ideo non est mirum, si diuersa senserunt: ad medium enim ex extremis venitur. Mantue, die .xiij. Martij. m.cccce.

¶ De Maleficijs.

¶ Utrum liceat maleficium soluere, opera malefici ad hoc parati vtendo. Questio .j.

Q Ueritur Utrum liceat maleficium soluere opera malefici ad hoc parati vtẽdo. ¶ Et videtur ꝙ sic. Quia necessitate exigente, licet vti iniquitate alterius ad commodum proprium: vt patet in petente mutuum ab vsurario. Sed hic nihil aliud interuenit nisi vti iniquitate alterius parati ⁊c. ergo hoc est licitum. ¶ Et confirmatur: q2 non minus malum est iurare per idola q̃ simplex maleficium: sed ſm Aug. ad publicolam, licitum est vti iuramento alterius per idola in pacis federe componendo: ergo licitum quoqȝ erit necessitate vigente vti maleficio alterius.

In oppositum Est communis sententia theologorum.

Respondeo. Quamuis presumptuosa quedam ac temeraria opinio senserit licitum esse non inducere ad maleficium faciendum, sed necessitate extante vti iniquitate parati ad maleficium faciendum propter rationem supradictam: indubie tamen ab omnibus fidelibus oppositum tenendum est. ¶ Tum propter diuinum preceptum promulgatum Leuit. xix. ⁊ xx. ⁊ Deut. xviij. prohibet siquidem in his locis recursus ad magos, ariolos diuinos ⁊c. Constat autem ꝙ tales sunt parati ad huiusmodi sacrilegia, et homines vt plurimum necessitate aliqua consueuerunt declinare ad eos. Autoritate ergo diuina damnantur recurrentes ad eos qui parati sunt malefica agere: et ⁊ mortis pena puniendi dicuntur, ⁊ abominabiles domino. Illicitum est igitur vti iniquitate sortilegorum maleficorum, ⁊ aliorũ huiusmodi ad suum commodum, quacumqȝ id necessitate, voluntarie tamen fiat. ¶ Tum propter rationem.

Ad cuius Euidentiam sciendum est, non semper licere vti iniquitate alterius parati ad peccandum, sed tunc solum quando potest hoc fieri absqȝ participatione in crimine: quando autem hoc contingat, hic sumendum est. Duo sunt genera operum que male exerceri possunt a paratis ad peccandum. Quedam sunt, que deformitatem peccati habent necessario annexam, sic ꝙ ab his non possunt etiam si vellent absqȝ peccato fieri: vt patet de meretricio actu. Quedam vero sunt que ſm se bona vel non mala sunt, que tamen ex voluntate operantium semper habent annexum peccatum: vt patet de mutuo vsurarij: mutuare enim non exigit peccatũ: sed vsurarius paratus est annectere semper mutuo vsure vitium. ¶ Ex hoc autem sequitur alia differentia, ꝙ primos actus nullus potest petere, aut cõsentire vt ab alio fiant: quia sunt ſm se mali: ⁊ ro. primo, dicitur: digni sunt morte non solum qui talia agunt, sed etiam qui consentiunt facientibus. Secũdi vero generis actus licite potest quis petere, et eis consentire: quoniam deformitatem peccati non ex se trahunt: sed voluntatem alterius adiunctam sustinent. ¶ Ex hoc autem sequitur tertia differentia, ꝙ scilicet in primis actibus non licet vti iniquitate alteri⁹: quia hoc fieri non potest absqȝ propria. In secundis vero licite potest quis vti iniquitate parati ad hoc: quia ipse petit actum bonũ (puta mutuũ) sed ille adiungit iniq̃tatẽ sibiipsi. ¶ Duobus quoqȝ modis ɔtingit maleficiũ a maleficis solui. Primo per simplicẽ dissolutionem seu destructionem malefic.j prius facti: puta dissoluendo ligaturam capillorum cum anulo ligneo ⁊c. Et hoc absqȝ dubio licitum est nec est opus malefici vt maleficus est: sed hominis scientis impedimẽtum boni proximi sui. Quoniam hic nulla euenit demonum inuocatio: sed sola dissolutio signi, quo durante diabolus statuerat, malum conseruare alterius. ¶ Secundo per inuocationem demonum, seu aliud maleficium. Et hoc est absqȝ dubio peccatum mortale: ⁊ est opus malefici inquantum maleficus. Et quia tale opus non ex voluntate malefici, sed ex necessitate deformitatem peccati sibi coniungit, ideo non solum agentes, sed petentes ⁊ consentientes, peccato se subijciunt. Et ideo quamuis liceat debita prudentia adhibita, ire ad maleficum, ⁊ rogare vt factum maleficiũ destruat simplici dissolutione: non tamen licet ire ad eum, petendo vt alio maleficio aut inuocatione demonum primum destruat. ¶ Nec etiam licet absolute ire ad maleficum, ⁊ absolute petere vt succurrat maleficiato. Tum quia malefici op⁹ vt sic petitur, quando absolute petitur sicut cum quilibet alius artifex exposcitur. Tum quia particulare opus necesse est petere, ⁊ nõ vage relinquere arbitrio viri diabolici petitionem propriam.

Et per hec Patere potest responsio ad obiecta: Tunc enim tantum licet vti iniquitate alterius ad proprium commodum ⁊c. quando petens petit actum bonum vel non malum, sic ꝙ potest a rogato fieri absqȝ peccato: quemadmodum cõtingit ⁊ in acceptione mutui sub vsuris, ⁊ in postulatione pacti pacis cum infidelib⁹. Ille enim petit mutuum, quod potest gratis ɔcedi: ⁊ hic petit fedus pacis, quod potest ab illis principibus fieri ⁊ stabiliri absqȝ peccato, veniendo ad fidem ⁊ iurando per verum deum: quamuis sciatur neutrum id velle facere absqȝ peccato: quia parati sunt ex bonis petitis sumere occasionẽ

peccandi. Sed a maleficiis id quod petitur, fieri non potest absq; peccato: quoniam subuentio demoniaca petitur necessario ab his qui non possunt aliter subuenire q̃ per demonum inuocationem. Mediol. die. xxvj. martij. 1500.

¶ De spasmo gloriosissime virginis marie matris dei. Questio.

Supplicantibus quibusdam, in diligentiaq; petentibus in festo spasmi beate marie ⁊ eius octauis (quod celebratur a dominica in passiõe vsq; ad dominicam palmarum inclusiue) iussum est, vt ego consulerem, si id quod dicitur de spasmo sit canonicum: cui precepto pro eo ac debui confestim obtemperans, quid mihi videtur ⁊ qua ratione, scribere curaui, quatuor dicturus. Primo, quid intelligatur ratione spasmi beate marie. Secundo, si illud fuit spasmus proprie dictus. Tertio, si fuit spasmus vulgariter. Quarto respõdebitur directe q̃sito.

Quo ad primum Cum saluator noster tempore passiõis exiuit a domo pilati in caluarie locum, baiulans sibi crucem (vt dicitur ioan. xix.) et tres alij euangeliste (vt patet math. xxvij. ⁊ mar. xv. ⁊ luc. xxiij.) narrant simonem quendam cirenensem angariatum, vt portaret crucem domini, euidenter elicitur q; saluator noster adeo debilitatus erat q; crucem solus toto itinere portare nequijt. ¶ Sed preter hec que ex euangelio habentur, scriptum inuenimus, non tamen authentice, q; saluator noster ante angariatum simonem, sub cruce cecidit: et quod beata virgo mater eius compatiens, etiam cecidit spasmata ⁊ q̃ ad perpetuam memoriam edificata est ecclesia ibi, vocata sancta maria de spasmo. Festum igitur spasmi beate marie significat festum illius tristitie in illo casu habite, ⁊ tante asserte quod fuerit spasmus. Hec de primo.

Quo ad Secundum spasmi nomen dupliciter sumit. Uno modo proprie: vt sumitur a physicis. Alio modo vulgariter: vt communiter idiote consueuerunt dicere aliquem cecidisse in spasmo. Prius ergo de spasmo proprie dicto videamus, si in beata virgine fuit. Videtur enim q; in ea fuit vel esse potuit: q; posita causa, ponitur effectus: sed excellens dolor quandoq; est causa spasmi s̃m auicẽ in tractatu de spasmo. igitur cum dolor christi beate virgini fuerit maximus: vt patet per damas. in lib. iij. dicentem, q; dolores quos mater domini euitauit in partu, passa est in passione filij: tunc enim impletum est illud simeonis luc. ij. ⁊ tuam ipsius animam pertransibit gladius. ergo potuit causare spasmum proprie dictum. ¶ Sed si diligentius consideretur, neq; litere neq; rationi hoc consonat. Dissonat quidem a ratione beatã virginem egritudinem aliquam passam fuisse. Tum quia similis debet credi filio per omnia quantum fas est: de filio autem testatur chriso. quod non fuit conueniens ipsum aliquo morbo languescere. Tum quia hoc prestitum videtur ioanni euangeliste: dicente hierony. in prologo euangelij io. q; positus est ad patres nostros tam extraneus a dolore mortis, q̃ a corruptione carnis inuenitur alienus: spasmum autem proprie constat esse morbum contrahentem neruos: non igitur conuenit ipsum asserere in beata virgine. ¶ Dissonat quoq; a litera euangelij, nam ioan. xix. dicitur, q; beata virgo stabat iuxta crucem: ⁊ si spasmum (idest neruorum tam dirã contractionem) in itinere passa est, quomodo tam cito liberata ad crucem, venit, nec sedet sed stat: presertim non subtracta, sed potius crescente causa doloris spasmantis? Nec currendum est ad miracula: sed quod verisimile, ac rationi consonum, dicendum. ¶ Nec large putes euangelistam dicere stantem, quasi dixisset manentẽ. Tum quia euangelista replicat subdens: cum vidisset iesus matrẽ ⁊ discipulum stantem. Tum quia consuetudo litere euangelice est quando rem gestam narrat proprietatem situs designare: vt patet ioan. j. de ioanne baptista: stabat ioannes ⁊c. ⁊ ioan. iiij. iesus ergo fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontem: hora autem erat quasi sexta ⁊c. ⁊ luc. xviij. duo homines ascenderunt in templum, vt orarẽt, vnus phariseus ⁊ alter publicanus. phariseus stans hec apud se orabat ⁊c. ⁊ infra. ⁊ publicanus a longe stans: ⁊ infra. stans autem iesus iussit illum adduci ad se. Et nisi nomina proprie interpretemur, omnia confusa erunt: vt philosophus docet. iiij. meta. ¶ Tenendum igitur indubie mihi videtur, q; nec neruorum contractio, nec morbus alius in beata virgine fuerit. Et quãuis dolor ingens spasmum causare possit, non tamen necessario causat. potest enim ⁊ nõ causare spasmum: vt patet in saluatore nostro, cuius dolor fuit maximus absq; spasmo. Hec de secundo.

Quo ad Tertium: quia nominibus est vtendum vt plures vtuntur secundum philosophum. ij. topi. non inconuenit etiam de spasmo vt vulgus loquitur tractare. Dicitur igitur vulgo spasmatus aliquis cecidisse, cum pre doloris magnitudine syncopim seu extasim patiens cadit: occurritur enim tunc ad sustinendũ, ⁊ aqua in vultũ aspergitur. Et iuxta hũc sensum, crediderim ego dici beate marie spasmum. Huiusmodi autem doloris modum in beata virgine fuisse, ex magnitudine sue tristitie credi potest. ¶ Sed reuera neq; isto modo spasmus in beata virgine fuit: cũ enim fuerit gratia plena luc. j. oportet illos corporales defectus de ea negare, qui plenitudinem perfectionemq; gratie impediũt. Cõstat autem q; dolor extra se personam faciens, exercitium rationis impedit pro tunc: ⁊ tunc erat tempus maxime actualiter secundum rationem considerandi passionem christi. Igitur huiusmodi dolor gratie perfectionem secundum actualem considerationem rationis turbasset: quod est valde inconueniens: non fuit igitur huiusmodi casus in beata virgine. ¶ Et confirmatur. q; gratius erat deo, q; beata virgo compateretur et secundum rationem q̃ secundum partem sensitiuam: quia illa pars est nobilior ⁊ proprie meritoria, ⁊ per se grata. Oportuit ergo vt dolor beate virginis itaesset summus, q; tamen tota pars sensitiua regularetur ⁊ subderetur rationi eius vigilanti: stante aũt rationis exercitio ac dominio actuali super partem inferiorem, non accidit dolor extra se faciens personam ⁊ casum. Quare spasmus vulgariter dictus longe a beata virgine videtur fuisse. Hec de tertio.

Quo ad Quartum: ex supradictis motus, dico ad quesitum id quod de spasmo dicitur, non esse canonicũ multipliciter. Tum quo ad radicem: quia non est authentica. Tũ quo ad veritatem significatam per nomen: quia spasmi nomen, nec proprie propter dignitatem corporis, neq; vulgariter sumptum propter dignitatem anime, verificatur. Tum quo ad tempus: quia vestigijs sanctorum patrum inherendo, dominica in passione ⁊ dominica in ramis palmarum, etiam si festum annunciationis beate virginis euenit, non celebratur, sed transfertur: sunt enim priuilegiate dominice ille. Et tamen isti non quandoq;, sed perpetuo, prefatis diebus volunt noua festa celebrare, ⁊ consequenter antiqua delere. Octaue quoq; si iuges illo tempore permittũtur, misse quadragesimales aliaq; vetusta officia, cessare possunt. ¶ Accedit ad hec q; cum in cena domini sacramenta corporis ⁊ sanguinis christi instituta noscantur, ecclesia tamen transtulit festum corporis christi in aliud tempus; quoniam circa corporis christi venerationem illo tempore occupata, distrahi in alia quãuis bona non debet. Unde si festum doloris beate virginis celebrandum est, in aliud iudicio meo tempus ⁊ nomen mutandum est. ¶ Hec sunt reuerendissime. d. que mihi visa sunt in re hac dicenda. Apostolice tamen sedis censure omnia submitto. Rome, die. xvij. iulij. 1506.

¶ Tertij Tomi opusculorum Thome de vio Caietani, Cardinalis sancti Xisti, Finis.

¶ Index opusculorum tertij Tomi.

¶ De celebratione misse, Questiones due.

¶ Capitum tractatus de precepto eleemosine index.

¶ Tractatus de monte pietatis capita.

¶ Tractatus de Cambijs capita.

¶ De Simonia, Questiones tres.

¶ De Voto, Questiones tres.

¶ Indicis tertij Tomi finis.

Sex orationum Thome de vio Caietani, Cardinalis s. Xisti, Opusculum.

De vi cultus diuini, corā alexandro. vj. pont. max. dñica prima aduētus ãno salutis. 1501. habita, oratio prima.

RESpicite et leuate capita vestra luc. xxj. cap. Ingenij mei vires metitus S. ac B. pater mihi ipsi satis esse ad dicēdum coram maiestate tua, pollicitus nō sum. Noui siquidē quanta mētis acie, quāta orandi arte et consuetudine, quanta disciplinarum omniū vbertate opus sit, vt in hoc celeberrimo orbis senatu dignus quis ad orādū habeatur. Nec adduci potui, vt mea huc sponte conscenderem, sed malo parendo tanto me discrimini credere, q̃ minus auscultando in tuto silentij portu me commorari: presertim q̄ nō aduentitium, sed ꝓprio annexū officio muniis explēdū est. Verū qr etiā ignorantibus quid agere debeamus, hoc superest refugij vt oculos nostros ad patrem luminū dirigamus, eius opem quo vberius impetremus, reginam celi vna precor adeamus. Aue maria ꝛc.

EXcitaturus torpentium corda fidelium dñs ac redemptor noster ꝓdigia illa tremenda commemorauit, quibus vniuersus conquatietur orbis: ꝛ vbi cunctorum animos ingenti pauore soluendos respexit, tremefactis discipulis, orationis protinus patefecit auxilium. Respicite inquit mētis proculdubio lumine, ad quam maxime spectat oratio, ꝛ leuate capita vestra, intellectum ꝛ affectum ad superiora erigite. his nāq; partibus suis, duabus veluti librata alis, tribunal altissimi mens petit humana: cuius nimirū ascensum ꝓprie orationē appellamus. Ea de re a dñice exhortationis instituto nequaq̃ diuertens, de vi orationis aliquid in mediū afferendū censui, qđ ꝛ tāto cōsessu indignū nō sit, ꝛ mentis vtrāq; piē vel mediocriter oblectet. Apud maiores nostros, eosdē studiosissimos viros, nō negligēda illa ambiguitas excitata iampridē fuit: quis votorū mortaliū precūue ad deum proprius fructus sit: quorsum orationes, obsecrationes, cerimonie, sacrificia, omnisq; dei optimi maximi cultus. Epicurei siquidem, stoici, peripateticorūq; nōnulli (diuerso quāuis calle) contra deū hominumq; cōmercia ꝓgressi sunt: in eā tñ sententiā cōuenere, vt eorū qui diuinis rebus operā dant, spem oēm deludāt. Frustrari nāq; expectationē lachrymarū, oblationū, venerationū, ꝛ id genus humanoꝝ officioꝝ omniū asseuerāt. Egyptij vero, supplicationibus, ꝓcessionibus, reliquoue diuinarum reruꝫ cultui eam tribuere potestatem, quo ipsum mundi rectorē mouere, atq; in alterutrā partem flectere posse crediderint. Christiana aūt religio spūssancti virtute fundata, ꝛ splendore pariter illustrata, orationuꝫ effectus tam pulchre moderata est, vt neq; diuine ꝓuidentie quippiā ademptū autumet, neq; mobilem eam quouis pacto fateatur. Quocirca pro huius tante difficultatis veritate disputanda prouinciam suscipiens, primum quod oratio in numero causarum, deinde quod in effectiuarum ordine, demum quod in suprema earū sede locanda sit, disserere constitui.

Omnipotens deus etsi solus quecūq; facta infectaue simul nō implicant, efficere potest: quēadmodū tñ diffundēde bonitatis sue gratia. res oēs quecunq; sint existentia donauit, ita res fere cunctas omni relegata inuidia ad supremā deitatis participationem asciuit, dū agēdi eis virtutes liberali largitione cōcessit: ꝛ tāto federe secūdas sibi cās deuinxit, vt nec illius immēsitas quātulancūq; efficaciā absorbēdo cōsumeret, aut ꝓueniēdo impediret, nec harum interuētus illius ad vltima queq; aditū obstrueret. Illapsus n. qđā diuini numinis adeo intime fit, vt celū ac terras camposq; liquentes, Lucentēq; globū lune, titaniaq; astra, Spiritus intus alat: totāq; infusa per artus Mēs agitet molē, ꝛ magno se corpore fundat. Distribuit quoq; ea lege totā agentiū seriem in tres ordines (corruptibiliū, celestium, ꝛ immaterialiū) vt ꝛ inferior superiori obtemperet, atq; ex ea quinpotius supra oēs, ipse totius orbis princeps moderator ꝓuideat: neq; n. fas est alijs primam cōnumerare causam, quasi partis cuiusdam naturam locūq; teneat: qñ totius bonitatis fons, origo, custodia, consummatioq; sola ipsa existit. Quāobrem preclare aristoteles gloriosum deū summū bonū vniuersi, nō in ipso clausum, sed extra ipsum tradidit. Nec ipsius sola natura, cuiusq; naturalis ordinis legibus est absoluta, verum diuinas etiam quasdam participationes fatemur exemptas. Credimus modū quēdā rerum esse, quas etsi impartiri plerisq; intellectu preditis nō ambigimus, cōnaturales tñ alicui nulla autoritate fieri posse predicamus, docemus, demonstramus: sunt autē gratia, charitas, lumē glorie, ꝛ id genus multa. Que idcirco super omnem eleuantur naturam ꝛ creatā ꝛ q̄ creari posset, qr diuinum assequuntur ordinē veluti deitatis (si fas est dicere) ꝓprietates. Eodē quippe nature vinculo, quo vltime ꝓparationes, cōsequētesq; vires ꝓprio cōnexe sunt formis, ꝛ parē esse oportet nature cuiusq; ꝛ comitū cōlocationē, eodē inquā vinculo, que memorauimus, excellētissime illi nature cōiunguntur diuine: nec minus vis oīs seipsam excedens illius fieri consors potest essentie, q̃ rerū harū fiat participio insignis: nec deitatis capax esse quisq̃ magis potest q̃ earūdē perfusione reddatur. Has itaq; creaturarū eminētissimas qualitates, naturaliū causarū ordines transcendere ea fatendū est ratione, vt inter causas secūdas annumerate, primatū obtineant. Vniuerso itaq; agentiū principiorum ambitu, quo disseruimus modo disposito, quam promisimus orationum causandi vim, diuersos causarū gradus inuestigando, perscrutemur. Familiaribus quidem nobis rerum principijs ꝓducēdum si quid est, calore resolui, frigore cōprimi, humido fluere, ariditate sisti, raritate extendi, densitate cōstringi, affectionibus reliquis subijci, fluxa atq; oppressa pugnantium inter se virtus exigit. Mens autem cuius orare proprium est, quārū hec aspernetur, his ꝓsiet, horū infra se subiecerit potestatē, nec illos quidem latet, quibus phia. sensuum quoq; opera ab his libera esse mōstrauit, sꝫ quibus in semetipsis vel hoc aduertere datū est, q̄ immutati cōtēplemur. Paulo superius artiuꝫ genus, organorū series secreto vehit nexu: hisq; ademptis otiosi redduntur opifices. At qui optimā elegerint marie partem, exterioribus sese negātes, publicas priuatasq; actiones sollicitudinesq; recusant. Bonorū deinde officiorū virtutis, morū, totiusue animi ornatus, que indita a natura semina sunt, intra singulos quosq; cōtinentur: neq; fieri potest, vt altero voluptates a se abdicāte, parsimoniā sectante, iram moderante, timorem depellente, ius vnicuiq; reddente, discipline cuiusuis operā dante, mentēq; quomodolibet excolente, continens, temperatus, mānsuetus, fortis, iustus doctusue efficiatur alius. Diuinarū vero obsecrationum vis, in angusto orantis angulo nō arctatur, sed ad extrema queq; diffunditur, omnia perlustrat, cunctorū fines attingit, penetrat pertransit. Syderea quoq; potestas quinte integratur essentie, a terminis astrorū, cursu, luce, occultoue influxu perficitur. Supplicationes vero sacras, celestis nature motus, luminis influxusq; expertes vtroq; patet esse modo: agere eñ nostra isthec celestium more nemo (nisi desipiat) credit. Agi autem superiorū corporū afflatu opinantes intellectiuā anime portionē (vt princeps physicorū ait) a sensitiua separare nescierūt. Intelligētie demuq; (quas angelos appellamus) aut absq; orbis motu efficere possunt nihil, aut certe solis localibus (vt theologis placuit) presunt mutationibus. At precibus puro de pectore emanantibus hominum, subdi omnia, obsequi, subterfugereq; nihil earum imperium, veritas testatur. quicquid orātes petitis, credite inquit, quia accipietis ꝛ eueniet vobis. Quapropter si naturales, factiue, actiue, celestes spiritualesq; cause, nostrarum intra se non claudunt orationum potentiam, solusq; supernaturalium diuinarūq; ordo supersit, in hoc rerum fastigio humanarum precum si cause sunt, reponendam esse dignitatem mētēq; quis nō videt? Uerum cum altissima sit isthec rerum series, creatorisq; soli cognata, fieri quo pacto potest, vt obseruantie huiusmodi (humana quidem facta) nostro subdite arbitrio, in tam excelso rerum cacumine locande credantur? Incredibile autem dissonūq; ne cuipiam hoc esse videatur, humana vota bifariam perspicienda sunt: vt hominis nuda opera, atq; iterum vt celestis gratie afflatu decorata. Nostra si conspecta fuerit, congenitam boni cupidinem ad bene beateq; viuendi facultatem pre se ferunt, ꝛ veluti semina terre commēdata, sole, imbre, rore, cultuq; reliquo pullulant, crescunt, florescunt atq; fructificant: non secus latens in homine spiritus, frequenti officio disciplina, studio, diligentiaq; excultus

quicquid virtutis exculpi potest.proferet,fouebit,alet.atq; perfi-
ciet. ¶ Et quia natura superuacanea abhorret, nec ratio suadet
alterius opem querere vbi possis ipse pficere,nulla adhuc suppli
candi necessitas,nulla tot precū vtilitas appet. Quo fit.vt post-
habendi penitus nō sint magno excellentiq; ingenio prediti philo
sophi,si ad vulgares compescendas insolentias,ad effrenē mode
randam audaciam, ad bonos inferendos mores,cultum isthunc
adhibendum tradiderunt. Insitas scrutati vires, singularem de
hominis salute clementissimi dei solicitudinem,ex qua nostrarum
petitionum oritur efficacia, promissamq; eterne vite beatitudinē
que eisdem fructum prebet,ignorarunt:abscondit enim hec deus
pater archana a sapientibus et prudentibus huius seculi, que
suis erat paruulis quandoq; reuelaturus. Ornata autem huma-
na mens gratia,fide,spe,charitate,ceterisq; perfusa celestibus ha
bitibus,prime summeq; bonitatis amore rapitur. illius intuitum
concupiscit,inhiat,anhelat. Et quia oculus non vidit, nec auris
audiuit,et in cor hominis nō ascēdit quod preparauit deus diligē
tibus se:et non modo debilis,infirmus,deficiens omnium homi-
num et angelorum conatus, verum etiam nullus fore comproba-
tur:hinc potentissimi dei inuocanda est manus.hinc implorandū
auxilium.hinc expetendus ducatus.hinc miris quidem,veris ta-
men modis,et immoto consilio diuina exoratur clementia, et ora-
tionum nostrarum non perit efficacia. Quemadmodum enim ge-
neri animantium inanimatarumq; rerum omniū est a natura tri
butus appetitus quidam inquirendi boni, id tamen assequi ne-
quaq; potest,nisi secretis adhibitis adminiculis ab eo qui opera
tur omnia in omnibus,eousq; ducatur:ita sane concitata in nobis
per spiritumsanctum summi boni desideria, expletum iri humili
intercedente postulatione congruit. Exposcit nanq; diuinitatis
perspecta lex,ab optimo omnia nedum prona ad bonum fieri.sed
opem sortiri.qua sese ad id diuerso ferant gradu:si enim effusa di-
uine bonitatis quantulacumq; similitudo res omnes constituēs
atq; decorans secum affert,nisi contingens quippiam prepediat
innati cuiusq; appetitus finem voluptatemq; nature. quanto ma-
gis impressa sanctissime trinitatis imago ineffabili gratie splendo
rem coruscans conferet, vt quem a facie domini concepimus et
parturiuimus spiritum salutis,proprijs nexibus quandoq; paria
mus. Cōmonentis preterea officiū est,si quos ad optandum,ag-
grediendum,agendumq; impulerit,eorundem electione,aggres-
su,actione,vti,ceptaq; quo ad eius fieri potest,perficere: propter-
ea quidem qua ratione mouentur singula eadē et quiescunt. Natu
ra etenim lata,natura assequuntur,natura manēt: vi aūt expulsa,
vi trahūtur,viq; cōsistunt. ¶ Fecit aūt sapientissimus de⁹ nos ad
se,et inquietum est cor nostrum donec requiescat in se. Scim⁹ nā-
q; ꝙ omnis creatura ingemiscit et parturit, et intra nosmetipsos
gemimus adoptionem filiorum dei: expectantes redemptionem
corporis nostri. Suum igitur erit,pios quos inseruit affect⁹, qui-
bus ad eum suspiramus,quos petendo accendimus non exclu-
dere,sed admittere.fouere,beare. Cur rationalis creature sublimi
tas scribitur,predicatur,extollitur,vt diuine nature consortes, vt
filij dei nominemur et simus.si dei cooperatores non sumus? Si
ad capessendum paratum nobis ab origine mundi eternitatis re-
gnū opera nostra efficiunt nihil, miserabiliores profecto non mo-
do rationibus, sed vilissimis etiam quibusq; rebus filij dei sunt:
si reliquorum forme actiones et fines paritate congaudent.eis ve-
ro accepte nature ad quietē obtinendā omnis actio subtracta sit.
Quorsum diuine amicitie munus humano collatū est gnī.si ami
corum iura seruare nō pñt?si cuiusq; hominis apud deū nulla est
autoritas?si qđ optat quis optimū potētissimi dei amicus effice-
re neq̄t?si equa est petentis atq; nō petentis cōditio,et par vtrius-
q; facultas?Prestare nēpe obsecrantē nō id infert,vt aliquid ve-
lit aut malit immutabilis deus:sed vt opa nostra fiat qđ alias fa-
ctū nō fuisset.sed vt accōmode cause efficiendis adhibeantur re-
bus. Secundarū quippe causarū leges qui norunt,nō ideo negāt
vanas esse,ꝙ summi opificis potētiā augeāt aut volūtatē mutēt:
sed q: status ordo seruat.q: effect⁹ cognatas etiā hñt causas, q:
a summo bono descendūt consono gradu rerū perfectiōes. ¶ Ita
nāq; sapientia attingit a fine vsq; ad finē fortiter,et disponit omnia
suauiter. Proinde q̄ seruorū dei paupertatē.celibatum.seruitutē,
ieiunia,vigilias, solicitudinem, orationes,ceterosq; superne vite
gratia susceptos labores despiciunt, et causare nihil contendunt,
defendant vana esse singula hominum studia : accusent auidos
agricolas,arguant solicitos negotiatores,milites. omnium artiū
opifices,et varijs literarum disciplinis operam dantes, damnent
ipsam deniq; naturā:q̄ sicut ad vite status gsteq; commoda posti-
denda,laborandū esse suggerit. sic ad felicitatē habendā orandū
esse docuit fidelissimo nature testimonio.omniū nationū, omniū
prorsus seculorū ritu cōprobāte:neq; enim vel noua vel singularis
obsecrationū est religio.sed etates tempora ciuitatesq; si recense-
as,vetustissimā hanc obseruationē totoq; orbe terrarū diffusam,
tametsi diuerso cultu,semper inuenies. Quod aūt indeficiēs apō
omnes perseuerat,a natura inditū,aut immobiliori aliqua causa
institutū esse,oim philosophantū schola cōfirmat. Nō vana itaq;
nec parua ptāte donati sumus,qñ interpellande nobis diuine ma-
iestatis facultas concessa est,qñ nostre orōnes nostri explendi effi
ciunt cause desiderij:hoc de prio qdē diuisiōis mēbro diximus.

Deinceps Ut erat ppositū,ad qđ gen⁹ causarū referē-
da sit oratio,paucioribus absoluam⁹. Quā-
uis. P.b.arguta dicta q̄ disserimus scioli plerīq; putent: retunde
re tamen q̄ assentire malunt. Causarum inquiūt genus quadrifa
riā diuisum cū sit,vestra isthec religiosi earū cōtinet ambitu,quā
deniq; subincausandi rōnē:finis,forma et materia eoꝝ q̄ in sacrifi-
cijs obtenta credunt,ab humana longe sunt opera:efficiēs ꝯo cū
oporteat rē aliquā dare factis,et hominū vota nil orōne tribuāt im
petrantis,pcul esse ab agētiū finibus fatendū est. Deficiunt preter-
ea nunq̄ aut certe raro,rerū per se actiua,oratur aūt plerūq; expe
ctatione vana.fortuita igit̃.aut nulla hmōi cultus vis est. ¶ Aiad-
uertissent profecto hi argumentationū suarum quam friuola sit
ratio,si mētis oculos ad geminā contexissent sectionē. Alterā agē
tis in disponēs,adiuuans,cōsulēs,et pficiens:alterā modi agendi
in imperiū,suffragiū,atq; ministeriū. Relucet in his agentis nole
etiā suffragantē admitti,nec eīn duntaxat dicit̃ dare q̄ tribuit,sed
et qui interpellat vt detur. Nec ab re:vt enim precipiēs effectiuum
esse cōstat quia obtēperantē exequutorē ad agēdū pmouet)sic et
petens q̄ actorē ad faciendū flectit:quia et apud grāmaticos idem
imperatiuus et depcatiu⁹ est modus. ¶ Nec indignū rōnali cen-
seas creatura,ꝙ reliquis quietum esse ex proprijs viribus sit a na
tura collatū,ipsi autē tam humili actione alienā opē implorare ne
cesse sit. Meminisse eīn opꝫ quā in ardua difficultate de celesti-
bus motibus disserens autor peripatheticorum protulit sententiā:
meliorem inquit fore egrotantis fortunam compluribus auxilijs
perfectam assequi sperantis valetudinem,q̄ paucioribus exiguā.
Librandas rerum naturas ex hoc voluit,non quia potiundi boni
potentia est maior,sed q: bonū potiundū est mai⁹. Nō minor itaq;
rōnalis est creatura,ꝙ externo destituta auxilio optimum in tota
natura consequi non valet:sed eo altiorem conscendit gradū,quo
excellentior et omni cogitatu superior illi felicitas pposita atq; pa
rata est. ¶ Non officit etiam,ꝙ nostris optatis plerumq; oratio nō
respondet:causarū enim nō quomodo sed rite dispositarū lex est,
nunq̄ aut raro deficere. Uegetabilium quippe semina non aliter
q̄ vdis mandata sulcis suo tempore,opportunaq; diligentia ex-
culta,obtinent,vt sepe fructus afferant. Sol cū homine hominē,
cū leone leonē,cum singulis animātibus singulorū genera semp
fere generat,modo qdā nō desint pparationes. Quocirca si diuīm
precātes nulla affectio causarū more,efficaces saltem frequenter
redderet,merito causalis eos ordo a se abdicaret:sed cum eorum
tantus sit vigor,vt totus assit orationis effectus non sine quo in-
cassum agant,sed cum quo fructum referant expectatum, iure in-
ter effectiuas causas locum sibi vendicant. ¶ Accepimus vero pe
tentes pie,perseuerāter,pro se necessaria ad salutē obtinere nō se
pe,sed semp efficere qđ cupiūt. Pie qdē petendū est : alioqn licet
multiplicauerimus orationes,petimus et non accipim⁹,eo ꝙ ma-
le petamus:qui enim declinat aurem suam,ne audiat legem, ora-
tio eius erit execrabilis:et cum is qui displicet, ad impetrandum
mittitur,irati animus ad deteriora prouocatur. Dedit equidē po-
stulantibus regem in furore suo,et respexit in orationē humilium,
qui voluntatē timentiū se facit,et depcationē eorū exaudit. ¶ Per-
seueranter aūt:qm pater misericordiarū,et deus tot⁹ cōsolationis
rogari instantissime vult,ne oblata aut illico impetrata vilescant,
et nosipsos ad percipienda promissa deuotionis igne accēsos p-
paremus. Clausis ostijs intempesta nocte se puerisq; suis som-
num capientibus, euangelicus amicus post negatum mutuum,
post increpatam molestiam,improbitate pulsantis victus, quot-
quot opportunitati fuerāt panes elargitus est. ¶ Pro se vero:quā-
doquidem obstare eius cui petimus aut oramus scelera,ne etiam
sanctorum preces admittantur,hieremie cōtestat⁹ est domin⁹: tu,
inquit,noli orare pro populo hoc,nec assumas pro eis laudem et
orationem,et non obsistas mihi.quia non exaudiam te. Et rursus:
si steterint moyses.iob et samuel coram me,non est anima mea ad
populum istum. ¶ Necessaria demum ad salutē eternam petenda

funt:qd eni reliquorũ oremus sicut opz nescimus.nouit autem ce-
lestis medicus,quid egris salubre sit:ꝛ idcirco sepe non tribuit qđ
volumus,vt tribuat quod mallemus. Si enim nos cum simus ma
li,nouimus bona data dare filijs nostris,nec credentibus se pete-
re panem,ouum aut piscem,lapidem,scorpionem aut serpenté por
rigimus:quanto magis pater noster celestis,que ob futura videt
clementius negat q̃ indulgeat. Jacobus ꝛ ioannes indiuidui chri
sti comites,dextram leuãq; regni sedem petituri mittunt,ꝛ audiũt
nescitis quid petatis. Paulus vas electionis stimulum carnis sue
angelum sathane egre ferens,ter domino rogato pro illius abla-
tione exauditus non est:quia si illo caruisset,saluus esse non potuis
set. Efficit ergo semper optatum,modo suis partibus constet ora-
tio:reliquum est,vt in suprema sicut premisimus reponatur. Tan-
ti nos fecit munificentissimus deus,vt ex infimo genere .vota hu-
iusmodi in altissimo post se causarũ solio,omni ei creatura subacta
statueret,declararet,factisq; comprobaret. Oratione namq; terra
aperta est,ꝛ deglutiuit dathan,ꝛ operta congregatione abirõ rur-
sus clausa est. Jordanis vnda per petram suum meatũ retorsit, ter
mensibus sex ꝛ annis tribus serenitatem seruauit,ignis a castroꝝ
combustione cessauit. Oratione grando,tonitrua,pluuia,musce,
rane,locuste fugate sunt,rebeccha a sterilitate soluta,maria a le-
pra mundata,ezechie ꝛ rursus illuminati syri,ezechie ter quini ad
iuncti sunt anni,vita functi pueri reuixerunt . Oratione moyses
amalechitarum profligationem,sanson extremum robur,salomon
sapientiam,daniel visorum reuelationem,hester assueri gratiam,
mardocheus populi liberationem,susanna intentate mortis vltio-
nem obtinuit. Oratione sol commoratus in celo,longiorem trium-
phanti populo diem prestitit:solis recessus in decimum pertransi-
te vie gradum,isaie vaticinio testis affuit. Oratione immanissimus
draco,cui permissum est animas seducere,in angustum deserti car
cerem detentus est , demonum genus apostolice autoritati resi-
stens eijcitur,angelus domini centum octogintaquinq; virorum
milia interemit,michael iudeis presidium tulit,gabriel danielem
solatur,raphael thobie lachrymis affuit:sed quid per creaturas
vagor:creator nempe ipse humillimi famuli sui oratione detentum
se fatetur:dimitte inquit me,vt irascatur furor meus. O humilis
lachryma,quanta est potentia tua,vincis inuincibilem ,ꝛ superas
omnipotentem. Tua sunt hec deus optime opera,qui seruos tuos
tam ineffabiliter magnificas:quippe cum eorum interpellationi-
bus desiderijsq; vniuersam subieceris creaturam,tu amicos tuos
tam admirabili gloria decorasti,vt quicquid a natura,virtute, for-
tuna,spiritu,atq; a temetipso expectandum est, hoc totum illorum
votis commiseris. Uere misereris omnium domine,ꝛ nihil odisti
eorum que fecisti:quandoquidem ceci illius in christum tuum ad-
huc caligantis sententiam(qua diximus scimus quod peccato-
res deus non exaudit)dum nabuchodonosor,achab,publicani,pe
triq; preces admittis confutasti,ꝛ ad flagitiosos quosq; exorandi
munus extendisti. Habet itaq; ecclesia tua. B. P. sacrum cultum
non vanum aut fortuitum,sed inter causas effectiuas supremi or-
dinis omnia sua ditione concludentem . Nec in vacuum obsecro
tantam dei gratiam,largitatemq; recipiamus.regnum tuum do-
mini iesu est oratione comparatum:dicente ad illum patre,postula
a me,ꝛ dabo tibi gentes hereditatem tuam ꝛ possessionem tuam
terminos terre.idem est eiusdem oratione confirmatum:dicente ip
so ad petrum:ego rogaui pro te,vt non deficiat fides tua: propter
quod ro.ecclesia immaculata fide perseuerat. Collapsum ergo idẽ
preceps ac prope ruinã cum videamus,experiamur, sentiamusq;
sursum respiciamus ꝛ leuemus capita nostra. Oremus mente, ore
mus ꝛ spiritu:ne vox illa repetatur,populus hic labijs me hono-
rat:cor autem eorum longe est a me:cui debetur omnis honor et
gloria in secula seculorum. Amen.

¶ De vnione verbi cum natura humana, coram eodem alex.6.dominica prima aduentus anno salutis.1502.habita, Oratio secunda.

VIdebunt filium hominis cum pote-
state magna ꝛ maiestate, Lu
ce.xxj. ca. ¶ Admirabile sacramentum , quo fi-
lius dei se nostra cum humanitate coniunxit.dio
ny.ariopagita. B. P. profundius sensit,q̃ a nobis
explicari possit. Silentium tamen ob hoc no-
bis non indixit,sed mysterij altitudinem commẽ
dauit. Quamobrem studiosas mentes que ad difficillima queq;
perscrutanda sese rapiunt prouocauit ad huius tante rei contem-
plationem non minus salutarem q̃ difficilem. Tali concitatus de
siderio statui apud me de ipsa vnione verbi cum natura hominis
aliquid tam subtiliter tamq; modeste disserere,vt tãto loco digni
quippiam afferrem,ꝛ professioni mee videretur aptissimum. Atta
men primum marie numen vt presens nobis assit,humiliter implo
remus:dicentes, Aue maria ꝛc.

CUm ad edificationem
perpetui templi solius atq; omnipotentis dei,
in quo vos. B. P. ꝛ reuerendissimi domini tan-
q̃ columne positi statis,illud immutabile fun-
damentum iaceretur , verbum quod in princi-
pio erat deus,caro factum est,admiratione pa
riter ꝛ stupore commoti sunt plurimi:subtiliusq;
inuestigare molientes,quomodo vnus atq; idem verus deus et
verus homo esse possit,ad philosophiam sese cõtulere. Cumq; in
illa prospexissent,quod omnis vnio aut secundum substãtiam aut
secundum accidens sit,vtramq; perscrutati,diuersa vtrinq; obsta
cula offenderunt. Etenim si substantialis est ipsa dei hominisq; ꝯ
iunctio:aut diuinitas erit humanitatis forma,et perinde vt Apol-
linaris somniauit,tertia quedam natura ex vtriusq; commixtionẽ
conflata est. Si vero accidentalis affirmatur, siue diuinum dica-
mus verbum habitare in illo homine,veluti in templo,siue vt indu
mento connexum(quemadmodum duas hypostases in eandem
personam cõponentes cõcedere oportet)nestorianã impietatem a
finibus ecclesie iampridem a patribus explosam vltro reuocare-
mus. ¶ Quo fit vt nodosa nimis questio christiane religionis pro-
fessoribus obiecta videatur. An forte satis erit nobis permansire
crassa(vt aiũt)minerua:ꝛ ruditer arbitrari talem fuisse illam vnio
nem,qualem deus voluit,aut qualem ecclesia credit. Sed si hec
fides sufficit,vana est admonitio principis apostolorum ,qua nos
paratos esse iubet de ea que apud nos est incõuulsa fide omni po
scenti nos rationem reddere. Quo itaq; federe verbum caro fa-
ctum sit,quantum a sanctis patribus accepimus,ꝛ nobis tribuere
dignatus est qui oẽm hoiem ad se humiliter properãtẽ adiuuat et
illuminat,paucis mihi prosequendũ restat. ¶ Et quoniam omnis
de aliqua re institutio a diffinitione dꝫ proficisci,vt intelligatur quid
sit id de quo disputatur:imprimis ꝑlibãdũ reor,qđ sit vniri in natura
ꝙdue in ꝑsona. Uniri in natura dicunt,q̃cũq; e diuerso venientia
ad vnius nature integritatẽ perficiẽdã cõcurrũt,siue informatio-
ne quadã vt aia ꝛ corpus hoiem integrãt,siue cõtinuatione quali-
bet a natura instituta:qualẽ aialis membra ꝑ se serũt siue quauis
alia enascẽtiũ cõuersatione rerũ id euenire cõtingat. Cum autẽ ex
philosophia nedũ a sacris literis,didicerimus diuinitatẽ ꝛ in seip-
sa ois cõpositionis expertẽ,ꝛ in cuiusuis alterius concretionẽ ve-
nire nõ posse(vtpote cuiuslibet imperfectionis ratiõe illi repugnã
te)assumptio hominis a dei verbo vnionẽ in natura repellit. ¶ Uni
ri vero in persona illa dicuntur,quorum vna eademq; existit a gre
cis hypostasis appellata,a nobis autem substãtia indiuidua. Ad-
didi autem indiuidua:quoniam consuetudo latinorũ,ꝛ q̃ commu-
nis est substantiam vsurpat. At vnio hec sm personã nõ vno tantũ
modo intelligi põt:nã qđlibet accidens ab eo in quo est,constat se
cũdũ personã indistinctũ esse:ꝛ partes vel integritatis vel essentie
cuiuscũq; hois quãtũ ad ꝑsonã attinet,eedẽ sunt cũ eo cuius par-
tes esse dñr. Uerũ cũ diuino verbo fas nõ sit quippiã accidere , et
ordo rerũ nequaq̃ patiatur humanitatem que ad substantiam spe
ctat,accidẽtis essentiam subire,intelligi nullo modo potest, vt hu-
mana natura deuicta deo personaliter sit:quẽadmodũ accidẽs sub
iecto suo inherescit. Quod si ad alterum modum recurras, quo ꝑ
tes atq; membra persone copulantur, incidis in scyllam cupiens
vitare charybdim. Deum eñ aut hominem partis diffinitionẽ sub
intrare fatendum esset:quorũ vtrũq; riderẽt philosophi,alterũ or-
thodoxa detestaretur ecclesia. Quid ergo succũbẽdum ne nobis
erit:minime gẽtiũ. Perspicacius quidẽ intuẽtibus videri potest,
q̃ mẽbra cuiusq; hominis ꝛ partes sunt ꝛ organa:partes quidem:
qm totũ integrãt.organa vero:q: ad officia muneraq; propria [illegible]
commodantur. Organa autem dixerim nõ quecũq;, sed conne[illegible]
Habẽt siqđem artifices ꝛ alia instrumenta a seipsis abiuncta:que
a prioribus tantum distant,vt nequaq̃ valeat alter alteri manus
aut oculos quemadmodũ ensem aut calamũ commodare, ꝓpter-
ea q̃ nostra isthec membra nobiscum subsistunt , illa vero remota
a nobis sunt,ꝛ existunt per seipsa. Hec partes ꝛ que diximus con-
iuncta organa,tam mutuo inter se connectũtur vinculo,vt neutra
possint ab alterutris separari:quandoquidẽ etsi nullũ intelligatur
genus ꝑtiũ,possunt nihilominus huiusmodi instrumẽta remane-
re. Nã ꝛ sensorie queq; partes,nõ eo q̃ partes cõpares habẽt, or-

gana sunt: sed qm̄ ad suas apte sunt functiones, vnde si senex oculum solū iuuenis assumeret, videret vtiq̄ sicut iuuenis, et si quis preterea corpus totum anime organum dixerit, nullus erit error. Quocirca modus quidam relinquit̄. quo psonalis aliqua coniunctio definiri potest, nulla se vel partium vel accidentiū natura cōmiscēte, qm̄ organū implicitū assueuerauimus cuipiam tributū esse psone. atq̄ hoc nimirū pacto nostrā naturam dei verbo vnitam citra oēm dubitationem cōfitemur. ¶ Et qm̄ in tota earum q̄ apud nos sunt vniuersitate rerū, nihil tam simile verbo dei q̄ intellectiua anima reperit̄: ab ipsa exēplo qualicūq̄ sumpto, ea q̄ diximus fortasse subobscura pandant̄. Cernere libet nostrā animaz, preter q̄ corporis est forma, vtroq̄ potiri instrumenti genere: dum et sui corporis cuiusq̄ partiū perinde ac cōgenitorum organorum vtitur ministerio, ⁊ externa adminicula perficiendis adhibet operibus: hominis eñ corpus coniunctū intellectiue anime organum putādum est non ob id esse qi ipsa illud informat ⁊ perficit, sed ob eam potius causam, q̄ idem cū ipsa sortitum est subsistere. Enimuero si sola vi intelligentie adimeretur anime, hoc ipsum q̄ corporis pfectio est, retineret nihilominus secū illud idem corpus quatenus instrumentū coniunctū: vt platonici oēs. peripateticorū vero illi q̄ vnum hominibus dedere intellectū, affirmant. ¶ At si incredibile aut ambiguum adhuc cuiq̄ videtur, vt spiritualis aliqua substātia corporeum habeat quippiam eiusdem secum esse participans, quo proprias absoluat actiones, ⁊ tñ eius forma nō sit, ad seipsuz redeat, seipsum intueat̄, de seipso dubitet. Nonne intellectus hominis ad explicandos eorum que intelligit conceptus lingua vtitur, que corporalis est, ⁊ eadē omnino persona cum illo constans, ⁊ tñ intellectus nullius corporis est actus. Quemadmodum itaq̄ intellectiua anima miris quidem veris tamen modis geminū habet instrumentū. iunctum ⁊ abiunctū: non secus profecto gloriosus deus vniuerso creaturarū genere veluti organo vtitur, separato, dum per secretum intimumq̄ illapsum se rebus immiscens, ad sue voluntatis arbitrium deducit omnia, ⁊ cuncta in singulis, et singula in cunctis operatur. Illā aūt humanitatē que in christo permanet. tanq̄ organum coniunctum assumpsit: atq̄ ad illa magnifica ⁊ excellentissima solius dei opera, redemptionem generis humani. sanctificationem peccatorum. eterni regni aditum, et id genus multa accōmodat, agit, exercet. Quare preclare athana. vnionem anime ad corpus non vt materiam, sed vt instrumētum proprium intuitus dixit. sicut anima rationalis ⁊ caro vnus est homo, ita deus ⁊ homo, vnus est christus. ¶ Cum igitur vnio omnis (vt primo loco dicebamus) vel sm̄ personam sit vel sm̄ essentiam, ⁊ essentialem procul a proposito repulerimus, superest vt personalem vnionē hanc asseramus. Rursus cū personalis vnio interdū penes substantiā constare possit interdū aūt penes accidens, ⁊ q̄ accidentis est similiter pretermissa sit. vtiq̄ substantialis remanebit. Postremo qr̄ ⁊ hec in eam que ascisc it partes. ⁊ in eam q̄ organis contenta est distincta reperitur. constet vero partium proprietates vtriq̄ repugnare nature: consentaneū est, vt diuinitas atq̄ humanitas christi in vnam coeant non naturam. sed personā. non accidentaliter (vt ita loqui liceat) sed substātialiter, non vt partes: sed vt altera. humanitas, q̄ō veluti instrumētum quoddā (vt sepe dictū est) adiunctū diuine psone sit: atq̄ ita sane adiunctū, vt corpus illud verū dei corpus, ⁊ anima illa vera dei anima vere atq̄ constanter possit appellari. ¶ Nec officit quicq̄ nobis, q̄ coniuncta organa ad integritatē nature eius cuius sunt spectare videantur, nō enim oportet id cōtinue verum esse: vt sexti digiti quacūq̄ ex causa congeniti exemplo probari potest. is enim de speciei humane integritate non est, ⁊ tñ organum cōnexum est hominis habentis illū. ¶ Ceterum quo nullus hesitandi locus excellēti cuiq̄ ingenio relinquatur, nihil obesse scito, q̄ ipsum dei verbum sola vi intelligentie ad assumptā naturam refert̄: hoc enim minoris refert q̄ curandum sit. Relatio namq̄ sola non tantum habet momenti. vt hominem deum faciat: verum suum inspiciendum est ex quo oritur fundamentum. Quod hoc in loco si attenderis. in eo consistit, quod filius dei ad idem omnino esse persone substantieq̄ sue naturam hominis complexus est: hec enim eiusdem esse indiuisio, est qua deus homo est. Que ⁊ tāta tamq̄ singularis habetur, vt in tam numerosa rerum conditarum multitudine nullā diuus bernardus repererit, quam non fateretur ab ea excedi: cū docente aug. didicerimus potiorem vnionem obtinuisse hominem in filio dei, quam (mirabile dictu) ipsemet filius in patre, cum quo tam singulariter vnus deus. Hec est que prodigiis omnibus adeo prestat, vt ne dicam cetera mirabilia dei opera (que vel tenuiter inspecta laudamus, miramur et obstupescimus) sed miracula vniuersa q̄ fieri posse credimus lōgo superemineat interuallo: qm̄quidem homo qui natus est in ciuitate carnis nostre, idem ipse est altissimus, qui fundauit eam. Hoc est magnum illud, atq̄ apostolicum sacramentum: quo secundus adam tanq̄ sponsus pcedens patrē reliquit ⁊ matrē, qm̄ forma suscepta seruili, splendorem maiestatis obtexit: et synagoga dimissa noue sponse inhesit, factiq̄ sunt duo, deus inquā ⁊ homo in carne vna. Hec est ardentis simulq̄ incombusti rubi flagrantia: qua deus noster (qui ignis consumens appellari voluit) quam asciuit humanitatem absq̄ consumptione continet atq̄ illustrat. Nec secus q̄ ros in vellere abditus: et tanq̄ lapis sine manibus humani operis de monte virginee altitudinis abscisus creuit in montem maximum, omnia implentem, quando vniuersa et que in terris ⁊ que in celis sunt, instaurat, magnificat, beat. Hec demum est. que mortalitatem nostram abiectam atq̄ prostratam supra ne dicam sydera. sed angelorum quoq̄ altitudinem efferens diuinitatis consortium adeo nobis impartiuit, vt nunc quidem essemus et appellaremur genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis eius qui de tenebris nos in admirabile lumen suum vocauit: ⁊ demum quando apparuerit similes ei simus, immortales, impassibiles, nullius egentes. sancti, gloriosi, beati. ¶ Agnosce ergo quisquis christiane professionis censeris, dignitatem tuam, et diuine iam consors factus nature, noli in veterem vilitatem degeneri conuersatione redire. Memento cuius capitis, corporisq̄ membrum sis. Etenim si pre oculis nostram hanc tantam prestantiam in promptu haberemus, et ad illam mores nostros metiremur et cogitat̄, q̄ parata et expedita esset nobis via ad bene beateq̄ viuendum? Quicunq̄ nempe salutis sue curam non negligit, in hac vnionis gratia, qua christo insertus est, standum aut ad eam redeundum sibi fore facile prospicit. Nam quia nos insani per impietatem nostrarū iniquitates ab vno vero summoq̄ bono resilientes euanueremus. in multa discissi, per multa inherentes multis. nutu deniq̄ dei nostre perditionis miserentis, venit emmanuel vnus, et se nobiscum effecit vnum, vt a multis exonerati, applicaremur ad vnum, amaremus vnum, frueremur vno, persisteremus vnum: qui cum patre et sancto spiritu viuit ⁊ regnat deus. Amen.

¶ De causa mali et abundantia mali in specie humana, coram Alex. vi. dominica prima quadragesime anno salutis. m.cccc.ij. habita, Oratio tertia.

Ductus est Jesus in desertum a spiritu vt tentaretur a diabolo. ¶ Propositum hodie singulare duellum. S. ac B. P. admirandum vniuersi se creature spectaculum exhibet. Unigenitus nanq̄ omnipotentis dei, idemq̄ deus omnipotens trabea nostre mortalitatis indutus. non in carne peccati, sed in similitudine carnis peccati progrediens, alter pugilum mediā veluti in arenam, ⁊ totius orbis theatrum psiliit, contra principē tenebrarum pugnaturus. Quis non miret̄? quis non stupeat? q̄s non omnibus prope sensibus deficiat? Magnitudo rei et scaturientium multitudo mysteriorum, rationis virtutem omnem circūfundit. Cum autem cuncta mens nō valeat humana comprehēdere, ⁊ que percipere datum est. enumerare singula orationis modus nō libenter sinat: ad vnum illud oculos ieci meos, non aliorum potissimum. sed quod exilibus ingeniis (quale meum fateor) ⁊ tractatu facilius, ⁊ ad nostram maxime respiciat naturaz. Cum enim intueor saluatori nostro, eidemq̄ deo optimo, creaturam suam quaz bonam sanctāq̄ condiderat, obuiam fieri, culpam suadere, ⁊ nequitie sue venenum ad fontem vsq̄ bonitatis extendere tentare: id modo versatur in animo. deus omnipotens maximus authorem omnium, eorūdēq̄ ⁊ singula bona, ⁊ cuncta valde sunt bona. vnde igitur malum rebus adiunctum est? quis malū mūdo inseruit? Operepretiū itaq̄ esse arbitror q̄ breuissime discutere primus vnde malum in vniuerso sit. deinde quam ob causam hominum genus pre ceteris plus mali occupauit. Uerumtamen nostro vt aspiret instituto, mariam summi boni parentem adeamus Aue maria.

Mali originem inuestigare tētantibus illud q̄ primum occurrit questionis nodus. malum an ab alio productum, an vero ex seipso subortum sit. Si ab alio, a bono igitur: aliud nempe a malo, non nisi bonum est. Quo autē pacto a bono malum manare potest: cum pugnent inter se, nec solū cōtraria, sz cōtrarioū quoq̄ cause sint. Si ex semetipso malū est, manichei

rediterror, nec vnus vniuersi est princeps (vt stoici et peripatetici rationibus affirmarunt) sed duo rerũ prima principia, alterũ q̃dem bonorũ, alterũ vero malorũ (vt pithagorici finxisse visi sunt) cõfiteri necessariũ esset. Implicite aũt huius difficultatis nexũ q̃ sibi absolui explicariq; desiderat, eorꝫ q̃ sunt geminã aduertat esse naturã. Altera quidẽ ad ꝓpriũ bonũ ita disponit᷑ vt tñ ab eius cõsecutione deficere possit: qualia sunt ea oĩa, q̃ in hoc vltimo orbe frequenti ꝛ alterna generatione atq; corruptione variant᷑. Altera vero (ad quorũ numerũ celestia ptinent corpora) infallibili ratione propriũ bonũ consequuntur. ¶ Nascit᷑ aũt hec rerũ disparitas ex ea q̃ precedit diuersitate mutabilitatis atq; cõstãtie. Illud qͣpꝛpe rerũ genus, cui opportuna queq; principia ad vltimũ sue nature adipiscendũ mutabilia sunt, fraudari ꝑfecto suo bono potest. Cui aũt vel obtẽti vel obtinẽdi necessaria oĩa p̃sto certaq; assunt, hoc a suo desiderio decidere (etiã si fingere liceat) impossibile esse videt᷑. Plante etenĩ ꝛ semina idcirco ab intento germine inueniuntur quidẽ defecisse, q᷑ ꝑ impedimẽta obuiãtia naturalis eorũ ꝓfectus interceptus est, sol vero ab instituto nusq̃ diuertit ob eã causam, q᷑ inuariabili ordine natus est moueri. Duꝛ ꝛ hec diuersitas ex priore differẽtia ſm potentiã ꝛ eã quã greci endelechiam, nos vero actũ atq; ꝑfectionẽ appellamus: variabilitas quippe cõnexionis cuiusq; ex potentia surgit, inflexibilitas vero ex illa rei cõsummatione firmat᷑, q̃ potentiã oẽm ad q̃duis repugnans procul abegit. Nunq̃ enĩ obirent aĩalia, si tanta esset ꝑfectio vite, q̃ oẽm mouẽdi potentiã excluderet. Sunt tñ nõ pari ratiõe tante inequalitatis prima principia actus ꝛ potentia, ille enĩ primã sedẽ tanta sibi autoritate vendicat, vt antecedens omne ſm q̃cunq; genus abijciat. Hec aũt ꝛ prius se fundamentũ consequi nõ recusat: possibilitatis nãq; cuiusq; radix censet᷑ ex nihilo esse, vt nostri) vel nõ ex se esse (vt philosophi tradũt) cum potentia mater est defectus. Quẽ ex nõ ex se esse pullulare ab aere proferamus exẽplũ, quemadmodũ enĩ aer q᷑ non ex se lucet q̃cquid luminis habet alio vtiq; illustrãte habet: quotuſquisq; vero fulgoris gradus illi defuerit, ex hoc ipso prouenit, q᷑ nullũ ex seipso aspirat lumen. Haud aliter creatura q̃libet, q᷑ nõ ex se existit, quicquid perfectionis possidet, alio largiẽte quocũq; sortit᷑: defectus aũt oĩs qui affuerit, ꝓpterea aduenit, q᷑ nihil ex se est. Quamuis autẽ cuiuslibet possibilitatis ipsum nihilũ radix sit: non oĩa tñ que in nihilũ reuerterentur, nisi illa manus omnipotẽtis tueret᷑, huiusmodi habẽt potentias: sed sua cuiq; pro nature atq; proprij finis ratione accommodata est. Quocirca licet ea q̃ suapte natura ad singulare aliq̃d bonum prona sunt, diuerso calle ex nihilo prodierint (dũ alia id boni tãto sibi federe copularũt, vt nullus sit relictus contrario aditus: alia vero ab illo nihilo vnde venerũt, tam parũ discesserũt, q᷑ nõ modo ad destinatũ finem tendere, sed in contrarium possunt inter ea remeare, q̃cunq; tñ ad vniuersale bonũ capescendũ facta sunt (qualia sunt cũcta intellectu p̃dita) vno eodẽq; interuallo ex nihilo ꝓficiscunt᷑: q̃siquidẽ eorũ nullũ ad finẽ propriũ necessario pertingit, sed oĩa ingenito possunt arbitrio ꝛ ad ꝓpriũ se agere bonũ, ꝛ in aduersam partẽ reniti, ꝑgere, ꝑuenire. Diuinitatis nãq; cum proprium sit, vniuersum bonum esse, ipsamq;met sibi legem existere, ꝛ habere deniq; rationem eãdem quam ꝛ voluntatem, reliqua natura q̃ intellectus ꝛ rationis est particeps, libertate donari haud alia valuit q̃ que ex nihilo potuit exire: hec aũt cũ particulare quoddam bonũ assequitur, ꝛ alterius legi, cui vniuersum bonum est naturale subijcitur, ꝛ voluntatem ex se defectricem afficit. Eiusdem enim rationis est, esse creaturam liberam absq; potentia diuertẽdi ab eo ad q̃d destinata est vniuersum bonum, ꝛ creaturã vniuersum bonũ esse: q̃d profecto non solũ non fieri, sed ne cogitari potest. Qui enĩ tanta quidem viget libertate, vt a bono discedere nequeat (cũ bonum omne voluntas possit appetere) totam bonitatis naturam eãdemq; immobilẽ in semetipso habeat necesse est: nam aliter pro ea parte qua minus habet, aut mutabilis est, posset plane decidere. Quamobrem ariopagita dionysius, malũ particulari bono comitem alligauit indiuiduum. ¶ Quum igitur malum ex naturali boni defectu, defectus ex mutabilitate, mutabilitas ex possibilitate, possibilitas ex finitate, finitas demum suboritur ex nihilo: consequens est, vt quecunq; mala sunt, idcirco sint, quoniam illa que malis subijciuntur, ex nihilo veniunt. Et cum potestati non subiaceat diuine, vt creature sint ꝛ non ex nihilo, ineuitabile est, quin malum sit, si tamen subsistere mundus debet. ¶ Uerum inter malum nature atq; moris tantum interest, vt illud quidem ꝛ posse ꝛ esse necessarium sit: hoc autem posse similiter necessarium, facere autem libertatis fuerit. Percunctantibus itaq; vnde malum, ex se an ab alio, iã liquet malum quidẽ posse quatenus in malũ tendit, nec ex se (q᷑ ex nihilo exurgit) nec ab agente autoreq; aliquo, siue volente siue nolente, aut ꝑ se aut per accidẽs prouenire. Quẽadmodũ non frigescere, ignẽ inseparabiliter comitat᷑: nulla tñ causa petenda est, q̃ ignem efficiat non frigidũ. Malum vero ipsum a bono nascit᷑, sed ꝑ accidens: dum quedam bona appetunt᷑, quibus mala implicita sunt aliorũ. Nullus enim operatur aspiciens ad malum: sed ad bonum ipsum aut saltẽ apparens bonum agentis oĩs studium contendit. Nemo profecto lacessitus tanto vnq̃ furore vltionem expetijt, vt alterius malum primaria optione eligeret: sed dum bonis quibusq; nostris (vtilia, delectabilia, honestaue sint) acquirendis tuendisq; operam damus, aduersa queq; declinanda, refellenda, destruendaq; occurrunt. Hec est origo atq; via, qua malum mundo obrepere cepit, extremasq; eius partes ambas iam penetrat, lustrat, occupat. Sed de mali origine hactenus.

Deinceps ut promisimus, quare tanta mali inundatio homines pre ceteris inuaserit, paucioribus absoluamus. Singularis humane nature miseria atq; calamitas. Sancte pater, flenda potius q̃ disputanda esset. Celum enim et terras et mixta queq; conspiciens, intueor rerum omnium species ad proprios certatim fines contendere, intentis bonis potiri, vel in nullis aut certe in paucis sigularibus desiderium falli, et impedimentum perpeti. Humanum autem genus omne, terra vorago vitiorum (que vere mala sunt) sic complexa est atq; absorbuit, vt rara auis in terris, et nigro simillima cigno. vir bonus ꝛ sapiẽs, qualẽ vix repperit vllum, nullibus e cunctis hominum consultus apollo. Cur solum humanum genus deus optime tot ac tantis malis respersisti, aut certe inuolui passus es? Nunquid omnia certo fine gubernas, hominumq; solos despicis actus? Aliq̃d totius huius operis abiectissima ꝑs hoies sumus? Heccine est imago tua domine? Ubinã illud ꝓphete tui, de tua erga nos misericordia admirantis: vt tanti homines feceris, q᷑ eorꝫ pedibus cũcta subieceris, oues ꝛ boues vniuersas, quin ꝛ pecora campi? Si ceteris animantibus prestamus, quanta obsecro ꝛ qualis excellentia hec: si communem nobis ꝛ illis optimi appetitionem congenerasti, ꝛ illa fere omnia finem assequuntur, nostrum autem paucissimi voti compotes euadunt.

¶ Bifariã aliquid accidere rebus factis, ex philosophia didicimus, ex electione ipsius artificis, vt accõmodũ quippiã sit ad boni aliquid: ꝛ rursus ex materie necessitate que cõstat: veluti ex purpura tinea, ꝛ ex ferramentis quibusq; corrodens emergit rubigo. Quapropter sicut faber serã facturus, durã ferri eligit materiam, ꝛ ad secandum idoneã: q᷑ autem rubiginem contrahat, tantum abest vt optet, vt quoad possit studeat propulsare. haud aliter plasmaturus deus hominem, quoniam anime actiones instrumento indigebant pro tangendi sensu, nobilissimo (ob idq; molles carne, bene aptos mente, dociles videmus) oportuit tale effingere corpus, quod earum qualitatum que tactu percipiuntur, medium temperamentum haberet. Compositum ꝓinde oportuit fieri hominem ex intellectuali ꝛ sensitiua natura, ex spiritu ꝛ carne, ex rationali appetitu atq; sensibili. Electa nimirum sunt ambo vt sensibilibus pariter ꝛ intelligibilibus bonis certa quadã ratione frueremur. Nũc autem cum simulatq; editi in lucem ꝛ suscepti sumus, sensibilibus assuescimus bonis, quum vtilibus tum delectabilibus: atq; itaq; hec sensuum blandimenta naturali nobis necessitudine iuncta, frequẽti vsu adeo familiaria fiunt, ꝛ tam vehementer nos impellunt, vt ꝛ insignem mentis nobilitatem obnubilent, ꝛ putemus nos sensitiua natura primo constare. consectamur propterea blandientem libidinem, nullum habentem modum nullumq; finem, ꝛ toto impetu paulatim ferimur, imo rapimur in istas sensuum oblectationes. Delecta hec non sunt, vt in homine essent, sed ex connexione ꝑ ũum pullularũt: hinc siquidem caro concupiscit aduersus spiritũ ꝛ spiritus aduersus carnẽ: hinc apostolus querit᷑: Uideo aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis mee, ꝛ captiuantem me in lege peccati. et rursus, non quod volo bonum, sed quod nolo malum hoc ago. Hinc manifesta carnis opera, fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, auaritia, veneficia, inimicitie, emulationes, contentiones, ire, rixe, dissensiones, secte, inuidie, homicidia, ebrietates, commessationes, et id genus multa, quibus non sat est animum inficere, nisi etiam corporis mala tot tantaq; secum ferant, vt in nobisipsis experiamur nullam fere hominibus egritudinem accidere que ex animi huiusmodi perturbationibus originẽ non traxerit: ob eamq; causam ceteris animalibus, crebrioribus et grauioribus molestijs, infirmitatibus, morbis et erumnis infestatur et quatitur genus hominum.

In sola igitur nostra natura,mirū nō est si tanta vtriusq; mali ru=
bigo residet,q̄n sola ex sensu ꝛ intellectu constat:et eo vinculo , vt
sensus et que illius sunt,manifesta,facilia,domestica q; nobiscum
coalescant , intellectus autem et eius bona, obscura , ardua alie=
naq; appareant.¶ Accedit ad hec,ꝙ sicut a sanctis patribus acce
pimus,aduersarius noster diabolus circūquerritans quem deuo=
ret,ꝛ menti falsa suggerere,ꝛ suas delitias sensibus suadere , et si
qua sunt spiritualium bonorum desideria vel extinguere vel infi=
cere non desistit. An sunt nobis fortasse longius aut ignota exem=
pla petenda? audacissimam enim bestiam illam ꝛ infensam domi
num iesum paulo ante audiuim⁹ q̄ importunissime aggressam.Et
primo quidem esurientem ad ea que carnis erāt,sola tamen exter
na suasione inuitauit:non enim decebat immaculatum agnū , qui
venerat tollere peccata mundi,interna carnis pugna tentari:cum
(vt diuus ait aug.)nonnullū peccatum sit,cū caro cōcupiscit ad=
uersus spiritū.Deinde religionis sanctimonia ad egregiam popu
laris fame extensionem ꝓuocans,iussesus per aera descenderet,
que mundi sunt submministrauit.Demū ratus,ꝙ si peccare licet,re
gnandi gratia maxime licet,omnia regna terrarum pollicitus est.
¶ Et sic dum res gesta geminatos hostes(intimos scilicet et exter
nos)habere nos admonet,causam simul affert,quare rempublicā
humanā malis crebrescētibus labefactam singulariter videmus.

¶ Nec propterea virtutis nomen tanq̄ impossibile pauēdum no
bis est,ꝛ via desperanda salutis:bonorū enim officiorum omnium
semina a natura nobis indita sunt , et aduersantia queq; vale=
mus pro nostro integro arbitrio superare. Adijce ꝙ intus et ex=
tra ad vtriusq; generis inimicos supplantandos,magna et muni
tissima presidia posuit conditor omnipotens ꝛ gloriosus victor no
ster.Exteriora quidem arma illamet quibus ipse vsus est,ad vten
dum contulit:sacrorum nempe librorum doctrinam:nulla siquidē
ratione alia q̄ sola scripture autoritate certamen totum ad victo=
riam vsq; perduxit:compertum suo experimento id esse monens,
vt quicquid credendum,agendum,omittendumq; occurrit , hoc
sacri eloquij lance librandum esse censeamus . Interius vero au=
xilium tribuit:quandoquidem anteq̄ duceretur a spiritusancto vt
tentaretur a diabolo,aquarum flueta benedictione proprij baptis=
matis consecrauit:ꝛ deinceps cum primum in nouā creaturam sa
cro fonte regeneramur,sue gratie ꝛ charitatis aliarumq; omnium
virtutum muneribus sic protegit,vt omnia nequissimi tela igneo
veneno armata,facile possimus abrumpere , retorquere et extin=
guere.Vnimam nāq; charitatem diuus Tho.edocet ad omniū
generum exquisita tentata sufficere.Quis nos,inquit apostolus,
separabit a charitate christi?tribulatio,an angustia,an gladi⁹, an
fames?certus sum ꝙ neq; mors,neq; vita,neq; angeli,neq; prin=
cipatus,neq; creatura alia poterit nos separare a charitate que
est in christo Iesu:qui cum patre ꝛ spiritu sancto viuit ꝛ regnat in
secula. Amen.

¶ De immortalitate animorum coram Iulio.ij.pont. max. Dominica prima aduentus anno sal.m.ccccc.iij. habita,oratio quarta.

PRope est regnum Dei.Luce.xxj.
¶ Postq̄ rerum
humanarum atq; earum q̄ intra nos sunt diuinarū
culmine,potita est beatitudo tua sanctissime pater,
agnosco hoc orandi munus eadē spectante felicita
te mihi sorte obtigisse. Eapropter omnes aut expe=
ctare cathalogum quendam laudū tuarū a me recēsitum iri, aut
inuidere arbitror mihi fortunā meā.Magnorū eīn oratorū animi,
excelsa virtutum tuarū fastigia cōmendare gestientes , optassent
vehementius hunc sibi locum dari,quo tam in latum cāpū riuos
totius effundere liceret eloquentie.Hos ego,tantum abest vt rep=
hendam,vt ingentes quoq; gratias pijs eorum affectibus,sancti
tatis tue nomine,agendas putauerim.Attamen ab ista procul vai
de sententia meum consilium distraxi:spectans enim ad magnani
mitatem tuam,quam preclara facinora luculentius ostendūt, quā
ue mortales omnes pleno ore congratulantes predicant,aurā istā
popularem ventosamq; orationem,quam animi magnitudo vti ce
tera queq; caduca atq; fluxa spernit, omittendam censui .Verum
maximam de immortalitate animorum difficultatem, ꝛ eam peni=
tus explicatam(si tamen ita dici sine arrogātia licet)maiestati tue
offerendam attuli.Ad primum siquidem mortalium principē, pa=
storēq; animarū,prima oratio a prima religione,prima de homi
re ture habetur.¶ Verū quo tam arduū negocium dignius tracte=
mus,diue marie numen imploremus.Aue maria ꝛc.

PRincipio Veluti basim quandam atq; to=
tius orationis fundamentum id
firmiter ab oībus teneri velim,ad cognitionem laten
tium substantiarū,occultarūq; rerū, proprijs earum
effectibus deducentibus,nos rite saneq; peruenire.
Effecta naq; si tollas, nullus noticie de archanis relinquitur lo=
cus,cum(vt inuisibilia miramus)de corporibus celestibus , de so
le,de luna,deq; reliquis astris,sublatis officiorum suorū actioni=
bus quis vel tenuem coniecturam caperet? Quis ignem leuem,
terrā grauem,illū calidum,hāc frigidam dignosceret,si ascensus
atq; descensus,si calefactio frigefactione nunq̄ fuissent sensibus
explorata?¶ Hinc igitur maximus ille philosophie parens,aristo.
croisus. Si animus inquit aliquā habet operationē propriā fieri
potenit,eundem a corpore quoq; separatum nihilominus manere
atq; viuere,si nullam sibi vendicat,sed oēm(vt,ita dixerim)supel=
lectilem habet cū corpore communem, cū ipso quoq; corpore in=
teriēā opus est.Hoc itaq; iacto fundamento,subtilius est inquiren
dum,an animus per se solū agat quicq̄.Et qm̄ si quippiam solus
perficit,id precipue est contemplationis opus, ad hoc vniuersa
deducit questio,nunquid intelligere solius animi sit, an vero ani=
mi simul atq; corporis? Vt aūt quod querimus,clarius,facilius,
tutiusq; inuestigemus,rebus omnibus distributa pariter ꝛ accō=
modata officia legere atq; accuratius distinguere opere pretium
duxi. ¶ Quatuor esse actionum genera philosophi tradidere:qua
rum due extreme sunt,relique autem medie. Et illarum quidem
vnum genus est,qḋ in solo corpore materiaq; versat:quales sunt
affectiones,que a calido frigidoq;,humido,sicco,duro,leni, atq;
his similibus proficiscunt. Alterū vero est, qḋ a rerum sensibiliū
mole eleuatum,ad spūalium naturam solummodo refertur. ¶ No
stram aūt intellectionem ad neutrum horum generum ꝑtinere fa
cile constat,nec enim cū intelligimus,affectus(quos modo dice=
bam)patimur corporales:quin potius si intenta mentis acies ni=
mis fuerit,q̄ q̄ extrinsecus illa nobis admoueant,non sentimus.
Neq; rursus tam alta petimus,vt corporeis imaginibus non im=
misceamur : oportet enim intelligentem phantasmata speculari.
Inter mediorum vero generum alterum,qḋ mali est ꝓpinquius
(in quo ꝛ actiones sensuū continent) ab eiusmodi affectionibus
liberū est,sed corporeo organo explet,audientes nempe vel vidē=
tes,etsi non frigemus aut estuamus, quibusdam tñ corporeis in=
tercedentibus portionibus,sonos,calores,odores,ceteraq; sensa
ta percipimus. Reliquum autem spiritualibus actionibus affine,
non solum ab elementaribus qualitatibus,sed a corporeo quoq;
instrumento sese eleuat:obiectis tñ non corporibus,sed corporum
imaginibus(q̄ phantasmata philosophi appellant) naturali qua=
dam necessitudine deuinctū est. In hoc profecto actionū genere
nostrā intellectionē locari quisquis veri iudicis naturam nouit,
nequaq̄ ambigit:experimur nāq; nosmetipsos intelligere discer=
nereq; nō genus hoc aut illud,sed vniuersam corporum naturā.
Decernere autem recte nō contingit aliter, q̄ si is qui arbitratur,
omni vacet affectu. Probant hoc quotidiane controuersie: q̄bus
sedandis iudicē ad neutram partem propensum exquirimus atq;
laudamus. Probant interni mores,affectus passionesq; : quibus
manifestū fit neminē omni hora sapere,sed qualis vnusquisq; in=
uenit,talis et finis videt. Probant nature experimēta:vt enim ve=
re discernamus quid amarū, quidve dulce sit , nullo affectum sa=
pore gustū seruare oportet:egro nāq; ideo cūcta vident amario=
ra,qm̄ colerica amaritudo sensoriū infecit. Nec dissimile reliquis
sensibus accidit. vna siquidē omnis iudicij communis est ratio,
vt sit q̄ iudicat,a rebus iudicādis alienus:nā si illarū aliqua inhe
serit,aut totū sibi iudicium inflectit,aut falsam facit aliarū afferre
censurā. Quocirca qm̄ vniuersa ac singula que materie concreta
sunt,intellectu nos discernere, atq; hec ipsa a spiritualibus distin
guere experimento cōprobamus,necesse est vt nr̄ hic animus vni=
uerse nature corpore natus arbiter , ab omni sit corpore alienus.
Vnde ꝑclare anaxagoras atq; ari.itellectū oportere esse immixtū
dixere.tametsi diuersis rationibus ducerentur:ille enim vt libero
expeditoq; imperio cūcta disponat,hic aūt vt recto sanoq; iudicio
omnia decernat. ¶ Nec audiendi sunt nobis , qui acriori se inge=
nio preditos existimantes, organum quidem (hoc est quandam
corporis portionem) menti non assignant : ab vniuerso tamen
hominis corpore eādem abiungi ratione quam attulimus aiunt
non satis probatum iri . Tam irrationalis est istorum cauilla=
tio,vt nisi velim eos nosse eam me scire, atq; a sententia ea dimo
tum , referendam putassem minime . Dicant obsecro isti,si intel=
lectū ab omni parte corporis oportet esse liberū : vt oē possit co=

pus dijudicare, quo pacto vni toti corpori mersus, vniuerse rei corporee equus erit iudex: siue eni pars siue totū, modo corpus aut corporeū aliqd sit cui intellectiuā vim quispiā affixerit, ad certam trahit, ficcit, definitqʒ cognoscēdorū corporū speciem: q̄ non solum amplissimā illā de omni mole corporea cognitionem prohibet: impedit atqʒ obstruit, verū intellectū quoqʒ ipsum cum sensu miscet, solaqʒ vocabuli differētia alterū secernit ab altero. Qḋ si absonū valde est (q̄nquidē nihil distaremus ab animātibus) oportet vt intellectus exercitiū solius animi esse fateamur, ꝛ non animi corporisqʒ cōmune quēadmodū sentire. ¶ Quecunqʒ aūt species, operationū quippiā, sola efficit, retinet ac suffert, sustinētis alicuius adminiculo non eget. Alteri nāqʒ si inniterē, eoqʒ submoto labescceret, nequaq̄ sola eā actionē contineret: sed cōmunē magis reciperet cū eo sine quo subsistere nō posset. Qꝫ si alieno fulcimento diuine huic forme opus nō sit, sua tm̄ virtute subsistere q̄s dubitabit: Alterū eni ex duobus fateri oportet: aut illam p̄ seipsam stare aut herere, ꝛ si q̄dem p̄ se cōstat, in portu (vt aiūt) nauigamus. Si aūt subnitiē, quomodo contemplationē suā in suo tm̄ sinu cōplecti, fouere, gererecqʒ valet? Si species itaqʒ oīs, q̄ propriā sibi vel vnā vēdicat operationē, cōmuni philosophorū sentētia constans atqʒ perēnis est, inficiari p̄fecto nemo poterit quin nostra mens (quā dum contemplamur, p̄ se solam agere comprobauimus) per se quoqʒ solam esse, manereqʒ possit ac viuere. Immortalem ergo animum esse hactenus a propria actione probauimus.

Deinceps Eiusdem sempiternitatē a naturali eius desiderio mostrandā curabo. Si cuiq̄, P. B. a natura inditū est, vt semp̄ esse desideret, rem hāc philosophi pariter ꝛ theologi p̄petuam fore, ea potissimū ratione sunt arbitrati, q̄ nature appetitus inanis esse nō potest, quare si noster animus suapte natura sempiternā cupit vitā, eū immortalitate vigere nemo dubitauit. Qꝫ aūt ita sit a natura institutus, vt optet se semp̄ fore, manifestū sic fiet. Appetitionū duo sunt genera, alterum rebus oībus cōmune: quo vnūquodqʒ ad accommodum, iuuāsqʒ pro futurūqʒ fertur. Alterū eorum q̄ cognitione pollent propriū: quo metuunt cupiuntqʒ, dolēt gaudentqʒ, ꝛ mille aliis variantē affectibus. Utrumqʒ tm̄ pro tuendo esse contendit: q̄nquidem nulla prorsus res est, q̄ se esse nō amet. ¶ Quēadmodum aūt communis ille appetitus, nō vno tantum inuenitē modo in his q̄ certis finiuntur etatibus, ꝛ his q̄ nunq̄ desinunt (q̄nquidem que senescunt, effundere desiderium in omne tp̄s non audent: quorum aūt vigor, tp̄is diuturnitate nō senescit, p̄seuerare semp̄ eadem magnopere concupiscūt) haud secus appetitus alter quē cognoscētium diximus esse propriū, diuersa ratione reperitē in his que sensu tm̄ mouentē, atqʒ his q̄ intellectu prestant. Illa eni qm̄ solum qḋ adest aut imminet apprehendūt in longū appetitiones nō suspendunt, hec aūt q̄ vniuersa varietatū, mutationū temporumqʒ volumina contemplatione pariter ꝛ prouidentia excellunt, reliquum est vt parē vim appetēdi sortita, non hoc tm̄ aut illo tp̄e, sed in euum deducere vitam cupiāt. ¶ At si ambiguū, subobscurū, aut leue testimoniū hoc habetē: ꝛ obijcitur, nosmetipsos intellectu quidē preditos nō dubitamus, semper tm̄ viuere, aut natura appetimus minime, aut morientes fallimur. Eleuate obsecro paulisper mentis oculos, constantissimas vniuersalis nature leges intēdite, sanctiones spectate duas. Alteram qua equalia pariter congenerantē oībus, durandi desideriū ꝛ permanendi robur: ita vt q̄diu q̄dqʒ duraturū est, tandiu esse desideret, ꝛ q̄to tp̄e expetit existere, tantisper permansurū sit. Altera, qua appetitus oīus quo vnūquodqʒ esse p̄seuerareqʒ subinde cōcupiscit, aut ad quandā tp̄is mensurā clauditur, aut vltra q̄cunqʒ tp̄is longitudinē se extēdit, comparata sunt hec in his q̄ de celo nature scripsit interpres. His aūt iunctū si fuerit, q̄ intellectualis sp̄ūs desideriū tendat ad esse, non hac aut illa etate cōclusum, sed ab omni tp̄e eleuatū (qm̄ intellectu apprehensum solūmodo cupit bonū, qḋ ab oīm tēporum differētiis, q̄ vniuersale est, cōstat esse absolutū) cōsequens est vt is quo intelligimus ꝛ sapimus animus, in vniuersum tempus effusum habeat viuendi desiderium cum pari robore: euadere quippe q̄ nō potest, q̄n aut certo tp̄e, aut semp̄ esse desideret, cū definito nō subsit tp̄i, reliquum est vt ad sempiternā se extendat vitā. Immortalē perinde esse nō hoīem, sed seipsum nr̄ animus p̄pria appetitione (q̄ praua falsaqʒ esse nequit) testatē, clamat, demōstrat: ipsiusqʒ ppe animi p̄pria est cupido hec, veluti ipsius cupidinis parens intellectiua cognitio, nos aūt semp̄ viuere nequaq̄ optamus, nisi quēadmodū volare interdū cupimus. ¶ Sed qḋ diutius q̄ domi sunt versamᵘ? ¶ nōne ꝛ q̄ extera a nobis sunt, celestē hūc vigorē, ꝛ diuinū nostrum profitentē animū? Ex illo q̄ppe nature vultu, quē dixere chaos, rudem indigestāqʒ molem: res oēs eo ordine propagatas, eo federe dispositas atqʒ cōnexas esse p̄spicimus, vt ab imis ad supiora cōscendētibus p̄fectionū incremēta sensim appareāt succrescere, et que coniuncta sunt, alterum alteri paulum admodum prestare. Consurgunt siquidē veluti depressi quidā gradus aut numeri rerum species, ꝛ ab his que singulis p̄xime sunt nullo distant interuallo: atqʒ idcirco adeo similes cognatasqʒ habent habitudines, naturas, actiones atqʒ figuras, q̄ sibi mutuo contigue sunt, vt nō facile plerūqʒ sit illas distinguere. ¶ Peragratis autem vniuersis corporū plātarum animantiumqʒ naturis, ad hoīem cum venitur, idē grauis ascensus, quo sensim pedetentimqʒ procedebatur, nequaq̄ seruatē: sed sursum repēte natura trahitē ꝛ ad alterā eāqʒ remotissimam contignationem eleuatur. Maiori namqʒ interuallo homo a suprema animantium specie, q̄ summum animal ab infimo non modo viuentium sed abiectissimorum quoqʒ corporum genere distat. ¶ Ne autem hoc absqʒ ratione dicere videamur, citentur nostra alienaqʒ genera, conditiones actionesqʒ. Genera in primis: quandoquidem cetera omnia ex materie transmutatione proficiscunē, nostra aūt mens de foris venit. Cōditiones deinde: illa eni tenui supellectile contenta, pauca quibus indigēt, ab ipsa natura simulatqʒ eduntē in lucē, accipiunt. Indumentorum vice cortices, testas, coria, spinas, villos, setas, pilos, plumam, pēnas, squammas, vellera: pro armis aūt cornua, vngues, dētes, rictus, rostra, aculeos, morsus, calces, venena. Homo aūt pro vniuersis his, ꝛ aliis q̄plurimis ꝛ variis ꝛ magnificis, studiosas facilesqʒ solas manus accepit. Actiones demū, q̄ singulis speciebus aliis, definitus est agendi modus: homo autem tot tamqʒ dissimilibus vtitur viis, vt hic solus sit hominibus operandi modus, sine vllo certo agere modo. Alia, sola salus iuuat: hominem vero tam sensu q̄ ratione apprehensa, etiam si nil aliud vtilitatis accessurum sit, delectant. Alia de prole ciboqʒ solicita pugnant: homo autem famam extendere factus auidus, nomen ꝛ gloriam soboli, saluti, viteqʒ anteponit. Alia postremo a consono illis bono raro deficiūt: homo autem (proh dolor) suum vere bonum sepissime amittit. ¶ Unde igitur tanta distantia inter hominem ceterasqʒ naturas? vnde solite pedetentim scandere, tantus repente nature saltus? vnde que consueuerat per similiora in simillima duci, in tam dispari statim eleuata conspicitur? ¶ Nullam profecto causam aliam reddidisse fatebitur, nisi animum e summo rerum fastigio venisse diximus: qui in alterum rerum ordinem naturam transfert, supremis infima iungit, caduca immortalibus inserit, orizonta eternitatis ꝛ temporis constituit: sic nempe omnis admiratio disparitatis cedit, si ex duabus naturis, spiritu et corpore, intellectu et sensu, immortali et corruptibili hominem constare non dubitamus. ¶ Quas ob res si animi nostri (de quo agimus) facultas certi aliquid comperire potest, ꝛ veritatis quippiam de seipso perspicere, si fortissimis argumentis fides vlla adhibenda est, si ratione inuestigata et ad sensuum vsqʒ explorationem deducta humane sententie quietem tribuunt, ineruditi ꝛ indocilis, tardi, hebetis, stupidiqʒ est immortalitatem animorum in problema reuocare neutrum. O quam sibi melius consulerent isti, qui se rerum occultarum scrutatores profitentes, que natura in sole exposuit offundunt atqʒ obteguntē, si suam cecitatem in silentio opprimerent: meliores namqʒ haberentur philosophi dum tacerent, q̄ imperitiores, dum tam inepte garriunt. ¶ Sꝫ quid nobis cum re temeraria animum, P. B. sortitisumus mundū, purum, splendidum, diuinum, thesaurum profecto preciosissimum in vasis istis fictilibus reconditum. Mundum inquam accepimus quandoquidem non ob merita (vt origenes fabulatur) corporeis vinculis est addictus, neqʒ vt luteum viuificando corpus eiusdem sordes contrahat: sed vt nature federe vitam influat, cupiditates, libidines, reliquosqʒ aut tollat aut moderetur affectus, hūana quātum par est disponat, eterna intendat, ad ea cuncta dirigat, ꝛ sese totum dedat. Accepimus preterea purum pariter ꝛ splendidum: vt quia illustrium spirituum vltimus, fulgorem micantissime lucis cum aliis non suffert, obumbratū materie tenebris lumē vel oculo noctue similis inspiceret intelligibilia colligeret, atqʒ vniuersa natura ascita seipsum omnia faceret. Accepimus deniqʒ diuinum, vt summum bonum intelligeret, intelligendo amaret, amando possideret, possidendo frueretur. ¶ Seruemus igitur obsecro, seruemus depositū quale accepimus: curemus ne tēporaliū cōtagione polluatur. Timeamus p̄pheticū illud, homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipiētibus, ꝛ similis factus est illis. Excolamus virtutum semina nobis indita, tenebrarumqʒ operibus procul reiectis, induamur dominum iesum chri-

fruamur quo felici immortalitate, atqꝫ immortali felicitate tandem perfruamur. Dixi.

¶ De modo quo anime patiuntur ab igne corporeo, coram Julio. 2. dominica prima aduentus. anno. 1504. habita. Oratio quinta.

Arescentibus hominibus pre timore ⁊ expectatione eorum que superuenient vniuerso orbi. luc. xxi. ¶ Si humane mentis imbecillitatem ⁊ abyssum caliginis, qua se rerum veritas recondit, animo reuoluerimus, B. p. nihil fere est, de cuius explorata cognitione placere nobis ⁊ gloriari valeamus. Non enim ea solum que procul a nobis natura reposuit, sed illa quoqꝫ que in promptu habemus, que ipsi sentimus, ambiguitatis nebula, offusa sunt. Hoc qui aduertit ⁊ sapit, sic difficillima queqꝫ cū crabundo ingenio stiloqꝫ attingit, vt preclare secum actum putet, vbi de occultis rebus probabile potuit quippiam attulisse. De subterraneis igitur penis reproborum, demonum hominumqꝫ siue animas siue corpora postremo cruciaturis, dicturū hodie me eo animo queso audite, vt cum rationi maxime consentanea patefecero, malitis vtcunqꝫ concipere, q̄ vel sensu vel certa demonstratione callere. Quod si vires siue corporis siue anime huic pronunciationi succumbent, aut impares erunt, date precor veniam valetudinario. ¶ Diue itaqꝫ marie tribunal solita prece veneremur. Aue maria.

Excellentissimum Illud genus rerum que sole spiritu constant ⁊ intellectu vigent, an penas aliquas subire dignum sit, quoue penarum genere affligi possit, diuersos authores varias legim⁹ attulisse sententias. Quorum opiniones recensere ⁊ a fide aut veritate discrepantes sine interuallo refellere ea ratione constitui, vt purgatis erroribus, credibilis magis veritas fiat appareatqꝫ. ¶ Plurimi philosophorum intellectualis nature prestantiam metientes, ab vniuerso penarum genere tam humanas animas, q̄ angelicas omnes substantias liberarunt: ea potissimū ratione persuasi, quod malum omne citra orbem lune (infra quem duntaxat potest aliquid preter intentionē obuiare) conclusum est: neutrāqꝫ proinde illarum naturarum potest inuoluere, que a corporibus vniuersis sunt segregate. Horum error facile deprehenditur, si recti operis ratio, si create voluntatis natura in medium deducta fuerit. Rectū quippe opus, ⁊ opus est ⁊ rectum, quare a duobus necesse est proficiscatur principijs: quorum altero opus, altero rectum sit, illud voluntas, hoc lex est. Quocirca illa quidem voluntas que simul voluntas ⁊ lex est, errare potest minime, que vero voluntas tantum est, non lex, nec legi immobiliter herens, a rectitudine declinare suapte natura valet. Cum autem libera arbi. vniuersa lex, perfectam omnis boni rationem in se claudat (quandoquidem ad omnia liberi arbi. appetitio extenditur) ⁊ nec fieri nec cogitari valet, vt creata voluntas omne bonum sit, aut congenita natura possideat, consequens est vt ipso summo bono excepto, reliqua libertatem sint flexibilem ad bonum ⁊ malum sortita. Potest igitur in separatis ab vniuersa corporea mole spiritibus malum culpe inesse, et quoniam iustitie domine, et sic est, vt omnis inordinatus animus sibiipsi sit pena, oportet malum quoqꝫ pene eis inesse. ¶ Ex propria igitur officina confutatis philosophis, alij penis affici posse autumant angelos, verum omnem eorum erumnam in merore amisse felicitatis consistere arbitrati sunt. Hos gemina peccati malitia statim arguit. Ut enim peccantes duo mala faciunt (dum deum respuunt fontem aque viue, ⁊ cisternas propriarum affectionum sibi fodiunt dissipatas) par est vt duplici etiam in pena dolore conterantur: et damno contempte felicitatis, ⁊ supplicio inuoluentis calamitatis. ¶ Alij animarum supplicia asseuerantes, finxerunt nasci ea ex terribilibus corporum quorundam imaginibus: quas aspiciētes, perinde aiunt pauore concuti ac dormiētes aut phreneticos quos inania vel insomnia terrent, vel phantasmata alligant. tribuunt siquidem separatis animis organum quoddam celestis nature, quo terrificas formas concipiant ad se cruciādas. Fabula quippe hec est, quasi reditum animis ad comparee stellas pollicita. Et q̄ q̄ tam inepte composita sit, vt digna non habeatur, quam vel philosophia nedum diuina sapientia coarguat: dedit tamen quibusdā ex nostratibus occasionem, etsi non stultius cogitandi, a veritate tñ nihilo errandi minus. Quantum enī puduit peritos viros has ineptias sectari, tantū de nouo suo commento gloriati sunt: asserentes nō sensibilibus, sed intelligibilibus corporū figuris mētes torqueri. Uerū hoc philosophorum theologorūqꝫ schola confutat: eo q intelligere omne p seipsum delectabile est. Arguitos autem eorū intellectus decipi, vt tristitia putent que vere non sunt tristitia, aperta fictio est. ¶ Nonnulli denique eorum eo igne cremari mentes astruere conantur: verum ne puerilis sententia videretur, nescio quem habitum illas inducerunt, quo fieret vt ignis vstionem persentirent. Uoluntario profecto sunt hec conficta et vana: nulla ratione, nullaqꝫ autoritate constantia. ¶ At qui in philosophie gymnasio, sacrarumqꝫ literarum ornatissimo domicilio versati sunt, duo penarum genera spiritibus infligenda docuerūt, alterum iacture summe beatitudinis: alterum detrusionis teterrimo ignis carceri. Et quoniam damnum in aperto est, de igneo ergastulo libet parumper disserere. Detrusum iri dicimus abiectissimo loco non modo illustres demonum animarumqꝫ substantias, sed insignes quasqꝫ earum vires, intellectum, liberum arbitrium, actiuamqꝫ potestatem. Coercentur autem vinculis, cathenisqꝫ igneis, non eo quidem modo quo corpus corpore his nexibus prepeditur: sed quemadmodum humanus animus terraceo huic corpori tanto federe implicitus est, vt suo arbitrio inde emigrare non possit, et tamen illum spiritum esse, hoc autem corpus nemo dubitat. non secus spiritus illi tartareo deuinciuntur igni. Sed tātum refert q noster animus hoc in quo tenet corpus, viuificat, illi vero spūs, qbus alligant corporibus, vitam minime pbent. ¶ Perspicua aūt detrusio hec nobis fiet, si modū ordinēqꝫ, quo corpori spiritus iungit ac deuincit, in mediū deduxerimus. Spiritus omnis preter deum certo loco suapte natura communi physicorum consensu potest definiri. Definitum autem etiam nolentem detineri nature vigore, noster animus testatur. Qꝫ si tanta est nature vis, vt iunctū corpori spiritum manere cogat, quāto magis omnipotens conditoris nature autoritas addictum loco spiritum detinere etiam inuitum potest? Definitus igitur non natura, sed vi detentus in loco spiritus, naturalem libertatem ac dignitatem, qua nulli subijcit corpori: qua omne corpus euincit, qua omni corpori preeminet presidetqꝫ, infelicissimus perdidit, et se perdidisse miserrime meret, atqꝫ merendo ineffabiliter cruciatur. Affligitur intellectus quando sue captiuationis erūnam non recogitare subinde nō potest. Cumqꝫ simul multa meditari nequeat, ab aliorum omnium que leuamē afferre possent consideratione prohibetur. Et q̄ q̄ meditatio pene pena non sit cum liber quis meditatur solum, nihil aduersi sentiens aut metuens: attamē vbi presens est doloris obiectum, vbi suam vim exercet in meditantem, vbi denique meditatio ipsa coacta est, nihil acerbius animum q̄ eiusmodi consideratio afficere potest. Affligitur voluntas: quippe ab omni delectabili depulsa id ferre compellitur, quod dedignatur, respuit, abhorret: quam maxime odit dei iustitiam, cui precipue inuidet diuinam celsitudinem magnificari in propria ⁊ ea abiectissima pena, dolet, gemit, corroditur. Affligantur denique actiue potentie: siquidem diro igni addicte, nulla aut certe modica possunt exercitatione sese subiectis admouere rebus. Quod eo intolerabilius est, que tanta eis vis inest, vt commouere nutu singula possent. Accedit ad hec, q iugis perennisqꝫ est eis definitus carcer ⁊ dolor: ita vt nulla valeat minuere aut mollire aduentans conditio, sed semper vti ab initio acerbissime merere op⁹ est: neqꝫ enim detrusi spiritus obliuione mederi, meditationi vacare, affectum deponere, sese adhortari, facere (vt aiunt) de necessitate virtutem vsquequaqꝫ valent. Nulla eis clementie aut varietatis spes, nulla in pretereuntis temporis euentu expectatio: sed quas luunt penas nunq̄ terminandas aut minuendas certissime sciunt, imo inuiti ad meroris culmen clara luce vident. Hec paucissima de spirituum penis attigerimus.

Deinceps De corporum cruciatu aliquid afferamus. Corporeum ignem esse. P. S. apud inferos corporibus infestum ex nostris quidā imprudenter negarunt: scripturas autem sacras que illius meminerunt metaphorice asserunt interpretandas, non minus q̄ cum tineam, vermē, fletumqꝫ ad terrendos flagitiosos minantur: quemadmodum econtra cibum potumqꝫ, ⁊ humanas mille delitias iustis et sanctis in beatitudine pollicentur. ¶ Quidam vero opinionem hanc tanq̄ absonam respuentes: in aliam vulgarem magis q̄ sapientem inciderunt. Uere enim affirmantes ibi ignem fore, falso tamen estimauerunt eius incendio corpora ipsa affici, calore estuare, citra consumptionem ardere, et nihil tandem a nostro quo vtimur igne, in actione differre. ¶ At hi qui et vi rationis, ⁊ lumine celesti pfusi secreta rerū diuinaqꝫ mysteria indagarūt, mediā

xien sectati sunt. Alium nem͠ q; corporeum verumq; illic ignẽ fla= grare. citra corporis tamẽ calefactionẽ. eius vim atq; incẽdium irrepere in neruos. in medullasq; seuire. fibrasq; illas arripere ac torquere. e quibus dolor nascitur. ❡ Corporeum quippe ignẽ cre= dimus. tum q͛ corporalis pena nullo aptius modo q̃ per corpus infligif. Cum q͛ in exponẽdis sacris eloquijs ea est lex. vt qđ pro= prie intelligi potest. ad metaphoricũ sensum a literali expositio= minime trãsferaf: nã secus nulla deinde posset scripture certa in= terp̃ratio. Cũ aũt in penã reproborũ paratũ ignẽ saluator nr̃ fue= rit cõminatus. possimusq; eũ aptissime sic accipere tanq̃ p̃spicue locutũ. vt qđ parabolice dictũ putamus. ⁊ nodũ in scirpo quera= mus. Ignẽ saluator noster cõminatus est. verũ ignẽ intelligere p̃= hibet nihil. corporeũ ergo ignẽ fateri oportet. ❡ Non calefactũ au tem iri illic corpora. sed ignem illũ spirituali pariter ⁊ sensibili affli ctione corpora vexaturũ ratione dicimus. Primi orbis motu iuxta euangelicã lectionẽ trãseunte. reliqua oĩs corporalis affectio atq; alteratio ab illo vtiq; dependẽs. desinet: ⁊ quemadmodũ celestis corporis. cui primus ille inerat motus sensibilis. quedã supererit actio. qua lucet. illuminat. atq; videtur (quã nostro vocabulo intẽ tionalẽ appellamus) haud secus in ceteris quoq; corporibus eas aptitudines atq; affectiones estimãdum est remãsuras. quibus vi deri. tãgi. audiriq; possint. Duo eñ hec genera actionũ corporib⁹ inesse. neutrũq; ab altero pẽdere. in his que de anima preclare scri psit aristo. didicimus. ❡ Quocirca ignis omnis geminam in cor= pora nunc exercet actionem. Alterã: qua calefaciendo vrit: ⁊ id a ce li motu pendet. Alterã qua speciem non calidam tactui imprimen do sentitur: quemadmodum anulus aureus figurã nõ aureã cere imprimit: ⁊ hec ab altero actionis genere. quod pauloante celo in= esse dicebamus. pendet. Proinde nunc vtraq; actione ⁊ agit ⁊ of= fendit. quiescente autem celo illa duntaxat vacabit. que a motu p̃= ficiscitur. Reliqua vero perpetua remanebit: hec nimirum poste= rior in reproborum corpora exercebitur. seuiet. affliget. Nec est do loris huiusmodi ratio querenda alia. q̃ excellentia sensibilis sen= sus organo admoti. habet eñ quilibet sensus ex his que in rerum natura sensibilia cõsistũt. vnũ aliqđ sibi proprium ac peculiare qđ philosophi obiectum appellãt (vt visus colorẽ. auditus sonũ. olfa= ctus odorẽ) quđ cum tãta conciliatione atq; necessarie coniunctio nis vinculo deuincitur. vt sine eo agere possit nihil: vt quãdiu sue facultati potẽtie apte cõgruit. estq; maxime accõmodatũ. iocũdis= simos fructus carpat naturalis amicitie. Ubi vero sensibile in im mensum excedit. quasi dissoluta amicitia. que mutua quadam pro portione. certeq; rationis temperamẽto posita erat. sensum ipsum protinus irritat. lacessit. vexat. torquet. Stridẽs eñ sonus turbat auditum. visus aciẽ lux immensa retundit ac dissipat: ⁊ si rigentem manum pre algoris magnitudine. ad ignem vehementẽ propius admoueris. protinus intimũ irrepit atq; cruciat incendiũ. vt ho= minem p̃pe cõficere videatur. Unde queso tũc ille dolor nisi ex calore: nequaq̃: ⁊ã eñ nihil aut parum admodum caloris inhesit. vt si altera manu attentes. plus frigere sentias q̃ calescere. animo derata itaq; vis sensibilis. huiusce doloris relinquitur causa. Pati mur igitur atq; summo dolore sensibili cruciamur. c[illegible]n. vehemen ter calida absq; eo q͛ caleamus tangendo sentimus. cũ sensus sus= cipit excellentis sensibilis speciem sine materia. Talem fatemur esse apud inferos corporum cruciatum. Hoc tantum pacto credi mus reproborum corpora ab igne pati. ⁊ tamen non calefieri. nec consumi. ❡ Nec quicq̃ obest id quod recte. dici solet. sensuum pas= siones eos perficere. non offendere. sed eo educere. quo maxime euadere postremo valeant. Uolebat sane autoritas illa ostendere q̃tum he spirituales sensuum passiones ab his que circa corpus fiunt alterationibus differant. Tanta siquidem est inter eas distã= tia. quod he semper imperfectionis aliquid secum vehunt: illas au tem puras atq; sinceras contingit aduenire. q̃uis non semper ab omni sese eximant admixtione mali. Obiectorum enim incompa= ctiones ac incongrue disparitates. sensibus ipsis (vt dicebamus) maxime aduersantur atq; officiunt. ❡ Quocirca in promptu causa est cur glorificato corpori dolorem excellens sensibile non infert. Dote namq; impassibilitatis protectum. vehementiam obiecti ne= quaq̃ admittit. Corporalis itaq; cruciat⁹ nulla deest causa apud inferos. subtracta vulgari hac vstione quam calentes experimur. Et vt summam rei vno verbo complectar. corporeum supplicium omne in hoc completur quod malum ⁊ id corpori admotum passi= bili sensu percipitur. hec vbi sunt. dolere opus est secundum eam sensitiue anime partem quam affectiuam dicimus. Eapropter tam ingẽs tãgibilis excessus quantus in igne est. malus cum sit corpo re organi temperamento. dum passibilem reproborum sensum in= uadit. acerbissimo dolore afficit. vexat. cruciat. ❡ Neq; audiendi sunt. qui nescio quam turbationem sensorie armonie addere atq; interponere voluerunt. Temporalis enim est commotio oĩs: sentire aũt oẽ siue accõmodatũ siue excedẽs. absq; mora cõtingit. Quare intẽperatũ immẽsumq; sensibile suapte natura sensui non aduersaref. nisi simul atq; coniunctis alterũ alteri officeret: neq; vnigenia cõtrarietas foret. si in momẽto non cõsummaref. ❡ Atte staf plane his q̃ diximus dissimiliũ penarũ alteratio: etenim quo nam alio pacto ab aquis niuiũ ad calorẽ nimiũ. rursusq; ex hoc in illas sine dolore interstitio aut mitigatione trãsibũt. Si eñ estum atq; algorẽ corporaliter sentirẽt. nõ solas spũales vexationes exci picies. sepissime dolore vacarent. ❡ Perennis aũt atq; continuus erit dolor: qm̃ iuges ac viuaces aderunt cause. et homo ipse sine morte passibilis erit: alterũ reparata natura. alterũ culpa exigen te. Si igif ignem illũ tartareũ vere corporeũ esse nõ ambigimus. si vnũ atq; eundẽ demonibus hoĩbusq; reprobis paratum credi= mus. consequens est. vt vtriq; corporeo addicti sint igni. Sed tã= ti refert. q͛ spũs carceris afflictione. corpora autẽ sensibilis quoq; intẽtionis effusione. cõtinue. p̃petuo acerbissimeq; torquebuntur. Arescẽtibus itaq; hoĩbus pre timore tã diri ⁊ gehenne manifestan de vniuerso orbi. nobiscũ bene actũ erit. si timor dñi initiũ fuerit sapientie. si ceu seta filium amorẽ honesti. bonarũ artium. optimo= rumq; officiorũ introduxerit. Non enim accepimus spiritũ timo= ris in seruitute. sed spũm filiorum. in quo clamamus. abba pater. Sit redẽptoris nostri leua sub capite nostrarũ actionũ. vt demũ dextera amoris illius amplexef nos. cum tradiderit regnum deo ⁊ patri. qui viuit ⁊ reg. gloriosus in se. Amen. Dixi.

❡ De ecclesia ⁊ Synodorum differentia coram Julio 2. in secunda sessione concilij lateranẽ. 17. kalen. iunij. 1512. habita Oratio sexta.

Cum animaduertã Julii ij. põt. max. reliquas oẽs ecclesiastice reipu. cõsuetudines actionesq; singulas. esse singulis ecclesie par= tibus accõmodatas. generales vero synodos vniuersalem ecclesiã penitus respicere. eamq; tanq̃ finẽ sibi propriũ attẽdere: existimaui me facturũ rem ⁊ vtilem ⁊ oĩbus gratam. si hodier no die primum de ecclesia ipsa. deinde de synodis huius tẽporis. illarumq; differẽtia ac diuersitate dicerem. Sed cũ his diebus ex hoc loco viri doctissimi (qui hoc oratorio munere magna cũ lau= de perfuncti sunt) de his fere rebus verba grauiter sapienterq; fe cerint: ego qui ingenio illis ⁊ doctrina inferior sum. quo meis vi= ribus minus confido pater sancte. eo humilius atq; propensius tuam humanitatem ⁊ clementiam mihi propitiam esse. ⁊ summisse oro. ⁊ suppliciter peto. ❡ Sed quoniam nihil est. quod homo de se= metipso sine auxilio opeq; diuina possit polliceri. ad gloriosam ipsam virginem dei matrem. primum conuertam orationem meã. Aue maria ⁊c.

Cum dilectus Christi discipulus ⁊ euan gelista. multa nobis ex p̃ phetica illa mysticaq; visione nunciare instituisset. de deo. de agno. de dei agniq; gloria. deq; venturis preteritisq; t̃pibus ac rebus diuinitus retulit. atq; is etiam christianam rempubli. ⁊ ecclesiam cõtemplatus. in hũc mo dum ipse aut p̃ ipsum potius sanctusspiritus locutus est. vidi ciui tatem sanctam hierusalem nouã descendentẽ de celo. Magna p̃= fecto ⁊ diuina. maximaq; insup atq; oẽm humane rationis termi= num exuperantia ioannes vidit. vidi inquit ciuitatẽ. vidi sanctaꝫ. vidi hierusalem. vidi illam nouam. ac de celo descendentem. Que est ista ciuitas quam ioannes vidit: que est ista. quam magister discipulo. christus apostolo. spiritussanctus euangeliste ac vati. figuris ⁊ allegorijs reuelauit. Certe ciuitas hec christiane reipu bli. vrbs est: que non vallo aliquo terreno. non caduco murorum meniumq; ambitu cincta est. sed multitudine copiaq; innumera= bili clausa est ac permunita. Quamuis enim huius mundane sa= pientie antistites. certo quodam et prescripto ciuium numero ci= uitates cõstitui oportere arbitrati sint. nimiamq; ⁊ nimis late dif= fusam multitudinem summouerint. neq; inter centies cẽtena mi= lia (vt ipsi aiunt) cõmerciũ fieri posse vllum existimauerint: solum tñ christianum genus tãta tamq; mirabili a deo optimo maximo. cognationis. necessitudinis societatisq; copula deuinctũ ac con= iunctũ est. vt in vnitate maximam multitudinem. vnius vrbis am bitu spatium amplissimum. in vna denique ciuitate totum terrarũ orbem complectatur. Nam cum in condenda et constituenda

qualibet ciuitate duo in primis requirant (primū vt partibus suis
oībus ipsa constituat respub. deinde vt he partes inter sese ciuili
amicitia quadā ꝛ cōsensione conspirent) licet cognoscere, quomo
do priuatis publicisq; in rebus ambabus his partibus nr̄a hec
christiana ciuitas excellat. Cū enim ea partes oēs perfectissime
reipu. hēat atq; cōtineat, ea in primis sacra q̄ sacramēta appella-
mus, ostēdunt: q̄ tante sunt efficacie ꝛ virtutis, partim vt hoīm ge
nerationes matrimonio propagent, partim deo filios baptismate
vt gignant, tum vt genitos cōmunicatione corporis christi alant ꝛ
vegetent, deinde diuina chrismatis virtute corroborēt, vbi corro-
borauerint potestate atq; autoritate ecclesiasticis ordinibus au-
geant, mox aliquo errore lapsos cōfessione restituant, ꝛ postremo
humanis culpis abluendis sancti olei vnctione perungant. Pre-
ter hec autem diuina ꝛ preclara munera multa habet alia hec ci-
uitas cumulatissime. habet namq; apostolos, habet euāgelistas,
habet prophetas, habet pastores, doctores, martyres, habet ser-
mones scientie, sermones sapientie, genera linguarum, interpreta
tiones sermonū, discretionem spirituū, gratiam sanitatum, fidem,
vaticinia, miracula, ꝛ eam celū claudendi, rursum aperiendi pote
statem: vt quicquid in terris ligauerit, quicquid soluerit, denique id
continuo in celo dissolutū vel ligatū sit. Et q̄q̄ hec magna maxi
maq; sunt: satis tn̄ non fuit tot tantaq; ecclesiā habuisse, nisi ꝛ an-
gelorū reuelationes, illuminatiōes, defensionesq; habuisset. Qui
bus oībus actionis nostre cōtemplationisq; studia nō tueri mo-
do ac defendere, sed propensius etiā ꝛ augere, ꝛ ornare, ꝛ pficere
conatur. Ciuitas igit hec diuina illis reipu. partibus illustratur,
quibus nulla vnq̄ alia vel melioribus vel ornatioribus illustrata
est. Qz aūt ciues ipsi arctius in hac copulatiusq; q̄ in ciuili alia
cōmunitate deuinciant, vel hinc patet manifeste, q̄ hi nō iā ciues
sunt aut aduene, sed ciues sanctorū, sed domestici dei, sed mēbra
christi: ꝛ ita vnius eiusdemq; mystici corporis mēbra, vt alij alijs
ꝛ mēbra sint, ꝛ quemadmodū sunt, mutua sese cōmunicatione ac
societate cōfoueant. Cum igit hec ciuitas ex perfectissime reipu.
partibus perfectissimis constituat, ipsiusq; ciues interiore et co-
gnatione q̄ omnes alie societates genere colligentur, patet certe
hanc vrbem alijs esse digniorem, perfectiorem, excellentiorem,
ipsamq; prestare omnibus honore, decore, ꝛ (quod maximum est)
humana beatitudine ac felicitate. Quamq̄ enim cuiusuis ciuita-
tis proprium esse videtur, sufficienter ex se beneq; ac beate viue-
re: nulla tamen alia nisi hec nostra hoc ipsum habere cumulate ac
largiter potest, sed ne imitari quidem. In alijs namq; finis ciui-
lis amicitie ꝛ societatis est optima inter se hominum coniunctio:
in hac vero nostra, in qua heredes dei omnes, coheredes autem
christi sunt, ad deum ipsum vt proprium christiani generis finem
cuncta referuntur. Hec cum ita sint, recte christi ecclesia, nō tam
ciuitas ab apostolo christi q̄ ciuitas sancta a viro sanctissimo cō-
memoratur.

Id aūt Patres (vt nunc vos alloquar) mox extrema ora-
tione ad hūc summum pont. caput omnium reuer-
suros, id inquam patres qua et ego quoq; ratione demonstra-
uero, queso intelligite. Sanctitas ipsa (vt a diffinitione incipiam,
vtq; dionysio ariopagite placet) immaculata, libera, pfectaq; mū
ditia est. Proinde tametsi hoc summis antiquorū nr̄orūq; rōnib⁹
firmatū sit, in deo vniuersorū autore ꝛ gubernatore, oīm rerū natu
ras, excellentias dignitatesq; consistere: deus tamen ipse pre his
omnibus propriā ita sibi vendicat sanctitatem: vt etiā summi phi-
losophi, dei substantiam munditia ꝛ sanctitate definirēt. Nā cū in-
uisibilia dei per ea q̄ facta sunt, sempiternā quoq; eius virtutē ac
diuinitatem intellectu cōspicerent, vellentq; dei naturā ꝛ volūta-
tem, ac quicquid in deo est, vnica alijsq; rebus incommunicabili
proprietate exprimere: non virtutis qdē, nō diuinitatis, aut reliq̄s
tante maiestati consentaneis noībus vsi sunt, sed munditie et san-
ctitatis significationibus: solam enim deitatis substantiam, a
totius potētie macula ꝛ labe liberā remotāq; esse perpēdentes, il-
lamq; ob id esse dicētes actū purū, eandē certe ipsam diffinitione
hac mundissimam esse sanctissimamq; dixerunt. Nec mirum si ta
lis tantaq; sanctitas, tantum in mentibus hominum ꝛ numinis
habuit et maiestatis: quandoquidem intelligentijs etiam beatis
(quas angelos dicimus) hymnū carmenq; deo proprium consti-
tuit: angeli namq; atq; archangeli, cherubin quoq; et seraphin
repetitis ingeminatisq; vocibus, sanctus, sanctus, sanctus, pro-
clamant: quo fit vt dei quoq; ciuitatem (in qua magnus dominus
est) deceat sanctitudo. Atq; hanc partem (que paucis demonstra
ri potest) breuissime ostendam. Omnibus rebus, tum natura, tum
arte constitutis, hoc principio attributum ingeneratumq; est, vt
cum alie alijs iungende sint, pari mutuaq; dispositiōe ac similitudi-
ne conueniāt: hoc ipse forme sm̄ materie recipiētis merita distri-
buite testātur, hoc ad propria peculiariaq; munera obeunda apte
appositeq; nostrorum membrorum habitudines manifestant: de-
niq; hoc confirmant innate materijs ipsis (vt ita dicam) patien-
tie, quibus ipse res hominum artificio subiecte obtēperant. Hec
nāq; omnia ꝛ reliqua id genus, siue natura siue arte componēda
sint, nisi primum amica inter se cōsensione conueniant, cōponi cō-
iungiue nō possunt. Cū igitur sanctitas ꝛ munditia propria deo sit,
illiq; cōueniat maxime, eiq; cōiungēdas res ipsas habiles inter
sese ad cōiunctionē esse oporteat, nemini dubiū esse puto ecclesiasti
cam ciuitatē, q̄ deo cōiunctissima est, purā, mundā, sanctā, imma-
culatāq; existere. Veritate etenī prima, qua cōfirmat, ac i qua fun
dat, ꝛ errorū oīm expers pura mēte pseuerat, ꝛ dilectione ppetua,
qua ipsa in christo ꝛ christ⁹ in ipsa manet vsq; ad seculi cōsumma-
tionē, ab omni vitiorū sorde ꝛ cōtagiōe remota est: atq; ita virtute
bonitateq; pficit ac vallat, vt neq; mors, neq; vita, neq; instātia,
neq; futura, neq; altitudo, neq; pfundū, neq; creatura alia illam
possit a christi amore separare. Recte igit ciuitas hec nostra (q̄n-
quidem oīm celestiū virtutū pcipua adeo pollet sanctitate) oībus
ea ceteris mūdi dignitatibus, potestatibus, imperijs antecellit, sa
tis esse arbitror huius ciuitatis demonstratā sanctitatē. Que ciui
tas qz sancta est, iure optimo a sancto spiritu nomē illi impositum
est pclarissimū: is enī hāc sanctā ciuitatē hierusalē appellauit, qd̄
pfecto nomē ob hāc causam adepta est, q̄ hierusalē nō modo pa
cem ipsam, sed ea etiā q̄ pacis sunt innuere, sanctorū interptatio-
ne tradat. Tria igit in hoc sunt, nā ꝛ hoc hierl̄m atq; pacis opti-
mum est, ꝛ id verū huius ciuitatis nomē, ꝛ postremo huic ciuitati
ita proprium, vt nulli preterea alteri vere conuenire possit. Opti-
mum certe est, nam optima res pax est: adeoq; magna et diuina,
vt vniuersa creatura hanc appetere, ꝛ perq̄ desiderare videatur.
Cum enim pax ipsa (aug. teste) tranquillitas ordinis sit, et tran-
quillitas ordinis tunc sit, cum seclusis contrarijs quibusq; ordo
conquiescit: constat res omnes (siquidem naturaliter fines suos
appetant, et impedientia cuncta summouere contendant) pacem
appetere, pacisq; et quietis fructus vt adipiscantur, summa ope
laborare. Quod autem hierusalem pacisq; nomen verum nostre
ciuitatis nomen sit, is testis bonus est, qui dixit ꝛ factus est in pa-
ce locus eius: dei scilicet qui ꝛ huiusce vrbis fines pacem posuit:
et tantā in ea voluit propagari abundantiam pacis, vt ciues ipsi
non modo cum deo pacis autore et principe, non modo inter se
omnes pacem haberent, sed singuli etiam pacis tranquillitatisq;
abundantia, et intelligendo in veritate, et appetendo in ipsa bo-
nitate conquiescerent. Ea vero pax, hec vrbs hierusalem, hoc san
ctissimum dei hominumq; domicilium, non quidem impiorum
hominum est (qui quomodo non vera bona sectantur, ita nec ve-
ram pacem inquirunt) sed illorum est patres, qui pacifici sunt,
qui pacis domum vnanimes inhabitant qui pacem his qui pro-
pe ꝛ his qui longe sunt annunciant, qui his ad quos diuertunt,
pacem deferunt, et cum hospitio recepti non sunt, redeuntem ad
se pacem ipsi recipiunt. Illorum est hec sanctissima hierusalem,
que ex viuis lapidibus construitur, de qua dauid loquitur, et cu-
ius portarum sere ac claustra a domino confortantur. Hec est
illa hierusalem patres in qua sicut paulo ante inter diuinas res
perlectum est, rex pacificus pacem relinquit nobis, pacem suam
dat nobis. Sed non quomodo huius mundi homines dant,
ipse dat nobis, hi enim pacem dant vt molestia careant: sed pax
ibi vera non est, vbi nec vera concordia est, nec corda hominum
coniuncta, sed disiuncta sunt. Ea autem pax quam christus dat,
et que in testamento pacis et in hierusalem inuenitur, ea est pa-
tres, amoris vinculum, tranquillitas animi, simplicitas cordis,
consortium diuinitatis. Quis vnquam vidit vel audiuit talia?
quid fuit vnquam tam singulare, tam nouum, tam inusitatum?
Pax christi non modo corda nostra ꝛ nostras intelligentias cu-
stodit, sed omnem etiam et humanum et angelicum sensum exu-
perat: omnisq; homo sanctus vocatur, qui scriptus, et qui reli-
ctus, ꝛ qui residuus fuerit in hierusalem. Hanc itaq; preclaram
in mutatione mundi rerum nouitatem videns ioannes, ciui-
tatem hanc non solum sanctam, non solum hierusalem, sed no-
uam etiam hierusalem spiritusancto dictante appellauit. No-
ua est enim, nam qui in throno sedebat, ꝛ qui de thesauro suo
noua et vetera profert, noua in ea fecit omnia. Fecit namq;, vt
neq; languesceret aut veterasceret vnquam, neq; senio confice-
retur. Ex quo fit, vt hec longe sit, origine, dignitate atq; au-
thoritate eminentior hebreorum synagoga: que per antique

legis vetustatē consumpta, cultum ⁊ notitiam veri olimqꝫ ꝓmissi dei filij. solita pertinacia atqꝫ animi obstinatione repudiauit. Nā cum in synagoga ipsa in hodiernū vsqꝫ diē vetus homo sit, vetus lex, vetus fermentū: pristina conuersatio: in nostra certe hac noua hierusalē omnia noua sunt, nouum cor, noua lex, nouus homo, noua conspersio. Que eñ maior nouitas esse potest, ꝗ̄ deum hoiem esse, ⁊ rursus hoiem deū, eundemqꝫ verū deū ac hoiem, clauis cōfixum, spinis coronatū, ⁊ innumeris affectū contumelijs, nō alijs ipsum armis, ꝗ̄ cruce, ꝗ̄ morte, ꝗ̄ vulneribus infernū vicisse, celos ascēdisse, ad patris dexterā consedisse, propterqꝫ suū nomen ac legem trucidatos, ⁊ gloria ⁊ honore ⁊ felicitate perpetua affecisse. Quid ꝙ illius discipuli rudes, pauperes, abiecti obscuriqꝫ homines, cum vniuersus fere terrarum orbis ignorantie tenebris inuolueret, ⁊ erroribus superstitionibus sceleribusqꝫ obtemperaret (tot atqꝫ tantis, vt demones omnium gentium dominarent, ac summopere ab hominibus colerent) hunc tñ ipsum mundum immundū hi christi discipuli, hi ex infima plebe viri contra synagoge pontifices, contra mūdi imperatores, contra humani generis hostes, contra leges, consuetudines, opiniones, non armis, non opibus, non vi aut ferro vicerunt: sed fide tantum spe ⁊ charitate superarunt, purgauerunt, illuminarunt. Tam autem propria est nostre ecclesie diuina atqꝫ sempiterna nouitas hec, vt nulla hominum etas fuerit, nulla vnꝗ̄ ciuitas aut respubli. que non ab hac christiana ecclesia cūcta acceperint, que filiorum dei adoptionis perpetue existunt. Nam (vt a diuo thoma preclare scribitur) summum illud dei beneficium, quod nostri gratiam appellant, et quo dei filij efficimur ad a deo noui testamenti est, vt a mundi creatione sancti sancteqꝫ omnes quatenus nature diuine participes fuerunt, eatenus sub nouo testamento comprehendantur: ad qḋ veteris omnia sunt referēda. ¶ Uerum cum hoc fieri nequiuerit, vt excellens hec diuini humaniqꝫ consortij nouitas ex terra terrenisqꝫ rebus oriretur (quod enim natum est ex carne, caro est, ⁊ quod natum est ex spiritu, spiritus est) par certe et consentaneum rationi fuit, vt de celo ciuitas hec sancta ⁊ noua hierusalem descenderet. Descendit namqꝫ de celo vrbs hec noua: cuius fundamēta nec in poetarū figmentis, nec in humane sapientie persuasibilibus verbis, neqꝫ in cuiusuis mortalis aut create voluntatis appetitu seu opinione iacta sunt: sed que in mōtibus sanctis, hoc est in patriarcharum figuris, in prophetarum testimonijs, in preconijs apostolorum, in supplicijs martyrum, in admirandis christi operibus, in sanctorum proborumqꝫ hominum purgatissimis mentibus, in virtutis deniqꝫ ⁊ spiritus ostensione inconcussa ac firma perseuerāt. Descendit autem de celo non gressibus corporis, sed imitatione ac similitudine. Illius namqꝫ exemplo, que in celis est reipu. beatissime, huius que in terris est regimen cōstituit deus, vt illud nō penes omnes aut multos, sed penes vnum christi vicarium ⁊ dominici gregis pastorem cōsistat. Nam sicut in hierusalem illa que in celis est mater nostra, vnus tātum dñs est iesus christus: ita in hac hierusalem illius filia, que christi sanguine irrigata et matris est illustrata splendoribus, vnus tantū princeps est vicarius christi, ⁊ pōtifex maximus, cui omnes descendentis hierusalem ciues ⁊ incole, nō solum vt separatim singuli, sed etiam vt simul vniuersi obedire debent: quemadmodum qui in superna sunt hierusalem sancti, cum singulatim, tum vniuerse diuisimqꝫ ac simul omnes, vni omnium creatori subsunt, parent, obtemperant. Ut vero preclarissima hec sunt? At dicet forte quis. cum his temporibus due nobis ecclesie ⁊ due synodi proponantur (vna romana, pisana altera) vtrum ambe de celo descenderunt? Alteram enim earum tantummodo descendisse necesse est, siquidem christi sponsa vna est. ¶ Sinite me hoc in loco patres, respirare paulisper: nā quid a vobis in hac re constituendum sit, paucis dicam.

Quinqꝫ christi Ecclesie conditiones, nobis (vti audistis) sanctus euangelista proposuit, illam enim in primis esse ciuitatem, deinde sanctam hierusalem post, tum nouam esse, et de celo postremo descendisse affirmauit. Illam igitur synodum ⁊ in terris ecclesiam militantem, quam de celo credimus descendisse. cōsentaneam esse prescriptis conditionibus. ⁊ in celo triumphantis ecclesie formulis, procul dubio reperiemus. Eam vero que a supernorum imitatione prolapsa in preceps, ab illis deflectit viam, non vtiqꝫ de celo descēdisse. quinpotius ab inferis ascendisse iudicabimus. Hoc quādo ita se habet, non descendit de celo patres pisana nuper patrum illorum ecclesia. nō descendit de celo infaustus vbiqꝫ ⁊ inuisus cetus, non tantum e celo facinus. Non descendit inquam, sed ruit. Quāpropter: quia non obseruat ea que celi sunt, non imitatur que celorum regni esse traduntur. At qua re hoc rursus? quia prorsus aliena est a reuelatis apostolo conditionibus. Ut autem eas cōgruo ordine percurramus, quis vestrum putabit patres, illum conuentum qui vnius tantummodo nationis est (si tamen vnius est, ⁊ nō dimidiate vel nullius potius genti. ⁊ legitima coitio) quis putabit illum vniuersam coegisse synodum eius ciuitatis ad quam fortitudo gentium venit ad quam multitudo maris conuertitur, ad quam omnes per circuitum orbis terrarum congregantur, cuius minimus in mille est, ⁊ paruulus in gentem fortissimam? Tātum enim abest vt ecclesia illa pisana vera dei ciuitas sit, quantū abest vt sancta ⁊ legitima sit: tantumqꝫ recedit a candore sanctitatis, ꝗ̄tum ad errorum sordes accedit. accedit autem plus tanto, quanto magis ⁊ petrum ecclesie, ⁊ papam concilio, ⁊ suo conciliabulo summum verum certumqꝫ christi vicarium subijcere conatur. Quod tamen nil aliud est mea sententia ꝗ̄ nature ipsius rationisqꝫ ordinē peruertere, ⁊ filios patri, ⁊ membra capiti, pastoriqꝫ ipsi suarum greges ouium preficere. ¶ Sed ⁊ illud perspicuū est, hierusalem nomen illi ecclesie nequaꝗ̄ conuenire: propterea qḋ nec pacem habet, nec ordinis tranquillitatem, ꝙqꝫ tam excellentem ecclesie ordinem subuertere cōnititur: vtpote ꝗ̄ contra romanam ecclesiam togata armataqꝫ bella cōmouerit: queqꝫ ad quoscunqꝫ diuerterit, non modo pacem illis non attulerit, sed spem omnem pacis funditus euerterit, que singulatim omnia commemorarem, nisi intelligerem nimio etiam plus ꝗ̄ vellem esse manifesta. Non igitur pisarum synodus, synodus hierusalem est. sed ciuitas ac turris babel potius: que in terra sennaar confusionem fecit, ⁊ concordiam edificantiū disiecit. ¶ At dicent nonnulli: Saltem vna ex multis, ⁊ quarta ex quinqꝫ prescriptis conditionibus pisano cetui conueniet: nouitas scilicet. Quid enim tam nouum ⁊ inusitatum ac mirabile est, ꝗ̄ esse qui conentur efficere: vt miles duci, filius patri, domino seruus imperet, oues pastori, deniqꝫ pedes ⁊ cetera membra capiti? Fateor equidem ⁊ ego quoqꝫ noua hec esse, sed tamen aliena prorsus ab illa sempiterne sanctissimeqꝫ ciuitatis nouitate. Multum enim inter hanc illamqꝫ interest nouitatem, nomen vtriusqꝫ commune est, sed res ⁊ significatio diuersa. Hec enim hierusalem nouitas a spiritusancto est, ⁊ eterna est, at illam pisanam vnica tantum obedientia ⁊ ecclesie pars tūc effecit, cum scismatis illius tempore, tres ita maximi pontifices habebātur, vt nullus eorum aut certus quidem, aut absqꝫ ambiguitate verus petri successor existimaretur. Hec itaqꝫ nunc pisana nouitas constantie tunc ortum habuit, ⁊ euanuit, basilee repullulauit, ⁊ explosa est, atqꝫ his etiam temporibus (si vos viri eritis) interibit: quemadmodum sub eugenio quarto, summo maximoqꝫ huiusce sedis pontifice repressa est. Neqꝫ enim de celo descēdit, atqꝫ ob id diuturna non est, neqꝫ vnius principatum amplectitur, qui et in illa triumphante ecclesia est, et hanc militantem conseruat: quemqꝫ synodus pisana amplecti deberet, si e celo descendisset, ⁊ nunꝗ̄ multitudinis regimini (vti facit) inniti. Lōge igitur ab hac christi pisarum ecclesia discrepat, hec enim fidelium est. illa catillantium: hec domesticorum dei, illa aberrantium: hec christianorū hominum, illa vero eorum qui christi vestem conscindere, ⁊ a mystico christi corpore mystica christi membra seiungere non verentur. Habetis patres, quid de pisana synodo communiter constituendum sit, nunc de nostra laterana ⁊ de sensu animi mei pauca dicam.

Cum ecclesia Pisana de celo non descenderit (vti iā vidimus) ⁊ alteram ex propositis descēdisse necessarium sit (hoc enim posuimus paulo ante) patet ecclesiam nostram, quam lateranen. synodus perfecta refert, diuinam illam esse ciuitatem, que habet sanctitatem propriam, pacisqꝫ abūdantiam, et eterne nouitatis azimos ⁊ synceritatis panes, queqꝫ cum vno summo vnius christi vicarij principatu, de celo descendit. Hec tametsi magno nobis esse debeant argumēto, concilium nostrum rectum. sanctum atqꝫ legitimum esse: huc accedit tamen primum quod concilium hoc a rom. pontifice indictum, inchoatumqꝫ est, deinde quod preclara nostrorum maiorum concilia nō imitatur modo, sed eorum etiam multa apostolici splendoris presentia exuperat, ꝙqꝫ eidem postremo ꝓpterea quia presentia hac illustratur, dominus promittit spiritum veritatis omnem illi veritatem esse patefacturum. Que cum ita sint, nequaꝗ̄ illis assentior patres, qui solo concilij nomine audito, rem sanctam ⁊ vtilem continuo arbitrantur effectam esse: propterea ꝙ qui astutius ⁊ callidius fallere consueuerunt, hi prauis rebus honesta vocabula pretendere sunt soliti. Et tamen ✠ cōcilium illud probo, quod suis partibus omnibus absolutū perfectumqꝫ est, quodqꝫ illas habet,

✠ Ali

tātum

que necessaria concilijs sunt: ⁊ a sacrosanctis requiruntur atq; expectantur. Expectantur aūt multa hoc tpe ⁊ requiruntur: atq; hec potissimum, ecclesie videlicet reformatio, morū prolabentium restitutio, exorti tam scismatis oppressio, conuersio infidelium, reuocatio hereticorum, roboratio optimarum legum atq; sanctionum, que ad salutem vniuersē fidei christiane pertineāt. Atq; illa etiam que passim deprauata ⁊ deformata cernimus, vt ecclesiastice dignitates benemeritis tribuantur, virtutes premijs honorentur, vitia aut seuere puniantur, aut saltem ab honoribus ⁊ premijs arceantur. Hoc enim nostrum lateranense conciliū, quod pia origine ⁊ ab autore suo sancte ⁊ legitime inchoatum est, si ad propriū quoq; ⁊ cognatum finem corrigendi atq; emendandi que detorta sunt pretenderit, nulla erit ratio, quare qui contradicere aut vllo pacto opponere se voluerint, temerarij amentes, scelerati insuper ⁊ nepharij hoīes non merito existimentur. Quare si concilium hoc nostrum eū finem extremumq; habere desiderans, quem sanctissima semper florentissimaq; concilia habuerunt, de his patres (q̄ iam dixi) prouidendum est diligenter: atq; de hoc celeriter omni cura diligentiaq; constituēdum, quod neq; hodierno die dissimulare possum, neq; silentio vllo pacto preterire. Iactantur enim voces (que etiam ad aures meas peruenerunt) percussum pastorem, oues dispersas, pisanam synodum summo pōtifice ⁊ in terris deo potestate autoritateq; interdixisse. Maximis ecclesiam patres, et dissensionibus inuolui: ⁊ nouis quibusdam vexari ⁊ perturbari malis iampridem vidimus: sed hec tanta, tam exitiosa, tam periculosa haberi concilia a patribus illis, qs queso vnq; putauisset? Nūc quicquid est, quātum ad vos delatum dedecus, ⁊ facinus admissum sit, videtis. memoria tenetis patres. legistis enim q̄ plurima. Quid aliquando viri clarissimi ⁊ sapientissimi in calcedonensi synodo contra ephesinam secundam, ⁊ illius principem dioscorum, quid in constantinopolitana (que octaua huius dicitur) contra fotium omnium discordiarum satorem decreuerint, propterea qḋ ephesinus cetus grauiter errauerit, dioscorus in leonem vrbis episcopum sententiam scripserit: fotius autem non solum absq; romani pontificis autoritate concilium congregauerit (quod quidem alienum est ab homine christiano) sed in nicolaum etiā summum pontificem anathema protulerit. Quēadmodum igitur cōuentus pisanus fotium ⁊ dioscorum secutus est delinquendo, ita vos consulendo atq; animaduertendo, celeriter synodum calcedonensem; illam q; constantinopolitanam imitemini. incumbite patres ad ouium gregem. ad pastoris autoritatem. salutemq; ecclesiasticam omnium respicite. prouidete (quod ipsum ⁊ facile factu est, ⁊ fieri debet) prouidete patres, ne quis talia posthac vnq; non modo perpetrare sed ne cogitare quidem aut desiderare possit.

Verum ne sanctissimo concilio nostro in tot aduersis rebus ad communem salutem ⁊ conseruandam et amplificandam legitima presidia desint, quinpotius (quod olim votis expetitur, desiderijsq; postulatur) ad debitum finem perueniat, ad te conuertor, iuli pontifex maxime, q̄ ea abs te peto, que tue virtutis, tue dignitatis, tue potestatis propria sunt. Antea enī cum in singulis rebus insistebamus, alios ordines ecclesie inferiores sumus allocuti. nunc de summa rerum dicturi breuiter, summum principem ⁊ caput omniū appellamus. Te itaq; pater beatissime obsecro atq; obtestor (tua enim post deum maxima est potestas, tuum est imperium, tua respu. gubernatio, christiane fidei defensio) obsecro inquam ⁊ obtestor, hoc omni studio cures atq; efficias, vt hec synodus lateranensis, parte congregata, quemadmodum ecclesia quam refert, de celo descendit (vti ioannes vidit) ita cum illa rursus ascendat in celum: hoc enim vniuersi totis deuotisq; animis deprecamur. Assequetur autem hoc, te volente, teq; imperante, si tuipse pater sancte, omnipotentis dei (cuius vices in terris non solum honore dignitatis sed etiam studio voluntatis gerere debes) potentiam, perfectionem sapientiamq; imitaberis. Atqui vt in primis potentiam imiteris, accingere pater sancte gladio tuo, tuo inquam accingere: binos enim habes. alterū tibi reliquisq; huius mundi principibus communem: alterum tibi proprium, atq; ita tuum, vt illum alius nemo nisi a te habere possit. Hoc itaq; gladio tuo (qui ecclesiastice potestatis est) accingere potentissime: ⁊ accingere super femur tuum .i. super vniuersas humani generis potestates. Cumq; accinctus fueris, tum intende contra errores, contra hereses, contra dissensiones, denique contra inferni portas, errorum, heresum ⁊ dissensionum autores, nec intende solum, sed etiam procede, ⁊ regna. Procede in primis ⁊ prospere procede. gentes que bella volunt dissipando, tū regna, sacerdos ⁊ rex que pacis sunt cogitando, inquirendo, persequendo, is namq; idem quem imitari debes. et rex regum est, pacisq; princeps. et dominus dominantium, rexq; pacificus. Hanc autem summam potentiam tuam, diuina perfectio comitetur, perfectio hec misericordia est: qua pater ille celestis et perfectus, solem suū oriri facit super bonos et malos, pluitq; super iustos ac peccatores. Nam si tanta vbiq; misericordia prestabis, vt non modo amicos, sed inimicos etiam ac hostes ad tui nominis reuerentiā, ad apostolice sedis cultum, ad christi ecclesie vnitatem, ad huius concilij manifestam professionem venire compellas. recte pater sancte, dei perfectionem imitaberis humano more. Nulla enim de virtutibus omnibus, nec admirabilior, nec excellentior misericordia est, nulla magis principi propria, nulla potentie summe cognata magis atq; amica est. Hec te pre regibus terre excellentissimum, hec te vniuersis populis adorandum, deoq; insuper te et gratum ⁊ amicum ⁊ simillimum reddet. Verum cū multos multarum nationum gentiumq; viros clarissimos per dei tuamq; misericordiam ad hanc synodum venturos accessurosq; existimemus, vna se tibi ad hanc rem offert diuina sapientia: que a fine ad finem fortiter attingit, et disponit omnia suauiter. Huius nuper exemplo, a fine ad finem tum attigisti fortiter pater sancte, cum indicto concilio hoc atq; inchoato, vniuersos ad bene de christiana repu. sperandum excitasti. Disponés autem suauiter, prouidendo sapienter, ne vocati a te iuste queri possint, se (vt par erat) in re tanta expectatos non fuisse. Quare postquam hodierno die (quod bonum, faustum felixq; sit) de singulis que ad huiusce sanctissime synodi conseruationem ⁊ statum spectare videbuntur constitutum fuerit, tum de his quoq; constituatur nationibus que quum intellexerint rome ⁊ a romano pontifice concilium synodumq; haberi, ⁊ desiderari se atq; expectari, cuncte proculdubio nobiscum vna ad christiane religionis disciplinam, ad apostolice autoritatis maiestatē, ad communem fidelis populi salutem, ad labentium rerum restitutionem, ad totius p̄terea ecclesie defensionem ⁊ rem, conuenientur. Sic namq; hoc sacrosanctum concilium in celum ascendet, cum catholica ecclesia quam refert ⁊ quam ioannes ciuitatem esse sanctam esse, hierusalem nouamq; esse, atq; de celo descendisse contemplatus est. Dixi.

Orationis Thome de Vio Caietani Cardinalis sancti Xisti, finis.

Thome de Vio, Caietani, Cardinalis sancti Xisti, subtilissima de dei gloriosi infinitate intensiua, Questio.

Vtrum deus gloriosus sit infinite virtutis. Questio vnica.

Queritur Vtrum deus gloriosus sit infinite virtutis. Et arguitur q̄ nō. Primo. Quia aut deus mouet celum effectiue ⁊ immediate. aut non effectiue sed vt finis tantum, vel effectiue ⁊ mediate. Si primo modo, ⁊ est infinite virtutis: ergo motus celi esset in nō tempore. quod est contra sensum. Consequentia patet ex. viij. phy. tex. 79. ⁊ primo celi. tex. 52. ⁊ secundo celi. cō. 58. ⁊ alibi ⁊c. Si secundo modo aut tertio. ⁊ est infinite virtutis. ergo habetur in rerum natura vna virtus, que si moueret effectiue ⁊ immediate. motus fieret in non tempore. Tunc vltra. sed possibile est virtutem illam infinitam mouere effectiue ⁊ immediate: ergo possibile est ex ea sequi motum in non tempore. quod est impossibile simpliciter. Prima consequentia ex antedictis est euidens. Affirmatio vero vltimi antecedentis patet ex eo quod virtus infinita nec est alligata causalitati finali motus nec mediate causalitati effectiue eiusdem, quin possibile sit ipsam ab his absolui. alioquin infinita virtus non esset. Si dicatur q̄ hec ratio supponit deum agere naturaliter (id est non quantū vult, sed quantum potest) ⁊ quod hoc non est necessarium: quia deus est natura intellectualis: cuius proprium est agere secundum intellectus sui diffinitionem: vt artifices facere videmus: ⁊ consequenter deus tanta velocitate mouet: non quin plus possit, sed quia sic explicande sue arti expedire videt. Contra hoc primo. Quia saltem habetur intentum secundum aristo. ⁊ auer. ceterosq; philosophos, tenentes deum licet intellectualem, naturali tamen necessitate agere. Demonstratio siquidem posita in primo celi text. 90. ad ostendendam vnitatem mundi, manifeste supponit hoc: vt patet ex dubio ibidem moto ab alexā. ⁊ auer. ⁊ san. tho. ⁊ ceteris. Venatio enī numeri intelligentiarum iuxta numerum motuum celestium in. 12. meta. tex. 43. hoc idem ponit. Numerus enim motorum non adequatorum, non potest ex motuum numero efficaciter conclu-

cum posset facile quispiam dicere. plures motus ab eodem procedente motore fieri. Inconueniens quoque reputatur ab aristo. viij. phy. tex. 79. quod virtus finita ⁊ infinita possint equali tempore mouere: quod tamen ex hac responsione sequeretur. Auer. quoque viij. phy. cō. xv. ⁊ primo celi cō. xxj. ⁊ Auic. vj. meta. hoc idem sentire videntur. ¶ Secundo. Quia vt dicitur primo priorum. ⁊ primo celi. tex. 119. id ad quod sequitur falsum impossibile. est simpliciter impossibile: sed ad virtutem infinitam positam in rerum natura licet agentem libere sequitur falsum impossibile scilicet posse fieri ab ea motum in non tempore. ergo ipsam esse in rerum natura est simpliciter impossibile. Probatur minor. Tum quia non est impossibile deum velle vti tota virtute sua: vt inductiue patet in omnibus agentibus. Et vt dicitur in primo celi. tex. 102. ab vniuersali manifestata per inductionem in omnibus sensibilibus non est resiliendum. Tum quia considerata tantum virtute diuina infinita, ⁊ non considerato modo agendi, qui est posterior. scilicet agere per libertatem, sequitur motum fieri in non tempore: quamuis non de facto: tamen quantum est ex ratione potentie motiue. Constat autem non solum esse impossibile illud ad quod sequitur de facto poni aliquod impossibile in rerum natura. sed etiam illud, ad quod sequitur aliquod impossibile simpliciter. Unde hoc posset exemplificari sic. Quemadmodum positio tua duo dicit scilicet quod est virtus infinita, et quod agit libere: sic consequenter ego deduco duo. Ex primo quidem, quod fieret motus in non tempore: ex secundo autem quod de facto hoc falsum est. ¶ Ex quibus simul infertur quod ad infinitam virtutem licet agentem libere, sequitur aliquod falsum impossibile, ⁊ consequenter ipsam inueniri est impossibile.

¶ Secundo arguitur sic. Omni potentie actiue, in natura respondet aliquod possibile ex potentia passiua, ⁊ econuerso (vt dicitur in primo celi. cō. 124.) vel saltem respondet aliquod possibile manifestatiuum totius illius virtutis actiue vt sic. aliter frustra esset: cum potentia sit propter opus. ij. celi. tex. xvij. Sed virtus diuina motiua est infinita per te. ergo sibi respondet saltem possibiliter aliquis motus manifestatiuus infinitatis illius. Hoc autem est impossibile: quia aut ille motus esset corporis infiniti, quod impossibile est inueniri: aut corporis finiti in non tempore: quod est impossibilius: aut esset corporis finiti in tempore eterno, vt est motus celi. et hic non concludit infinitam virtutem motoris: sed immutabilem ⁊ immaterialem: alioquin omnes motores celorum essent infinite virtutis. ¶ Et confirmatur. Quia quantitas virtutis actiue ex effectus quantitate cognoscitur: vt dicitur in primo celi tex. 116. Unde cum deus non possit producere effectum infinitum (vt communiter tenetur, ⁊ a philosophis ⁊ a theologis) consequens est quod virtus diuina infinita non sit. ¶ Et confirmatur secundo ex. iiij. phy. text. 131. sic. Si impossibile est esse mobile, impossibile est esse motiuum, ⁊ econuerso. ⁊ similiter. si impossibile est esse mobile velocitate infinita, impossibile est esse motiuum velocitate infinita: sed impossibile est tale mobile inueniri: ergo ⁊ motiuum infinite virtutis.

¶ Tertio arguitur a credentibus se arguere ex cō. xxxviij. secundi de celo: vbi auer. dicit, quod si motor non haberet potentiam terminatam, ergo neque naturam terminatam: ⁊ sic intelligerentur ex sua natura motores infiniti: ⁊ non intelligerentur ex suo esse res proprie et ⁊c. Ex illo enim commento arguunt, quod infinita virtus est ens impossibile inueniri in rerum ordine: quia si ponatur, sequeretur inquiunt quidem, quod totum non esset maius sua parte: accepta enim virtute illa infinita. et diuisa secundum intellectum in duas quasi partes: ex quo quanta est virtualiter, cum quelibet pars infiniti sit infinita, ⁊ vnum infinitum non sit maius alio, consequens est quod tota virtus infinita est equalis cuilibet suarum partium: quod est impossibile. Et ad hoc deducit ibi auer. cum dicit, quod si esset motor infinitus, intelligerentur ex sua natura motores infiniti. ¶ Alij vero eandem inde volentes deducere conclusionem. dicunt ideo esse impossibile ens habens virtutem infinitam: quia infiniti proprium est occupare totum. ⁊ ideo si daretur infinitum secundum virtutem, occuparet omnem virtutem: nec compateretur secum aliquam aliam virtutem. ⁊ sic periret ordo vniuersi. Et quia infinita natura contineret ⁊ occuparet infinitas naturas, natura autem est primum principium motus. ideo dixit, quod intelligerentur ex sua natura infiniti motores. ¶ Potest tamen difficilius, ⁊ ad mentem auer. ibidem argui sic. causa finitatis intensiue est distinctio formarum: ⁊ hec est communis formis materialibus ⁊ immaterialibus: ergo finitas illa est communis omnibus formis. Antecedens probatur. Tum quia distinctio formarum mouentium est causa finitarum proportionum ad mobilia: nisi enim esset diuersa natura mouentis solem, a natura mouentis saturnum, non posset reddi ratio suarum commensurationum ad mobilia propria. Tum quia constitutiua formarum, ex quibus oritur earum distinctio. sic se habere necesse est, quod vnum aliquid claudit positiuum. quod reliquum non claudit, ⁊ econuerso. Ab infinito autem nullum positiuum excluditur. ac per hoc periret multitudo ⁊ differentia motorum.

¶ Quarto arguitur sic. Si deus esset infinite essentie, sequeretur, quod nullum ens esset perfectius alio. hoc est falsum. ergo. Consequentia probatur supponendo, quod perfectio attendatur penes accessum ad summum. quod etiam habetur in proposito ex. x. meta. cō. vij. vbi dicitur, quod primus motor est mensura omnium substantiarum. Hoc enim stante deducitur consequentia sic. Entium quorum nullum est alio propinquius summo. nullum est alio perfectius: sed si deus est infinitus. nullum aliorum entium est sibi propinquius alio quia a quolibet distat in infinitum. ergo inter entia alia a deo non datur perfectius ⁊ minus perfectum.

¶ Quinto arguitur autoritatibus. ¶ Et primo auer. viij. phy. cō. 79. vbi negat primum motorem esse infinitum. ¶ Secundo in secundo celi. cō. allegato. 38. ⁊. 39. vbi subdit, quod infinitas intensionis impossibile est quod inueniatur in formis inquantum sunt forme. ¶ Et confirmat hoc idem in cō. 71. ⁊ in de substantia orbis ca. 3. ⁊c. ¶ Arist. quoque in secundo celi tex. 71. testimonium huic parti perhibet: dum dicit, quod si adderetur stella orbi erratico. vltimus orbis esset in labore. Constat enim vt ibidem. ⁊ in cō. 58. declarat auer. quod vltimum orbem reuoluere alios. est motorem eius hoc facere, quem omnia desiderant: quem constat esse deum: ⁊ consequenter nihil aliud est dicere: vltimus orbis esset in labore, quam deus esset in labore. Hoc autem nō sequeretur si deus esset infiniti vigoris: ergo.

In oppositum

Est autoritas arist. octauo phy. text. cō. vlt. vtentis infinitate pro medio termino ad concludendum deum esse incorporeum.

In hac questione

Tria sunt agenda. ¶ Primo declarabitur titulus. ¶ Secundo probabitur pars affirmatiua. ¶ Tertio respondebitur rationibus ad oppositum.

Quo ad primum.

Cum finiti ⁊ infiniti ratio quantitati congruat (vt dicitur primo phy. tex. xv.) ⁊ quantitas diuidatur in successiuam ⁊ permanentem, ⁊ hec in quantitatem molis ⁊ perfectionis: supponamusque deum esse incorporeum ⁊ immortalem ⁊c. consequens est, quod nec de quantitate durationis. nec molis questio presens sit: sed de quantitate perfectionis, an infinita sit. Quia vero in infinitum negationem claudit. non est putandum priuatiue teneri. sed vt communiter et vere dicitur, negatiue: quoniam non queritur. vtrum deus non habeat perfectionis terminos, quos sua vel alicuius alterius natura nata est habere. sed simpliciter queritur vtrum nullos habeat perfectionis terminos. ¶ Et licet mutuo se consequantur infinitas virtutis ⁊ infinitas essentie: diuersa tamen quesita formaliter sunt, ⁊ diuersa habent propria media. Propter quod diuus tho. in. vij. q. prime partis tractat infinitatem essentie dei: ⁊ in. q. xxv. infinitatem sue potentie. Unde questio nostra de infinitate virtutis inquirens, si infinitatem essentie quasi pertransibit, arguenda insufficiens non est. ¶ Uertitur ergo hoc in loco in dubium: an virtus seu potentia dei gloriosi sit tante perfectionis quod nullis perfectionis limitibus angustetur, an non. Uerbi gratia, applicando questionem ad virtutem motiuam, an virtus motiua dei gloriosi sit tante perfectionis quod quantum est ex se nullo limite claudatur, sed quacunque velocitate data possit facere maiorem: an concludatur aliquo termino: puta quod vltra velocitatem. xxiiij. horarum non possit facere maiorem. Et hec de primo.

Quo ad secundum.

Quia non est intentionis presentis discutere difficultatem hanc nisi inter peripateticos: ⁊ horum duos tantum, principem scilicet eorum ⁊ auer. a quibus metaphysicalia media propria ad infinitatem substantie diuine. aut non habemus. aut sic, vt nefas videatur mordaci multorum imperitie exponere: adeo duabus tantum vijs propositum ostendetur. Unum tamen de ipsa diuina essentia premittendo scilicet quod est ipsum esse per essentiam, ⁊ totam essendi virtutem prehabens, superexcedensque nobilitates omnium rerum que fuerunt, ⁊ que sunt, ⁊ que possunt esse, etiam simul sumptarum. ¶ Quod enim sit ipsum esse per essentiam. ari. ij. meta. tex. iiij. ⁊ auer. xij. meta. cō. 51. testantur. ¶ Quod vero ipsum esse per essentiam. totam essendi virtutem prehabeat. apud sapientes penetrantes terminos. in dubium verti non potest: sed vt communis animi conceptio est, quemadmodum incorporalia non esse in loco. Exprimitur quoque ab auer. in cō. xxj. v. meta. vbi dicitur in deo

contineri nobilitates omnium generum: cuiusq siquidem rei nobilitas, sm aliquam essendi rationem est. ¶ Confirmaturq ab eodem in. 12. meta. cõ. 18. ⁊. 36. vbi dicit in primo motore omnia contineri actu, ⁊ in con. 51. ¶ Quod autem omnium nobilitates simul sumpte, deficiant a nobilitate prima: ex eo patet, ꝙ cum ipse ita sit summum ens, ꝙ ceterorum nobilitates claudat in se nobilissimo modo, tanto omnibus prestat, quanto eorum in se naturas nobiliori habet modo. Habet enim omnia in se per modum sui: qui est purus actus omnino. Unde ridiculum est quod quidam non sunt veriti scribere scilicet ꝙ cum dupliciter possit intelligi deum habere in se perfectiones omnium, vno modo sic, vt habeat in se vnam simplicem essentiam prehabentem omnia, vt pura actualitas, alio modo sic, vt habeat in se gradus perfectionales correspondentes singulis perfectionibus contentis. Si secundo modo verificaretur, tunc deus esset perfectior ceteris simul sumptis, si vero primo modo, non concluditur deum esse perfectiorem omnibus simul, sed singulis. Et qꝛ primo modo verificatur, ideo ex his non habetur deum esse perfectiorem omnibus simul sumptis. Ridiculum inquam est: qꝛ puerile est in philosophia, equare perfectiões particulares perfectiõibus vniuersalibus. Non enim est possibile sm rem, neq sm intellectum (etiam data fingendi licentia) vt aliquid sit melius ipsa bonitate per essentiam: aut magis ens ipso esse per essentiam, aut magis viuens, aut intelligens ⁊c. ꝙ ipsa vita, ⁊ ipse intellectus per essentiam. Si ergo deus sm veritatem est huiusmodi, quomodo potest aliquid eo pfectius fingi? Unde arist. 12. meta. tex. 39. notanter concludit deum esse viuum, ⁊ sapientem ⁊c. vt platoni attributum dogma confutaret, quod nobilitates entiũ diuisit, ponens aliud esse per se vnum, ⁊ aliud per se ens, et aliud per se vitam ⁊c. Unde sicut leo platonicus esset perfectior non solum singulis, sed omnibus leonibus simul quatenus leones sunt, ⁊ si infinities infiniti leones particulares essent, omnes a per se leonis nobilitate deficerent: sic omnia entia per participationem, a primo per essentiam ente necesse est deficere. Quod etiã ex causalitate equiuoca primi super omnia, manifeste patet. ¶ Hac igitur primi entis nobilitate prehabita, ostendendum est, an virtus eius sit infinita intensiue.

Prima Ergo via ex fine. 8. phy. sumit sic. Arist. (vt auer. cõ. vlt. inquit) concludit in secunda figura deũ nõ esse virtutem in corpore, sic. Nullum corpus aut virtus in corpore est infinitum. primus motor est infinitus, ergo primus motor non est corpus, nec virtus in corpore. Probatur maior, qꝛ virtus infinita aut esset in corpore infinito, ⁊ hoc non datur: aut in corpore finito, ⁊ hoc ostensum est esse impossibile. Minor vero quia mouens tempore infinito est virtutis infinite, primus motor est huiusmodi, ergo. Iste est processus arist. in quo manifeste vtitur infinitate virtutis pro medio termino. Nec refert siue sic, siue aliter formetur processus arist. quoniam quocunq modo formetur, in idem redit: vt patet in tex. ¶ Quidam autem peruertentes textũ dicunt, ꝙ aristo. sumit quidem pro medio infinitam virtutem, sed virtus infinita potest esse dupliciter. Uno modo intensiue, et sic non accepit ari. Alio modo sm durationem: ⁊ sic intellexit. Ita ꝙ maior est, nulla virtus in corpore est infinita sm tempus ⁊c. ¶ Sed contra hos ex hoc processu arguitur sic. Premisse alicuius syllogismi probate anterioribus syllogismis in eo sensu sunt sumende, in quo fuerunt concluse in precedẽtibus rationibus, ista patet de se, sed premisse syllogismi facti in tex. vlti. fuerunt probate p alias rationes factas: vt ibidem fatetur etiam arist. ergo accipiẽde sunt in sensu, in quo probate sunt. Constat autem ꝙ premisse ille probate sunt loquendo de infinitate intensiua, ergo accipiende sunt vt loquuntur de infinitate intensiua. Discursus bonus, et vltima tantum propositio restat declaranda. Que sic declaratur. Maior huius syllogismi fuit conclusio probata in tex. 79. quo ad hoc, qđ virtus infinita non potest esse in magnitudine finita, ⁊ fuit conclusio probata in tertio phy. longo processu, quo ad hoc ꝙ magnitudo infinita non datur. Sed in tex. 79. non potest inficiari, quin loquatur de virtute infinita intensiue, ergo prima premissa loquitur de virtute infinita intensiue. Minor vero est conclusio probata ab arist. in hoc textu ex conclusione tex. 78. Probat enim hic primum motorem esse virtutis infinite, quia mouens tempore infinito est virtutis infinite: vt ibi probatum fuit. Ad illum enim textum expresse in hoc loco se remittit arist. dicens ꝙ impossibile est a finito moueri aliquid sm tempus infinitum, monstratum est nunc. Cõstat enim ꝙ nullibi probatum est nisi in tex. 78. Apertissime autem liquet etiam cecis, ꝙ in tex. 78. non est sermo nisi de finita ⁊ infinita virtute intensiue, ergo altera etiam premissa loquitur de infinitate intensiua. Superfluum autem esse duxi adducere demõstrationes aristo. in tex. 78. ⁊. 79. vt ostendam ibi sermonem haberi de finitate ⁊ infinitate intensiua. Rationes enim adeo aperte sunt, vt ostensione hac non egeant. exiguntur tamen ad hoc vt videantur. Et ne suspensum quem ꝑtiam reddamus, donec librum phy. viderit. fideliter ipsas demonstrationes adducimus. ¶ Demonstratio ergo habita in tex. 78. ad ostendendum ꝙ motus in tempore infinito non potest fieri a virtute finita, est ducens ad impossibile. Et accipit primo ab aduersario eius positionem scilicet ꝙ sit ita ꝙ a virtus vt centum, moueat. b. mobile centum cubitorum in. c. tempore infinito. Deinde adiungit huic propositionem possibilem scilicet ꝙ. d. virtus vt decem. que est decima pars virtutis vt cẽtum, moueat. e. mobile decem cubitorum. quod est etiam decima pars primi mobilis, in tempore. 3. Et nunc arguitur sic. Hoc tempus, in quo mobile decem cubitorum mouetur a virtute vt decem, non est equale tempori illi, in quo mobile centum cubitorum mouetur a virtute vt centum, sed minus eo. Quia demonstratum est in. 6. ꝙ ceteris paribus totum mobile, seu mobile maius, maiori tempore eget ad pertranseundum aliquod certum signum ꝙ pars eius seu mobile minus, ⁊ ad sensum patet. Uel sm auer. (⁊ in idem redit) quia maior potentia mouet maiori tempore scilicet maius mobile respectu alicuius signi pertranseundi seu quod idem est, condiuidendo tempus mobili. aliter non esset verum: quia vt dicitur in. 7. phy. tex. 36. media potentia mouet medium mobile in equali tempore per equale spatium. Cum ergo illud tempus sit infinitum, restat ꝙ hoc sit finitum. Sit ergo tempus. 3. decem horarum. Et nunc arguit sic. Si augeatur virtus vt decem, donec cõsumat, aut adequet virtutem vt centum, ⁊ similiter augeatur mobile. 10. cubitorum donec consumat vel equet mobile centum cubitorum, necesse est proportionaliter augeri tempus. 3. decem horarum donec consumat, aut adequet tempus in quo virtus vt centum mouet mobile cẽtum cubitorum: quia necesse est equales virtutes mouere equalia mobilia tempore equali. Sed infinitum nõ potest consumi, nec aliquid potest ei multiplicatum equari, ergo tempus quo virtus vt centum mouet, impossibile est esse infinitũ: quod erat probandum. ¶ Demonstratio autem posita in tex. 79. probans, ꝙ in magnitudine finita non potest esse virtus infinita, est etiam ad impossibile. Et primo supponit tria. Primum est, qđ maior virtus motrix facit equalem motum in minori tempore. Secundum (quod ex primo sequitur) est ꝙ infinita virtus facit plus in equali tempore quam finita. Tertium est, ꝙ omnis motus est in tempore. Quibus stantibus arguit sic. Si in magnitudine finita esset virtus motiua infinita, sequeretur quod in equali tempore equaliter mouerent virtus finita et virtus infinita, hoc autem est impossibile. ergo. Consequentia declaratur ibidem sic. Sit a. tempus vnius hore, in quo virtus infinita mouet: et sit. b. tempus mille horarum, in quo virtus finita, puta vt centum, mouet. Tunc cum quanto virtus motiua fit maior, tanto tempus in quo mouet fiat minus per suppositiones, augeatur virtus motiua vt centum, in tanta proportione in quanta tempus vnius hore exceditur a tempore mille horarum, et tunc manifeste patet, quod in equali tempore equaliter mouebit virtus illa finita in mille culpa proportione ad virtutem vt centum, ⁊ virtus infinita. quod erat impossibile deducendum. ¶ Ex his iam manifeste patet, quod nunꝙ fit sermo de infinitate durationis, sed semper de infinitate ⁊ finitate intensiua: vt qui his oblatis hoc nõ videt, non egeat medio, sed sensu intellectuali. ¶ Et confirmat. Premisse istius vltimi syllogismi intellecte, vt dicunt, de infinitate durationis, aut assumuntur ab arist. vt per se note, aut vt probate. Non vt per se note: quoniam sunt aut false, aut maxime dubitabiles: tum quia sol habet virtutem motiuam tempore infinito motu alterationis: tum quia totum corpus celeste mouet actiue motu locali sphera ignis ⁊ supremum aeris tempore infinito, ⁊ tamen constat qđ hec sunt corpora: nec secundum veritatem apparet aliquid cogẽs nisi loquentes ad dicendum, ꝙ virtus corporea actiua est necessario finita secundum durationem. Unde aristo. assumens vt per se nota ea que sensus perhibent esse falsa. plurimum peccasset. Nec vt probate: quia nullibi inueniuntur in hoc sensu probate, ergo.

¶ Et quoniam questionem hanc non aggredimur ea ratione, vt sciamus quid senserit arist. quoniam hoc a philosophia extraneũ est: sed vt sciamus, qua ratione hoc cõclusum sit: ⁊ in processu predicto ambiguitas magna est circa probationem minoris (que est questionis huius obiectum) ideo videndum hic est ꝙ efficaciter minor illa probetur. Est autem ratio dubitandi: quia cõ. tex. 78. (s. mouens tempore infinito est infinitum, ex qua probatur minor, tex.

vit.scilicet primus motor est infinitus)loquitur de mouente tempore infinito ex parte mobilis:vt patet ex ratione probante ipsam:concludit enim tps mobili.minor autem ista loquitur de mouente tēpore infinito ex parte magnitudinis,seu spatij super quod fit motus:vt patet in motu celi.Primus enim motor non aliter mouet tēpore infinito.nisi quia mouet celum tempore infinito.Constat autem quod nec tps,nec motus celi habet infinitatem ex parte mobilis:sed ex parte spatij infinities pertranseundi.Constat autem q̄ ad mouendum tempore infinito primo modo,requiritur virtus infinita:vt patet ex demonstratione arist.tex.78.⁊ hoc siue virtus illa sit corporea,siue incorporea,permanet verum,⁊ quod ad mouēdum tempore infinito secundo modo,non requiritur virtus infinita:vt patet de motore orbis lune:qui est virtutis finite ⁊ sufficiens est mouere motu eterno.Eodem siquidem vigore,quo semel pōt mouere suum orbem,potest infinities iterare motum illum:q2 est inalterabilis ⁊ immutabilis virtutis:⁊ vt dicitur in.8.phy.tex.85.semper similiter se habens in se ⁊ ad mobile,semper idem faciet.

¶ Et vt clarius percipiatur nodus questionis,sciendum est.ex.6.phy.longo processu.quod tempus motus conduuiditur mobili,et conduuiditur magnitudini.super quam est motus.Et similiter dupliciter infinitum esse contingit.Uno modo ex parte q̄titatis mobilis.Alio modo ex parte quantitatis spatij.Mobili quidem conduuiditur tempus,⁊ ex eo infinitatur:quia si aliquod certum signū in aliquo spatio designatum sit pertranseundum,prius pertransitur ab vna parte mobilis q̄ ab alia.⁊ si pertranseundum est a pluribꝰ mobilibus inequalibus vno decem cubitorum,⁊ altero viginti ⁊c.⁊ ceteris paribus queratur q̄tum erit tempus mensurans transitus istos:manifeste patet quod si mobile decem cubitorum transit illud signum in vna hora quod mobile viginti cubitorum pertransibit illud in duabus:sicut etiam illudmet signum prius transit medietas mobilis q̄ totum.Oportet enim seruata equalitate motus,q̄to mobile est maius tardius pertransire signū illud.verbi gratia:Si primus orbis ⁊ orbis lune equaliter mouerentur,signatum punctum orientis orbis lune tanto citius pertransiret q̄to minor est primo orbe.Ita quod quando orbis lune peregisset suum transitum.forte adhuc nec millesima pars primi orbis punctum illum orientis transisset,⁊ idem est in motu recto.Unde si infinitum est mobile,infinitum necesse est,esse tempus,in quo datum signum pertranseundum est.Magnitudini vero conduuiditur tempus,⁊ ex ea similiter infinitatur:quia finitum mobile prius transit vnam partem magnitudinis q̄ aliam:⁊ sic ceteris paribus q̄to maior fuerit magnitudo pertranseunda,tanto maius erit tempus mensurans motum:⁊ si infinita infinitum:vt in motibus processiuis manifestum est. Nec refert in proposito,an magnitudo seu spatium coincidat ratione materie in idē realiter cum quantitate mobilis:vt in motu celi contingit.Non enim est aliud spatium pertrāseundum a primo corpore q̄ quantitas ipsius:vt auer.dicit in.ij.celi.cō.46.Patet enim quod celum prius pertransire partem spatij,que est ab oriente ad meridiem,q̄ illam que est a meridie ad occidens:nihil minus q̄ si ibi esset realis distinctio quantitatis spatij ⁊ quantitatis mobilis.Similiter non refert in proposito,an quātitas spatij quantitatem temporis augeat,ex quantitate suarum partium nunq̄ ab illo mobili pertransitarum:vt contingit in motu recto ⁊ prima reuolutione circulari:an ex quantitate earundem partium que pluries pertranseunde sunt:vt contingit in reflexione motus recti,⁊ in secunda reuolutione circulari,⁊ deinceps.Spatium enim idem secundo pertrāseundum,alterius spatij equalis primo rationem habet.⁊ perinde quantificat ⁊ extendit tempus,acsi alterum equale primo esset(seu vt melius loquamur)ac si esset altera pars totalis spatij equalis prime parti.⁊ similiter est de omnibus reuolutionibus circularibus.

¶ Ex his igitur patere possunt tria. Primum,quod tempus quo mouetur celum perpetuo.est infinitum non ex parte mobilis,sed magnitudinis seu spatij:quia celum corpus finitum est.⁊ ideo tempore infinito mouetur.quia spatium ab oriente in occidens infinities peragit. Secūdum,quod tempus quo probauit arist.in tex.78.non posse fieri motum a virtute finita,est infinitum ex parte mobilis:quoniam manifeste ibi fit diuisio temporis secundum diuisionem mobilis:dum augendum proportionaliter dicitur ſm augmētationem mobilis ⁊ motoris.vt contra proteruos syllogizetur sic.Quātitas temporis aucta ⁊ diminuta proportionaliter ſm augmentationem ⁊ diminutionem potentie motoris ⁊ quantitatē ipsius mobilis.est q̄titas se tenēs ex parte mobilis.patet ista ex terminis:⁊ ex septimo physi.tex.xxxvj.sed quantitas hec tēporis.de q̄ loquitur arist.est huiusmodi:vt patet de se:⁊ auer.in cō.expresse asserit cum ceteris expositoribus.ergo. Ex his autem liquet tertiū principaliter intentum:quod scilicet processus arist.non sufficienter videtur probasse minorem scilicet primus motor est virtutis infinite:sed equiuocationem videtur commisisse in medio termino,qui est mouens tempore infinito.Dum in maiore pro syllogismi.q̄ fuit conclusio tex.78.sumitur pro tempore infinito infinitate se tenente ex parte mobilis:cum dicitur,omne mouens tempore infinito est virtutis infinite:⁊ in minore sumitur pro tempore infinito infinitate se tenente ex parte spatij.cum dicitur:s3 primus motor mouet tpe infinito.restat igitur ambiguitas nō parua in hoc processu.

¶ Omissis autem opinionibus pluribus,que a diuersis de vi huius demonstrationis dicta sunt.Sco.enim in quolibet.q.vij.ad primum credens secundum ari.primum motorem infiniti vigoris intensiue,dixit hoc concludi ex eo quod mouet a se:quia:quod mouet a se,est a se:et consequenter habet plenitudinem actualitatis et entitatis.que absq3 infinitate intensiua non est.Egidius vero in.8.phy.credens idem,dixit hoc concludi ex eo quod totus motus infinitus est proprius effectus dei:quia quod potest in infinitum motum quo ad suam totalitatem,potest nihil minus in ipsum.tā si sit vnius mobilis absolute q̄ si sit vnius mobilis infinities iterati.⁊ consequenter est virtutis infinite:quia a propria causa effectus recipit mensuram ⁊ speciem.His inquam omissis,quia absq3 probatione dicta sunt.quod mihi videtur scribendum est.Mirum enim,⁊(vt melius dicamus)extraneum valde est quod arist.medium terminum tacuerit,⁊ tantum studium apposuerit circa id.sine quo sua ratio ex tacito medio tenet:vt sco.dicit.Non enim in.8.phy.aliud medium assumitur.nisi mouere tempore infinito.⁊ de hoc magna solicitudo fuit.quod exigat virtutē infinitam.Constat autem quod hoc abstrahit a mouere a se,vel non a se:⁊ quod motioni a se accidit,quod sit in infinito tempore.nihil enim minus concluderetur.si esset in tempore finito:vt ipsemet fatetur. Nec valet ratio dicens,quod infinitas non dependens,sed prima est proprium medium ad virtutem infinitam:quia secundū hoc primitas motus esset proprium medium siue ille motus sit finitus,siue infinitus:⁊ sic idem quod prius.Unde finitas ⁊ infinitas motus vndiq3 per accidens concurrunt.⁊ sic ari.scientiarū artifex.tacuisset ea que sunt per se in medio termino scilicet primitatē motus:⁊ solicitus fuisset circa ea que sunt in eo per accidens scilicet infinitatem temporis.cuius oppositum vbiq3 docuit faciendū. Egidij vero deductio q̄uis veritatem a longe tangere videat(vt in sequentibus patebit)veritatemꝰ tamen assecuta non est:quia ex eo quod totus motus celi ponitur effectus alicuiusꝰ cause p se,non est abeo nec sequacibus deducta infinitas intensiua illius cause:sed assumpte sunt propositiones voluntarie vel remote:vtpote quod proprius effectus a per se causa recipit speciem ⁊ mensuram.Ex hac enim non habetur quod totalitas infinitatis extensiue necessario fiat per se ab infinitate intensiua:sicut nec ex hac effectus infinitus sit a causa infinita.cum non appareat,quare ipsa totalitas ⁊ vnitas infiniti motus non possit per se intendi.⁊ fieri a virtute finita immobili ad continuandam ⁊ conseruandam perpetuo inferiorum successionem ⁊c.vt dicitur in secundo de generatione tex.56.⁊.12.meta.cō.306.Latius igitur quod mihi in re hac apparet prosequendum est:eo quod difficultatem motam directe discutit,⁊ ad principale propositum propriam viam docet,⁊ arist.tā menti q̄ verbis consona videtur.Premittendum est ergo primo,quod perpetuitas motus sicut ⁊ alia quantitas dupliciter imaginari potest quod fiat ab aliqua virtute.Uno modo per se primo.secundo modo non per se primo.Et ne in equiuoco laboremus:illud dicitur fieri per se primo ab aliqua virtute,in quod potest virtus illa ex propria ratione:in illud autem dicitur posse aliqua virtus ex propria ratione,in quod potest ex perfectione clausa infra latitudinē propriam illius virtutis.Et per oppositum illud debet fieri non per se primo ab aliqua virtute,quod quidem fit ab illa virtute ex aliqua conditione annexa illi virtuti,que est extra latitudinem illius virtutis formaliter sumpte:verbi gratia:⁊ est exemplum deseruiens proposito.Uirtus calefactiua vt octo.b.ignis durantis centum annis,potest in duos effectus scilicet ⁊ calefacere vt octo,et centum annis continuare hunc calefactionis motum:sed primum potest ex ratione propria inquantum est virtus calefactiua rante perfectionis scilicet vt octo.hec enim perfectio infra latitudinem virtutis calefactiue clauditur.Secundum vero non potest ex propria ratione:alioquin omnis virtus calefactiua vt octo hoc posset:quod patet falsum in.b.igne durante per diem tantum:sed potest ex annexa sibi duratione centum annorum:quam patet esse extra rationē virtutis calefactiue ⁊ cuiuscūq3 alterius virtutis motiue

formaliter sumpte. Ideo enim. b. ignis potest continuare calefactionem per centum annos, quia virtus eius durat centum annis: vt de se patet. Tunc ergo perpetuitas motus dicitur fieri per se primo ab aliquo, quando ex perfectione infra latitudinem potentie agentis clausa causatur, tunc autem non per se primo, quando nõ ex ratione proprie potentie agentis, sed ex conditione illius fit. ¶ Ex hac autem distinctione ex parte effectus, manifeste patere potest alia distinctio ex parte cause. Potest siquidẽ dupliciter imaginari aliquam virtutem esse continuatiuam motus tempore infinito. Uno modo per se primo .i. ex ratione propria, vt exposuimus, & alio modo non per se primo, sed ex annexa eius cõditione: vt etiã exposuimus. ¶ Differunt aũt vis perpetuatiua motus per se primo, & vis perpetuatiua non per se primo, ex assignatis rationibus adhuc dupliciter. Primo in hoc, quod vis perpetuatiua per se primo, respicit infinitatem durationis vt per se primo effectum, & per se primo terminum: quia ex propria latitudine in illã potest: sicut vis calefactiua respicit calefactionem seu calorem: vt per se primo effectum et terminum. Uis aũt perpetuatiua non per se primo, respicit infinitatem durationis non vt per se primo effectum, sed vt conditionẽ proprij effectus. ¶ Secundo in hoc, quod illa respicit q̃titatẽ durationis vt per se proprium effectum: quia infinitas durationis quedã q̃titas durationis essentialiter est, oẽm q̃titatis durationẽ in se claudens. Ista aũt non nisi per accidens q̃titatẽ durationis respicit .s. vt conditionem necessario comitẽ sui proprij effectus: quia nõ ex propria ratione, sed ex annexa conditione hoc facere supponitur. ¶ His vero prelibatis, oportet secũdo tres cõditionales stabilire: ex quarum veritate propositi ratio habebitur. ¶ Prima conditionalis est. Si. a. per se primo mouet tempore infinito. a. est virtutis infinite intensiue. Declaratur ista: quia stando infra latitudinem virtutis per se respicientis quantitatẽ durationis vt propriũ effectum (q̃ potest vocari virtus quantificatiua motus, intelligendo de quantitate durationis) valet argumentum. Ad cõtinuandum aliquanto tempore requiritur aliquanta virtus, ergo ad maius tempus, maior virtus, ergo ad infinitum, infinita. Et fundatur hec consequentia super illam regulam: Sicut simpliciter ad simpliciter, ita magis ad magis, et maximum ad maximum. Que absq; dubio vniuersaliter & necessario tenet in his, q̃ se respiciunt per se primo: vt. s. tho. in tertio contra gen. ca. 139. dicit. Fundatur etiam sup illud principiũ metaphysicum, Cuiusq; potentie actiue propria latitudo, proportionabiliter respondet proprie latitudini sui per se primo effectus. Quod patet inductiue in omnibus: ergo virtutis quantificatiue motus, si esset propria latitudo, responderet proprie latitudini q̃titatis durationis, sed propria latitudo q̃titatis durationis attenditur penes extensionẽ durationis: quia duratio non augetur per intensionem, vt qualitas: sed extensionem, vt quantitas: ergo virtus quantificatiua quanto maiorem posset quantitatem durationis producere, tãto maior esset, ergo si infinitam infinita. Unde proportio virtutis quantificatiue seu continuatiue motus, ad q̃titatem per se durationis, est sicut proportio virtutis calefactiue ad q̃titatem per se caloris. Et nulla est differentia proportionum: q̃uis sit differẽtia rerum substratarum proportionibus, quia quantitas per se caloris est q̃titas intensiua, q̃titas vero durationis est extẽsiua. Quod tamen vt ex dictis patet, proportionem non variat: eo quod hoc est materiale & per accidens. Formale enim est, vniuersaliter loquẽdo, quod latitudo cuiusq; potentie actiue respondeat latitudini proprie sui per se primo effectus. ¶ An vero latitudo propria effectus attendatur secundum extensionem vel intensionẽ, accidens esse cognoscitur ab exercitatis in metaphysica, & ideo eadem ratione proportionis tenet consequentia supradicta, qua tenet ista. Ad producendũ aliquantum calorẽ requiritur aliquanta virtus calefactiua, ergo ad maiorem maior, ergo ad infinitum infinita. Si quis aũt diceret supradicta principia non habere locũ, nisi quando quantitas per se effectus est quantitas intensiua: cũ philosophia abhorreat volũtariũ, oportet huius restrictionis rationem reddere. Nulla autẽ ratione fulta apparet hec responsio, nisi forte dicatur, quod quia magnitudo virtutis non est nisi secundum quantitatem perfectionalem, ideo non respondet nisi quantitati perfectionali effectus: quantitas aũt perfectionalis non est quantitas durationis. Non enim quãto maior duratio, tanto perfectior effectus fit: sed equalis perfectionis est ignis durans per horam, & per duas horas, & per tempus infinitum: vt dicitur primo ethi. ca. 7. ¶ Sed hec ratio in hoc deficit et quasi equiuocat: quoniam dupliciter contingit loqui de quantitate durationis. Uno modo secundum se, alio modo vt est conditio aliarum rerum. Si consideretur vt est conditio rerum (puta hominis, aut albedinis) sic cum sit extra rationes formales rerum, nõ auget propriam perfectionem alicuius rei: non enim est perfectior calor durans centum annis, q̃ durans vno die. Et hoc modo est sermo de quãtitate durationis in primo ethi. vt patet ibi ex con. auer. & san. tho. & consequenter hoc modo verificatur, quod quantitas durationis non est quantitas perfectionalis, nec sibi proportionatur virtus actiua alterius effectus. Si vero consideretur primo modo .s. secundum se: sic cum bonum diuidatur in. 10. predicamenta sicut ens (vt in primo ethicorum ibidem dicitur) & quantitas durationis sit q̃dam entis species: quandam etiam bonitatem secundum se necesse est ponat. Ac per hoc manifeste patet, quod si duratio aliquam perfectionem secundum se ponat, maior maiorem ponet, & infinita infinitam: sicut etiam quantitas molis aliquam perfectionem dicit: alioquin inter entis species nõ esset: & maior maiorem, & infinita infinitam: non minus in suo ordine quam calor infinitus, et tamen quantitas molis maior et infinita dicitur secundum extensionem. ¶ Quod ergo quantitas durationis sit quantitas perfectionalis, potest dupliciter intelligi scilicet vt conditio aliorum, et sic est falsum: quia est extra latitudinem rationis formalis cuiusq; alterius rei. Alio modo secundum se, et sic ipsa quantitas durationis est quedam perfectio vendicans sibi quantitatem perfectionalem secundum suam extensionem: quemadmodum calor vendicat sibi eam secundum suam intensionem. ¶ Unde ad rationem in oppositum dicenda sunt duo. ¶ Primo quod non oportet quãtitatem durationis esse quãtitatem perfectionis: sed habere illam intra suam latitudinem: sicut nec calor est quantitas perfectionis: sed habet illam. Secundo quod falsum est, quod quantitas durationis secundum se non ponãt quanto maior maiorem perfectionem: q̃uis non ponat maiorem perfectionem huius: puta caloris, vel hominis. Et quia sermo in predicta conditionali habitus, non est nisi de quantitate durationis secundum se, consequens est, quod firma stet veritas illorum principiorum etiam in his effectibus, quorum propria quantitas est quantitas extensiua. Talia enim maiorem semper ponunt ex augmentata extensione perfectionẽ sue speciei. Manifeste autem patere possunt omnia, que de perfectione quantitatis durationis diximus in hac solutione ex quantitate molis: applicando distinctiones factas & cetera dicta ad ipsam: vt facile est cuiq; exercitato deducere. ¶ Unde potest formari ad principale propositum ratio talis. Magnitudo virtutis respondet proportionaliter magnitudini per se effectus: sic quod aliquanta virtus, ad effectum aliquante perfectionis requiritur: & maior ad effectum maioris perfectionis: et infinita ad infinite perfectionis effectum, sed duratio est effectus aliquante perfectionis, ergo ad faciendum per se primo aliquantam durationem requiritur aliquanta virtus, et ad maiorem maior, et ad infinitam infinita: cum maior duratio maiorem dicat perfectionem, & infinita infinitam. ¶ Rogoq; omnes iterum atq; iterum, ne auertendo mentis intuitum ab eo quod est per se ad id quod est accidens, fallantur, innitentes supra adducte glose: absq; ratione dicendo quod si ad effectum aliquante perfectionis requiratur aliquanta virtus, ad effectum maioris perfectionis intensiue requiritur maior virtus: non autem ad effectum maioris perfectionis extensiue, qualis est maior et minor duratio. Hec enim glossa (vt ex dictis patet) optima est, loquẽdo de causa per se primo illius effectus, cui vtraq; quantitas conuenit, intẽsiua infra propriam latitudinem: & extensiua extra: sicut est calor &c. Uniuersaliter aũt loq̃ndo de quãtitate cause in ordine ad propriũ effectũ, & eius q̃titate infra latitudinis sue limites clausa, nulla opus est distinctione: eo quod eadem ratio saluatur in proportione cause & effectus, siue secundum propriam rationem augeatur intensiue, siue extensiue: ratio scilicet maioris perfectionis secundum propriam rationem sue speciei. Non enim tenet illa regula in effectibus q̃titatis intensiue alia ratione: nisi quia quanto effectus per se primo alicuius est perfectior infra latitudinem propriam, tanto perfectiorem causam exigit. Propter hoc enim ex maiore quantitate extensiua caloris producti non concluditur maior virtus calefactiua: sed intensiua tantum. Illa enim auget perfectionem caloris extra propriam latitudinem caloris: ista autem intra. ¶ Hec autem met ratio saluatur in effectibus quantitatis precise quantitate extensiua: quoniam eorum propria perfectio augetur infra propriam latitudinem secundum extensiuam augmentationem. Unde vniuersaliter loquẽdo effectum esse perfectiorem intensiue vel extensiue, accidit effectui perfectiori secundum propriã latitudinem sue rationis formalis: quod per se cõsideratur in hac ratione, & est ratio vtriusq; eorum, quod perfectiorem causam exigat & cõcludat: sicut esse album vel nigrum accidit colorato: & est ratio eorum quod sint visibilia. ¶ Falli autem multos contingit in re

hac ex eo quod in ceteris entibus a quantitate manifeste videmus, quod sola augmentatio intensiua effectus per se concludit maiorem virtutis per se primo actiuam illius: & nullam perhibent sensus virtutem actiuam per se primo quantitatis: propter quod nunquam intellectui oblata apparet augmentatio virtutis ex extensiuo cremento effectus. Quicquid enim sit de virtute actiua per se primo quantitatis, siue permanentis, siue successiue, discernendum est intellectus acumine (vt dictum est) inter entia, quorum propria perfectio consistit in intensione: & quorum propria perfectio consistit in extensione: quoniam in illis extendi est extra limites rationum formalium suarum. & propterea non concludit maiorem perfectionem virtutum actiuarum illorum entium. In istis autem extendi est intra rationes formales eorum, & est ipsum eorum intendi: & ideo idem exigit & concludit in virtute eorum actiua per se primo, quod in illis infert intendi, si intenditur virtus per se primo actiua quantitatis. Unde non obstat proposito, siquis dicat non dari in rerum natura huiusmodi virtutem quantificatiuam motus: nobis enim sat est veritas conditionalis, que permanet etiam antecedente & consequente impossibili. Similiter puerile est, siquis putet dictum processum ideo non tenere in effectibus quantitatis extensiue sed intensiue: quia in extenso id quod additur licet perfectio quedam sit, non includit in se minus extensum, & aliquid vltra: intensius autem includit in se remissum, & aliquid vltra perfectionis addit: & ideo hoc requirit maiorem virtutem, illud vero equalem. Puerile inquam dixi: quia sic se habet maius secundum extensionem ad minus (puta spatium duarum horarum, ad spatium vnius, aut bicubitum ad cubitum) sicut maius intensiue ad minus: puta calor vt quatuor, ad calorem vt duo. Utrobique siquidem maius claudit minus, & aliquid perfectionis proprie rationis formalis addit. Constat autem ex dictis, quod in predicto processu nulla est ratio exigens aut supponens aliam similitudinem proportionum inter intensum & extensum, nisi maioris ad minus. Argumentum enim semper est hoc modo. Potens per se primo in aliquantum, est aliquante virtutis, ergo potens in maius, est maioris, ergo in infinitum est infinite. Nihilominus diligenter aduertenti apparebit, quod quemadmodum in extenso pars addita priori non includit priorem, & ideo seorsum non infert maiorem virtutem: ita in intenso gradus (verbi gratia) additus non includit priores, nec est maioris perfectionis gradus quartus alicuius quam sit primus: nec ex perfectione maiore quarti gradus seorsum infertur maior vis calefactiua: sed ex eo quod totum calidum (puta habens quatuor gradus caloris, est perfectius quam calidum vt duo) quemadmodum etiam arguitur ex eo quod totum extensum est perfectius. Friuolum quoque omnino est siquis admittat predictum processum tenere quo ad effectus quoad quantitate permanente, non autem successiua. Oporteret enim abradere principia tradita in sexto & septimo & octauo phy. de virtutibus motiuis & earum proportione cum motus & temporis, de quibus ibi est sermo, successiua entia sint. Stat ergo veritas prime conditionalis.

¶ Secunda autem conditionalis est ista. Si a. mouet tempore infinito vnum motum continuum &c. a. est mouens immobile. & accipimus mouet proprie, vt distinguitur contra mutare. Et rursus accipimus mouet vt motor, non vt instrumentum motoris. primum propter illuminationem. secundum propter corpus celeste trahens secum ignem: quem nihil minus traheret, & si idem ignis numero perpetuo conseruaretur secundum totum & partes: & etiam propter primum orbem trahentem secum alios: vt multis placuit. Cuius non sufficienter. Probatur ista consequentia octauo phy. tex. 85. ex proposito: & 12. metaphy. tex. 43. ex hoc quod motori motus non semper eodem modo se habet aut in se aut in ordine ad mobile: id autem a quo semper prouenit idem, eodem modo se habere necesse est: vtroque modo: vt patet. ergo. ¶ Ex his autem duabus conditionalibus verificatis antequam veniamus ad tertiam iam patere potest distinctio superius premissa cum suis membris in speciali. Liquet enim iam, quod perpetuitas motus duabus attestatur causis scilicet infinitati virtutis per se primo causantis ipsam, aut immobilitati motoris. & consequenter quod diuersimode, ab illis dependet, & illas infert: quoniam infinitatem non infert nisi in virtute per se primo (seu ex proprie latitudinis perfectione) illam causante. Immobilitatem vero virtutis infert in omni virtute causante ipsam. Et merito: quia immobilitas est extra latitudinem perfectionis virtutis s. motiue quam quantificatiue motus. Infinitas autem rationis formalis cuiusque, infra ipsius latitudinem clauditur. Gradualitas enim alicuius speciei (puta caloris) etiam si in infinitum crescat, caloris naturam non exit. Immobilitas vero conditio est extra totam latitudinem caloris. Siue enim intelligatur calor vt quatuor siue vt mille, siue vt infinitus: nunquam peruenietur ad hoc, quod sit immobilis infra limites caloris stando. Et quod de calore exemplificauimus de ceteris virtutibus actiuis, formaliter sumptis, siue secundum rem sint in materia siue non, intelligi volumus. Oportet enim philosophum formaliter loqui. Unde distinctio iam probata in terminis specialibus repeti potest sic. Perpetuitas motus dupliciter potest imaginari quod fiat. Uno modo a virtute per se primo ipsam causante. & sic oportet, quod fiat a virtute infinita intensiue: vt patet ex prima conditionali. Alio modo a virtute non per se primo ipsam causante, sed per se primo causante talem motum, & secundario causante eius perpetuitatem vt illius conditionem. Et sic oportet quod fiat a virtute motiua immobili: que ex perfectione sue virtutis causet talem motum, puta saturni: & ex immobilitate eiusdem semper perseueret idem faciens. Ut sic conditio virtutis sit causa conditionis effectus: sicut in primo modo propria perfectio ipsius virtutis est causa proprie perfectionis effectus. & propter hoc arist. viii. phy. in tex. 78. infinitatem temporis motus ascripsit infinitati virtutis. et in tex. 85. ascripsit immobilitati motoris: vt iaceret fundamenta: et ad primum motorem, & alias intelligentias inuestigandum: vt ibidem diuus tho. notauit. Ex primo enim primum motorem octauo phy. tex. viii. & 12. meta. tex. 41. conclusit. Ex secundo vero numerum intelligentiarum tex. 43. & 44. Non enim ibi inuestigatur numerus infiniti motoris (vt quidam rudes & ceci dicunt) sed numerus motoris inalterabilis & immobilis: vt patet ex fine tex. 41. & ex ipso tex. 43. vbi semper est sermo de immobilitate motoris tempore eterno &c.

¶ Tertia igitur conditionalis, cuius antecedens supponit arist. cum suis sequacibus est ista. Si celum mouetur tempore infinito, primum mouens ipsum est infinite virtutis intensiue. Et aduerte difformitatem inter hanc consequentiam & priores. In prioribus enim inferebatur. a. mouet &c. ergo. a. est infinite virtutis: vt in prima: vel. ergo. a. est virtutis immobilis: vt in secunda. In hac vero non inferimus. ergo mouens celum, nec ergo quilibet motor celestis: sed ergo primum mouens est virtutis infinite intensiue. Probatur ista sic: Celum mouetur tempore perpetuo, ergo ab aliqua virtute per se primo & directe potente in sempiternitatem motus: & talis est infinita intensiue: vt patet ex veritate prime conditionalis probate: ergo inuenitur aliqua virtus infinita intensiue. Aut igitur ista virtus est in quolibet motore celesti, aut in primo tantum. Non in quolibet: tum quia non oportet: tum quia neuter ab altero dependeret in sempiterne mouere: fatuum enim est ponere infinitum vt sic dependere. tum quia aliquid conueniret pluribus primo scilicet mouere sempiterne. quod est impossibile: vt monstratur primo poste. ergo in primo motore tantum. Totus processus clarus est & firmus, si prima consequentia probabitur. Cuius vis consistit in ista cathegorica: sempiternitas motus causatur ab aliqua virtute, per se primo intendente & potente in ipsam. Hac igitur propositione probata, nihil remanebit huius rationis probandum. Probatur ergo primo, quod hoc sit possibile: deinde quod sit de facto. Primum probatur: quia si esset inconueniens aut impossibile, sempiternitatem motus causari ab aliqua virtute actiua per se primo: hoc non esset, nisi vel quia duratio motus, cuius species est sempiternitas, non est res separabilis a motu, sed simul est & non est, & fit & non fit cum motu: ac per hoc sufficienter fit a quolibet mouente, sicut et motus: vel quia duratio motus passio motus est: eo quod tempus vt dicitur in quarto phy. tex. 130. & 12. metaph. tex. 29. aut est idem motui aut eius passio. Passioni autem non debetur aliud agens quam productiuum subiecti: vt patet inductiue. Uel quia vt superius tactum est, duratio motus non est nisi conditio eius: conditionibus autem rerum non debetur propria virtus actiua: sed sat est conditiones actiui sequi. Preter enim hec tria non apparet ratio, quare impossibile, aut inconueniens sit sempiternitatem vendicare sibi virtutem per se primo eius actiuam: sed nihil horum impedit. Inseparabilitas siquidem duarum rationum formalium, etsi concludat quod producens vnam in rerum natura producat alteram: non tamen concludit, quod a quocunque producatur per se primo vna, ab eodem producatur per se primo & altera. Quamuis enim esse ens sit inseparabile ab esse tale vel tale ens: & per hoc habeatur quod causans tale ens causet etiam ens: non tamen sequitur, ergo si est causa per se talis entis inquantum tale, ergo & inquantum ens: vnde arist. in. vj. metaphy. in principio venatur principia & causas entium inquantum entia. Durationem autem passionem esse motus, etsi verum sit quo ad aliquid: puta quia sub ratione temporis diffinitur per motum, & inseparabiliter concomitatur ipsum tanquam posterius suum prius non tamen est verum simpliciter: quia constat quod vere & simpliciter passio alicuius, sic producitur consecutiue ad productionem subie

etiã a virtute p se primo productiua subiecti, secluso quocunqꝫ
extrinseco sufficiẽter emanet. Duratio aũt siue sempiternitas mo
tus nõ emanat a virtute motiua, vt sit ratione ipsius virtutis: sed
consequit̃ conditionẽ extrinsecã ipsius virtutis. s. durationẽ eius:
vt patet inductiue. Nõ est igit̃ passio proprie loquẽdo: sed potius
cõditio inseparabilis. Nec ex hoc ꝙ talis conditio potest poni in
esse ex cõditione virtutis motiue, concludi potest, ergo superflue
q̃ritur alia causa: qm̃ non querit̃ causa ad hoc vt fiat absolute: sed
ad hoc vt per se primo fiat. Non eñ superflue queritur a quo p se
primo fiat animal, q̃uis sciamus ipsum fieri a generante hoiem ꝛ
bouem. ¶ Nec inconueniens aliquod sequit̃, si tam nobilis cõditio
nis motus, qualis est sempiternitas, specialis causa queratur, et
non sat sit credere, ꝙ fiat vt conditio precise: nihil enim cõtra prin
cipia naturalia, aut metaphysica, aut quecunqꝫ alia apparet se=
qui: imo inuestigatio hec consequens est processibus arist. in sexto
et septimo et octauo phy. vbi causas motus aptauit ſm diuersas
proportiones ad eius durationẽ. Nõ est igit̃ impossibile aut incõ
ueniens, sempiternitatẽ motus talẽ esse effectum, ꝙ possit produci
ab aliqua virtute per se primo. ¶ Qꝫ aũt hoc sit de facto, probatur
primo: qꝛ vt dicit̃ secundo physi. tex. 26. ꝛ 8. tex. 30. semp ponendũ
est id qd̃ est aut causat per se, ante id qd̃ est aut causat per aliud.
Constat aũt ꝙ causans sempiternitatem motus qꝛ immobile, cau
sat eam per accidens seu p aliud a virtute sua actiua, ergo debet
precedi ab eo qd̃ ex propria pfectione sue virtutis actiue sempiter
nitatem facit, hoc enim tantum est qd̃ per se primo illã causare po
test. ¶ Secundo. Qꝛ sempiternitas motus celestis est effectus di=
gnissimus: vt eius effectus ostendit. s. perpetuitas omnium gene=
rabilium ꝛ corruptibilium, ad quam tota sphera actiuorũ ꝛ passi=
uorum, ꝛ singula in ea contenta ſm vires conantur, ꝛ pro ea agũt,
quicquid agunt: vt auer. dicit secundo celi commen. 17. ꝛ albertus
magnus ibidem confirmat. Irrationabile est autem effectũ adeo
nobilem in rerum natura absqꝫ per se primo causa actiua fateri.
¶ Et confirmatur. Qꝛ cum in motu celesti sint due conditiones. s.
sempiternitas ꝛ determinata velocitas, que in sui ratione claudit
tẽpus: vt patet in quarto physicoꝝ tex. 96. ꝛ sempiternitas eius
sit nobilior determinata velocitate (vt ex affectibus, ꝛ de se patet,
ꝛ 12. meta. cõ. 41. habetur: vbi certa velocitas finitati virtutis, sem
piternitas vero infinitati attribuitur motoris absqꝫ potẽtia oino,
secundo quoqꝫ celi tex. 17. dicitur, ꝙ sempiternitas est propriũ di=
uinitatis opus, ꝛ platonicis confirmãtibus, ibidem a sancto tho.
cognouimus entia tm̃ sempiternitatis quantum diuinitatis sape=
re.) ꝛ determinata velocitas absqꝫ dubio habeat causam per se pri
mo ipsam causantem apud oẽs philosophos: que dementia esset
sempiternitatem celestis motus causa per se primo priuare? Re=
linquitur igitur ratio tota, ꝛ stabilis, ꝛ efficax: cum etiam fugiendi
via concessa non sit. ¶ Duobus enim modis poterat quis tantum
laborem sine priuare. Uel dicendo ꝙ sempiternitas motus nõ ha
bet causam per se primo actiuã: quod esse nefas ostensum est. Uel
dicendo ꝙ habet quidem, sed illa est virtus finita, immobilis. Et
hoc ostensum est esse ignorantiam proprie vocis: qꝛ nulla virtus
per se primo actiua alicuius, est actiua illius ex aliquo extra eius
propriam rationem formalem: alioquin esset actiua illius, circun=
scripto omni alio, et non circunscripto omni alio: quod implicat.
Impassibilitas aũt ꝛ vniuersaliter immobilitas (vt de se patet: ꝛ su
perius declaratum est) extra latitudinem est cuiusqꝫ rationis for=
malis virtutis actiue formaliter sumpte, vnde dicere ꝙ virtus a.
sit per se primo actiua sempiternitatis, ꝛ dicere, ꝙ ideo est actiua
sempiternitatis quia est immobilis ꝛ semper manet eodeꝫ modo:
est ignorare propriam vocem. ¶ His ergo premissis ad motum
dubium contra processum aristo. redeundo, dicamus ꝙ qꝛ sempi=
ternitas motus exigit in per se primo motore seu in eius propria
potentia actiua infinitatem intensiuam: ꝛ hoc non habet ex eo ꝙ
ponitur in motu infinito ex parte mobilis, nec ex eo, ꝙ ponitur in
motu infinito ex parte spatij infinities iterati, sed inquantum est
ſm se effectus quidam, cui accidit ꝙ hoc vel illo modo saluetur:
ideo ex propria ratiõe sempiternitatis motus siue saluetur in mo=
tu infinito per se siue infinito per accidens, concludi optime po=
test absqꝫ equiuocatione infinitas intensiua primi motoris poten
tis per se primo in sempiternitatem. Unde attenta sempiternitate
motus formaliter, ꝛ relata ad virtutem actiuam per se primo illaꝫ
respicientem, q̃uis eque bene concludatur infinitas intensiua il=
lius virtutis, siue hoc siue illo modo ponatur. Aristoteles tamen
a notioribus doctrinam subtilissimam tradens, deduxit in tex. 78.
ex sempiternitate motus posita in motu infinito ex parte mobi=
lis, infinitatem intensiuam potentie: ꝛ in tex. vltimo ex eadem sem
piternitate motus posita in motu infinito ex parte spatij, conclusit
infinitatem primi motoris. Insinuans nihil obstare rationi sum=
pte ex sempiternitate formaliter accepta, in quouis motu saluari
ponatur. ¶ Propter quod in tex. 78. non posuit mobile infinitum,
sed tempus tantum: vt doceret ꝙ nõ concludebat ibi infinitatem
potentie ex infinitate mobilis, sed ex propria ratione infinitatis
temporis, ꝛ in tex. vltimo ſm vtramqꝫ translationem non sat fuit
arist. subsumere, ꝙ primum mouens mouet motum perpetuum,
aut tempore infinito, sed subsumpsit vtrumqꝫ simul: vt ostende=
ret, ꝙ non arguit absolute ex hoc ꝙ mouet perpetuo (cum hoc sit
commune omnibus motoribus celi) sed ex eo, ꝙ sic mouet tempo
re perpetuo: vt ipsam infinitatem temporis per se primo causet:
alioquin nugatio commissa esset in illa minore: quam nefas est
aristoteli imponere. ¶ Formaliter ergo dubium soluendo dici=
mus, ꝙ medium ad probandum illã minorem scilicet primus mo
tor est virtutis infinite, est hoc, mouens per se primo tempore infi=
nito: ita ꝙ maior syllogismi sumpta ex tex. 78. est ista, mouens per
se primo tẽpore infinito, est virtutis infinite. Minor vero subsum=
pta in tex. vltimo est ista: primus motor mouet per se primo tempo
re infinito, ergo primus motor est virtutis infinite, vbi nulla equi
uocatio interuenit. Et maioris probatio ex infinitate temporis
saluati in motu infinito ex parte mobilis, non obstat, sed magis
attestatur processui: quia proportio virtutis per se primo respiciẽ
tis durationem motus, ad finitatem ꝛ infinitatem temporis, abso=
lute declarata ꝛ conclusa est ibi in materia clarius eam represen=
tante scilicet in motu infinito per se: vt ex notioribus fieret doctri=
na. ¶ Differt autem deductio hec a subtilissima deductione, quam
diuus tho. octauo phy. docuit in duobus. Primo in medio termi
no. Cum enim medium aristo. sit mouens tempore infinito, ille
apposuit ly per se supra ly infinito, nos vero supra ly mouens. Se
cundo in minore: quia apud nos, minor est vera de facto quo ad
operationem primi motoris: apud illum vero minor est vera quo
ad virtutem primi motoris. Non enim de facto primus motor mo
uet tempore infinito per se: sed oportet eum esse tante virtutis, ꝙ
quantum est ex parte virtutis sue posset mouere tempore infinito
per se: quia cause per se oportet respondere effectum per se. Pri=
mus autem motor est causa per se infinitatis motus, ergo siue sit
possibile tempus infinitum per se inueniri, siue non, oportet pri=
mum motorem tante virtutis esse, si est per se causa infinitatis mo
tus. ¶ Conueniunt tamen he deductiones ꝛ in conclusione (quia
vtrobiqꝫ concluditur infinitas intensiua primi motoris) ꝛ in radi
ce: quia vterqꝫ processus ponit primum motorem esse per se cau=
sam durationis infinite ipsius motus. Sed ille processit ex eo ꝙ
cause per se oportet esse tantam virtutem vt possit in effectum per
se: quod fundatur super secundo phy. tex. 36. Iste vero ex eo, qd̃
causam per se primo alicuius, oportet proportionaliter augeri ſm
augmentum proprium effectus sui: cuius fundamenta superius
dicta sunt. ¶ Et vt multis philosophantibus complaceamus, qui
volunt potius cum auer. errare quam cum alijs verum sequi: ostẽ
dendum superest hoc idem auerroym docuisse. ¶ In. 12. siquidem
meta. con. 41. postq̃ conclusit iuxta demonstrationem. 8. phy. ꝙ
virtus infinita requisita ad mouendum tempore infinito corpus
celeste, non est in magnitudine, quia moueret in non tempore: mo
uet statim dubium communiter tactum a doctoribus. 8. phy. scili
cet cur si ponitur virtus infinita in magnitudine, sequitur motus
in non tempore, et si ponatur extra magnitudinem, non sequitur
motus in non tempore, que est ratio difformitatis? Et statim re=
spondet, quod hoc ideo est, quia motus celi fit a duobus motori=
bus: quorum alter est finite motionis, ꝛ est anima celi ꝛ alter infi=
nite, ꝛ est potentia omnino sine materia: ꝛ ꝙ motus celi a motore
finito habet, ꝙ sit in non tempore, ꝛ a motore infinito, ꝙ sit tempo=
re perpetuo. ¶ Ubi a plano sensu litere non diuertendo, manifeste
patet, ꝙ ipse est opinatus primum motorem esse infinite virtutis
intensiue, et propter istam infinitatem causare per se primo sempi
ternitatem motus celi, ꝛ in hoc differre a ceteris intelligẽtijs: que
cum sint immobiles, possunt virtute propria causare perpetuita=
tem motus, per accidens tamen: vt ex dictis patet. Et quia predi=
cta verba auer. alijs locis eiusdem contradicere videntur (vt ad=
duximus arguendo ad oppositum) ideo a diuersis diuersimode
exposita, vel potius extorta sunt: prout quilibet voluit non se auer=
roystam, sed auerroym suum facere, vnde oportet expositiones
eorum afferre, vt firmetur veritas. ¶ Quidam igitur dixerunt, ꝙ
auerroys intendit ꝙ sit finitus intensiue primus motor, infinitus
autem in duratione: non tantum formaliter, sicut alij motores sed
etiam causaliter: quia sempiternitas motus ascribitur sini ipsius

motus, qui est purus actus omnino, ⁊ per hoc differt a ceteris mo
toribus. ¶ Et hi diuisi sunt in duas vias. Nam quidā eorum dicunt
quod illa distinctio motoris infinitum ⁊ infinitū, est distinctio rea-
lis. Quidam vero quod est distinctio rationis, in primum motorē
secundum ꝙ est finis ⁊ ipsum met secundum ꝙ est agēs. ⁊ sm quod
agens mouet in tēpore: quia est vigoris finiti intensiue. secundum
vero ꝙ finis, perpetuat motū: ⁊ ideo dicitur infinitus in duratione
causaliter. Alij vero dixerunt, ꝙ primus motor non est virtutis fi-
nite nec infinite intensiue: quia non est virtutis actiue, sed dicitur
infinitus causaliter, causalitate finali: vt dictum est. Alij autem di-
xerunt, ꝙ illa verba auerroys examinanda ⁊ glosanda sunt scdm
determinationes factas in de substantia orbis ⁊c. vbi magis ex ꝓ
posito tractauit rem hanc. vbi manifeste negauit infinitatem inten
siuam. ¶ Sed ꝙ omnes huiusmodi rñsiones errent, manifestatur.
Et primo ꝙ loquatur de infinitate intensiua, probatur primo sic.
Quandocūqꝫ fit aliqua distinctio per opposita habentia plures signifi
cationes, ⁊ alterū oppositorū declaratur ab ipso distinguente quo
ad qd nominis, sm quā intētionē sumitur, reliquū dꝫ sumi sm op-
positā intētionē. Patet ista: alioquin periret ois certitudo diuisio
num, ⁊ syllogismi diuisiui ⁊c. sed auer. diuisit motorem celi in mo-
torem finite motionis, ⁊ infinite motionis: ⁊ descripsit alterum mē
brum .s. motorē finite motionis per finitatem intensiue (vt patet) qꝛ
ibi expresse subdit. Dicere finitatem, est dicere proportionem moto
ris ad motam rem. ergo reliquum mēbrum .s. motor infinite motio
nis est describēdum sm intētionē oppositā .s. ꝙ dicere infinitatem,
est dicere improportionē: ⁊ sic erit motor infinitus intensiue. ¶ Se-
cundo sic. Termini questionis ⁊ responsionis sm artem demon-
stratiuam non differunt: sicut nec questio differt a conclusione in
terminis, sed in modo. Cōstat autem ꝙ motor infinitus de quo est
sermo in questione, est infinitus intensiue: qm̄ est ille, de quo dicit
in. viij. phy. tex. 79. ꝙ mouet in non tempore: ergo finitas ⁊ infini-
tas, de qua est sermo in responsione, est etiam intensiua. ¶ Tertio
sic. Quelibet responsio a sapiente data, debet sumi in sensu in quo
questioni mote respondet: sed ista nō rñdet questioni mote, nisi in-
telligatur de infinitate intensiua: ergo ⁊c. Declaratur minor: que-
stio est cur virtus infinita requisita ad mouēdū tēpore infinito, po
sita in magnitudine infert motum in non tēpore, ⁊ posita extra ma
gnitudinem non. Huic aūt q̄sito non satisfit dicendo, ꝙ hoc ideo
est, qꝛ ibi sunt duo motores separati ⁊ ambo finiti, sed alter actiue
⁊ alter vt finis: ⁊ ex motore vt finis est sempiternitas, ex motore ve-
ro vt agens est ꝙ motus sit in tēpore. Hoc em̄ siue verum siue fal-
sum sit, est impertinens quesito, ⁊ solicitudo superflua. Tota enim
questio est quare a virtute separata nō sequitur motus in nō tēpo-
re, sicut a virtute posita in magnitudine. Et constat ꝙ est sermo de
virtute actiua. Hec aūt questio (vt ⁊ nouitij possunt percipere (sicut
⁊ quelibet alia) supponit aliquid certū .s. infinitatem virtutis siue in
magnitudine, siue extra. Et querit dubium, quare si illa infinita vir
tus ponitur in magnitudine mouet in nō tempore: ⁊ extra magni-
tudinē nō. ¶ Queratur ergo ab ijs primo. Qualis est illa infini-
tas virtutis q̄ supponitur, intensiua, an durationis: ⁊ si intensiua,
habetur intentū: si durationis, questio ⁊ nulla ⁊ ridiculosa est. Nul
la quidem: quia a virtute actiua infinita in duratione, posita in ma-
gnitudine, nō sequitur motus in nō tēpore: vt patet de virtute alte-
ratiua solis, a qua res aliqua alteratur, ⁊ tamen in tēpore. Nec po
test dici ꝙ illud est verū tm̄ de virtute motiua vnico motu locali tā
tū: qm̄ expresse arist. in. viij. phy. tex. 79. vnde hoc sumptum est, di-
cit hoc verificari in oībus virtutibus motiuis quocūqꝫ motu. Ri-
diculosa aūt: qꝛ puerile est querere, quare a virtute finita in vigo-
re, infinita autem duratione separata a materia, ꝓueniat motus in
tēpore, ⁊ nō in nō tēpore. Quis em̄ est adeo rudis, vt ignoret fini-
tatem ⁊ infinitatē intēsiuā virtutis sequi velocitatē certā vel incertā
motus, ⁊ nō finitatē ⁊ infinitatē durationis. ¶ Ultimū igitur refu-
giū horum est, ꝙ questio illa neutram infinitatē determinate sup-
ponit, sꝫ infinitatem in cōi: qm̄ ex motu perpetuo neutra infinitas
determinate cōcluditur, sed in cōmuni cōcluditur, ꝙ oportet vir-
tutē motiuā tēpore perpetuo esse infinitā. Unde dicunt, ꝙ qō auer.
est cū sit ꝙ virtus motiua tpe infinito sit infinita abstrahendo ab
hac ⁊ illa infinitate, quare posita in magnitudine infert motum in
non tēpore, ⁊ extra magnitudinē nō. Et responsio est supponendo,
ꝙ si aliqua virtus posita in magnitudine dꝫ mouere tēpore perpe
tuo, opꝫ ꝙ sit infinita intēsiue ex. viij. phy. tex. 78. ⁊ cōsequenter mo
ueret in nō tēpore ex tex. 79. ⁊ addendo, ꝙ si aliqua virtus motiua
tēpore perpetuo ponatur extra magnitudinē, ⁊ illa est necessario
infinita sm durationē ⁊ distinguitur in motorē vt agens: ⁊ sic est fini
te motionis .s. mouet in tempore: ⁊ motorē vt finis, ⁊ sic est infinite
motionis .s. mouet infinito tempore, quod virtuti posite in magni-
tudine conuenire nō potest. Nō em̄ potest distingui in motorem vt
agens, ⁊ vt finis: ⁊ ideo oportet, ꝙ virtus motiua tempore infinito,
si est in magnitudine, moueat in non tempore, extra magnitudinē
non. ¶ Sed vere isti innituntur telis aranearum. Deficiunt em̄ du-
pliciter scilicet in re ipsa, ⁊ in expositione auer. In re ipsa quidem:
quia falsum est, ꝙ virtus motiua tēpore infinito, si ponitur in ma-
gnitudine, est infinita intensiue: si extra magnitudinem non. Que
ratur enim ab ipsis (ne in equiuoco laboremus) de quali infinitate
temporis est sermo. Distincta est enim superius ex. vj. phy. quia est
duplex: ex parte mobilis, ⁊ ex parte spatij: seu per se, ⁊ per accidēs.
Si est sermo de virtute motiua tempore infinito ex parte mobilis,
nulli dubium est, quod illam oportet esse infinitam intensiue: in tex-
tu enim. 78. non est sermo de tali virtute, sed de prima: vt ex dictis
patet. ¶ Amplius. Cum philosophus obedire debeat rationi, opor
tet reddere causam, quare cum ad mouendum. b. mobile certa ve-
locitate. puta motu vnius hore, requiratur tanta virtus intensiue,
puta vt centum: ⁊ ad continuandum illum motum tempore perpe-
tuo sufficiat ex parte virtutis motiue, quod semper ꝑseueret in eo
dem vigore: quare inquam est, quod virtus talis si ponatur in ma
gnitudine, sequitur quod sit infinita intensiue. Hoc enim neqꝫ ex
parte perfectionis virtutis, nec ex natura magnitudinis oritur. et
tamen hoc est super quod isti fundantur. ¶ Quod si dicatur, quod
hoc oritur ex hoc ꝙ illa virtus actiua semper remanere debet in
eodem vigore, hoc puerile est: quia ex hoc nihil aliud sequitur, ni
si ꝙ illa virtus oportet ꝙ ponatur in magnitudine inalterabili et
incorruptibili. Ex hoc autem quod virtus actiua ponitur inaltera
bilis ⁊ incorruptibilis, infiniteqꝫ durationis siue in quanto, siue ex
tra, non habetur maior perfectio intēsiua: vt de se patet: ⁊ in primo
ethi. cap. vij. ab arist. ⁊ auerroi dicitur. Et datur exemplum de al-
bo: quod ex hoc, quod ponitur perpetuum, non sequitur ergo est
albius: quia differentia maioris ⁊ minoris rationis non infert dif-
ferentiam secundum magis ⁊ minus. Unde ridiculum est quod qui
dam inter philosophos se locantes dicunt, ꝙ ideo non potest esse
virtus motiua actiue tempore ꝑpetuo in magnitudine, qꝛ oportet
ipsam esse durationis infinite, ⁊ per hoc infinitam intensiue. Debe
rent enim inferre, ac per hoc inalterabilem ⁊ incorruptibilem: ad
quod sequitur infinitas intensiua. ¶ Pudet autem adducere quo-
rundam fatuitatem, dicentium, quod processus non fit ab auer. et
arist, ad cōcludēdū primum motorem esse incorporeum absolute,
sed ad concludendum ipsum esse incorporeum, id est non immer-
sum materie ad esse: que est tantum apud eos in generabilibus et
corruptibilibus. Rationis siquidem arist. a textu. 78. vbi inchoat, te
ste ipso arist. ibi cum auer. tractatus intendentis ostendere impar
tibilitatem primi motoris, vis est ex natura quanti et extensi, siue
corruptibilis, siue non: vt patet ⁊ in tex. viti. rationem formans ex
efficacia probatorum et non aliter, concludit primum motorem
impartibilem. vnde hoc est simpliciter error nimis fatuus. ¶ Am-
plius. Hoc dictum scilicet quod virtus motiua actiue tempore
perpetuo si est in magnitudine, est infinita intensiue, si extra non:
oportet vel ex rationibus formalibus terminorum intelligibili-
ter deducere, vel ex sensibilibus assumere. Sed iam ostensum est
ex rationibus terminorum hoc non deduci: sed oppositum quo
ad primam partem, et sensibilia idem testantur. ergo hoc est vo-
luntarie dictum. Ex sensibilibus enim habemus, quod virtus
alteratiua solis est motiua actiue, et est in magnitudine: et tamen
non est infinita intensiue, nec alterat in non tempore. ¶ Nec po-
test dici, quod quia sermo est de virtute actiua motus localis,
ideo instantia non militat. Tum quia eadem est ratio quo ad mo-
uere in non tempore, et infinitatem intensiuam. de virtute altera-
tiua et motiua secundum locum, et vniuersaliter motiua si ponan-
tur in magnitudine: vt dicitur. viij. phy. text. 79. vt iam adductum
iterum est. Tum quia si idem alterabile semper supponeretur al-
terationi solis, tunc sol vnum numero motum perpetuum pos-
set continuare, nulla facta augmentatione sue virtutis, quicquid
sit de antecedente huius conditionalis: ⁊ sic virtus finita intensi-
ue, infinita duratione, moueret in tempore infinito vnum motum
continuum ⁊ non in non tempore. vnde quod de facto non sit hoc,
est per accidens quantum est ex efficacia virtutis. Accidit enim
tante virtuti, quod vnum vel plura subijciantur ⁊c. ⁊ nihil minus
posset in vnum semper q̄ plura. ¶ In expositione autem verborū
auer. errant: quia ex huiusmodi sensu non habetur responsio ad
quesitum. esset enim responsio ꝙ ideo virtus motiua tempore in-
finito posita in magnitudine moueret in non tēpore, ⁊ posita extra
magnitudinem non; qꝛ virtus extra magnitudinem distinguitur

in motorem ut agens, et motorem ut finis, in magnitudine autem non. Ex hoc aut quomodo haberi possit quesita differentia, centum lingua boum non deducerent. ¶ Quarto principaliter probatur, q de infinitate intensiua sit sermo auer. ibidem: ex eo, q ibi dicit, q motus celi inquantum est ab anima celi sortitur determinatam velocitatem, inquantum vero est a primo motore sortitur sempiternitatem. Ex hoc enim arguitur sic. Aut intendit q motus celi habeat sempiternitatem a primo motore effectiue, aut finaliter. Si effectiue, cum in hoc ponat differentiam inter primum motorem et animam celi, tripliciter potest hoc imaginari. Primo q anima celi, aut non efficiat, aut nõ sufficienter possit efficere sempiternitatem motus, et ideo attribuatur primo motori tanq̃ cause sufficienti, et hoc conuincitur demonstratiue esse falsum, supponendo animam celi esse virtutem motiuam immobilem: vt patet ex. 8. phy. tex. 85. et ex supradictis. Secundo, q anima celi dependẽter illam faciat, primus aũt motor independenter: et ideo attribuitur primo motori vt eius cause actiue independenter. Et hoc conuincit esse cõtra auer. ibi: q aut loquimur de communi dependentia, qua oĩa entia alia a primo et actiones eorũ dependent a primo, et sic nõ saluatur cõmentũ, ponens differentiã inter sempiternitatẽ et determinatã velocitatem motus celi in hoc, q illa est a primo motore, hec ab anima celi, tali enim dependentia cõmuni tam sempiternitas q̃ determinata velocitas est a primo motore mediante anima celi. Aut loquimur de singulari dependẽtia: qua in faciẽdo talem effectũ s. sempiternitatem motus, anima celi dependet a primo motore. Et hoc cõuincitur esse impossibile tenendo primũ motorem finitũ intensiue, et deducit sic. Motore sufficiẽte ex his, que in se intrinsece sunt, applicato mobili disposito, circunscripto quocũq; alio, excepta cõmuni dependentia ad primũ, necessario prouenit effectus proprius illius motoris. Patet ista ex terminis: alioquin nulla esset via ad probandã consecutionẽ cause ad effectũ et econuerso. Sed aĩa celi est actiuũ sufficiẽs ex suis intrinsecis respectu motus eterni, ergo circũscripto quocũq; alio excepto cõmuni influxu primi, potest in motum eternũ, ergo nulla est opus speciali dependẽtia. Probatur minor ex eo, q anima celi habet ex suis intrinsecis duo requisita ad faciendũ sempiternitatẽ motus s. tantam virtutẽ intẽsiue (puta vt mille): et immobilitatẽ: quilibet enim motor habẽs hec duo, potest sempiternũ facere motum, q̃uis non per se: vt dictum pluries est. Tertio, q anima celi licet sufficienter, tamen per accidens facit sempiternitatem motus, primus aũt motor facit eam per se: et ideo attribuitur primo motori, vt eius cause actiue per se primo intendenti illam. Et sic habetur intentum: q vt ex prima conditionali probata patet, ex hoc sequit, ergo primus motor est virtutis infinite intẽsiue. Et in rei veritate ista videtur mens auer. in illo loco. Loquitur enim de actiua causalitate: vt q̃stio mota ostendit, et non intendit subtrahere ab anima celi causalitatem actiuam sempiternitatis: sed perseitatem causalitatis: cuius nulla virtus finita est capax: vt patet ex dictis. Unde causam actiuam per se determinate velocitatis posuit animam, sempiternitatis vero primum motorem. ¶ Si finaliter, hoc potest dupliciter imaginari. Primo, vt sit sermo de dependentia communi: qua omnia causantur in genere cause finalis a primo. Et hoc est contra auer. ibidem: quoniam hoc modo non saluatur sua differentia inter determinatam velocitatem motus et eius sempiternitatem: hoc etenim modo vterq; effectus dependet finaliter a primo motore. Secundo, vt sit sermo de aliquo speciali modo dependendi, in genere tamen cause finalis. Et quantum verba eorum sonant, videntur dicere, quod quodam singulari modo sempiternitas est a primo fine, quo non est determinata velocitas: sic quod sempiternitas motus in hoc differt ab eius velocitate, quod ista sufficienter fiat ab agente, illa autem non nisi adiuncta causalitate finali primi motoris. Sed quia facile est dicere distinctionem in qualibet re quamuis ardua: et inexercitati est admittere illam in aere, ideo queramus ab istis quomodo sit ista differentia. Hoc enim non potest nisi tripliciter imaginari scilicet aut sic, quod sempiternitas careat causa actiua, et finali tantum attribuatur. Et hoc est ridiculum: quoniam non est intelligibile, q aliquid effectiue producat motum, et non producat eius durationem: maxime cum tempus, quod est duratio illa (vt. 12. meta. tex. 29. dicitur) aut est ipse motus, aut eius passio. Constat autem quod hec ab eodem fiunt actiue sm rem, quamuis non eodem modo: potest enim eorum que sunt idem realiter, vnum per accidens produci ab agente inferiori, et alterum per se: vt patet cum sortes generat platonem. Tunc enim licet fiat plato per se: fit tamen corpus vel mixtum per accidens: vt dicitur in primo physicorũ, tex. 76. Aut sic, q ad determinatam velocitatẽ causa actiua sufficit absq; finali, ad sempiternitatem aũt non. Et hoc etiã est ridiculũ: q finis est causa ceterarum causarũ: nullusq; est effectus nature aut artis absq; fine. Aut sic q ad determinatã velocitatẽ causa actiua cũ fine cõmuni sufficit, ad sempiternitatẽ autẽ nõ, sed requiritur specialis rõ dependẽtie ad primũ motorem vt finẽ. Et hoc est iterũ loqui in aere: nisi huiusmodi rõ assignet. Nec appereret alia rõ q̃ illa, q in eodẽ cõ. xij. ex intentione themistij subditur. s. q motor q mouet ad cõsequendũ aliquid, vel cõseruandũ aliquid transmutabile, necesse est q quãdoq; cesset. Motor aũt q mouet propter aliqd semper in actu et immutabile, q rõne mouet vno tempore, mouet semper. Et sic habet specialis rõ dependẽtie sempiternitatis ex fine, q non hr in velocitate motus. Sed adducere hoc ad propositum, nouinorum est. Cum enim omnes anime celestes prima intentione operentur propter se (vt dicitur. xij. metap. cõ. xxxvj. et scdo celi, consilio. xvij. et. xxj. et ipsarũ natura sit immutabilis et in actu: et earum opera sint sicut opa artiũ: vt dr. xij. metap. cõ. xliij. et finis sit principiũ in operabilibus: vt dicitur in. ij. phy. tex. lxxxviij. Quẽadmodũ ex actualitate immutabili finis sumunt aĩe ille rationẽ sempiternitatis in suis opibus, ita ex aliis cõditionibus nobis ignotis sumũt rõnem tante velocitatis: et quare magis ab oriẽte moueant versus hemisperium superius et alia huiusmodi. Hec enim oĩa fiunt propter melius: vt ex scdo celi, tex. et cõm. xxxiij. habet. Et ex fine necesse est bonitatẽ eorum fieri cũ naturalia agant propter finem: vt dr. ij. physic. tex. lxxx. Unde ex hoc nõ magis habet, q sempiternitas specialiter dependeat a primo q̃ certa velocitas: vtrũq; enim eorũ hz hoc modo spãlẽ rõnẽ dependentie ex fine. Amplius. Cum rõ sempiternitatis motus sufficiẽter sumatur ex his finis cõditionibus. s. q sit in se actu, et habitus a mouente, et immutabilis, et hec sint cõmunia oĩbus motoribus celorum respectu propriarũ essentiarum: nihil proprium primo motori dixisset auer. sed totum qd dixit, cõuenit oĩbus aĩabus celorũ in ratione finis. Nec potest dici q dictũ auer. cõe quidẽ est omni motori separato in rõne finis, sed appropriatur primo propter dependẽtiam aliorum a primo et in rõne finis: q sic non saluat differentia inter sempiternitatẽ et velocitatem: vtraq; enim propter indepẽdentiã primo est attribuenda fini. Et si tanq̃ ad vltimũ refugiũ recurrẽdo dicatur, q sempiternitas motus dependet a primo fine quodã singulari modo ignoto nobis: et hoc cognosci ex hoc q oẽs motores celestes conueniunt in sempiterne mouere, non autem in velocitate motus. (hoc enim ideo esse credendum est, q rationẽ sempiternitatis habent respiciendo primum, velocitate vero respiciendo propria.) Hoc est cõtra auer. qui expresse dicit in secũdo celi. consi. lviij. q motores inferiores sumunt rõnes suarũ velocitatũ, sm q magis desiderãt assimilari primo. Et loquitur non solum de motu diurno, sed etiã in circulo obliquo. Deinde hoc nõ est sufficiẽti rõne firmatum: q enim conueniant omnes in sempiternitate motus: vt dicit auer. in secundo celi, consil. xxxviij. et lxxj. et alibi, est q conueniũt oẽs in hoc, q sunt motores immateriales. Et ideo hoc nõ oportet cõijcere, q sit ex singulari modo dependendi a fine: cum clare pateat, q finis cõmunis cum immaterialitate motoris sufficiat: nec locus est coniecturis in manifestis. Amplius. Uelocitas de qua ibi loquitur auer. vt patet in commen. nihil aliud est q̃ tẽporalitas, in qua omnes motores celi conueniunt, sicut et in sempiternitate: nullus enim mouet in non tẽpore. Restat ergo q de infinitate intensiua sermo auer. ibidem sit. Et licet euidentiores sint predicte rõnes si duo motores sm rem in primo orbe ponant: efficaces tñ sunt etiã si duo sm rõnem, vnus aũt sm rem ponit: vt patere põt cuilibet eas applicare scienti. Unde oẽs expõnes cõmenti predicti false apparẽt. Ultima aũt ordinẽ librorũ auer. non pensauit. Cũ enim cõstet ex scdo celi, cõ. xij. q tũc iam fecerat libellũ de substantia orbis. Et ex pluribus cõmentis, q tunc etiã fecerat super libros physicorũ: et ex. xij. metap. cõ. lxv. q iuuenis erat quando fecit sup lib de celo, et sperabat in cõ. cclij. se perfecturũ astrologiã: et q senex scripsit super metaphysica, manifeste liquet, q omnia dicta auer. sunt examinanda ad. xij. metaphisice eius, et non econuerso: quoniam opus illud testamentum eius est.

Secunda autẽ via ad ostẽdendã infinitatem virtutis dei gloriosi sumpta ex san. tho. breuior est. Et supponit deũ esse cãm actiuã alicuius substãtie, siue mũdi, siue prime intelligentie, siue oĩm incorruptibiliũ, siue ab eterno, siue in tẽpore: nihil enim horum refert, dummodo cõcedatur per simplicẽ emanationẽ (quam nos creationẽ dicimus) deum aliquid produxisse. Hoc aũt nunc supponatur: Tum q cõmuniter excellẽtes viri hoc concedunt etiã de mente aristot. et auer. Tum quia expresse contra algazelẽ pluries auer. hoc dicit. Tum q hoc exigeret spe-

eiusdem questionem, quam alibi tetigimus. ¶ Acquiescentibus ergo huic supposito, hec via paratur: iuxta quam arguitur prelibando rationes terminorum: scilicet quod virtus creatiua est virtus actiua effectus ex nulla potentia passiua: siue sit creatiua ab eterno, vt plato et arist. cum sequacibus posuerunt: siue in tempore, vt fides christiana determinat. Cetere autem virtutes actiue sunt effectuum ex aliqua potentia passiua presupposita: vt patet in naturalibus et artificialibus. ¶ Arguitur ergo sic, loquendo semper de quantitate virtutis seu perfectionis. Omne quantum excedens aliud quantum, sic, quod quantumcunque excessum crescat, nunquam inter ipsa est aliqua proportio, est necessario infinitum intensiue. Ista patet ex terminis: quoniam vt dicitur in. viij. phy. tex. lxxix. si excedens est finitum, addendo semper quantum ad excessum, quandoque equabitur et excedetur. Sed virtus creatiua est aliquante perfectionis: et sic excedit virtutem factiuam rerum ex potentia subiecti, quod quantumcunque augeatur, non est inter eas proportio: ergo virtus creatiua est infinita intensiue. Probatur minor quo ad vltimam partem (que sola eget probatione) et ducendo ad impossibile: quia sequeretur quod virtus tantum actiua ex aliqua potentia, et virtus actiua ex nulla potentia possent esse equales: quod est manifeste impossibile. Tenet consequentia, supponendo vnum, quod probatione non eget. s. quod quanto aliquod actiuum potest educere rem de remotiori potentia ad actum, tanto est virtuosius. Ad sensum enim patet, quod ad educendum calorem de potentia aque, maior virtus requiritur quam ad educendum ipsum de potentia aeris: hoc igitur supposito arguitur more aristotelico sic: Sumatur virtus productiua alicuius (puta bouis) ex nulla potentia, et sit. a. Sumatur quoque virtus productiua bouis ex aliqua potentia, puta. c. et sit virtus illa. b. Tunc sic: Iste due virtutes: scilicet. a. et. b. per te habent aliquam proportionem, sit ergo proportio centupla: ita quod. a. excedat. b. non plus quam in centuplo. Et tunc sumatur potentia passiua in centuplo magis elongata ab actu quam sit. c. et sit illa. d. Cum ergo oporteat tanto virtuosius esse agens quanto elongatior est potentia ab actu, necesse erit virtutem actiuam bouis de potentia. d. esse in proportione centupla ad. b. ac per hoc esse equalem ipsi. a. Et sic virtus productiua ex aliqua potentia et virtus productiua ex nulla erunt equales, quod est impossibile. Imo etiam eodem processu potest deduci, quod illa sit etiam maior: quod est impossibilius. Nec potest inficiari quispiam hunc processum ex eo, quod non potest sumi in rerum natura potentia remotior ab actu quacunque potentia data: oportet enim sic dicentes negare processum arist. iiij. phy. tex. lxxij. vbi assumit plenum subtilius quocunque pleno. et. vj. phy. sic. tex. xv. vbi assumit motum velociorem quocunque motu: et breuiter destruere doctrinam traditam in lib. phy. Saluatur enim efficacia horum et similium processuum ex rationibus formalibus terminorum, et ex veritate conditionalium: quicquid enim repugnat veritati conditionalis est falsum et impossibile: vt auer. dicit in. viij. phy. tex. lxxviij. Unde proposito sufficit veritas conditionalium: puta, si virtus aliqua produceret ex potentia in centuplo remotiori, esset in centupla proportione &c. Stat ergo ratio firma: quamuis quidam nescientes aut non volentes eam formare, soluisse se arbitrati sunt: vt de scoto patet prima dis. quarti. Qui ideo credidit se soluisse: quia sanc. tho. non solicitus circa terminos: qui in autenticis rationibus solent subintelligi, fecerat maiorem huiusmodi. Eorum inter que nulla est proportio alterum est infinitum: soluit scotus, quod hec non est vera: vt patet de puncto et linea: et tamen punctum non est infinitum. Propter quod notanter nos posuimus in maiore vtrumque esse quantum: vt has pueriles cauillationes effugaremus. Et hec de secundo.

Restat igitur Argumentis in oppositum respondere.

¶ Ad primum ergo (quod tres difficultates tangit, vnam principaliter et duas ex consequenti) taliter est ordine dicendum, quod duas annexas difficultates. s. an deus moueat vt finis tantum, vel vt finis et agens, et si vt agens, an mediate vel immediate: pertransibimus dicendo, quia est. ¶ Tertiam vero principalem. s. an ex positione virtutis infinite intensiue in rerum natura necessario sequatur motus in non tempore, pertractabimus dupliciter. s. secundum auer. et simpliciter. Quamuis igitur multi ex secundo celi, text. lxxiij. vbi in summo gradu perfectionis vniuersi locatur id, quod sine actione optimum possidet: et ex. xij. metap. tex. xxx. vbi dicitur, quod deus mouet sicut amatum et desideratum: credant deum non esse causam agentem, sed finalem: verius tamen dicunt sentientes vtroque modo deum esse causam: vt simplicius arguit ex primo celi tex. xxx. vbi arist. dicit deum nihil agere frustra. Si enim ad hoc inconueniens solicitus fuit arist. deducere, quod deus nihil agit frustra, ergo supponebat deum agere propter finem: ridiculum enim esset deducere ad hoc inconueniens de causa non actiua. Auerroys quoque in de substantia orbis, manifeste reprehendit dicentes oppositum esse de intentione Aristot. et in. x. metap. con. vij. expresse dicit quod deus mouet non tantum vt finis, sed vt motor. Quod etiam firmat in. xij. con. vj. et in com. xliiij. vbi etiam postmodum auicennam ponentem deum esse tantum finem arguit: quod oportet primi principis esse actionem que cum hoc quod sit sibi propria, sit communis ceteris: qualis est motus diurnus. Et in secundo celi. com. xvij. dicit, quod omne habens actionem in se, habet actionem in alio: et in com. xxj. dicit quod omne, quod inuenitur propter se prima intentione, inuenitur propter aliud secunda intentione: nisi illic esset natura non innata ad largiendum. Et breuiter totus auer. plenus est hac sententia vel formaliter vel radicaliter: vt puta quod in separatis a materia causalitas finalis et efficiens eidem conueniunt: vt dicitur in. xij. con. et xxxv. et. xxxviij. et. lv. ¶ Nec obstat quod Aristot. dixit deum mouere vt amatum: non enim dixit hoc cum dictione exclusiua: imo ex hoc magis habetur propositum, supposita illa vniuersali Auer. quam modo diximus. Id vero quod ex secundo celi adducitur, admiratione dignum est, qua fronte ab auerroystis adducatur: quum auerroys ipse ibidem in consilio lxvj. expresse dicat quod in illo summo gradu habente optimum sine actione, datur latitudo includens omnes intelligentias: ita quod apud ipsum omnes intelligentie sunt in illo primo gradu, et non tantum deus: et tamen constat apud eos etiam, quod cetere intelligentie agunt ad extra. Intendit enim ibi aristoteles apud auer. intelligentias quatenus intelligentie sunt, habere optimum (quod est felicitas speculatiua) sine omni dependentia ab exteriori actione, non sicut in nobis: iuxta illud. xij. metaph. text. xxxix. deductio autem qualis optima &c. et esse in primo gradu. Quatenus vero anime sunt, optimum assequi per motum: et in secundo locari ordine simul cum corporibus, quorum sunt anime. Unde deum mouere non solum finaliter, sed actiue dicimus. ¶ Et quamuis ex multis commentis videatur haberi, quod deus mouet immediate: quia in com. xliiij. xij. metaph. reprehenduntur ponentes deum esse priorem motore primi orbis: et in consil. xxxviij. expresse dicitur, quod primus motor mouet sine medio: et in consil. xlviij. numerantur substantie immateriales secundum numerum motuum celestium expresse supponendo nullam esse, que non mouet: vt tamen ex dictis superius patere potest, in com. xlj. xij. expresse dicit motum celi compositum ex duobus motoribus. Et ideo sciendum est quod ista sibinuicem non contradicunt: quoniam quum sint in hac re opiniones extreme: vna Auicenne, dicentis deum nihil agere ad motum celi, nisi secundum quod prima causa operatur per secundas: sed primum motorem esse primam intelligentiam productam a deo, que cum anima celi mouet: alia eorum qui dicunt deum solum mouere primum celum. Auerroys via incessit media vtrunque declinans extremum: et ideo nunc hoc, nunc illud excludit extremum, quamuis pluries auicennam impugnauerit. Est igitur apud eum primus motor deus gloriosus, non tamen mouet solus. ¶ Sed quia in motu primi celi sunt duo (sempiternitas motus, et certa velocitas: puta. xxiiij. horarum) posuit vtrunque horum habere per se primo causam actiuam et propriam: et sempiternitatis quidem deum, certe vero velocitatis animam celi. Et hic sensus respondet plane expositioni illius commenti absque extorsione. Et sic deus non est prior motore totius: imo facit per se motum totius quo ad nobilissimam eius rationem: que est sempiternitas: et hoc modo deus non est anima alicuius orbis. Et ideo dixit ibi auer. quod est potentia non in materia: et per hoc volebat quod differret ab anima celi. Et hoc modo saluatur quod com. xliiij. dicitur quod illud quod intelligit motor corporis celi de primo motore, est aliud ab eo quod intelligit motor orbis saturni. Et sic numerus immaterialium substantiarum secundum numerum motuum saluatur: quia ex motuum numero inuentus est numerus motorum aliorum a primo: qui iam ex infinitate motus stabilitus erat. Nullam enim substantiam immaterialem ponimus nisi ex motu conclusam: sed primam ex infinitate motus, ceteras ex numero motuum regularium et perpetuorum exigentium motores immobiles. Et hoc consonat textui arist. expresse querentis numerum motorum immobilium, non numerum motorum infinitorum: vt per hoc insinuaret quod de alijs a primo loquebatur: quamuis primus quoque sit immobilis. Est siquidem sermo Aristot. et auer. ibidem contra ponentes substantias immateriales absque aliqua propria motione alicuius corporis, vt patet ibidem: quod nos non diximus. Et breuiter hoc modo omnia dicta auer. inueniuntur consona: et merito: quia vero omnia consonant. Unde helie hebrei labor, quam vanus fuerit patet. Putauit enim quod ex hoc quod deus dicitur motor effectiue primi celi, sequeretur, ergo mouet solus primum celum. Iam enim liquet,

deum proprium motorem primi orbis, quo ad sempiternitatem sui motus actiue causandam. Mouet ergo deus celum effectiue vt motor proprius, et mediante anima celi, sic vt virtus, proprius effectus motus celi sit diuersimode, et sic quo ad duo prima pateat quid tenendum sit. ¶ De tertio autem (in quo tota stat difficultas presens) ambiguitas magna videtur, diuisi siquidem sunt peripatetici circa id. Quibusdam enim apparet quod ex hoc antecedente, datur virtus infinita in natura, sequitur necessario, ergo motus in non tempore. Quibusdam vero videtur quod distinctione opus sit in re hac, et hi in tres distincti sunt vias. Alij putant quod distinctione modi agendi, scilicet libere vel necessario opus sit. Alij vero quod distinctio modi essendi illius virtutis infinite, scilicet an habeat esse materiale, an immateriale, ad hoc sufficiat. Alij autem duas distinctiones necessarias credunt ad saluandam infinitam virtutem in rerum natura, scilicet modi essendi (que modo dicta est) et modi agendi, scilicet mediationem vel immediationem, ita quod omnes huiusmodi opiniones sunt quattuor. Et primam quidem postponentes (quia ex discussione aliarum quid veritatis habeat patebit: et eius fundamenta sunt, que arguendo adduximus) ad secundam nos transferamus opinionem: que tria dicit. ¶ Primo quod ex hoc antecedente, virtus infinita est in magnitudine: necessario sequitur, ergo mouet in non tempore, quod implicat contradictionem. Et in hoc conueniunt cum arist. 8. phy. tex. 79. omnes peripatetici: licet differant in modo deducendi consequentiam. Sco. enim in primo sen. di. 2. q. 2. ad viii. dicit, quod ex eo quod in antecedente assumitur virtus infinita subintelligendo agat, necessario sequitur, ergo actio sua est in non tempore: alioquin in equali tempore agere contingeret virtutem infinitam et finitam, iuxta deductionem aristotelis ibi. Ex eo vero quod in antecedente additur ly in magnitudine (idest extensa) sequitur quod si agit, agat circa corpus, et consequenter quod sit ibi aliqua resistentia, et sit etiam diuersa approximatio partium passi ad agens, ac per hoc sequitur, ergo actio illius virtutis est mouere: quoniam he due cause scilicet diuersa approximatio partium et resistentia, faciunt successionem esse in motu, et sic ex toto antecedente simul scilicet virtus infinita in magnitudine, sequitur motus in non tempore. Sed hec deductio manifeste peccat: quia ex hoc quod aliqua virtus est extensa et agit in corpus non sequuntur ille due cause successionis: sed vna tantum scilicet diuersa approximatio partium passi ad agens: sed ex omnibus his absque resistentia non sequitur, ergo illa actio est motus. Et hec omnia non egent probatione: quia manifeste patent de virtute illuminatiua. Hec enim est extensa, et agit in corpus etc. et tamen non est motus (proprie de quo loquimur) vt distinguitur contra mutationem. ¶ Sanctus tho. autem quod arist. non fuit solicitus ibi de vtraque parte consequentis deducenda, supponit cum auerroy et ceteris expositoribus (quantum vidisse me recolo) quod subiectum illius antecedentis scilicet ly virtus seu potentia supponit pro virtute motiua proprie sumendo motum, ita quod antecedens illius consequentie secundum veritatem est hoc, virtus motiua infinita est in magnitudine, ergo. Et quod hec sit mens aristotelis, patet ibi, ex eo quod probando suppositionem vnam scilicet quod maior virtus facit equale in minori tempore: dicit vt calefaciens, aut dulce faciens, aut proiciens, et omnino mouens. vbi manifeste patet quod de virtute motiua loquitur. Patet etiam ex fine intento: ad nihil enim aliud inducebat demonstrationem illam, nisi ad inuestigandam impartibilitatem primi motoris, quem constat mouere proprie. Unde impertinens erat proposito tractare de omni virtute extensa: quamuis ex ista negatiua, non potest dari virtus motiua infinita in magnitudine, habeatur et consequenti quod nulla virtus in magnitudine est infinita: quia quum sit virtus, aut substantialis, aut accidentalis, et accidentalis infinitas inferat infinitatem substantialis, et omnis virtus substantialis in magnitudine, si est simplex, sit principium alicuius motus naturalis (vt patet in primo celi. tex. 7.) et simplicibus existentibus finitis impossibile sit mixtum fieri infinitum, manifeste deduci potest ex negatione infinitatis virtutis motiue in magnitudine, negatio infinitatis omnis virtutis extense. ¶ Facit tamen vim sanctus tho. in ly magnitudine ex hoc quod virtus extensa non est intelligens, virtus autem extra magnitudinem est intelligens: vt patet tertio de anima. con. 5. virtus autem motiua non intelligens mouet tantum quantum potest. Ac per hoc tenet consequentia aristotelis. Quia si est virtus motiua infinita, et cum hoc mouet tantum quantum potest: sequitur, ergo mouet in non tempore: vt patet ex deductione aristot. ibidem. ¶ Secundo dicit, quod ex hoc antecedente, virtus infinita est (etiam loquendo de motiua) non sequitur necessario, ergo mouet in non tempore: quia potest illa virtus esse agentis liberi: in cuius potestate est et actio et modus agendi. Et quum hoc arguitur esse contra Aristot. et auer. et omnes philosophos. Sco. cum sequacibus non reputat hoc inconueniens: immo dicit in secundo sent. dist. j. quest. iij. eos sibiipsis contradicere ponendo deum agere necessario. ¶ Mihi autem videtur hoc non esse contra arist. eo quod nulli imponendum est quod nec dixit, nec necessario sequitur ex dictis eius. Deum autem non esse agens liberum nullibi dixit aristot. nec ex dictis eius sequitur necessario. Demonstratio siquidem posita in primo celi. tex. xc. sufficienter saluatur supponendo omnes intelligentias differre specie, et mouere quantum possunt, vt assimilentur deo glorioso: cuius proprius effectus est sempiternitas, siue libere, siue necessario illam causet. Numerus quoque intelligentiarum eisdem suppositionibus stantibus optime inuestigatur ex numero motuum: sunt enim omnes motores adequati. Inconueniens etiam quod dicitur in text. lxix. scilicet virtutem finitam et infinitam mouere equaliter: manifeste ibidem ascribitur virtutibus mouentibus naturaliter: et breuiter quecumque alia ad hoc adduci possunt, facile saluari videntur absque hoc. Nolo tamen propterea Aristoteli attribuere, quod posuerit deum agere libere: sed opinionem suam ad nos non peruenisse tantum: contra Auer. tamen illam responsionem esse non dubito: vt ex com. iiij. duodecimi metaphysice deducere facile esset: et com. xxj. secundi de celo manifeste habetur. ¶ Sed quoniam ex principijs philosophie non necessario sequitur deum agere necessario: idcirco quum soli rationi obediendum sit, quod secundo loco contra hoc obijcitur soluendum est. Quum ergo dicitur, id ad quod sequitur falsum impossibile, est simpliciter impossibile etc. negatur minor. ¶ Et ad primam probationem dicitur, quod quamuis non sit impossibile deum velle vti tota virtute sua: est tamen impossibile deum velle vti tota virtute sua: in hoc esse certo, quod est velocitas motus. Nec hoc est ex defectu virtutis, aut voluntatis: sed quia hoc non est factibile: vnde deus vtitur tota virtute sua per se causando sempiternitatem motus, et creando etc.

¶ Ad secundam vero dicitur premittendo quattuor. ¶ Notandum est enim primo, quod aliud est arguere ex potentia motiua infinita, aliud est arguere ex potentia motiua infinita habente talem modum essendi: scilicet in magnitudine, vel extra, vel modum operandi scilicet necessario, vel libere. Primum siquidem antecedens abstrahit ab omni modo essendi et operandi: secundum vero modum essendi vel operandi coassumit. Constat autem quod multa possunt deduci ex aliqua ratione formali, et modo essendi vel operandi simul: que non possent deduci ex illa ratione formali absolute. ¶ Notandum est secundo, quod ex aliqua ratione abstracte + seu absolute sumpta, dupliciter aliquid deducere consueuerunt philosophi. Uno modo necessario: sicut ex ratione motus deducitur, quod oportet esse in tempore. Alio modo non repugnanter: sicut ex ratione motus deducitur, quod quocumque motu dato, potest dari velocior etc. Et inter hec tamen refert, quod consequens aliquid necessario, comitatur ipsum in quocumque ponatur secundum omnem modum essendi illius. consequens vero aliquid non repugnanter, non oportet comitari illud in aliquo: immo stat quod repugnet ei in quocumque modo essendi: vt patet in exemplis adductis. ¶ Notandum est tertio, quod tripliciter potest imaginari quod potentia motiua infinita exeat in actum secundum, vel quod moueat a. mobile certa velocitate, ita quod non possit velocius illud mouere, sed illud mouere sit sibi adequatum. Uel quod moueat infinita velocitate, idest in non tempore: non est enim intelligibile quod aliquid actualiter moueat infinite velociter, et tamen in tempore: quia ex quo actualiter mouet, tempus illius motus certum est secundum se: signetur ergo, et tunc procedatur iuxta text. 79. octaui physi. et venietur ad hoc, quod motus infinite velocitatis erit in equali tempore cum motu finite velocitatis (vtpote a virtute finita facto) quod est impossibile. Idem est ergo mouere actu infinite velociter, et mouere in non tempore. Uel medio modo scilicet quod nunquam moueat tanta velocitate. a. mobile, quin possit illud velocius mouere. ¶ Hec autem tria aliter se habent ad potentiam motiuam infinitam absolute, et aliter ad eam in magnitudine. Ad potentiam siquidem motiuam infinitam in magnitudine, duo extrema comparantur immediate, ita quod respectu talis virtutis non datur medium inter mouere in non tempore, et mouere certa velocitate adequate. Ad potentiam vero motiuam infinitam absolute, extrema hec sunt mediata, ita quod stat quod moueat sic velociter, quod tamen semper velocius mouere possit. Et ratio diuersitatis est: quia virtutis extense quantum est posse tantum necessario est facere: vt patet inductiue, et consequenter si est infiniti posse, ergo habet adequatum facere, aut ergo hoc est certa velocitate mouere, aut in non tempore: mouere enim sic quod velocius possit, non esse adequatam virtuti patet, Uirtu-

Abs + abstrahente.

tis vero motiue infinite absolute, non oportet quantum est posse,
tantum esse facere: quia abstrahit ab omni modo operādi ⁊ essen-
di: et consequenter abstrahit ab hoc ꝙ faciat ſm totum posse, aut
partem, et tantum vel tantum: ⁊ ideo non necessario sequitur, ꝙ si
exeat in actum, ꝙ exeat in opus adequatum. ¶ Notandū est quar-
to, ꝙ aliter arguēdum est ex infinita velocitate ad infinitatem po-
tentie motiue absolute, ⁊ aliter econuerso. Ex infinita siquidem ve
locitate, determinate infertur, ergo potentia motiua est actu infi-
nita: quia impossibile est aliter talem effectum saluare. Ex infinita
vero potentia motiua nihil aliud potest inferri, nisi ergo potest in-
finita velocitate mouere: quia si aliquanta virtus motiua pōt mo-
uere aliquanta velocitate, maior potest maiore, ⁊ infinita infinita.
Sed quia posse mouere infinita velocitate contingit dupliciter.
Uno modo sic ꝙ possit facere motum infinite velocitatis in actu:
alio modo sic ꝙ possit semper facere maiorem velocitatem qua-
cumq₃ facta velocitate: ideo non potest ex infinitate potentie mo-
tiue absolute, inferri determinate, ergo est actu infinita velocitas:
sicut econuerso. ¶ His autem premissis, dico quatuor. Primo ꝙ
ex hoc antecedente. a. est virtus motiua infinita in magnitudine,
optime sequitur, ergo mouet in non tempore: quia si non, ergo mo
uet adequate certo tempore ex tertio notando: ⁊ tunc sequitur iu-
xta deductionem Arist. ergo virtus finita et infinita secundum to
tum posse mouent equaliter. ¶ Secundo dico, ꝙ ex hoc anteceden
te. a. est virtus motiua infinita, non sequitur necessario, ergo. a. mo
uet in non tempore: dicentibus enim ꝙ non, subinferri non potest,
ergo mouet adequate in certo tempore: datur siquidem medium:
scilicet ꝙ permittitur mouere. a. mobile tanta velocitate (puta de-
cem horarum) non tamen adequate, sed potest semper velocius: vt
patet ex tertio notando. Quod non potest dici, si virtus illa est in
magnitudine: ⁊ ideo Arist. fundans demonstrationem suam super
illa distinctione: aut mouet in non tempore, aut certo tempore: lo-
quendo de adequata operatione assumit ab aduersario virtutem
motiuam esse in magnitudine: quia de tali constat, ꝙ oportet sup-
ponere aliquā velocitatem esse illi adequatā: quod non oportet ve
rificari de virtute motiua absolute: quia abstrahit ab his. ¶ Tertio
dico, ꝙ ex hoc antecedente. a. est potentia motiua infinita, non se-
quitur non repugnāter, ergo motus in nō tempore. Probatur hoc
ex illo principio: impossibile in se ex rationibus terminorum, ex nul
lo deducitur possibiliter, ex quo nō sequatur necessario. Hec enim
est differentia inter consequēs possibile ⁊ impossibile ex terminis:
ꝙ possibile ex aliquo antecedente oritur possibiliter, ex quo nō ori-
tur necessario: vt patet de velocitabilitate motus respectu motus
⁊ mobilis. Impossibile vero nisi habeat connexionem necessariā
cum antecedente, ex illo oriri nō potest: et hoc ideo est: quia impos-
sibile ex terminis, est impossibile simpliciter et omnino. Tale au-
tem ex nullo oriri potest, nisi ex alio impossibili, ad quod conditio-
naliter sequatur: quod sine necessaria connexione fieri nequit. Cō-
stat autem ꝙ motus in non tempore claudit ꝯtradictionem ex ter
minis: si est enim motus, ergo in tempore: et si in non tempore, er-
go non est motus. Et ex antedictis patet, ꝙ hoc impossibile non
sequitur necessario ex infinita potentia motiua: ergo nec sequitur
possibiliter. ¶ Sed accidit hic dubium ex triplici capite. Primo,
quia id quod sequitur necessario ad aliquid cum aliquo speciali
modo essendi, sequitur permissiue ⁊ possibiliter ad illud absolute:
verbigratia: quod sequitur necessario ad animal rationale, sequi-
tur possibiliter ad animal: sed motus in non tempore sequitur ne-
cessario ad virtutem motiuam infinitam habentem esse in magni-
tudine: vt patet: ergo sequitur possibiliter ad virtutem motiuam
absolute. ¶ Secūdo, quia quum hoc argumentū valeat. Si aliquan-
ta virtus motiua potest mouere aliquanta velocitate, ergo maior
potest maiore, et infinita infinita: et vlterius valeat, aliquanta vir-
tus motiua potest mouere tanta velocitate, ergo potest facere tan
tam velocitatem actualiter, ⁊ maior similiter maiorem: quare non
valet, ergo si est infinita potest infinitā facere actualiter. Nulla eñ
ratio apparet difformitatis: et tamē oportet si tenenda sunt predi-
cta, negare illā vltimam cōsequentiam: quia vt patet ex dictis, pos
se facere velocitatem infinitam actualiter, est idem quod posse mo
uere in nō tempore. ¶ Tertio, quia etsi assignata sit ratio quare infi
nite potentie absolute, non oportet assignare adequatum facere:
quia scilicet abstrahit a modis operandi: non tamen habet, qua-
re infinite potentie motiue absolute repugnet mouere ſm totum
suum posse. Si enim non repugnat dato ꝙ ex ea non sequatur ne-
cessario nec possibiliter, habet intentum quia si hoc sibi non repu
gnat: ergo est sibi possibile: possibili autem posito, nullum sequi-
tur impossibile. Ex hoc autem sequeretur, ꝙ moueret in non tem-
pore: vt patet: ergo. ¶ Ad primū horū dicitur, ꝙ maior est sic mo-
dificāda: illud quod sequit necessario ad aliquid cū aliquo specia-
li modo essendi cōpossibili illi primo: sequit ꝑmissiue ad illud ab-
solute: sic enim est vera, et non aliter. Si enim aliquid iungat cum
aliquo sibi incompossibili ex terminis, id quod sequitur ad coniun
ctum, vtriq₃ partium repugnat: verbi gratia, Ad hominem aereū
sequitur habere perfectissimum sensum tactus, non medium inter
contraria: quod vt patet, non sequitur ex ratione hominis absolu
te, nec aeris. Sic autem est in proposito: quia virtutem motiuam
infinitam esse in magnitudine, implicat cōtradictionem: ꝑtes q₃ cō
iuncti non sunt cōpossibiles: vt ex iam dictis patet: et effectus ne-
cessario sequens, monstrat: scilicet motus in non tpe. ¶ Ad secūdū
dicit, ꝙ rō difformitatis inter vltimā consequentiam ⁊ priores est:
quia in omnib⁹ priorib⁹ proportionalr adaptat propria causa pro-
prio effectui. In vltima autem non ſm veritatem, sed solam appa-
rentiam: non eñ ꝓprius effectus virtutis potētis infinita veloci-
tate mouere, est actualiter mouere infinita velocitate: sed nulli cer
te velocitati obligatum esse suum mouere, quantum est ex parte
motiue potentie. Hoc autem saluatur, si sic possit mouere actua-
liter, vt semper possit velocius mouere: vt patet. ¶ Et si queratur,
quū virtuti potenti mouere velocitate vnius hore, proprio effectu
assignet mouere actualiter in vna hora, ⁊ duple potētie potēti mo-
uere in medietate hore, ꝓpri⁹ effect⁹ dicat mouere actualr in me-
dietate hore: q̄re virtuti potēti mouere infinita velocitate ꝓprius
effectus nō assignet mouere actualr infinita velocitate. Rndetur,
ꝙ hoc ideo est: quia quācumq₃ quātitati virtutis pōt dupliciter attri-
bui quātitas operis, ⁊ altero modo est impossibile ꝓpter īplicatio-
nē ꝯtradictionis in ipso ope, altero vero est possibile, dicēdū est, ꝙ
effect⁹ ꝓprius illi⁹ est ille, in quo saluat modus possibilis. Verbi
grā: ⁊ est exēplū theologicū: dicim⁹ ꝙ virt⁹ creatiua dei est infini
ta, nō solū ex pte modi agēdi, s₃ ex pte creabiliū, non tñ saluat infi
nitas in creabilib⁹, sic ꝙ deus possit creare aliquod infinitū ens,
sed sic: quia quacumq₃ creatura facta pōt facere perfectiorem. Quū
ergo in proposito inter virtutem motiuā quamcumq₃ finitā, ⁊ infi
nitam respectu velocitatis motus hec sit differentia, ꝙ finite virtu
tis quātitati vno modo ⁊ illo possibili, rñdet quantitas velocitatis
in effectu, s. faciēdo illā actu: infinite vero virtutis quantitati, duo-
bus modis quantitas velocitatis respondere videtur: scilicet fa-
ciendo infinitā in actu, vel mouendo absq₃ obligatione ad certam
velocitatem, ⁊ primo modo infinita velocitas effectus rōnem ha-
bere non pōt (quū sit de genere impossibilium ex terminis) secūdo
modo infinite potētie ꝓprius effect⁹ est. ¶ Ad tertium dicit, ꝙ infi
nite potentie motiue absolute, repugnat mouere actualiter ſm to
tum suum posse quo ad velocitatem motus, non autem quo ad du
rationem eius: quia operatio talis est de genere operationum im
possibilium ex terminis. Et id quod multos in materia ista deci-
pit, est, quia assumitur talis motio vt operatio quedā, ⁊ quare infi-
nite potentie motiue repugnet querūt: quum tamē (vt ex dictis pa
tet) nō sit de genere operationū, sicut nec alterare celū. Nec ex his
imponas mihi ꝙ dicā infinito posse nō posse attribui adequatum
operari actualiter. Hoc enim ex dictis nostris diligēter inspectis
non habet: sed tantum ꝙ infinito posse motiuo nō potest respōde
re adequatum opari actualiter, quo ad velocitatē motus. Ex hoc
enim nō sequitur vniuersalis negatiua, ergo non pōt respondere
adequatum operari: stat nāq₃ ꝙ rñdeat infinitum operari quo ad
durationē motus: et quo ad operationes immanētes: scilicet in-
telligere ⁊ amare ⁊c. Unde ad quesitum cū distinctione dicendū
est, ꝙ infinita potētia motiua potest referri ad motus velocitatē,
et ad eius durationem. Et primo modo repugnat sibi mouere ſm
totum suum posse quia ista non est operatio, sed quiddam plus q̄3
chimericum. Secundo modo non repugnat, imo de facto conue-
nit: vt ex dictis patet. ¶ Quarto dico, ꝙ ex hoc antecedente. a. est
virtus motiua infinita agēns libere nō potest inferri, ergo mouet
aut potest mouere in nō tempore: dicā enim in illo tēpore mouere
pōt tanq̄3 adequato effectu, sed mouet semꝑ certo tēpore sicut ele
git: non tamē sic quin quantum est ex ratione virtutis posset velo-
cius mouere. Quū enim ex rōne potētie motiue infinite absolute,
nihil aliud sequat, nisi ꝙ quia tanta potētia pōt mouere tanta ve-
locitate ⁊ maior maiore, infinita potest infinita velocitate mouere:
et hoc contingat dupliciter: scilicet aut ꝙ possit exire in actum se-
cundum faciendo infinitam velocitatem: aut ꝙ sic semꝑ possit: vt
nunq̄3 exeat in actum secundum faciendo aliquam velocitatem
quin possit adhuc facere maiorem: et ex ratione potentie motiue
infinite absolute nō necessario sequat, ꝙ possit exire in actum pri-
mo modo: et ex hoc ꝙ est agentis liberi, necessario sequatur ꝙ

exeat in actum secundo modo, si debet exire in actum: consequẽs est, ꝙ non ex infinita potentia motiua agẽtis liberi absolute considerata nec ex ipsa sumpta cũ tali modo agendi deducatur necessario, ergo motus in non tempore. Et consequenter quum omnis conditionalis non vera sit necessaria, ista conditionalis non est vera: si datur virtus motiua infinita agentis liberi, posset dari motus in non tempore. Et sic patet ad secũdam probationẽ illius minoris quid dicendum sit. s. ꝙ falsum est, ꝙ ex ratione infinite potẽtie motiue, absolute sequatur, ergo motus in nõ tẽpore. ¶ Tertium ꝙ habet hec secũda opinio est, ꝙ non põt aliter saluari infinita potẽtia in rerũ natura, nisi ponendo ipsam agere libere, eo ꝙ aliter sequeret motus in non tẽpore. Sed hoc non est dictũ cõe: vnde non vr̃ tutũ sequi illud: presertim, quia (vt ex dictis ꝛ dicẽdis apparet) a multis illustribus viris saluatur, etiam si deus non ageret libere. ¶ Tertia vero opinio, quã sanc. tho. viij. phy. protulit in lucem: dicit ꝙ sola distinctio modi essendi. s. in magnitudine, vel extra, sufficit ad saluandam virtutẽ motiuam infinitam absq; motu in non tempore, quicquid sit de modo operandi. Ita ꝙ ſm eã quãuis ista cõditionalis sit vera, si virtus motiua infinita est in magnitudine, daretur motus in nõ tẽpore: ista tamen est vera, si motiua virt⁹ infinita est extra magnitudinem, daretur motus in non tẽpore. Et fundamẽtum huius est: quia veritas prime conditionalis fundatur sup tribus. Primo super infinitate motiue potentie: ex qua habetur ꝙ possit mouere infinita velocitate. Secundo super modo essendi eius in magnitudine: ex quo habetur ꝙ quantum est posse, tantũ est operari. Tertio super hoc ꝙ effectus non est dignior sua causa: ex quo habetur si aliqua virtus est in magnitudine, eius adequatum opus potest recipi in magnitudine. Ex his enim tribus consurgere veritatẽ illius conditionalis, patet ex eo, ꝙ quodcũq; horum trium desit, cõditionalis non est vera. Si enim deest infinitas potentie motiue, nunq̃ deducetur motus in non tempore: similiter si nõ ponitur in magnitudine, seu operari tantũ quantũ potest: nunq̃ deduceř motus in nõ tempore: ꝛ nihil minus si nõ ponitur ꝙ operetur in passo capaci adequate operationis illius potentie, nunq̃ sequetur motus in non tempore: quem constat non sequi nisi ex motione adequata potentie motiue infinite. In operationibus siquidem transeuntibus nõ solum impeditur operatio ꝛ eius quantitas ex parte potentie actiue, sed ex parte passi. Cõstat autẽ ꝙ proprium passiuum motiue virtutis est mobile in actu: qđ oportet esse actu quantũ, et corpus ꝛc. vt patet. vj. phy. text. xxxij. ꝛ ideo nisi ponatur, ꝙ adequata motio virtutis motiue infinite assumpte in antecedente possit recipi in corpore in actu seu in magnitudine (idem enim sunt in proposito) non potest deduci, ergo mouet in non tempore: et quia hoc non poni potest absolute, quia est impossibile: adeo oportet poni vt sequens ex antecedente aduersarij: habetur autem vt iam diximus ex illo, quia causa nõ est indignior effectu. Ex his autem patet, quare secunda conditionalis: scilicet si virtus motiua infinita esset extra magnitudinem, daretur motus in non tempore, non est vera: quoniam deficit sibi tertia conditio: non enim oportet virtutis existentis extra magnitudinem dari adequatũ opus in magnitudine. ꝛ ratio est: quia virtus immaterialis comparatur ad omnia quanta vt vniuersale ad particulare, non in predicando, sed potius in essendo, ꝛ causando: nec est rationabile vt materiale possit totam immaterialium virtutem adequare. ¶ Unde ad maiorem horum euidentiam considerandũ est, quod motus relatus ad infinitam potentiam motiuam in magnitudine ꝛ extra, diuersimode comparatur. Illi quidem vt effectus proprius cause particulari ꝛ proprie, huic vero vt effectus particularis cause vniuersali (quemadmodum liquefactio cere virtuti solari) quia motus est effectus in corpore: ꝛ consequenter fit a virtute corporea sicut ab vniuoco, a virtute vero immateriali, sicut ab equiuoco ꝛ vniuersali, ꝛ ideo sicut ridiculum esset ex quantitate virtutis solaris inferre quantitatem huius particularis effectus, vt adequantem virtutem solis, ita irrationabile est ex quantitate virtutis immaterialis inferre q̃titatem huius effectus particularis, qui est velocitas motus tanq̃ effectum adequatum. ¶ Considerandum rursus est, quod inter potentiam motiuam infinitam in magnitudine seu absolute, ꝛ potentiam motiuam infinitam incorpoream: hoc interest, quod illa aut nihil aliud per se dicit, nisi principium motus (vt patet si sumatur absolute) aut si aliquid aliud addit, nihil addit eleuans ipsam supra rationem proprij principij motus: vt patet si sumatur in magnitudine. Ista autem ex hoc, quod immaterialis ordinis ponitur, supra rationem proprij principij motus eleuatur: sicut ꝛ supra corporalia. Propter quod ex hoc ipso, ꝙ ponitur extra magnitudinem, sequitur quod non per se primo respiciat motus velocitatem, qui est corporeus effectus, quemadmodum faciunt virtutes corporales: sed altius quid per se primo aspiciat, ꝛ secundario ꝛ quasi per accidẽs motũ. Unde fit vt infinitas virtutis motiue si esset in magnitudine, motus velocitate necessario manifestareř. Infinitas autem virtutis motiue existẽtis extra magnitudinem non: q: s. infinitas potentie in magnitudine est per se primo particularis principij motiui, infinitas vero potentie extra, est per se primo rei eleuate supra ordinem principiorum motiuorum particularium, ac per hoc altius quid respicit vt adequatum motum + q̃ velocitatem motus. Imaginandum est enim ꝙ res illa infinita extra magnitudinem, q̃uis habeat in se vnde possit mouere: hoc tamen opus non per se primo respicit ab illa, sed aliquid altius: quia vt pluries dictum est, motus per se primo est actus corporis, virtus autem illa eleuata est sicut supra corpora, ita super omnia corporalia per se primo, quod dico propter ens, ꝛ bonum, ꝛ alia huiusmodi: que ꝛ si sint corporalia, non tamen per se primo, ꝛ ideo non oportet, si virtus illa est infinita, velocitatem infinitam posse ab ea prouenire. ¶ Ex duobus ergo falsificař ſm san. tho. conditionalis ista. Primo ex eo ꝙ virtutem extra magnitudinem non oportet habere adequatum facere sue virtuti, quum agat per intellectum: vt dictum est in secunda opinione. Secũdo, ex eo ꝙ considerata virtute infinita extra magnitudinem non considerato modo operandi, sequeretur, ergo daretur motus in non tpe: q: non posset fieri motio quo ad velocitatem adequata virtuti motiue: q: moueret corpus in actu puta celum, quod non esset capax motionis adequate illi virtuti, nec absolute, q: hoc implicat: nec ex hypothesi data, quia infinita potentia non est concessa in magnitudine, sed extra. ¶ Contra hanc autem opinionem dupliciter obijcitur. Primo quia si ex sola incorporeitate virtutis motiue infinite habetur sufficiens ratio falsitatis secunde conditionalis, manifeste sequitur ꝙ non refert: si ponatur virtutem illam esse motiuam necessario, dummodo ponatur incorporea: stant enĩ ista duo simul, non enim est impossibile virtutem immaterialem esse necessario motiuam: vt arist. ꝛ philosophi tenent de animabus orbium. Ex hoc autem queratur in quãto tempore moueret virtus infinita extra magnitudinem mouens ſm totum posse, ꝛ signetur illud tempus, ꝛ tunc procedatur iuxta tex. 79. octaui phy. deducẽdo ad impossibile, ꝙ equaliter moueant virtus finita et infinita. ¶ Secundo: quia hoc est expresse contra auer. in secundo celi. con. 38. ꝛ. 71. ¶ Ad primum horum dicitur, ꝙ iste due conditionales distant sicut celum et terra. Si infinita potentia motiua esset extra magnitudinem, moueret in non tempore, ꝛ si infinita potentia motiua existens extra magnitudinem moueret secundum totum suũ posse, moueret in non tempore. Secunda enim est vera: quia in antecedente eius iam ponitur ipsam secũdum totum posse actualiter mouere, ꝛ consequenter habere mobile talis motionis subiectum: quum motus sit actus mobilis, ac per hoc in hac conditionali saluantur tres antedicte conditiones. In alia vero non habetur ex hypothesi antecedentis, mobile capax totius posse, ꝛ ideo est falsa ex defectu tertie conditionis. ¶ De illa autem conditionali super quam firmatur argumẽtum scilicet si esset extra magnitudinẽ infinita virtus motiua, necessario daretur motus in non tempore: dicenda sunt duo. Primo ꝙ est impertinens proposito: q: nõ habetur ex dictis san. tho. Multum enim refert posita virtute infinita incorporea loqui de ipsa, ꝛ consequentibus ad ipsam vt sic, abstrahendo a quibuscunq; alijs, que non necessario ipsam infinitam ꝛ incorpoream comitantur: ꝛ loqui de ipsa addendo sibi specialem modum agendi. s. necessario. Primo enim modo est sermo san. tho. ꝛ non secundo, ꝛ primus nihilominus modus nihil ponit incompossibile, secundus vero forte adunat incompossibilia: quia quamuis virtuti incorporee non repugnet esse necessario motiuã ꝛ velocitatiuam motus, repugnat tamen forte virtuti incorporee infinite, vnde non oportet de illa conditionali solicitum hic esse. Si tamen de veritate eius queratur, dicendum secundo videtur, ꝙ est falsa eadem ratione: quia scilicet ex hypothesi antecedẽtis habetur ꝙ in mobili posset recipi adequatus effectus illi virtuti. Ut enim iam infinities tactum est, motus in nõn tẽpore est quoddam impossibile ex terminis, ꝛ non sequitur nisi ex aliqua hypothesi impossibili: quam requirere illa tria monstratum est. ¶ Et quum contra arguebatur, ergo moueret in aliquo certo tempore, signetur illud ꝛc. Respõdetur, ꝙ quia ex parte motoris nulla posset certitudo velocitatis determinari: quia nec ex libertate, nec ex finitate potentie, et in non tempore mouere non sequitur ex hypothesi: oportet dicere quod si moueret, moueret ea velocitate, cuius mobile esset capax: puta si esset mobile non vio-

Als + motus.

lentebile et capax motus.xxiiij.horarum, tanto tempore moueret
illud et non minore. Et si contra hoc dicatur: signetur tempus il-
lud: intrepide assignetur: puta vna hora vel decem: hoc enim non
refert. Et si procedatur deinde ad hoc q eodem tempore mouebit
idem mobile virtus finita et infinita: dicetur hoc non esse inconue
niens, quando aliunde prouenit q̄ ex virtute motiua. Inconue-
niens siquidem est, q virtus finita z infinita ex proprijs meritis
considerate moueantur equaliter: sed quando aliunde hoc proue-
nit: puta ex libertate agentis (vt secunda opinio dicit) vel ex parte
mobilis: vt modo dicitur, vel ex mediatione alterius motoris, vt
vltima opinio auer. dicet, nullum inconueniens est. ¶ Sed sunt in
hac responsione adhuc duo dubia. Primum est: quia ex eo q in
antecedente ponitur virtus infinita motiua, ponitur consequen-
ter mobile adequatum. Motiuum enim ad mobile refertur: vt di
citur. v. meta. cap. de ad aliquid: et sic tertia conditionalis est ve-
ra. Secundum est quia licet tale vel tale mobile certam velocita-
tem sibi determinet: non tamen mobile in cōmuni: z ideo cōparan
do illam virtutē infinitam separatam necessario agentem ad mobi
le in cōmuni, restat dubium, an moueret in non tēpore, an certo tē-
pore. ¶ Ad primū horum dicit, q ratio illa tenet, quādo vis moti
ua est eiusdem ordinis cum mobili: tunc enim ex suppositione tan
ti actiui, necessario supponitur adequatum proportionaliter passi-
uum. Quando autem supponitur tantū actiuum altioris ordinis,
non op3 tantum passiuum supponere: quia quū passiuum nō respi-
ciat nisi mediāte actione trāseunte (quā facit vel facere pōt in eo)
et virt⁹ altioris ordinis. s. vniuersalis immaterialis, non op3 q ha
beat aut habere possit aliquam actionē in passo corporeo sibi ade
quatam, consequens est, q non necessario supposita tanta vir-
tute motiua immateriali supponatur mobile adequatum propor-
tionaliter. Unde licet motiuū dicatur ad mobile vniuersaliter: tan
tum tū motiuum nō dr ad tantum mobile vniuersaliter: sed quan-
do motiuū est eiusdē ordinis cū mobili. ¶ Ad scdm dicit, q quā-
uis docuerit aristo. in physicis motorem in cōmuni mobili in com
muni cōparare. z quicquid cōtradicit talibus propositionibus esse
impossibile: non tamen didicimus cōparare mobili in cōi motorē
contractum: qualis est iste, de quo loquimur: motor enim est sepa-
ratus a materia. Unde tali motori attribuendum est tale mobile:
puta celum, et non mobile in communi. Constat aūt q tale mobi-
le aliquam sibi certā velocitatem determinat: vt dicitur secūdo ce-
li. tex. xxxx. ¶ Et si curiose queratur quid dicendum sit ad illud q̄-
situm. Dicēdum est, q si ille motor applicaretur corpori mobili ab-
solute, q moueret nulla certa velocitate. Et si dicatur, hoc est im-
possibile: concedatur: qr etiā antecedens est impossibile: nec est a
nobis vnq̄ concessum. ¶ Ad alteram obiectionem, qua dicebatur
hanc tertiā opinionē esse contra auer. dicitur dupliciter. Primo q
non est verum nisi per accidens. Auerroys enim ideo dixit q si
anima celi esset infinite virtutis, moueret in non tempore: quia sup
ponebat ipsam necessario mouere: vnde ex modo agendi supposi-
to tenet apud ipsum cōsequētia. Sanc. Tho. aūt loquitur de virtu
te infinita incorporea, abstrahendo a modo operandi: ideo in hac
opinione non sunt ɔtrarij per se. ¶ Et si dicatur, saltem habetur, q
fm auerroym illa tertia conditionalis est vera. Dicitur secundo q
hoc est verum: non tamē propterea est relinquenda: quoniam ma-
ior est autoritas rationis q̄ sit auerroys z omnium philosophorū
simul. Et puerorum non philosophorum est sequi dicta alicuius,
credendo q non dixit hoc absq3 magna et sufficienti ratione: et re-
linquere argumenta ad oppositū necessaria, aut prope. ¶ Quar
ta opinio ab Auerroy. xij. metap. cō. xlj. explanata: duabus distin-
ctionibus censet egere positionem dicentem virtutem motiuam
infinitam absq3 motu in non tempore. Prima est modi essendi: vt
scilicet ponat immaterialis z nō in magnitudine. Secūda est mo-
di operādi: vt scilicet moueat mediate z nō immediate. Supponit
eñ oīa imaterialia agere naturali necessitate: z sic dicit q ideo nō
sequitur motus in non tpe. si ponatur primus motor virtutis infi
nite: quia ille mouet mediante anima celi, modificante in effectu
velocitate: scilicet motus, infinitatem primi. ¶ Sed hec opinio a
sanc. Tho. z egidio. viij. phy. arguit insufficientie: a Scoto autē in
primo sen. dist. viij. q. vlt. rōne vlt. arguit falsitatis. Insufficiēs q̄dē
dicit a sanc. tho. qr quum aristoteles. viij. phy. duos effectus attri
buerit infinitati virtutis: sc3 mouere tēpore infinito in tex. lxxviij. z
mouere in non tpe in tex. lxxix. et auer. ponendo infinitam virtutē,
ex mediatione motoris finiti dicat impediri motum in non tempo
re, et nō impediri motum in infinito tempore: imo dicit q quia ille
primus motor est infinite motionis, ideo mouet tempore infinito:
et quia ibi est alius motor finitus, ideo mouet in certa velocitate.

Alio +
ʒitus,

Restat assignanda ratio quare mediate mouere non impedit infi-
nitatem temporis, sicut impedit infinitatem velocitatis: qd auer.
non fecit. Ab egidio vero: quia si deus moueret immediate, non
propterea moueret in non tēpore: quia motus in non tēpore est de
genere impossibiliū. Falsa autē dicitur: quia virtus infinita habet
omnem perfectionem cause efficientis, quā habet ipsa cum causa
secunda proxima: et ideo sequit q immediate potest causare oēm
illum effectum in celo per se, quem potest cum anima, ergo et cau-
sat, si necessario agit quicquid potest: vt supponitur: et vltra, si cau-
sat illud immediate ergo in non tēpore: quia virtus infinita agens,
fm vltimum virtutis sue z immediate, non potest agere in tempo-
re. ¶ Ad horum autem primū dici potest, q q̄uis difficile sit red-
dere illius quesiti rationē: non tamē est impossibile. Difficile qui-
dem: quia ratio ei⁹ nō potest sumi ex eo q infinitas tēporis sit effe
ctus possibilis, infinitas vero velocitatis impossibilis. Ex hoc eñ
non habetur quare mediatio impediat sequelam huius et non il-
lius: licet habeatur quare illud possit fieri et non hoc. Nec potest
sumi ex eo q aliter attribuitur infinite potentie infinitas tempo-
ris, et aliter infinitas velocitatis: scilicet q illa attribuitur in finite
potentie siue in magnitudine, siue extra. hec autem in magnitudi-
ne tantum: quoniam dato q hoc sit verum, apud auerroym repu-
tatur falsum: vt patet ex dictis: et ideo solicitus fuit de virtute im-
materiali infinita quare non mouet in non tēpore, z posuit media-
tionem motoris. Nec potest sumi ex eo q virtus velocitatiua in
infinitum non est cōmunicabilis, virtus autem cōtinuatiua in in-
finitum est cōmunicabilis: quoniam hoc est falsum loquendo de
virtute per se continuatiua in infinitum: qualis est virt⁹ primi mo-
toris. ¶ Impossibile autem non est: quia potest sumi ratio ex eo,
q ad hoc vt infinitas temporis proueniat ab infinita virtute, suffi
cit per se primo respici ab illa: quod mediatio motoris nō aufert:
mediatio enim causarum non aufert perseitatem causalitatum.
Non enim ex hoc q sol z homo generāt hominem, tollitur persei-
tas causalitatis solis respectu proprij effectus, quem habet in ho
mine. ad hoc autem q infinitas velocitatis proueniat a virtute in-
finita. exigitur q virtus illa absq3 vlla modificatione attingat mo
tum. Hoc autem motoris mediatio tollit: quia virtus primi moto-
ris modificata in secundo, et non in sua illimitatione attingit mo-
tum. Et sic ex vi mediationis satisfieri videtur quesito, et sufficiēs
reddi responsio data. ¶ Ad egidium vero dicitur, q illa ratio non
excludit quin illa cōditionalis sit vera: si deus virtutis infinite mo
ueret immediate, moueret in non tempore supposito eo quod sup
ponit auerroys: scilicet q agat secundum totum suum posse: vnde
impossibilitas consequentis nihil aliud concludit, nisi q antece-
dens est impossibile: cuius oppositum probandum erat ab Egi-
dio, si ex impossibilitate consequentis reprehensione dignus cen-
sebatur Auerroys. ¶ Ad secundum autem dicitur, q aliud est
loqui de perfectione cause, aliud de modo causandi: nec licet ex
perfectione cause ad modum causandi inferendo digredi: sed cō-
mittitur sophisma figure dictionis. Unde ex hoc q primus motor
est non minus perfecte virtutis q̄ ipse cum anima celi simul, non
licet inferre: ergo eodem modo potest solus facere quod facit cum
anima celi: quia aliud est posse, aliud posse tali modo. Et simili-
ter non licet inferre: ergo potest immediate facere quicquid po-
test facere cum medio: quia immediate agere ad modum agen-
di pertinet. ¶ Et si queratur vt arguendo dicebatur, vnde potest
reddi ratio, q virtus infinita sit alligata tali modo mouendi: scili-
cet mediate. Diceret auer. q hoc non est ex defectu potentie, sed
ex essentiali ordine connexioneq3 causarum et effectuum vniuer-
si: vt in eo saluetur vtrumq3: scilicet et perseitas causalitatis pri-
mi dependentieq3 aliorum ab eo, et distinctio causarum effectuū-
q3 cum illarum efficacia, et istorum dependentia ab illis. Nihil
enim horum necessario saluaretur in vniuerso, ordoq3 vniuersi ne
cessitate careret, si primus motor infinite virtutis non esset neces-
saria connexione coniunctus medijs causis in causando.
¶ Et si contra hoc instetur: quia vt dicitur in prima propositione li
bri de causis: causa prima plus influit et prius in effectum, q̄ se-
cunda, ergo si est infinita et agit naturaliter, in primo signo to-
tum effectum totaliter causat, et sic nō remanet ad quid actio cau-
se secunde terminetur. Responderi potest, q ex hoc q causa pri-
ma plus et prius natura influit q̄ secunda: non habet, ergo tota-
liter causat ipm, quātūcumq3 ponat infinita z naturaliter agens:
accipiēdo ly totaliter ex parte causalitatis. Tū qr non causat ipsum
omni modo, quem effectus exigit ad sui factionem naturalem: nec
ex eo q totus effectus causatur ab vna causa: habet, ergo alie cau
se nihil faciunt: qr faciūt idē realiter alio modo, Nō eñ ideo dan-

tur plures cause essentialiter ordinate eidē, quia aliquid eius fiat ab vna ⁊ aliquid ab alia: sed vt totus effectus secundum quālibet sui rationem habeat propriam ⁊ per se primo causam, quāuis tot⁹ a qualibet fiat secundum rem: vt superius dictum est. Cum ꝙ infinitas cause prime non largiatur necessario nisi efficaciam causalitatis eius in suo ordine. verbi gratia. Quantūcūq₃ ponatur solis virtus infinita, ex hoc non habetur, ꝙ ipse absq₃ homine posset producere hominem: sed ꝙ effectum proprium in homine efficacissime sortiretur. ita quantūcūq₃ ponatur diuina virtus infinita ⁊ necessario agens, ex hoc non subtrahunt actiones secundorum agentiū: sed ponit ipsam omnibus coagere ad omnia que illa agunt alio modo, ⁊ saluat aliquem effectum (puta sempiternitatem) habere per se causam, ⁊ proprium effectū primi esse intimum ⁊ primum in quolibet effectu. Illud aūt quod ibi dicit, ꝙ in primo signo effectus totaliter est a prima causa ⁊c. imaginatium magis ꝙ̄ philosophicum quid sonat. non enim alia ratione philosophi (sm quorum intentionem loquimur) dicunt primam causam plus et prius influere in effectum cause secunde ꝙ̄ secundam: nisi q: per se primo effectus prime cause, communioris ⁊ intimioris ac prioris rationem habet in effectu, vt patet in propositione adducta et eius commento: sicut verbi gratia causans per se vitam in homine, magis ⁊ prius dicitur influere in hominem, ꝙ̄ causans per se animalitatem in eodem: quia illud est intimius, prius ⁊ cōmunius. ☞ Ex hoc autem nō habetur, ꝙ in illo priori totus effectus sm omnem rationem habet sufficientem causam per se, ⁊ ꝙ alie superfluant: etiam si dans vitam, esset virtutis infinite, dato etiam ꝙ speciali causalitate attingeret hominem. Quod tamē est erroneum in philosophia: q: causa prima non attingit effectum cause secunde, nisi media actione cause secunde: quamuis magis ⁊ prius propter rationem dictam. ☞ Colligendo ergo respōsionem ad primum argumentum principale, dicimus tripliciter responderi posse, vel tenēdo primum motorem mouere libere, vel non considerando hoc, tenendo ipsum esse immaterialem, vel tenēdo ipsum mouere mediate. Et ꝙ nulla harum aristo. repugnat. Auer. autē sola prima, quamuis tertia ab ipso habeatur. ¶ Ad secundum argumentum principale dicitur, ꝙ tenendo viam auerroys de necessaria cōnexione virtutum agentium ⁊c. manifeste patet, ꝙ non ponitur in rerum natura aliquid possibile sm potentiam actiuam, quin ponatur sm potentiā passiuam, ⁊ ꝙ infinitati potentie diuine respōdet potentia passiua celi ad sempiternitatem motus: nec est alius effectus in motu possibilis ex illa virtute accepta, sm omnes conditiones necessario ipsam comitantes in rerum natura. ☞ Tenendo autem alias respōsiones, iam patet responsio dupliciter. Primo admittendo ꝙ omni potentie actiue respondet passiua: sed nō quo ad omne quod esset absolute possibile ex illa virtute fieri, ⁊ sic potentie infinite motiue respondet potentia celi quo ad sempiternitatem motus: non autem quo ad omnem gradum velocitatis, q possent fieri ex illa virtute absolute. Et huius ratio ex dictis haberi potest: quia potentie actiue vniuersali altioris ordinis: non oportet respondere passiuum corporeum capax totius eius virtutis quo ad omnia: quia non per se primo respicit effectum particularem: vt dictū est, ⁊ est philosophie principijs satis consonum. ☞ Secundo potest dici, ꝙ licet omni potentie actiue respondeat possibile, non tamen potentia passiua. vt patet de productione intelligentiarum a deo: siue ab eterno, siue in tempore. Et hoc propter rationē dictam. Nectamen oportet respondere aliquod vnum possibile adequatum: sed vt ex dictis patet, virtuti infinite respondet infinitum possibile, non sic ꝙ possit produci aliquod infinitum nisi duratio: sed sic ꝙ nullis finibus possibilium producibile ab ipsa arctatur: sed quocūq₃ producto potest perfectius producere ꝙ̄tum est ex ratione virtutis actiue. Et hoc modo ꝙ̄titas virtutis in effectu manifestatur: ⁊ non primo modo tantum. ☞ Quod vero in vltima confirmatione dicitur, proportionaliter intellectum propositū magis confirmat ꝙ̄ impugnet: q: quemadmodum mobile infinita velocitate potest dupliciter intelligi (vno modo ꝙ possit actualiter infinita velocitate moueri, alio modo sic ꝙ quacūq₃ velocitate motum potest velocius moueri) ⁊ primo modo impossibile est ponere mobile, secundo vero est possibile, ita est de motiuo ꝙ. s. impossibile est dare motiuum infinita velocitate primo modo, sed secundo tantum: quod etiam oportet esse infinite virtutis. ☞ Et aduerte, ꝙ de facto sm philosophos huic argumento dicendum est, ꝙ potentie infinite respondet in rerum natura effectus infinitus s. tempus infinitum motus celi per se productum, ⁊ potentia passiua celi ad hoc. Et ꝙ hoc est sufficiens manifestatiuum infinitatis virtutis: vt patet ex dictis. Cetera autem pro vere philosophantiū quiete dicta sint. ¶ Ad tertium principale dicitur, ꝙ licet solo tertio modo arguatur ibi sm mentem auerroys, ⁊ nec etiam illo modo habeat intentum, attamen singulis ordinate respondendū est, premissa prius intentione illorum verborum sm veritatem. Intēdit igitur ibi auer. loquens de proximis motoribus orbium, non excludere infinitatem vigoris a deo: qui nullius orbis est anima. Sed concludere infinitatem vigoris nō sequi ad motorem tpe infinito: ex hoc ꝙ motor infiniti vigoris habet necessario infinitam potentiam, ⁊ consequenter infinitam naturam. Ex hoc enim sequitur, ꝙ si motor tpe infinito necessario esset infiniti vigoris, ꝙ haberet ⁊ potentiam ⁊ naturam infinitam. Et quamplures sint motores tempore infinito, sequeretur vlterius ꝙ ex positione plurium motorum celestium tempore infinito, non haberentur propria nature motorum: sed hoc tantum ꝙ sunt motores infiniti. Et sic vlterius sequeretur, ꝙ nō esset ibi multitudo motorum, nec diuersitas proportionum motorum ad mobilia: sed motus in non tpe ⁊c. Et tenent consequentie vt ibi: quia tunc illi motores conuenirēt in natura ⁊ potentia infinita intensiue, quemadmodum modo de facto conueniunt in immobilitate: ex qua habent ꝙ possint continuare motum tempore infinito. Et sic non esset vnde differrent abinuicem. Hec est sententia auer. ibidem: vt patere potest cuilibet exercitato, ex qua non habetur primum motorem esse vigoris finiti. ☞ Ad primum ergo modum arguendi ibi tactum, dicitur ꝙ non sunt in eo tot verba quot errores. Consequentia primo nihil valet. Propositio deinde dicens, qđ quelibet pars infiniti est infinita, licet sit vera de parte aliquota, non tamē iuuat cū alia coassumpta. s. infinitū non est maius alio infinito. Patet enim in q̄ntitate permanēte, ꝙ si ponatur linea infinita vtrinq₃ versus oriens et occidens, et secetur in directo puncti meridiei, ꝙ vtraq₃ pars est infinita, et tota est maior vtraq₃ parte. Et similiter in quātitate successiua, si secetur in termino decime hore huius diei totum tempus eternum, vtraq₃ pars est infinita: et tamē totū temp⁹ est maius qualibet earū. Falsum est ergo cōparando infinitū simpliciter infinito sm qd. quale est pars aliq̄ta infiniti, ꝙ vnū non sit mai⁹ alio: ⁊ q: talis ē cōparatio in pposito nro, patet nihil cōcludi. ☞ Et vt ostēdat quant⁹ error in hoc sophismate lateat, adhuc declaratur, ꝙ etiā cōparando infinitum simpliciter infinito simpliciter, stat vnum esse maius alio. Numerus enim reuolutionū lune est maior numero reuolutionum saturni (⁊ loquimur de motu proprio) ⁊ tamē vterq₃ est infinitus sm ponentes motū eternum. Antecedens patet: q: singulis reuolutionibus saturni respōdent amplius trecente sexaginta reuolutiones lunares: q̄m ille singulis triginta annis vnam complet: illa vero vigesimo octauo quoq₃ die vel circa suam peragit. Unde diuus Tho. preclare docet in tertia parte. q. x. art. iij. ad tertium, ꝙ non est proprietas infiniti non excedi simpliciter, sed non excedi in illo ordine, in quo ponitur. Et fundat hoc sup textu. xxxviij. ⁊ xxxvij. tertij phy. vbi dicitur, ꝙ infinitum nō est vt substantia, sed vt accidēs querendum: accidētis autem propriū est qualificare id cuius est accidens. Et ppterea quēadmodum infinitas adueniens alicui, puta diebus, non infinitat nisi numerum dierū: ita impossibilitas infinitatē consequens non ponit nisi in ordine dierū. Et ppterea infinitis dieb⁹ simpliciter, non possunt dari plures dies: sunt tamē multo plures hore illorū dierum ꝙ̄ ipsi dies. Et similiter infinitis horis nō dantur plures hore: sunt tamen multo plura minuta illarum horarū ꝙ̄ hore ipse. ☞ Nefas quoq₃ esse videtur, conditiones totius ⁊ partis in impartibili et summe perfecto, ac per hoc vocato quanto virtualiter, requirere: quum non maius quid sit totum hoc: deus bonus. sapiens, viuus, ꝙ̄ hoc solum, scilicet deus, aut econuerso: siue ponatur finite virtutis siue infinite: quia non equalis, sed eadem est perfectio rei illius et omnium que eius sunt. ☞ Ad secundum vero modum arguendi dicitur, ꝙ sicut tactus quantitatiuus, quia secundum extrema est, expellit id in quod fertur, tact⁹ autē virtualis, q: interiora penetrat, magis conseruat et firmat si contrarius non est tacto: ita infiniti corporei propriū est, sic omnia occupare, vt omnia excludat, nihil secum cōpatiens: infiniti vero virtualiter, ⁊ ppriū est sic oīa implere, vt ea faciat virtuosa ecooperantia, ⁊ modificantia illimitationem suam in effectib⁹. Unde ex infinitate virtutis non excluduntur alia actiua, sed magis ponuntur: vt superius quoq₃ dictū fuit. ☞ Ad vltimū aūt dicit, ꝙ dupliciter pōt poni distinctio formalis. Uno modo sicut aliqua ptici pantia aliquid, ppriis constitutiuis diuersificantur: sicut homo differt ab equo, ⁊ albedo a nigredine. Alio modo sicut aliquid per essentiam distiguitur ab alijs que sunt talia per participationem: sicut homo separatus distingueretur a singulis hominibus. Di-

finctio primo modo est causa finitatis vtriusq3 extremi: et de hac est sermo auerroys ibidem. Scdo modo non infert finitatem nisi minus extremi: scilicet participantis tm. Illud autem quod est per essentiam, ex hoc ipso q purum est, ab aliis distinguitur absq3 aliquo finitante et contrahente. Et licet ab infinito nullum positiuum excludatur virtualiter, multa tamen excludutur formaliter: quibus participantia ipsum ab ipso distinguunt, excellentiori modo omnia prehabente. ¶ Ad quartu principale dicit, q pntia nihil valet. Et ad probatione, cocessa suppositione, negat minor: scilicet q distantiu ab aliquo in infinitum, alteru non sit altero propinquius illi: vt patet manifeste t in quantitate permanete et successiua. In permanete quidem, si ponatur linea infinita ex parte septetrionis, constat q tam pars intercepta sub tropico cancri, et circulo equinoctiali, q pars intercepta inter circulum equinoctialem t tropicum capricorni, in infinitum distat a quantitate linee infinite versus septentrionem: t tame dubiu non est quin pars sub tropico cancri esset illi propinquior: quia minorem viam actura esset, si ad infinitam attingendam moueretur. In successiua vero, quum tam dies hesternus q hodiernus in infinitum defict ab eterno tempore preterito, constat tamen q propinquior hesternus fuit q hodiern⁹ t hodiernus q crastinus. Alioquin mund⁹ quotidie non esset maioris durationis, nec aliquid antiquius altero simpliciter: que sunt cotra sensum. Est autem ratio quare stat inter aliqua esse distantiam infinitam, t tamen vnum altero magis distare, quia distantia illa non est infinita vtrinq3, sed ex vna parte tantum: sicut contingit in proposito, t in instantiis adductis. Tunc enim t ex parte infiniti habetur ratio infinite distantie ceteroru ab illo, et ex parte finitorum habet ratio maioris appropinquationis ad primum: vt patet in exemplis adductis: quia enim tempus preteritum est infinitu, ideo infinita distatia est a parte ante inter singulos dies t ipsum: quia vero hodiernus dies finit hinc tempus elapsum, ideo est finita distantia a parte post. Et consequenter ex ista parte potest accipi ratio, quare est propinquior eterno elapso q dies crastinus. Et similiter est de distantia inter deu t creaturas. Ex parte siquidem dei infinite distantie ratio habetur: ex parte vero creature distantia finitur. Et ideo hinc sumitur, q vna est propinquior altera primo enti infinito. Vn posset cu distinctione dici ad minorem, q distatia infinita est duplex: scilicet infinita vtriusq3 seu simpliciter, t infinita sm quid seu ex altera parte tantum: et q quamuis primo modo sit vera, secundo tamen est falsa: et sicut est ad propositum. ¶ Ad quintum principale dicitur breuiter, q omnes autoritates auer. in hac re, excepta illa octaui phy. qua dicitur non esse virtutis finite nec infinite: loquuntur de motoribus proximis: id est animabus celorum: vt ipsemet auer. in comme. xlj. duodecimi dicit: quum post distinctionem motoris infiniti a finito, subdit q proportio inter motorem t mobilem in celestibus, est propter motorem finitum: t q propter ipsum dixit aristo. in. ij. celi, q primus orbis esset in labore tc. Vel t clarius (licet in idem redeat) dicedum, q ideo sepe auer. negat dari motorem infiniti vigoris, sic q possit semper velocius mouere: non ex defectu potentie primi motoris, sed ex ordine essentiali causarum t effectuum, t finitate motorum proximorum. Ex his enim fit, vt quedadmodum negatur. ix. meta. comen. vij. deum posse producere muscam, non ex defectu potentie, sed ex ordine essentiali causaru et effectuum exigente talem effectum fieri mediate corpore celesti mobili: ita nihil min⁹ negari simpliciter ab ipso potest, q motor aliquis possit semper velocius mouere. Non ex defectu potentie primi motoris, sed quia non potest mouere nisi mediante anima celi in qua modificatur virtus eius. Et sic nullus motor restat potens maiorem velocitatem facere: quamuis primus sit vigoris infiniti. Illud vero quod in comme. lxxx. octaui physicorum dicitur: scilicet q motor immaterialis, nec finitus nec infinit⁹ dici potest: quamuis sonet quid falsum t ridiculosum, et propterea reprehensum sit a multis, Quidam extorquentes intelligunt ea ratione dictum de solo deo: quia non est virtutis actiue, sed tantum mouet vt finis. Quidam vero, quia non est virtutis actiue respectu velocitatis motus, de qua ibi est questio: sed tantum sempiternitatis motus. ¶ Ego autem nolens auerroim thomista facere, neq3 me auerroistam, sz veritatem solam sequi (quantum cognoscere potero deo concedente) puto id tunc voluisse auerroim, quod sepe metem meam pulsauit: tanq3 de aristo. officina veniens: scilicet q virtutes immateriales non sunt quante virtualiter, t consequenter nec finite nec infinite. Non simpliciter: sed eo modo quo sunt quate virtutes corporales: scilicet q non sunt proportionales motib⁹: vt scilicet quato maior motus tanto virtus immaterialis maior: quedadmodum est in corporalibus, sed sunt altioris ordinis virtutes. Et hoc modo saluari videtur processus aristo. viij. physi. quia quum sufficienter excludat ex textu. lxxviij. t lxxix. q nulla virt⁹ corporea potest mouere tempore infinito, ex eo q talem virtutem oportet esse infinitam, et ad hoc sequeretur motus in non tempore, et de facto supponatur virtutem motiua celi mouere tempore infinito: restat q virtus illa sit extra ordinem virtutum corporearum: quarum nulla potest hoc facere: quia nec finita, nec infinita. Et consequenter habetur q sit impartibilis, t nec finita, nec infinita: etiam de virtuali quantitate loquendo, eo modo quo virtutes corporee: alioquin eodem modo posset argui de virtute corporea sicut de corporea. Et secundum hoc quum in textu vltimo octaui physicorum dicitur motorem celi esse potentie infinite: ly infinite pure negatiue teneri debet, id est non finite. Hanc credo fuisse tunc mentem auerrois: quam tamen (quia vidit postmodum non esse veram, vt ex supradictis examinando rationem aristotelis et commentu. xlj. deduci ab exercitatis pot ex medio termino aristot.) ideo in. xij. meta. commutauit in melius, admittendo ibi finitatem t infinitatem virtutis t proportionis. ¶ Et sic sit finis presentis questiois: anno salutis. m. cccc. xcix. die. x. Septembris: Papie. in conuentu sancti Apollinaris. Ad dei gloriosi laudem t honorem: t eorum temeritatem retundenda, q philosophiam suo ingenio metiri presumentes, non verentur dicere virtutem infinitam non esse in rerum natura quia est ens impossibile secundum principia philosophie. Iam enim patet, q nullo philosophie principio negato: no solum sustentatur: sed etiam ex sensibilibus probatur. Erubescant ergo.

¶ Thome de vio caietani cardinalis sanc. Xisti due questiones: scilicet an in rebus naturalibus detur potentia neutra, t an potentia receptiua actuum supernaturalium sit naturalis.

¶ Utrum in reb⁹ naturalibus detur potentia neutra. Qo j.

Erta primum Articulum prime questionis remasit tractanda questio de potentia neutra. Unde queritur, Utrum in reb⁹ naturalibus detur potentia neutra. ¶ Circa quam difficultatem quatuor agenda sunt. Primo declarabitur titulus questionis. Secundo ponetur opinio scoti. Tertio probabitur opposita opinio. Quarto respondebitur obiectis.

Quo ad primum. Res naturalis sumit hic vt distinguitur contra artificiales. Inueniri vero in rebus naturalibus, sumitur pro inuentione reali in singularibus naturalibus simpliciter. Et hoc ad differentiam eoz que dicuntur in abstractione: sicut contingit de proprietatibus quantitatis vt sic, et aliis similibus: que tn in reru natura actualiter non inueniutur. Potentia in proposito sumit pro potentia receptiua. Neutralitas inclinationem naturalem respectu vtriusq3 actus, scilicet huius et oppositi negat, non simpliciter, sed in potentia receptiua vtriusq3. Dico autem hoc: quoniam dupliciter contingit imaginari potentiam aliquam neutram. Primo per negationem potentialitatis ad vtrumq3: quemadmodum colorabile, nec ad grauem nec ad acutum sonum est in potentia. Et sic non vocatur potentia neutra, sed potentia nulla: colorabile enim no est receptiuum sonorum. Alio modo per negationem inclinationis in potentia receptiua vtriusq3: sicut si poneremus aliquam superficiem receptiuam albi et nigri, et tamen ad neutrum inclinatam: et hec proprie vocat potetia neutra. Est ergo sensus questionis, an inueniatur aliqua singularis potentia in rebus naturalibus, receptiua alicuius actus, t tamen nec ad illum nec ad oppositum inclinetur. Hec de primo.

Quo ad secundum. Scotus in prologo primi sent. quest. j. et in. ij. dis. ij. quest. vj. tenet dari potentiam neutram: ponens q potentia receptiua relata ad actum aut est naturalis, aut violenta, neutra. Naturalis quidem si naturaliter inclinetur in illum. Violenta vero si ille sit contra eius inclinationem naturalem. Neutra vero si neq3 inclinetur ad istam formam quam recipit, neq3 ad oppositam. Exemplum primi: vt motus deorsum lapidis. Exemplum secudi, motus sursum eiusdem. Exemplum tertii: superficies respectu albedinis t nigredinis. Etenim manifeste patet inueniri in angelis talem potentiam: eo q potentia passiua, que est in angelo ad essendum in loco neutra est. Quod probat dupliciter: pu quia tale passiuum non inclinatur naturaliter ad istam formam vel oppositam: tum quia si esset in aliquo loco naturaliter, esset in alio loco violenter. Et probatur sequela per Auicennam, ix. meta. volentem, q si mot⁹ celi esset naturalis, terminaretur ad quietem natura-

lem, et

lem.et motus ab illa esset violētus. Posset quoq; multipliciter argui pro hac opinione, sed quoniam stabiliendo oppositam habetur solutio omnium, ideo hec sufficiant de secundo.

Quo ad tertium

Propono vnā propositionem: & vnam distinctionem: ex q̄bus probabit intentū. Propositio igit est hec, Omnis potentia rei naturalis respicit per se primo & naturaliter aliquem actum. Probatur quo ad primam partem: quia vt dicitur .ix. metap. tex. xiij. potētia diffinitur per actum. Actus nāq; diffiniens potentiam, procul dubio est per se primo respectus ab illa: quoniā neq; actus per accidens, neq; actus per se secundo, illi equiualet. Quo ad secundā vero partem (scilicet naturaliter) probatur: quia ex secundo physi. text. lxxviij. vnumquodq; sicut agitur, ita aptum natum est agi, et econtra: sed potentia fit a natura & est propter actum: vt patet .ix. metap. textib⁹. xv. & xvj. ergo potētia naturalr fit & est ꝑpter actū, ergo propter actum, quē ꝑ se primo respicit: & sic ois potētia naturalr respicit suū per se primo actū. Totus pcessus clarus est ex allegatis et tradidis in .ij. phy. quomodo natura agit propter finē: et quo pacto ea que a natura aguntur propter finem, naturaliter inclinantur in finem &c. ¶ Distinctio vero est. q potentia receptiua potest comparari quatuor modis ad actus. Potest enim colorabile (verbi gratia) comparari ad colorem, ad species coloris, ad contrarium coloris, et ad disparata scilicet sonos. Si comparetur ad colorem, sic comparatur naturaliter et per se primo. Si ad speciē eius, naturaliter quidem, sed non per se primo. Si ad cōtrarium, violente. Si ad disparata, nulliter nisi forte per accidens. Hec hec egent probatione: quoniam per se sunt nota ex terminis: nisi quis obijciat actus ad quos potentia se habet obedientialr. Sed quoniam de hoc erit sequens questio, nec hi locantur a scoto sub potentia neutra, ideo nihil proposito obstāt. ¶ Ex his autem deducitur opposita opinio: scilicet q omnis potentia in rerum natura relata ad actum receptibilem in ea, aut est naturalis aut violenta: ita q nulla est neutra. Omissa pro nunc potentia obedientiali: vtpote non spectante ad presens propositum. Probatur autem hec conclusio sic. Omnis potentia receptiua alicuius actus, aut respicit illum per se primo, aut per se secundo, aut contrarium his: sed tam actum per se primo respectum q̄ per se secundo, respicit naturaliter, et contrarium eis respicit violenter: ergo omnis potentia receptiua alicuius actus, aut est naturalis aut violenta. Minor est per se nota. Et maior probatur sic. Si daretur quartum genus actuū receptibilium in aliqua potentia, illud esset actus disparatus ab eo quem per se primo respicit illa potentia: sed hoc esse non potest: ergo potentia non potest recipere nisi illa tria numerata. Q; autem hoc sit impossibile, patet inductiue. Colorabile enim nullam habet potentiam ad sonos, neq; calefactibile ad colores: et sic de alijs. Et probatur ratione: quia potētia vnius generis non est ad actus alterius: vt patet .xij. metaph. in tractatu de principijs predicamētorum. Et quoniam rationi hec consonant, ideo hanc sequamur viam. Et hec de tertio.

Quo ad quartum.

Respondetur, q distinctio illa trimēbris est voluntaria quo ad tertium membrum. Nec id quod adducitur de superficie iuuat: quoniam aliud est loqui de superficie absolute: et aliud de superficie physica tali in rerum natura inuenta. Superficies eñ absoluta non solum abstrahit ab albo & nigro, sed etiam ab omni sensibili: & rursus aliqua superficies est que repugnat colori omni: vt patet de superficie celi. Itaq; loquendo de superficie tali: id est colorabili, dicitur q vt sic non est indifferens ad album et nigrum per exclusionem inclinationis naturalis, sed per exclusionem maioris ad vnum q̄ ad alium: quoniam huiusmodi superficies respicit naturaliter colorem, et omnes species eius, sz colorem per se primo, speciem vero per se secundo. Et simile est de materia prima respectu diuersarum formarum substantialium: ipsa quidem per se primo respicit formam per motum aut mutationem acquisibilem quouismodo, per se autem secundo respicit hanc et illam formam. Et sic naturaliter inclinatur in omnes: & indifferens est ad omnes aut multas, non per exclusionem inclinationis naturalis ad eas, sed per exclusionem maioris inclinationis ad vnam q̄ ad aliam. ¶ Ad id vero quod adducitur de potentia locabili in angelo, dicitur q falsum supponit: scilicet in angelo esse potentiam passiuam respectu ipsius vbi. Ut enim in tractatu de angelis dictum est, angelum esse in loco, non est ipsum recipere aut pati, sed operari, seu virtualiter tangere locum. Unde non oportet solicitari nisi de actiua potentia angeli: quam constat esse naturalem, libere tamen exercitam. ¶ Quamuis ea que adducuntur a scoto ad probendum suum intentum de angelo, non cogant: quoniam hec consequentia formaliter non valet, A. est naturaliter in vno loco, ergo est violenter in aliquo alio: vt patet de singulis partib⁹ orbis lune. Quelibet eñ est naturaliter in occidente et similiter in oriente, et tamē nullibi violenter: et mutat locū subiecto et ratione. Nec confirmatio ex auicen. conuincit: quoniam non nisi de motu mere naturali verificatur dictum eius. Motus enim celi naturalissimus est ex parte principij passiui (ita q ex hac naturalitate redditur ratio (quare in eo nullus est labor mouenti: vt patet secundo celi text. iij.) quamuis ex parte principij actiui sit animalis. Unde hoc magis ad oppositum intenti scoti videtur: quoniā sic motus angeli esset naturalis ex parte principij passiui absq; sequela inconuenientium, sicut de motu celi diximus. Hec de quarto et de tota questione.

¶ Utrum potentia receptiua actuum supernaturalium, sit potētia naturalis. Questio ij.

Tertia. Eundem articulum querendum erat, Utrum potentia receptiua actuum supernaturalium, sit potentia naturalis. ¶ In qua questione quatuor agēda sunt. Primo declarabitur titulus. Secūdo recitabit opinio scoti. Tertio examinabit. Quarto rñdebit q̄sito.

Quo ad primum

Potētia receptiua hic sumitur formaliter vt receptiua est quicquid sit de ipsa vt elicitiua actus. Actus supernaturalis dicitur, quem non potest ſm nature cursum adipisci: vt gratia, charitas, visio dei, et reliqua huiusmodi. Potentia naturalis vocatur non subiectiue: id est potentia nature: sed formaliter: id est potentia naturaliter inclinata. Ita q sensus questionis est, Utrum potentie in rebus naturalib⁹ inuente in quibus recipiūt actus supernaturales, naturaliter inclinentur ad illos. Hec de primo.

Quo ad secundum

Scotus in primo, quest. j. prologi: & in .iiij. distinc. xlix. in pluribus locis tenet affirmatiuam partem questionis. Putat namq;, q potentia comparari potest ad actum recipiendum, et agens impressiuum actus. et q in prima comparatione nulla est supernaturalitas, sed potentia est, vel naturalis, vel violenta, vel neutra. In secunda autem comparatione est differentia naturalitatis a supernaturalitate: quoniam si comparatur ad agens naturaliter impressiuū, est naturalitas: si nō naturalr impressiuū, est supernaturalitas. Cōfirmatq; positionē suā ex hoc, q potentia receptiua actus supnaturalis, seipsa est receptiue capax illi⁹: & naturaliter pficitur ꝑ illū cum hȝ, & naturaliter appetit illū. Ex his manifeste sequit, ergo naturalr inclinat in illū, & ergo est potētia naturalis respectu illi⁹. ¶ Singula autē assumpta ꝓbant. Primū q̄dē: q: nullo eget potentia anime medio ad recipiendum charitatem: et similiter intellectus respectu luminis glorie &c. Secūdū ꝟo: q: potētia naturaliter perficitur per actum qui est ei⁹ perfectio. Tertium autem: quia vnumquodq; appetit naturaliter suam perfectionem, sed maxime naturaliter appetit maximam perfectionem, ex principio metaphysice. sed actus supernaturalis, vt visio dei &c. est maxima perfectio. ergo &c. Sumus igitur secundum hec in naturali potentia ad supernaturales perfectiones: non possumus tamen acquirere eas nisi supernaturaliter: quia oportet acquisitionem hanc ab agente supernaturali scilicet deo glorioso causari. Hec de secundo.

Quo ad tertium.

Tria minus bene dicta in prefata opinione videntur: scilicet principalis conclusio & eius probatio, & vsus vocabulorum. Male in primis vtitur ly supernaturale, dum omnem actionem dei ad extra supernaturalem vocat: quia deus est agens non naturale, sed liberum. Constat namq; quod alia est distinctio naturalis contra supernaturale, & alia naturalis contra liberum. Primo namq; modo anima formis producitur naturaliter, secundo autem non. Unde nisi vocabulis abuti velimus ad placitum cuiusq;, supernaturale est quod supra facultatem ordinis creaturis debiti in eis est. Omnes enim naturalia a supernaturalibus distinguimus frequenti vsu per hoc quod aliquid fit secundum debitum nature ordinem, & aliquid fit supra illum. Ratio deinde assumpta manifeste aut falsa est, aut petit principium. Quum enim dicit, quod potentia naturaliter perficitur per suum actum, & similiter appetit suam perfectionem: aut ly suum significat suum per informationem actu vel potentia, aut suum per naturalem proportionem seu inclinationē. Si primo modo, falsa est maior: graue enim existens sursum, non

naturaliter sed violenter perficitur per esse sursum, ⁊ tamen esse sursum est actus ⁊ perfectio eius per informationem. Si vero secundo modo, petitio est principij in minore. hoc enim est probandum scilicet quod potentia naturalis habeat actum supernaturalem vt suum hoc modo. ¶ Quod quoq; dicitur de immediata receptione ad propositum nihil infert: cũ enim immediate est receptiuum figure mercurij: ⁊ tamen non naturaliter. Conclusio demum principalis voluntaria relinquitur: ⁊ irrationabilis ostendetur probando oppositam. Hec de tertio.

Quo ad quartum Conclusio responsiua quesito est ꝙ potentia ad actus supernaturales, nõ est naturalis. sed obedientialis. Et probatur tripliciter. Primo ex parte actus sic. Actus supernaturalis dupliciter inuenitur. s. ſm se: vt gratia. ⁊ ſm talem modum fiendi: vt visus ceco datus. Visus enim secundum se est naturalis actus hominis: sed ꝙ ceco in instanti detur, supernaturale est. Charitas vero ⁊ talia, sunt secundum se actus supernaturales: adeo vt implicet contradictionem connaturales esse. aut fieri alicui creature facte vel factibili, vt etiam ipse scotus in secundo. di. 23. fatetur. Si ergo in natura nulla est naturalis potentia ad actum supernaturalem ratione modi vt sic. a fortiori nulla est naturalis potentia ad actus supernaturales simpliciter. Sed in natura nullam esse naturalem potentiam ad illos actus, patet ex frequenti visu: quo naturalem potentiam ad miracula negamus. Et ex hoc sequitur ꝙ supernaturalitas inuenitur non solum comparãdo potẽtiã ad agens, propter supernaturalem acquisitionem actus: sed etiam cõparando potẽtiam ad actum propter supernaturalitatem actus in se. ¶ Secundo ex parte potentie sic. Omni potentie passiue naturali, respõdet aliqua potentia actiua proxima: ergo respondet potẽtia actiua naturalis. Antecedens est maxima assumpta ab aristo. 3. de anima tex. xvij. ad probandum dari intellectum agentem. Fundatur enim super hoc, ꝙ in omni natura vbi est patiens, oportet ponere agẽs. Et certum est ꝙ de proximo non de primo agente loquitur: alioqñ distributiuam nõ fecisset: dicens in omni natura ⁊c. Et per hoc excluditur responsio scoti, dicentis, ꝙ sufficit ꝙ detur primum agẽs. Consequentia autem probatur: quia potentia supernaturalis nõ est proximum actiuum naturalis potentie: vt ex terminis patet. naturale enĩ soli naturali cognatum est. ¶ Tertio ex parte subiecti. Quũ enim quidditatiua cognitio alicuius sit sufficiens ratio omnium proprietatum eius, ⁊ ex ea soluantur omnes difficultates cõtingentes rei (vt in quarto phy. dicitur) cõsequens est. ꝙ cognita q̃dditatiue re aliqua, cognosci ex ea possint oẽs ei⁹ naturales potentie: ⁊ quũ potentie cognitio ex actu pendeat (vt dicitur. ix. meta.) cõsequens est. ꝙ actus ad quos sunt naturales potẽtie cognoscantur. ⁊ cum huiusmodi actus sint supernaturales apud scotũ, sequitur de primo ad vltimũ. ꝙ ex cognitiõe quidditatiua alicuius naturalis cognoscũtur supernaturalia: quod est manifeste falsum. ¶ Et confirmatur. Quia certe scimus hanc maiorem. ꝙ nulla naturalis potentia est frustra. ergo si scimus hanc minorem. ꝙ in materia vel anima vel quacũq; alia re est naturalis potentia ad actũ supernaturalem. opꝫ cõcedere ꝙ scimus supernaturalia illa debere esse: ⁊ sic sciemus resurrectionem mortuorum futuram, ⁊ gratiam iustificantem impium ⁊c. quod est ridiculum. ¶ Nec euacuat hanc rationem responsio scotica, dicens ꝙ anima ſm illã rationẽ est ignota. Cognitio nãq; q̃dditatiua alicui⁹. nihil naturale illius incognitum relinquit: qm̃ continet formaliter vel virtualiter oẽm illius notitiam. ¶ Nec euaditur, dicendo ꝙ substantia non potest a nobis ꝓ statu isto quidditatiue ⁊ ꝓprie cognosci: qm̃ quicquid sit de hoc. habetur intentum. scilicet ꝙ ex quidditatiua rerum naturalium cognitione, siue habeatur pro statu isto siue non, possit scientia haberi de supernaturalibus. ⁊ sic reuelatio de gratia, beatitudine pollicita, resurrectione ⁊ alijs huiusmodi, ad que naturalis ponitur potentia receptiua non frustra, erit necessaria secundum quid scilicet pro statu isto, ⁊ non simpliciter: quod est manifeste falsum. Hec de quarto. ¶ Finis.

¶ De subiecto naturalis philosophie ad fratrem vincẽtium de vincentia lectorem mediolani, Questio.

¶ An ens mobile sit subiectum in philosophia naturali. Qõ. xix.

Queritur An ens mobile sit subiectum in philosophia naturali. ¶ Et videtur ꝙ non. Primo. Quia aut ens mobile significat substantiam mobilem, aut accidens mobile, aut tertium commune vtriq;. Si primum cum substantia mobilis ⁊ corpus mobile sint idem conuertibiliter, sequitur ꝙ poneretur secundum rem corpus mobile subiectũ philosophie. quod est contra tenentes ens mobile. Si secundum, hoc est manifeste contra omnes, ⁊ veritatem. Si tertium, tunc sequeretur, quod ens diceret tertium cõceptum abstrahibilem a substantia ⁊ accidente: quod est contra thomistas. ¶ Secundo sic. Subiectum scientie debet esse vnius rationis formalis: alioquin nõ haberet quod quid est, ⁊ consequenter nec esset principium sciẽtie: qꝛ vt dicitur in primo de anima in textu. xj. principium omnis demõstrationis est quod quid est. Nec haberet aliquã per se primo passionem: quia ei quod non est in se natura vna, quicquid per se vnũ conuenit, conuenit ratione partium, ⁊ consequenter nulla passio cõuenit ei primo. ens autem mobile dicit aggregatum ex duabus rationibus formalibus: ergo non est subiectum. ¶ Si dicatur, quod illa duo ponuntur ad circũloquendum vnam rationem formalem, quemadmodum mos est ponere passiones loco differentiarum. contra. Ratio subiecti in scientia debet esse primo ⁊ maxime nota in scientia: eo quod tota scientifica cognitio ex illa dependet: sed si circunlocutione eget, non esset huiusmodi: implicatio siquidem est in adiecto, dicere quod est ratio formalis in scientia, ⁊ quod circũloquimur illam passionis nomine, vtpote occultam. ergo ⁊c. ¶ Tertio, Si ens mobile esset subiectum philosophie naturalis, aut philosophia naturalis esset pars metaphysice, aut esset subalternata illi. vtrumq; est falsum: ergo. Tenet consequentia: quia aut ens mobile addit supra ens conditionem per se diuidentem ens, aut accidentalem enti. Si primo modo: sequitur quod ens mobile a metaphysico considerandum est: quia in primo poste. ca. xxij. dicitur quod eiusdem scientie est considerare subiectum aliquod et partes subiectiuas per se. ⁊ consequenter esset philosophia naturalis, cui ascribitur ens mobile, pars metaphysice. Si secundo modo, sequitur quod philosophia naturalis metaphysice subalternaretur: eo quod vt dicitur in primo poste. ca. viij. descendere de genere in genus secundum quid, idest secundum conditionem accidentalem (vt communiter exponitur) est solius scientie subalternate conditio ab aristo. tradita.

T. c. 42.

¶ Quarto sic. Subiectum in scientia debet esse illud, ad cuius rationem formalem omnes resoluuntur passiones et conclusiones illius scientie: vt de se patet: sed passiones ⁊ consequenter conclusiones physice resoluuntur vltimo in philosophia naturali ad quod quid est substantie, seu corporis naturalis: eo quod omnia accidẽtia physica causantur ex substantia naturali, ergo substantia naturalis seu corpus naturale ponendum est subiectum.

In hac dubitatione Primo distinguam opiniones. Secundo declarabitur opinio san. tho. Tertio simul ipsa confirmabitur, et contra alias opponetur. Quarto respondebitur argumentis in oppositum.

Quo ad primum Sciẽdum est de subiecto adequato philosophie naturalis (de quo hic est sermo) quosdam loqui in re hac naturaliter, quosdam vero innaturaliter: propter quod hi a nostra resecandi sunt disputatione, quam inter philosophos agimus. Supponunt enim intelligentias mobiles esse: ⁊ philosophiam naturalem infra sensibilia non arctantes, commune aliquid sensibilibus et separatis a materia, quatenus mobilia sunt, subiectum philosophie dicũt: operiuntq; errorem suum theologice pietatis nomine.

¶ Contra hos enim non oportet naturalem disputare: apud quẽ indubitatum principium est, substantias abstractas immobiles esse: ⁊ terminum considerationis philosophice esse animam humanam, partim abstractam, partim non: vt dicitur. ij. physi. tex. xxvj. ⁊ vltimum quod potest naturalis de intelligentijs attingere, est declarare quia sunt: vt auer. dicit primo phy. cõ. vlt. ¶ Quanta tamen sit quorundam horum temeritas, silentio inuoluendum non est, cũ presumant propriam opinionem theologi sententiam asserere: sicq; theologice facultatis expertibus, in philosophia tamen nutritis, deridendi theologiam occasionem prebent. Non est enim ex sacra scriptura, nec ex theologis sanctis ab ecclesia approbatis traditum, quod angeli sic mouentur, vt motus continui subiectũ sint: sed potius oppositum, vt in theologia discussum a sanctis est. Unde si peripatheticos arguendos censent, glorientur ex scotica officina hos se errores deprehendere, non ex theologia.

¶ His ergo omissis ad naturales transeamus. Quorum opinio non est vna: dum alij mobile, alij ens, alij vtrunq; ex subiecto physice resecandum putant. Et illi quidem qui neutrius nomen recipiunt. secunda ⁊ quarta ratione ad oppositum facta mouentur: et sensibilem seu naturalem substantiam subiectum fore censent. Qui

Auerroyste aliqui

Albertiste et egidij sequaces.

vero ens tantum abijciunt, corpus mobile subiectum philosophie ponunt. Et hi adhuc diuisi sunt dum quidam ly mobile passionē significare concedunt: quidam autem rationem formalem corporis physici supponere contendunt. Mobile autem tantum abijciētes, sunt qui ens naturale subiectum dicunt. ¶ Sunt ergo quinqꝫ opiniones naturaliter loquentium: scilicet thomistarum, tenentium ens mobile: et albertistarum, dicentium corpus mobile: et modernorum multorum, dicentium substantiam naturalem seu sensibilem: et quorundam etiam modernorum asserentiū corpus physicum seu naturale: et eorum qui ens naturale subiectum credunt.

Quinque opiniones naturales de subiecto philosophie naturalis adequato.

Quo ad secundum

Cum ens mobile cōplexionem quandam nominum contineat, singula distinguenda sunt. Et primo quidem circa ly mobile triplici opus est distinctione. ¶ Prima est ꝙ cū mobile motum respiciat, sicut motus sumitur dupliciter: scilicet proprie, vt distinguitur contra mutationem in .v. physic. et ad tria tantum genera esse dicitur, et communiter, vt continet in se et motum proprie dictum et mutationem scilicet generationem et corruptionem: ita mobile dupliciter sumi potest. In questione tamen ista sumitur communiter: prout idem est, quod mutabile physica mutatione. ¶ Secunda est: ꝙ aliquid potest dici mobile dupliciter: scilicet subiectiue: quod scilicet est subiectum motus: et terminatiue: quod scilicet est terminus alicuius mutationis. ¶ Et quamuis prima facie mobile sonet subiectum motus, si tamen restringendum est in proposito, magis tenendum est terminatiue ꝙ̄ subiectiue: vt ex dicendis apparet. Iudicio tamen meo indistincte tenendum est: non ea ratione vt sit commune ad omnia quomodocunqꝫ mobilia: contineatqꝫ vt partes subiectiuas materiam et formam ⁊c. (quia hoc est contra sanc. Tho. in primo physic. super text. consil. vj. vbi in diuisione litere expresse dicit. ꝙ in primo libro phy. agitur de principijs intrinsecis entis mobilis, scilicet de materia et forma: ex hoc aperte insinuās ens mobile quod est subiectum philosophie, non esse totum vniuersale respectu materie et forme, sed totum integrale seu essentiale) sed ea potius ratione: vt scilicet illa notissima sui acceptio supponatur: quam ex sensu supponere oportet: perhibent enim nobis sensus mobilia esse, an autem subiectiue an terminatiue mutentur ea que moueri videmus, ratione magis discernitur ꝙ̄ ex sensu habeatur. ¶ Tertia est, ꝙ mobile equiuocum est nomen ad aptitudinem ad motum et ad fundamentum illius aptitudinis: sicut si risibile significaret aptitudinem ad ridendum, et rationalitatem, que est eius fundamentum. Quid autem mobile in proposito significet, difficile est hac sola questione elucidare. Quamuis enim impossibile sit subiectum et passionem simul accipi pro subiecto in aliqua scientia, sic ꝙ totum aggregatum subiectum sit (quia oportet subiecti vnam esse rationem formalem, et ex quod quid est subiecti, et quid est passionis vna ratio formalis constitui nequit) nihil tamen prohibet aggregatum ex subiecto et passione, subiectum sic cōstitui, vt passionis quod quid est, sit ratio formalis subiectum in illa scientia. ¶ Et hoc modo intelligi potest mobile passionem significare in proposito: ita ꝙ mobilitas que est passio, sit ratio formalis enti vel corpori ꝙ sit subiectum philosophie naturalis: vnde solet fieri reduplicatio supra ly mobile, dicendo ens aut corpus mobile inquantum mobile est subiectum physice. ¶ Suadetur autem in proposito sic sumi mobile ex subiecto mathematice: sicut enim physica est de entibus in eo ꝙ mobilia, ita mathematica est de entibus in eo ꝙ quanta. Cōstat autem mathematice sic esse subiectum ens quantum: vt quantitas ipsa que substantie materialis passio seu proprium accidens est, ratio formalis subiecti mathematice sit. Erit ergo physice subiectum ens aptum moueri, sic ꝙ aptitudo ad motum ratio formalis subiecti sit. ¶ Et confirmatur hoc magni alberti autoritate: qui in .j. physic. distinguens corpus in metaphysicum, mathematicū et physicum, mobilitatem quam rationem formalem subiecti dicit, posteriorem corpore quanto naturaliter dicit. Nec obstat ꝙ eiusdem scientie est considerare de passione et subiecto eius: quoniam hoc intelligitur, quando tractatur de passione vt passio est: non autem quando passio primum subiecti locum tenet: vt patet de quantitate in mathematica, que de substantialibus principijs subiecti eius a quo fluit, non se impedit. ¶ Similiter non obstat ꝙ perfecta cognitio de re non habetur absqꝫ quod quid est subiecti: hoc enim non est sic accipiendum, vt omnis cognitio circa illam sit imperfecta, ita ꝙ non sit euidens et scientifica: sed vt absqꝫ quod quid est subiecti, consummata omnimodaqꝫ notitia de re haberi non possit. Quod physice accidere non inconuenit: quoniam mathematice hoc conuenire certum est: mathematicus enim ignorat, an quantum sit substantia vel accidens, et quantitatis subiectum ⁊c. et tamen certissimus est omnium: vt dicitur in secundo metaph. text. et consilio vltimo.

¶ Sed contra hanc viam est, ꝙ secundum eam ad philosophum naturalem non pertineret considerare aliquod predicatum quidditatiuum cuiuscunqꝫ substantie: nisi forte aliqua substantia sit, de qua quidditatiue predicaretur aptitudo ad motum: et consequēter philosophia naturalis non esset de substantia, sed esset de accidente, quemadmodum mathematica. Si enim mobilitas (id est aptitudo ad motum) que passio ponitur entium naturalium, ratio formalis subiecti physice acceptatur, non licebit physico de ratione adequati subiecti eius disserere: quia illa prior est, ac per hoc descendendo a mobilitate in communi ad talem vel talem mobilitatem in specialibus partibus philosophie naturalis, non licebit ad quod quid est talis vel talis subiecti descendere: sed quemadmodum adequati subiecti mobilitatis quod quid est omissum fuerat, pari ratiōe specialia quod quid erat esse subiectorum talium mobilitatum omittenda sunt: quoniam nulla pars alicuius scientie tractat de aliquo priori propria ratione formali. ¶ Nec video quomodo possit huic rationi satisfieri, nisi tenendo ꝙ metaphysice est considerare quod quid est in particulari. Quod quia non credo verum, idcirco puto melius tenere, ꝙ mobile in proposito non significat ipsam aptitudinem ad motum, si est passio: sed eius fundamentum. Cum enim ista aptitudo quam mobilitatis nomen sonat, quibusdam entibus repugnet, scilicet separatis a materia, et quibusdam non, scilicet materialibus, et de entibus materialibus (puta homine et boue) non reputetur predicari substantialiter: consequens est, ꝙ aliquid precedat in eis, ex quo ipsa aptitudinem hanc sortiantur: et hoc fundamentum mobilitatis est. ¶ Notanter autem dixi non reputetur: quia communi voci satisfacere volens distinctionem hanc mobilitatis pertractaui. In .x. siquidem metaph. text. vlt. sub dubio relinquitur, an corruptibile sit substantia, an in substantia id est sit de substantia rei, aut eā sequatur: vt exponit auerroys. Corruptibilitas autem quedā mobilitatis species est, vel mobilitas ipsa: secundum illud .viij. physic. tex. consilio. xxv. in omni motu corruptio est. Sanctus tho. etiam ibidem inter substantialia predicata corruptibile ponere videtur. ¶ Aristoteles quoqꝫ in primo physic. tex. viij. idem sentire videtur: dum dicit, ꝙ ad naturalem non spectat probare mobilitatem: hoc enim non esset verum, si mobilitas esset passio preueniens a formali ratione subiecti philosophie naturalis: posset enim per illam rationem a naturali philosopho probari. Nisi forte quis dicat dictum Aristot. non esse verum per se, sed per accidens: quia scilicet est passio notissima. Sed hoc non est tutum: tum quia non est sermo per accidens consuetus Aristot. tum quia saltem defendere mobilitatem pertineret ad philosophum naturalem, et non ad metaphysicum: sicut et quamlibet passionem subiecti proprij quilibet artifex defendere debet. ¶ Nec obstat ꝙ sit passio per se nota de adequato subiecto: quoniam per se notum et non per se notum, faciunt quidem differentiam quo ad probari vel non probari posse aliquid: vt patet in .ij. physic. text. consilio. vj. non tamen faciunt differentiam quo ad defendere vel non defendere: quoniā si occulta tuenda sunt, manifesta magis sunt tuenda, modo non sint principia, sed ex principijs: qualis est mobilitas si passio ponitur. Quicquid autem de hoc sit, mobilitas que est ratio formalis subiecti physice, non passio sed quod quid erat esse est entium naturalium: et preueniēt naturalitatem et mobilitatem passionem eorum si concedatur: illam quidem, quia relatiua proprietas est: istam vero, quia passio dicitur.

¶ Circa vero ly ens, hoc tantum distinguere oportet, ꝙ dupliciter entis nomine vti consueuimus. Primo pro omni eo quod habet esse quocunqꝫ modo: et sic hic non capitur. Secundo pro eo quod proprie esse dicitur: hoc autem in his que fiunt, est id quod proprie fit: eius siquidem est esse proprie, cuius est fieri. Id autem quod proprie fit (vt .vij. metaph. text. consilio. xxviij. patet) est compositum: siue substantiale, vt homo: siue accidentale, vt homo musicus. Et sic sumitur in proposito. ¶ Unde colligendo dicta, ad hoc ꝙ aliquid sit pars subiectiua entis mobilis, quod subiectum physice dicimus, exigitur et ꝙ sit proprie ens, et ꝙ sit mutabile physica mutatione. Et propterea nec materia prima, nec forma substantialis aut accidentalis ens mobile est: sed entis mobilis principia hec omnia sunt. Est ergo ens mobile communius ꝙ̄ sit corpus mobile, et ꝙ̄ substantia naturalis siue sensibilis: quia continet sub se omnia materialia composita, que sola mutabilia sunt: siue sint substantialia: siue accidentalia: siue secundum formam ab-

hac ex eo quod in ceteris entibus a quantitate manifeste videmus, quod sola augmentatio intensiua effectus per se concludit maioritatem virtutis per se primo actiuam illius: et nullam perhibent sensus virtutem actiuam per se primo quantitatis: propter quod nunquam intellectui oblata apparet augmentatio virtutis ex extensiuo cremento effectus. Quicquid enim sit de virtute actiua per se primo quantitatis, siue permanentis, siue successiue, discernendum est intellectus acumine (vt dictum est) inter entia, quorum propria perfectio consistit in intensione: et quorum propria perfectio consistit in extensione: quoniam in illis extendi est extra limites rationum formalium suarum, et propterea non concludit maiorem perfectionem virtutum actiuarum illorum entium. In istis autem extendi est infra rationes formales eorum, et est ipsum eorum intendi: et ideo idem exigit et concludit in virtute eorum actiua per se primo, quod in illis infert intendi, si inuenitur virtus per se primo actiua quantitatis. Unde non obstat proposito, siquis dicat non dari in rerum natura huiusmodi virtutem quantificatiuam motus: nobis enim sat est veritas conditionalis, que permanet etiam antecedente et consequente impossibili. Similiter puerile est, siquis putet dictum processum ideo non tenere in effectibus quantitatis extensiue sed intensiue: quia in extenso id quod additur licet perfectio quedam sit, non includit in se minus extensum, et aliquid vltra: intensius autem includit in se remissum, et aliquid vltra perfectionis addit: et ideo hoc requirit maiorem virtutem, illud vero equalem. Puerile inquam dixi: quia sic se habet maius secundum extensionem ad minus (puta spatium duarum horarum ad spatium vnius, aut bicubitum ad cubitum) sicut maius intensiue ad minus: puta calor vt quatuor, ad calorem vt duo. Utrobique siquidem maius claudit minus, et aliquid perfectionis proprie rationis formalis addit. Constat autem ex dictis, quod in predicto processu nulla est ratio exigens aut supponens aliam similitudinem proportionum inter intensum et extensum, nisi maioris ad minus. Argumentum enim semper est hoc modo. Potens per se primo in aliquantum, est aliquante virtutis, ergo potens in maius, est maioris, ergo in infinitum est infinite. Nihilominus diligenter aduertenti apparebit, quod quemadmodum in extenso pars addita priori non includit priorem, et ideo seorsum non infert maiorem virtutem, ita in intenso gradus (verbi gratia) additus non includit priores, nec est maioris perfectionis gradus quartus albedinis quam sit primus: nec ex perfectione maiore quarti gradus seorsum infertur maior vis calefactiua: sed ex eo quod totum calidum (puta habens quatuor gradus caloris) est perfectius quam calidum vt duo) quemadmodum etiam arguitur ex eo quod totum extensum est perfectius. Friuolum quoque omnino est siquis admittat predictum processum tenere quo ad effectus quantos quantitate permanente, non autem successiua. Oporteret enim abradere principia tradita in sexto et septimo et octauo phy. de virtutibus motiuis et earum proportione cum motu et tempore, de quibus ibi est sermo, successiua entia sint. Stat ergo veritas prime conditionalis.

¶ Secunda autem conditionalis est ista. Si a. mouet tempore infinito vnum motum continuum etc. a. est mouens immobile, et accipimus mouet proprie, vt distinguitur contra mutare. Et rursus accipimus mouet vt motor, non vt instrumentum motoris, primum propter illuminationem, secundum propter corpus celeste trahens secum ignem: quem nihil minus traheret, si idem ignis numero perpetuo conseruaretur secundum totum et partes: et etiam propter primum orbem trahentem secum alios: vt multis placuit, quamuis non sufficienter. Probatur ista consequentia octauo phy. tex. 85. ex proposito: et 12. metaphy. tex. 43. ex hoc quod motor motus non semper eodem modo se habet aut in se aut in ordine ad mobile: id autem a quo semper prouenit idem, eodem modo se habere necesse est vtroque modo: vt patet, ergo. ¶ Ex his autem duabus conditionalibus verificatis antequam veniamus ad tertiam iam patere potest distinctio superius premissa cum suis membris in speciali. Liquet enim iam, quod perpetuitas motus duabus attestatur causis scilicet infinitati virtutis per se primo causantis ipsam, aut immobilitati motoris, et consequenter quod diuersimode ab illis dependet, et illas infert: quoniam infinitatem non infert nisi in virtute per se primo (seu ex proprie latitudinis perfectione) illam causante. Immobilitatem vero virtutis infert in omni virtute causante ipsam. Et merito: quia immobilitas est extra latitudinem perfectionis virtutis tam motiue quam quantificatiue motus. Infinitas autem rationis formalis cuiusque infra ipsius latitudinem clauditur. Gradualitas enim alicuius speciei (puta caloris) etiam si in infinitum crescat, caloris naturam non exit. Immobilitas vero conditio est extra totam latitudinem caloris. Erue enim intelligatur calor vt quatuor siue vt mille, siue vt infinitus: nunquam peruenietur ad hoc, quod sit immobilis infra limites caloris stando. Et quod de calore exemplificauimus de ceteris virtutibus actiuis, formaliter sumptis, siue secundum rem sint in materia siue non, intelligi volumus. Oportet enim philosophum formaliter loqui. Unde distinctio iam probata in terminis specialibus repeti potest sic. Perpetuitas motus dupliciter potest imaginari quod fiat. Uno modo a virtute per se primo ipsam causante, et sic oportet, quod fiat a virtute infinita intensiue: vt patet ex prima conditionali. Alio modo a virtute non per se primo ipsam causante, sed per se primo causante talem motum, et secundario causante eius perpetuitatem vt illius conditionem. Et sic oportet quod fiat a virtute motiua immobili: que ex perfectione sue virtutis causet talem motum, puta saturni: et ex immobilitate eiusdem semper perseueret idem faciens. Ut sic conditio virtutis sit causa conditionis effectus: sicut in primo modo propria perfectio ipsius virtutis est causa proprie perfectionis effectus, et propter hoc arist. viii. phy. in tex. 78. infinitatem temporis motus ascripsit infinitati virtutis, et in tex. 85. ascripsit immobilitati motoris: vt iaceret fundamenta: et ad primum motorem, et alias intelligentias inuestigandum: vt ibidem diuus tho. notauit. Ex primo enim primum motorem octauo phy. tex. viii. et 12. meta. tex. 41. conclusit. Ex secundo vero numerum intelligentiarum tex. 43. et 44. Non enim ibi inuestigatur numerus infiniti motoris (vt quidam rudes et ceci dicunt) sed numerus motoris inalterabilis et immobilis: vt patet ex fine tex. 41. et ex ipso tex. 43. vbi semper est sermo de immobilitate motoris tempore eterno etc.

¶ Tertia igitur conditionalis, cuius antecedens supponit arist. cum suis sequacibus est ista. Si celum mouetur tempore infinito, primum mouens ipsum est infinite virtutis intensiue. Et aduerte difformitatem inter hanc consequentiam et priores. In prioribus enim inferebatur a. mouet etc. ergo a. est infinite virtutis: vt in prima: vel ergo a. est virtutis immobilis: vt in secunda. In hac vero non inferimus, ergo mouens celum, nec ergo quilibet motor celestis: sed ergo primum mouens est virtutis infinite intensiue. Probatur ista sic: Celum mouetur tempore perpetuo, ergo ab aliqua virtute per se primo et directe potente in sempiternitatem motus et talis est infinita intensiue: vt patet ex veritate prime conditionalis probate: ergo inuenitur aliqua virtus infinita intensiue. Aut igitur ista virtus est in quolibet motore celesti, aut in primo tantum. Non in quolibet: tum quia non oportet: tum quia neuter ab altero dependeret in sempiterne mouere: fatuum enim est ponere infinitum vt sic dependere. tum quia aliquid conueniret pluribus primo scilicet mouere sempiterne, quod est impossibile: vt monstratur primo poste. ergo in primo motore tantum. Totus processus clarus est et firmus, si prima consequentia probabitur. Cuius vis consistit in ista cathegorica: sempiternitas motus causatur ab aliqua virtute, per se primo intendente et potente in ipsam. Hac igitur propositione probata, nihil remanebit huius rationis probandum. Probatur ergo primo, quod hoc sit possibile: deinde quod sit de facto. Primum probatur: quia si esset inconueniens aut impossibile, sempiternitatem motus causari ab aliqua virtute actiua per se primo: hoc non esset, nisi vel quia duratio motus, cuius species est sempiternitas, non est res separabilis a motu, sed simul est et non est, et fit et non fit cum motu: ac per hoc sufficienter fit a quolibet mouente, sicut et motus: vel quia duratio motus passio motus est: eo quod tempus vt dicitur in quarto phy. tex. 130. et 12. metaph. tex. 29. aut est idem motui aut eius passio. Passioni autem non debetur aliud agens quam productiuum subiecti: vt patet inductiue. Uel quia vt superius tactum est, duratio motus non est nisi conditio eius: conditionibus autem rerum non debetur propria virtus actiua: sed sat est conditiones actiui sequi. Preter enim hec tria non apparet ratio, quare impossibile, aut inconueniens sit sempiternitatem vendicare sibi virtutem per se primo eius actiuam: sed nihil horum impedit. Inseparabilitas siquidem duarum rationum formalium, etsi concludat quod producens vnam in rerum natura producat alteram: non tamen concludit, quod a quocunque producatur per se primo vna, ab eodem producatur per se primo et altera. Quamuis enim esse ens sit inseparabile ab esse tale vel tale ens: et per hoc habeatur quod causans tale ens causet etiam ens: non tamen sequitur, ergo si est causa per se talis entis inquantum tale, ergo et inquantum ens: vnde arist. in vj. metaphy. in principio venatur principia et causas entium inquantum entia. Durationem autem passionem esse motus, etsi verum sit quo ad aliquid: puta quia sub ratione temporis diffinitur per motum, et inseparabiliter concomitatur ipsum tanquam posterius suum prius non tamen est verum simpliciter: quia constat quod vere et simpliciter passio alicuius, sic producitur consecutiue ad productionem subie

eius a virtute p se primo productiua subiecti, secluso quocunqȝ extrinseco sufficiēter emanet. Duratio aūt siue sempiternitas motus nō emanat a virtute motiua, vt sit ratione ipsius virtutis: sed consequit̄ conditionē extrinsecā ipsius virtutis .s. durationē eius: vt patet inductiue. Nō est igit̄ passio proprie loquēdo: sed potius cōditio inseparabilis. Nec ex hoc ꝙ talis conditio potest poni in esse ex cōditione virtutis motiue, concludi potest, ergo superflue q̄ritur alia causa: qꝛ non querit̄ causa ad hoc vt fiat absolute: sed ad hoc vt per se primo fiat. Non em̄ superflue queritur a quo p se primo fiat animal, q̄uis sciamus ipsum fieri a generante hoīem ꝛ bouem. ❡ Nec inconueniens aliquod sequit̄, si tam nobilis cōditionis motus, qualis est sempiternitas, specialis causa queratur, et non sat sit credere, ꝙ fiat vt conditio precise: nihil enim cōtra principia naturalia, aut metaphysica, aut quecunqȝ alia apparet: sequimo inuestigatio hec consequens est processibus arist. in sexto et septimo et octauo phy. vbi causas motus aptauit ſm diuersas proportiones ad eius durationē. Nō est igit̄ impossibile aut incōueniens, sempiternitatē motus talē esse effectum, ꝙ possit produci ab aliqua virtute per se primo. ❡ Qꝛ aūt hoc sit de facto, probatur primo: qꝛ vt dicit̄ secundo physi. tex. 26. ꝛ 8. tex. 30. semꝑ ponendū est id qđ est aut causat per se, ante id qđ est aut causat per aliud. Constat aūt ꝙ causans sempiternitatem motus qꝛ immobile, causat eam per accidens seu p aliud a virtute sua actiua, ergo debet precedi ab eo qđ ex propria pfectione siue virtutis actiue sempiternitatem facit, hoc enim tantum est qđ per se primo illā causare potest. ❡ Secundo. Qꝛ sempiternitas motus celestis est effectus dignissimus: vt eius effectus ostendit .s. perpetuitas omnium generabilium ꝛ corruptibilium, ad quam tota sphera actiuorū ꝛ passiuorum, ꝛ singula in ea contenta ſm vires conantur, ꝛ pro ea agūt, quicquid agunt: vt auer. dicit secundo celi commen. 17. ꝛ albertus magnus ibidem confirmat. Irrationabile est autem effectū adeo nobilem, in rerum natura absqȝ per se primo causa actiua fateri. ❡ Et confirmatur. Qꝛ cum in motu celesti sint due conditiones .s. sempiternitas ꝛ determinata velocitas, que in sui ratione claudit tēpus: vt patet in quarto physicoꝝ tex. 96. ꝛ sempiternitas eius sit nobilior determinata velocitate (vt ex affectibus, ꝛ de se patet, ꝛ. 12. meta. cō. 41. habetur: vbi certa velocitas finitati virtutis, sempiternitas vero infinitati attribuitur motoris absqȝ potētia oīno, secundo quoqȝ celi tex. 17. dicitur, ꝙ sempiternitas est propriū diuinitatis opus, ꝛ platonicis confirmātibus, ibidem a sancto tho. cognouimus entia tm̄ sempiternitatis quantum diuinitatis sapere.) ꝛ determinata velocitas absqȝ dubio habeat causam per se primo ipsam causantem apud oēs philosophos: que dementia esset sempiternitatem celestis motus causa per se primo priuare? Relinquitur igitur ratio tota, ꝛ stabilis, ꝛ efficax: cum etiam fugiendi via concessa non sit. ❡ Duobus enim modis poterat quis tantum laborem fine priuare. Uel dicendo ꝙ sempiternitas motus nō habet causam per se primo actiuā: quod esse nefas ostensum est. Uel dicendo ꝙ habet quidem, sed illa est virtus finita, immobilis. Et hoc ostensum est esse ignorantiam proprie vocis: qꝛ nulla virtus per se primo actiua alicuius, est actiua illius ex aliquo extra eius propriam rationem formalem: alioquin esset actiua illius, circunscripto omni alio, et non circunscripto omni alio: quod implicat. Impassibilitas aūt ꝛ vniuersaliter immobilitas (vt de se patet: ꝛ superius declaratum est) extra latitudinem est cuiusqȝ rationis formalis virtutis actiue formaliter sumpte, vnde dicere ꝙ virtus a. sit per se primo actiua sempiternitatis, ꝛ dicere, ꝙ ideo est actiua sempiternitatis quia est immobilis ꝛ semper manet eodeȝ modo: est ignorare propriam vocem. ❡ His ergo premissis ad motum dubium contra processum aristo. redeundo, dicamus ꝙ qꝛ sempiternitas motus exigit in per se primo motore seu in eius propria potentia actiua infinitatem intensiuam: ꝛ hoc non habet ex eo ꝙ ponitur in motu infinito ex parte mobilis, nec ex eo, ꝙ ponitur in motu infinito ex parte spatij infinities iterati, sed inquantum est ſm se effectus quidam, cui accidit ꝙ hoc vel illo modo saluetur: ideo ex propria ratiōe sempiternitatis motus siue saluetur in motu infinito per se siue infinito per accidens, concludi optime potest absqȝ equiuocatione infinitas intensiua primi motoris potentis per se primo in sempiternitatem. Unde attenta sempiternitate motus formaliter, ꝛ relata ad virtutem actiuam per se primo illaȝ respicientem, q̄uis eque bene concludatur infinitas intensiua illius virtutis, siue hoc siue illo modo ponatur. Aristoteles tamen a notioribus doctrinam subtilissimam tradens, deduxit in tex. 78. ex sempiternitate motus posita in motu infinito ex parte mobilis, infinitatem intensiuam potentie: ꝛ in tex. vltimo ex eadem sempiternitate motus posita in motu infinito ex parte spatij, conclusit infinitatem primi motoris. Insinuans nihil obstare rationi sumpte ex sempiternitate formaliter accepta, in quouis motu saluari ponatur. ❡ Propter quod in tex. 78. non posuit mobile infinitum, sed tempus tantum: vt doceret ꝙ nō concludebat ibi infinitatem potentie ex infinitate mobilis, sed ex propria ratione infinitatis temporis, ꝛ in tex. vltimo ſm vtramqȝ translationem non sat fuit arist. subsumere, ꝙ primum mouens mouet motum perpetuum, aut tempore infinito, sed subsumpsit vtrumqȝ simul: vt ostenderet, ꝙ non arguit absolute ex hoc ꝙ mouet perpetuo (cum hoc sit commune omnibus motoribus celi) sed ex eo, ꝙ sic mouet tempore perpetuo: vt ipsam infinitatem temporis per se primo causet: alioquin nugatio commissa esset in illa minore: quam nefas est aristoteli imponere. ❡ Formaliter ergo dubium soluendo dicimus, ꝙ medium ad probandum illā minorem scilicet primus motor est virtutis infinite, est hoc, mouens per se primo tempore infinito: ita ꝙ maior syllogismi sumpta ex tex. 78. est ista, mouens per se primo tēpore infinito, est virtutis infinite. Minor vero subsumpta in tex. vltimo est ista: primus motor mouet per se primo tempore infinito, ergo primus motor est virtutis infinite, vbi nulla equiuocatio interuenit. Et maioris probatio ex infinitate temporis saluati in motu infinito ex parte mobilis, non obstat, sed magis attestatur processui: quia proportio virtutis per se primo respiciētis durationem motus, ad finitatem ꝛ infinitatem temporis, absolute declarata ꝛ conclusa est ibi in materia clarius eam representante scilicet in motu infinito per se: vt ex notioribus fieret doctrina. ❡ Differt autem deductio hec a subtilissima deductione, quam diuus tho. octauo phy. docuit in duobus. Primo in medio termino. Cum enim medium aristo. sit mouens tempore infinito, ille apposuit ly per se supra ly infinito, nos vero supra ly mouens. Secundo in minore: quia apud nos, minor est vera de facto quo ad operationem primi motoris: apud illum vero minor est vera quo ad virtutem primi motoris. Non enim de facto primus motor mouet tempore infinito per se: sed oportet eum esse tante virtutis, ꝙ quantum est ex parte virtutis sue posset mouere tempore infinito per se: quia cause per se oportet respondere effectum per se. Primus autem motor est causa per se infinitatis motus, ergo siue sit possibile tempus infinitum per se inueniri, siue non, oportet primum motorem tante virtutis esse, si est per se causa infinitatis motus. ❡ Conueniunt tamen he deductiones ꝛ in conclusione (quia vtrobiqȝ concluditur infinitas intensiua primi motoris) ꝛ in radice: quia vterqȝ processus ponit primum motorem esse per se causam durationis infinite ipsius motus. Sed ille processit ex eo ꝙ cause per se oportet esse tantam virtutem vt possit in effectum per se: quod fundatur super secundo phy. tex. 36. Iste vero ex eo, qđ causam per se primo alicuius, oportet proportionaliter augeri ſm augmentum proprium effectus sui: cuius fundamenta superius dicta sunt. ❡ Et vt multis philosophantibus complaceamus, qui volunt potius cum auer. errare quam cum alijs verum sequi: ostēdendum superest hoc idem auerroym docuisse. ❡ In. 12. siquidem meta. con. 41. postq̄ conclusit iuxta demonstrationem. 8. phy. ꝙ virtus infinita requisita ad mouendum tempore infinito corpus celeste, non est in magnitudine, quia moueret in non tempore: mouet statim dubium communiter tactum a doctoribus. 8. phy. scilicet cur si ponitur virtus infinita in magnitudine, sequitur motus in non tempore, et si ponatur extra magnitudinem, non sequitur motus in non tempore, que est ratio difformitatis? Et statim respondet, quod hoc ideo est, quia motus celi fit a duobus motoribus: quorum alter est finite motionis, ꝛ est anima celi ꝛ alter infinite, ꝛ est potentia omnino sine materia: ꝛ ꝙ motus celi a motore finito habet, ꝙ sit in non tempore, ꝛ a motore infinito, ꝙ sit tempore perpetuo. ❡ Ubi a plano sensu litere non diuertendo, manifeste patet, ꝙ ipse est opinatus primum motorem esse infinite, virtutis intensiue, et propter istam infinitatem causare per se primo sempiternitatem motus celi, ꝛ in hoc differre a ceteris intelligētijs: que cum sint immobiles, possunt virtute propria causare perpetuitatem motus, per accidens tamen: vt ex dictis patet. Et quia predicta verba auer. alijs locis eiusdem contradicere videntur (vt adduximus arguendo ad oppositum) ideo a diuersis diuersimode exposita, vel potius extorta sunt: prout quilibet voluit non se auerroystam, sed auerroym suum facere, vnde oportet expositiones eorum afferre, vt firmetur veritas. ❡ Quidam igitur dixerunt, ꝙ auerroys intendit ꝙ sit finitus intensiue primus motor, infinitus autem in duratione: non tantum formaliter, sicut alij motores, sed etiam causaliter: quia sempiternitas motus ascribitur fini ipsius

motus, qui est purus actus omnino, ⁊ per hoc differt a ceteris mo
toribus. ¶ Et hi diuisi sunt in duas vias. Nam quidā eorum dicunt
quod illa distinctio motoris infinitum ⁊ infinitū, est distinctio rea-
lis. Quidam vero quod est distinctio rationis, in primum motorē
secundum ꝙ est finis ⁊ ipsummet secundum ꝙ est agēs. ⁊ ſm quod
agens mouet in tēpore: quia est vigoris finiti intensiue. secundum
vero ꝙ finis, perpetuat motū: ⁊ ideo dicitur infinitus in duratione
causaliter. Alij vero dixerunt, ꝙ primus motor non est virtutis fi-
nite nec infinite intensiue: quia non est virtutis actiue, sed dicitur
infinitus causaliter, causalitate finali: vt dictum est. Alij autem di-
xerunt, ꝙ illa verba auerroys examinanda ⁊ glosanda sunt ſcḋm
determinationes factas in de substantia orbis ⁊c. vbi magis ex ꝓ
posito tractauit rem hanc. vbi manifeste negauit infinitatem inten
siuam. ¶ Sed ꝙ omnes huiusmodi rñsiones errent, manifestatur.
Et primo ꝙ loquatur de infinitate intensiua, probatur primo sic.
Quādocūqꝫ fit aliqua distinctio per opposita habentia plures signifi
cationes, ⁊ alterū oppositorū declaratur ab ipso distinguente quo
ad q̄d nominis, ſm quā intētionē sumitur, reliquū dꝫ sumi ſm op-
positā intētionē. Patet ista: alioquin periret oīs certitudo diuisio
num, ⁊ syllogismi diuisiui ⁊c. sed auer. diuisit motorem celi in mo-
torem finite motionis, ⁊ infinite motionis: ⁊ descripsit alterum mē
brum. s. motorē finite motionis per finitatem intensiue (vt patet) qꝛ
sibi expresse subdit. Dicere finitatem, est dicere proportionem moto
ris ad motam rem. ergo reliquum mēbrum. s. motor infinite motio
nis est describēdum ſm intētionē oppositā. s. ꝙ dicere infinitatem,
est dicere improportionē: ⁊ sic erit motor infinitus intensiue. ¶ Se-
cundo sic. Termini questionis ⁊ responsionis ſm artem demon-
stratiuam non differunt: sicut nec questio differt a conclusione in
terminis, sed in modo. Cōstat autem ꝙ motor infinitus de quo est
sermo in questione, est infinitus intensiue: qm̄ est ille, de quo dicit
in. viij. phy. tex. 79. ꝙ mouet in non tempore: ergo finitas ⁊ infini-
tas, de qua est sermo in responsione, est etiam intensiua. ¶ Tertio
sic. Quelibet responsio a sapiente data, debet sumi in sensu in quo
questioni mote respondet: sed ista nō rñdet questioni mote, nisi in-
telligatur de infinitate intensiua: ergo ⁊c. Declaratur minor: que-
stio est cur virtus infinita requisita ad mouēdū tēpore infinito, po
sita in magnitudine infert motum in non tēpore, ⁊ posita extra ma
gnitudinem non. Huic aūt q̄sito non satisfit dicendo, ꝙ hoc ideo
est, qꝛ ibi sunt duo motores separati ⁊ ambo finiti, sed alter actiue
⁊ alter vt finis: ⁊ ex motore vt finis est sempiternitas, ex motore ve-
ro vt agens est ꝙ motus sit in tēpore. Hoc em̄ siue verum siue fal-
sum sit, est impertinens quesito, ⁊ solicitudo superflua. Tota enim
questio est quare a virtute separata nō sequitur motus in nō tēpo-
re, sicut a virtute posita in magnitudine. Et constat ꝙ est sermo de
virtute actiua. Hec aūt questio vt ⁊ nouitij possint percipere (sicut
⁊ quelibet alia) supponit aliquid certū. s. infinitatem virtutis siue in
magnitudine, siue extra. Et querit dubium, quare si illa infinita vir
tus ponitur in magnitudine mouet in nō tempore: ⁊ extra magni-
tudinē nō. ¶ Queratur ergo ab illis primo. Qualis est illa infini-
tas virtutis q̄ supponitur, intensiua, an durationis: ⁊ si intensiua,
habetur intentū: si durationis, questio ⁊ nulla ⁊ ridiculosa est. Nul
la q̄dem: quia a virtute actiua infinita in duratione posita in ma-
gnitudine, nō sequitur motus in nō tēpore: vt patet de virtute alte-
ratiua solis, a qua res aliqua alteratur, ⁊ tamen in tēpore. Nec po
test dici ꝙ illud est verū tm̄ de virtute motiua vnico motu locali tā
tū: qm̄ expresse arist. in. viij. phy. tex. 79. vnde hoc sumptum est, di-
cit hoc verificari in oībus virtutibus motiuis quocūqꝫ motu. Ri-
diculosa aūt: qꝛ puerile est querere, quare a virtute finita in vigo-
re, infinita autem duratione separata a materia, puenit motus in
tēpore, ⁊ nō in nō tēpore. Quis em̄ est adeo rudis, vt ignoret fini-
tatem ⁊ infinitatē intēsiuā virtutis seq̄ velocitatē certā vel incertā
motus, ⁊ nō finitatē ⁊ infinitatē durationis. ¶ Vltimū igitur refu-
giū horum est, ꝙ questio illa neutram infinitatē determinate sup-
ponit, sꝫ infinitatem in cōi: qm̄ ex motu perpetuo neutra infinitas
determinate cōcluditur, sed in cōmuni cōcluditur, ꝙ oportet vir-
tutē motiuā tēpore perpetuo esse infinitā. Unde dicunt, ꝙ qꝺ auer.
est cū sit ꝙ virtus motiua tpe infinito sit infinita abstrahendo ab
hac ⁊ illa infinitate, quare posita in magnitudine infert motum in
non tēpore, ⁊ extra magnitudinē nō. Et responsio est supponendo,
ꝙ si aliqua virtus posita in magnitudine dꝫ mouere tēpore perpe
tuo, opꝫ ꝙ sit infinita intēsiue ex. viij. phy. tex. 78. ⁊ cōsequenter mo
ueret in nō tēpore ex tex. 79. ⁊ addendo, ꝙ si aliqua virtus motiua
tēpore perpetuo ponatur extra magnitudinē, ⁊ illa est necessario
infinita ſm durationē ⁊ distinguitur in motorē vt agens: ⁊ sic est fini
te motionis. s. mouet in tempore: ⁊ motorē vt finis, ⁊ sic est infinite
motionis. s. mouet infinito tempore, quod virtuti posite in magni-
tudine conuenire nō potest. Nō em̄ potest distingui in motorem vt
agens, ⁊ vt finis: ⁊ ideo oportet, ꝙ virtus motiua tempore infinito,
si est in magnitudine, moueat in non tempore, extra magnitudinē
non. ¶ Sed vere isti innituntur telis aranearum. Deficiunt em̄ du-
pliciter scilicet in re ipsa, ⁊ in expositione auer. In re ipsa quidem:
quia falsum est, ꝙ virtus motiua tēpore infinito, si ponitur in ma-
gnitudine, est infinita intensiue: si extra magnitudinem non. Que
ratur enim ab ipsis (ne in equiuoco laboremus) de quali infinitate
temporis est sermo. Distincta est enim superius ex. vj. phy. quia est
duplex: ex parte mobilis, ⁊ ex parte spatij: seu per se, ⁊ per accidēs.
Si est sermo de virtute motiua tempore infinito ex parte mobilis,
nulli dubium est, quod illam oportet esse infinitam intensiue: in tex-
tu enim. 78. non est sermo de tali virtute, sed de prima: vt ex dictis
patet. ¶ Amplius. Cum philosophus obedire debeat rationi, opor
tet reddere causam, quare cum ad mouendum. b. mobile certa ve-
locitate, puta motu vnius hore, requiratur tanta virtus intensiue,
puta vt centum: ⁊ ad continuandum illum motum tempore perpe-
tuo sufficiat ex parte virtutis motiue, quod semper ꝑseueret in eo
dem vigore: quare inquam est, quod virtus talis si ponatur in ma
gnitudine, sequitur quod sit infinita intensiue. ¶ Hoc enim neqꝫ ex
parte perfectionis virtutis, nec ex natura magnitudinis oritur. et
tamen hoc est super quod isti fundantur. ¶ Quod si dicatur, quod
hoc oritur ex hoc ꝙ illa virtus actiua semper remanere debet in
eodem vigore, hoc puerile est: quia ex hoc nihil aliud sequitur, ni
si ꝙ illa virtus oportet ꝙ ponatur in magnitudine inalterabili et
incorruptibili. Ex hoc autem quod virtus actiua ponitur inaltera
bilis ⁊ incorruptibilis, infiniteqꝫ durationis siue in quanto, siue ex
tra, non habetur maior perfectio intēsiua: vt de se patet: ⁊ in primo
ethi. cap. vij. ab arist. ⁊ auerroi dicitur. Et datur exemplum de al-
bo: quod ex hoc, quod ponitur perpetuum, non sequitur ergo est
albius: quia differentia maioris ⁊ minoris rationis non infert dif-
ferentiam secundum magis ⁊ minus. Unde ridiculum est quod qui
dam inter philosophos se locantes dicunt, ꝙ ideo non potest esse
virtus motiua actiue tempore ꝑpetuo in magnitudine, qꝛ oportet
ipsam esse durationis infinite, ⁊ per hoc infinitam intensiue. Debe
rent enim inferre, ac per hoc inalterabilem ⁊ incorruptibilem: ad
quod sequitur infinitas intensiua. ¶ Pudet autem adducere quo-
rundam fatuitatem, dicentium, quod processus non fit ab auer. et
arist, ad cōcludēdū primum motorem esse incorporeum absolute,
sed ad concludendum ipsum esse incorporeum, id est non immer-
sum materie ad esse: que est tantum apud eos in generabilibus et
corruptibilibus. Rationis siquidem arist. a textu. 78. vbi inchoat, te
ste ipso arist. ibi cum auer. tractatus intendentis ostendere impar
tibilitatem primi motoris, vis est ex natura quanti et extensi, siue
corruptibilis, siue non: vt patet. ⁊ in tex. vlti. rationem formans ex
efficacia probatorum et non aliter, concludit primum motorem
impartibilem. vnde hoc est simpliciter error nimis fatuus. ¶ Am-
plius. Hoc dictum scilicet quod virtus motiua actiue tempore
perpetuo si est in magnitudine, est infinita intensiue, si extra non:
oportet vel ex rationibus formalibus terminorum intelligibili-
ter deducere, vel ex sensibilibus assumere. Sed iam ostensum est
ex rationibus terminorum hoc non deduci: sed oppositum quo
ad primam partem, et sensibilia idem testantur. ergo hoc est vo-
luntarie dictum. Ex sensibilibus enim habemus, quod virtus
alteratiua solis est motiua actiue, et est in magnitudine: et tamen
non est infinita intensiue, nec alterat in non tempore. ¶ Nec po-
test dici, quod quia sermo est de virtute actiua motus localis,
ideo instantia non militat. Tum quia eadem est ratio quo ad mo-
uere in non tempore, et infinitatem intensiuam, de virtute altera-
tiua et motiua secundum locum, et vniuersaliter motiua si ponan-
tur in magnitudine: vt dicitur. viij. phy. text. 79. vt iam adductum
iterum est. Tum quia si idem alterabile semper supponeretur al-
terationi solis, tunc sol vnum numero motum perpetuum pos-
set continuare, nulla facta augmentatione sue virtutis, quicquid
sit de antecedente huius conditionalis: ⁊ sic virtus finita intensi-
ue, infinita duratione, moueret in tempore infinito vnum motum
continuum ⁊ non in non tempore. vnde quod de facto non sit hoc,
est per accidens quantum est ex efficacia virtutis. Accidit enim
tante virtuti, quod vnum vel plura subijciantur ⁊c. ⁊ nihil minus
posset in vnum semper q̄ꝫ plura. ¶ In expositione autem verborū
auer. errant: quia ex huiusmodi sensu non habetur responsio ad
quesitum. esset enim responsio ꝙ ideo virtus motiua tempore in-
finito posita in magnitudine moueret in non tēpore, ⁊ posita extra
magnitudinem non: qꝛ virtus extra magnitudinem distinguitur

in motorem vt agens, ꝛ motorem vt finis, in magnitudine autem non. Ex hoc aūt quomodo haberi possit quesita differentia. centū iuga boum non deducerent. ¶ Quarto principaliter probatur, ꝙ de infinitate intensiua sit sermo auer. ibidem: ex eo, ꝙ ibi dicit, ꝙ motus celi inquantum est ab anima celi sortitur determinatā velocitatem, inquantum vero est a primo motore sortitur sempiternitatē. Ex hoc em̄ arguitur sic. Aut intendit ꝙ motus celi habeat sempiternitatem a primo motore effectiue, aut finaliter. ¶ Si effectiue. cum in hoc ponat differentiam inter primum motorem ꝛ animam celi, tripliciter potest hoc imaginari. ¶ Primo ꝙ anima celi, aut non efficiat, aut nō sufficienter possit efficere sempiternitatem motus, ꝛ ideo attribuatur primo motori tanꝙ cause sufficienti, et hoc conuincitur demonstratiue esse falsum, supponendo animam celi esse virtutem motiuam immobilem: vt patet ex. 8. phy. tex. 85. ꝛ ex supradictis. ¶ Secundo, ꝙ anima celi dependēter illam faciat, primus aūt motor independenter: ꝛ ideo attribuitur primo motori vt eius cause actiue independenter. Et hoc conuincit esse cōtra auer. ibi: q2 aut loquimur de communi dependentia, qua oīa entia alia a primo ꝛ actiones eorū dependent a primo, ꝛ sic nō saluatur cōmentū, ponens differentiā inter sempiternitatē ꝛ determinatā velocitatem motus celi in hoc, ꝙ illa est a primo motore, hec ab anima celi, tali em̄ dependentia cōmuni tam sempiternitas ꝙ̄ determinata velocitas est a primo motore mediante anima celi. Aut loquimur de singulari dependētia: qua in faciēdo talem effectū. s. sempiternitatem motus, anima celi dependet a primo motore. Et hoc cōuincitur esse impossibile tenendo primū motorem finitū intensiue, ꝛ deducit sic. Motore sufficiēte ex his, que in se intrinsece sunt, applicato mobili disposito, circumscripto quocūq3 alio, excepta cōmuni dependentia ad primū, necessario prouenit effectus ꝓprius illius motoris. Patet ista ex terminis: alioquin nulla esset via ad probandā consecutionē cause ad effectū ꝛ econuerso. Sed aīa celi est actiuū sufficiēs ex suis intrinsecis respectu motus eterni, ergo circūscripto quocūq3 alio excepto cōmuni influxu primi, potest in motum eternū, ergo nulla est opus speciali dependētia. Probatur minor: ex eo, ꝙ anima celi habet ex suis intrinsecis duo requisita ad faciendū sempiternitatē motus. s. tantam virtutē intēsiue (puta vt mille) ꝛ immobilitatē: quilibet enim motor habēs hec duo, potest sempiternū facere motum, q̄uis non per se: vt dictum pluries est. ¶ Tertio, ꝙ anima celi licet sufficienter, tamen ꝑ accidens facit sempiternitatem motus, primus aūt motor facit eam ꝑ se: ꝛ ideo attribuitur primo motori, vt eius cause actiue per se primo intendenti illam. Et sic habetur intentum: q2 vt ex prima conditionali probata patet, ex hoc sequit̄, ergo primus motor est virtutis infinite intēsiue. Et in rei veritate ista videtur mens auer. in illo loco. Loquitur enim de actiua causalitate: vt q̄stio mota ostendit, ꝛ non intendit subtrahere ab anima celi causalitatem actiuam sempiternitatis: sed perfectatem causalitatis: cuius nulla virtus finita est capax: vt patet ex dictis. Unde causam actiuam ꝑ se determinatē velocitatis posuit animam, sempiternitatis vero primum motorem. ¶ Si finaliter, hoc potest dupliciter imaginari. Primo, vt sit sermo de dependentia communi: qua omnia causantur in genere cause finalis a primo. Et hoc est contra auer. ibidem: quoniam hoc modo non saluatur sua differentia inter determinatam velocitatem motus ꝛ eius sempiternitatem: hoc etenim modo vterq3 effectus dependet finaliter a primo motore. ¶ Secundo, vt sit sermo de aliquo speciali modo dependendi, in genere tamen cause finalis. Et quantum verba eorum sonant, videntur dicere, quod quodam singulari modo sempiternitas est a primo fine, quo non est determinata velocitas: sic quod sempiternitas motus in hoc differt ab eius velocitate, quod ista sufficienter fiat ab agente, illa autem non nisi adiuncta causalitate finali primi motoris. Sed quia facile est dicere distinctionem in qualibet re quamuis ardua: et inexercitati est admittere illam in aere, ideo queramus ab istis quomodo sit ista differentia. Hoc enim non potest nisi tripliciter imaginari scilicet aut sic, quod sempiternitas careat causa actiua, ꝛ finali tantum attribuatur. Et hoc est ridiculum: quoniam non est intelligibile, ꝙ aliquid effectiue producat motum, ꝛ non producat eius durationem: maxime cum tempus, quod est duratio illa (vt. 12. meta. tex. 29. dicitur) aut est ipse motus, aut eius passio. Constat autem quod hec ab eodem fiunt actiue ſm rem, quamuis non eodem modo: potest enim eorum que sunt idem realiter, vnum per accidens produci ab agente inferiori, et alterum per se: vt patet cum sortes generat platonem. Tunc enim licet fiat plato per se: fit tamen corpus vel mixtum per accidens: vt dicitur in primo physicorū, tex. 76. Aut sic, ꝙ ad determinatam velocitatē causa actiua sufficit absq3 finali, ad sempiternitatem aūt non. Et hoc etiā est ridiculū: q2 finis est causa ceterarum causarū: nullusq3 est effectus nature aut artis absq3 fine. Aut sic ꝙ ad determinatā velocitatē causa actiua cū fine cōmuni sufficit, ad sempiternitatē autē nō, s3 requiritur specialis rō dependētie ad primū motorem vt finē. Et hoc est iterū loq̄ in aere: nisi huiusmodi rō assignet̄. ¶ Nec apperet alia rō ꝙ̄ illa, q̄ in eodē cō. xij. ex intentione themistij subditur. s. ꝙ motor q̄ mouet ad cōsequendū aliquid, vel cōseruandū aliquid transmutabile, necesse est ꝙ quādoq3 cesset. Motor aūt q̄ mouet ꝓpter aliq̄d semꝑ in actu ꝛ immutabile, q̄ rōne mouet vno tpe, mouet semꝑ. Et sic habet̄ spālis rō depēdētie sempiternitatis ex fine, q̄ non h̄r in velocitate motus. Sed adducere hoc ad propositum, nouitiorum est. Cum em̄ omnes anime celestes prima intentione operentur ꝓpter se, vt dicitur. xij. metap. cō. xxxvj. ꝛ scdo celi, consilio. xvij. ꝛ. xxj. ꝛ ipsarū natura sit immutabilis ꝛ in actu: ꝛ earum opera sint sicut opa artiū: vt dr. xij. metap. cō. xliij. ꝛ finis sit principiū in opabilibus: vt dicitur in. ij. phy. tex. lxxxviij. Quēadmodū ex actualitate immutabili finis sumunt aīe ille rationē sempiternitatis in suis opibus, ita ex aliis cōditionibus nobis ignotis sumūt rōnem tante velocitatis et quare magis ab oriēte moueant versus hemisperium superius et alia huiusmodi. Hec em̄ oīa fiunt ꝓpter melius: vt ex scdo celi, tex. ꝛ cōſi. xxxiij. habet̄. Et ex fine necesse est bonitatē eorum fieri cū naturalia agant̄ ꝓpter finem: vt dr. ij. physic. tex. lxxx. Unā ex hoc nō magis habet̄, ꝙ sempiternitas specialiter dependeat a primo ꝙ̄ certa velocitas: vtrūq3 em̄ eorū h3 hoc modo spālē rōnē dependentie ex fine. ¶ Amplius. Cum rō sempiternitatis motus sufficiēter sumatur ex his finis cōditionibus. s. ꝙ sit in se actu, ꝛ habitus a mouente. et immutabilis. et hec sint cōmunia oībus motoribus celorum respectu propriarū essentiarum: nihil ꝓpriū primo motori dixisset auer. sed totum qđ dixit. cōuenit oībus aīabus celorū in ratione finis. Nec potest dici ꝙ dictū auer. cōe quidē est omni motori sepato in rōne finis, sed appropriatur primo propter dependētiam aliorum a primo et in rōne finis: q2m̄ sic non saluat̄ differentia inter sempiternitatē ꝛ velocitatem: vt. aeq3 em̄ ꝓpter independentiā primo est attribuenda fini. Et si tanꝙ ad vltimū refugiū recurrēdo dicatur, ꝙ sempiternitas motus dependet a primo fine quodā singulari modo ignoto nobis: ꝛ hoc cognosci ex hoc ꝙ oēs motores celestes conueniunt in sempiterne mouere, non autem in velocitate motus. (hoc enim ideo esse credendum est, q2 rationē sempiternitatis habent respiciendo primum, velocitate ꝟo respiciendo propria.) Hoc est cōtra auer. qui expresse dicit in secūdo celi, consi. xvij. ꝙ motores inferiores sumunt rōnes suarū velocitatū, ſm ꝙ magis desiderāt assimilari primo. Et loquitur non solum de motu diurno, sed etiā in circulo obliquo. Deinde hoc nō est sufficiēti rōne firmatum: ꝙ enim conueniant omnes in sempiternitate motus: vt dicit auer. in secundo celi, consi. xxxviij. ꝛ. lxxj. ꝛ alibi, est q2 conueniūt oēs in hoc, ꝙ sunt motores immateriales. Et ideo hoc nō oportet cōijcere, ꝙ sit ex singulari modo dependendi a fine: cum clare pateat, ꝙ finis cōmunis cum immaterialitate motoris sufficiat: nec locus est coniecturis in manifestis. ¶ Amplius. Uelocitas de qua ibi loquitur auer. vt patet in commen. nihil aliud est ꝙ̄ tēporalitas, in qua omnes motores celi conueniunt, sicut ꝛ in sempiternitate: nullus enim mouet in non tēpore. Restat ergo ꝙ de infinitate intensiua sermo auer. ibidem sit. Et licet euidentiores sint predicte rōnes si duo motores ſm rem in primo orbe ponant̄ efficaces tñ sunt etiā si duo ſm rōnem, vnꝰ aūt ſm rem ponit̄: vt patere pōt cuilibet eas applicare scienti. Unā oēs expōnes cōmenti predicti false apperēt. ¶ Ultima aūt ordinē librorū auer. non pensauit. Cū enim cōstet ex scdo celi, cō. iij. ꝙ tūc iam fecerat libellū de substantia orbis. Et ex pluribus cōmentis, ꝙ tunc etiā fecerat super libros physicorū: ꝛ ex. xij. metap. cō. lxv. ꝙ iuuenis erat quando fecit sup lib de celo, ꝛ sperabat in cō. cclij. se perfecturū astrologiā: et ꝙ senex scripsit super metaphysica, manifeste liquet, ꝙ omnia dicta auer. sunt examinanda ad. xij. metaphisice eius, et non econuerso: quoniam opus illud testamentum eius est.

Secunda Autē via ad ostēdendā infinitatem virtutis dei gloriosi sumpta ex san. tho. breuior est. Et supponit deū esse cām actiuā alicuius substātie, siue mūdi, siue primę intelligentię, siue oīm incorruptibiliū, siue ab eterno, siue in tēpore: nihil enim horum refert, dummodo cōcedatur per simplicē emanationē (quam nos creationē dicimus) deum aliquid produxisse. Hoc aūt nunc supponatur: Tum q2 cōmuniter excellētes viri hoc concedunt etiā de mente aristot. ꝛ auer. Tum quia expresse contra algazelē pluries auer. hoc dicit. Tum q2 hoc exigeret spe

eiusdem questionem, quam alibi tetigimus. ¶ Acquiescentibus ergo huic supposito, hec via paratur: iuxta quam arguitur preliban do rationes terminorum: scilicet ꝙ virtus creatiua est virtus actiua effectus ex nulla potentia passiua: siue sit creatiua ab eterno, vt plato, et arist. cum sequacibus posuerunt: siue in tēpore, vt fides christiana determinat. Cetere autem virtutes actiue sunt effectuū ex aliqua potentia passiua presupposita: vt patet in naturalibus et artificialibus. ¶ Arguitur ergo sic, loquendo semper de q̄titate virtutis seu perfectionis. Omne quantum excedēs aliud q̄tum, sic, ꝙ quantumcumq; excessum crescat, nunq̄ inter ipsa est aliqua proportio, est necessario infinitum intensiue. Ista patet ex terminis: quoniam vt dicitur in. viij. phy. text. lxxix. si excedens est finitū, addendo semp quantum ad excessum, q̄n q; equabit et excedet. Sed virtus creatiua est aliquante pfectionis: et sic excedit virtutem factiuam rerum ex potentia subiecti, ꝙ quantumcumq; augeatur, non est inter eas proportio: ergo virtus creatiua est infinita intensiue. Probatur minor quo ad vltimam partem (que sola eget probatione) ꝛ ducendo ad impossibile: quia sequeretur ꝙ virt⁹ tantū actiua ex aliqua potentia, ꝛ virtus actiua ex nulla potentia possent esse equales: quod est manifeste impossibile. Tenet consequentia, supponēdo vnum, qđ probatione non eget. s. ꝙ quāto aliquod actiuum potest educere rem de remotiori potētia ad actum, tanto est virtuosius. Ad sensum enim patet, ꝙ ad educendū calorem de potentia aque, maior virtus requirit̄ q̄ ad educendum ipsum de potentia aeris: hoc igitur supposito arguitur more aristotelico sic: Sumatur virtus productiua alicuius (puta bouis) ex nulla potentia, et sit. a. Sumatur quoq; virtus productiua bouis ex aliqua potentia, puta. c. et sit virtus illa. b. Tunc sic: Iste due virtutes: scilicet. a. et. b. per te habēt aliquam proportionem, sit ergo proportio centupla: ita ꝙ. a. excedat. b. non plus q̄ in centuplo. Et tunc sumatur potentia passiua in centuplo magis elongata ab actu q̄ sit. c. et sit illa. d. Cum ergo oporteat tanto virtuosius esse agens quanto elongatior est potentia ab actu, necesse erit virtutem actiuam bouis de potentia. d. esse in proportione centupla ad. b. ac per hoc esse equalem ipsi. a. Et sic virtus productiua ex aliqua potentia, et virtus productiua ex nulla erunt equales, quod est impossibile. Imo etiam eodem processu potest deduci, ꝙ illa sit etiam maior: quod est impossibilius. Nec potest inficiari quispiā hunc processum ex eo, ꝙ non potest sumi in rerum natura potētia remotior ab actu quacūq; potētia data: oportet enim sic dicentes negare processum arist. iiij. phy. text. lxxij. vbi assumit plenum subtili⁹ quocūq; pleno. et. vj. phy sic. tex. xv. vbi assumit motum velociorē quocūq; motu: ꝛ breuiter destruere doctrinam traditā in lib. phy. Saluatur enim efficacia horum ꝛ similium processuum ex rationibus formalibus terminorum, ꝛ ex veritate conditionaliū: quicquid enim repugnat veritati conditionalis est falsum et impossibile: vt auer. dicit in. viij. phy. tex. lxxviij. Unde proposito sufficit veritas conditionalium: puta, si virtus aliqua produceret ex potentia in centuplo remotiori, esset in centupla proportione ꝛc. Stat ergo ratio firma: q̄uis quidam nescientes aut non volentes eam formare, soluisse se arbitrati sunt: vt de scoto patet prima dis. quarta. Qui ideo credidit se soluisse: quia sanc. tho. non solicitus circa terminos: qui in autenticis rationibus solent subintelligi, fecerat maiorem huiusmodi. Eorum inter que nulla est proportio alterum est infinitum: soluit scotus, ꝙ hec non est vera: vt patet de puncto et linea: et tamen punctum non est infinitum. Propter quod notanter nos posuimus in maiore vtrumq; esse quantum: vt has pueriles cauillationes effugaremus. Et hec de secundo.

Restat igitur

Argumentis in oppositum r̄ndere. ¶ Ad primū ergo (quod tres difficultates tangit, vnā principaliter ꝛ duas ex cōsequēti) tali est ordine dicendum, ꝙ duas annexas difficultates. s. an deus moueat vt finis tantum, vel vt finis ꝛ agens, ꝛ si vt agens, an mediate vel immediate: pertransibimus dicendo, quis est. ¶ Tertiam vero principalem. s. an ex positione virtutis infinite intensiue in rerum natura necessario sequatur motus in non tēpore, pertractabim⁹ dupliciter. s. s̄m auer. ꝛ simplr. Q̄uis igit̄ multi ex scđo celi, text. lxiiij. vbi in summo gradu pfectionis vniuersi locat̄ id. qđ sine actione optimum possidet: ꝛ ex. xij. metap. tex. xxx. vbi dicitur, ꝙ deus mouet sicut amatū ꝛ desideratū: credāt deum non esse causam agentem, sed finalem: verius tamē dicunt sentientes vtroq; modo deū esse causam: vt simplicius arguit ex primo celi tex. xxx. vbi arist. dicit, deū nihil agere frustra. Si enim ad hoc inconueniens solicitus fuit arist. deducere, ꝙ deus nihil agit frustra, ergo supponebat deum agere propter finem: ridiculum enim esset deducere ad hoc incōueniens de causa non actiua. Auerroys quoq; in de substantia orbis, manifeste reprehendit dicentes oppositum esse de intentione Aristot. et in. x. metap. con. vij. expresse dicit ꝙ deus mouet non tantum vt finis, sed vt motor. Quod etiam firmat in. xij. con. vj. et in cō. xliiij. vbi etiam postmodum auicennam ponentem deum esse tātum finem arguit: ꝙ oportet primi principis esse actionem que cum hoc ꝙ sit sibi propria, sit communis ceteris: qualis est motus diurnus. Et in secundo celi, cō. xvij. dicit, ꝙ omne habens actionem in se, habet actionem in alio: et in cō. xxj. dicit ꝙ omne, quod inuenitur propter se prima intētione, inuenitur propter aliud secunda intentione: nisi illic esset natura non innata ad largiendum. Et breuiter totus auer. plenus est hac sententia vel formaliter vel radicaliter: vtputa ꝙ in separatis a materia causalitas finalis et efficiens eidem conueniunt: vt dicitur in. xij. con. et xxxv. et. xxxviij. et. lv. ¶ Nec obstat ꝙ Aristot. dixit deum mouere vt amatum: non enim dixit hoc cum dictione exclusiua: imo ex hoc magis habetur propositum, supposita illa vniuersali Auer. quam modo diximus. Id vero quod ex secundo celi adducitur, admiratione dignum est, qua fronte ab auerroystis adducatur: quum auerroys ipse ibidem in cōsilio lxvj. expresse dicat ꝙ in illo summo gradu habente optimum sine actione, datur latitudo includens omnes intelligentias: ita ꝙ apud ipsum omnes intelligētie sunt in illo primo gradu, et non tantum deus: et tamen constat apud eos etiam, ꝙ cetere intelligentie agunt ad extra. Intendit enim ibi aristoteles apud auer. intelligentias quatenus intelligētie sunt, habere optimum (quod est felicitas speculatiua) sine omni dependentia ab exteriori actione, non sicut in nobis: iuxta illud. xij. metaph. text. xxxix. deductio autem qualis optima ꝛc. ꝛ esse in primo gradu. Quatenus vero anime sunt, optimum assequi per motum: et in secundo locari ordine simul cum corporibus, quorum sunt anime. Unde deum mouere non solum finaliter, sed actiue dicimus. ¶ Et q̄uis ex multis commentis videatur haberi, ꝙ deus mouet immediate: quia in cō. xliiij. xij. metaph. reprehenduntur ponentes deū esse priorem motore primi orbis: et in cōsil. xxxviij. expresse dicitur, ꝙ primus motor mouet sine medio: et in consil. xlviij. numerantur substantie immateriales secundum numerum motuum celestium expresse supponendo nullam esse, que non mouet: vt tamen ex dictis superius patere potest, in cō. xlj. xij. expresse dicit motum celi cōpositū ex duobus motoribus. Et ideo sciēdum est ꝙ ista sibiinuicem non contradicunt: quoniam quum sint in hac re opiniones extreme: vna Auicenne, dicentis deum nihil agere ad motum celi, nisi s̄m ꝙ prima causa operatur per secundas: sed primum motorem esse primam intelligentiam productā a deo, que cum anima celi mouet: alia eorum qui dicunt deum solum mouere primum celum. Auerroys via incessit media vtrūq; declinās extremum: ꝛ ideo nunc hoc, nūc illud excludit extremū, q̄uis pluries auicennam impugnauerit. Est igitur apud eum primus motor deus gloriosus, non tamē mouet solus. ¶ Sed quia in motu primi celi sunt duo (sempiternitas motus, ꝛ certa velocitas: puta. xxiiij. horarum) posuit vtrumq; horum habere per se primo causam actiuam ꝛ propriam: ꝛ sempiternitatis quidem deum, certe vero velocitatis animam celi. Et hic sensus respondet plane expositioni illius commenti absq; extorsione. Et sic deus non est prior motore totius: imo facit per se motum totius quo ad nobilissimam eius rationem: que est sempiternitas: et hoc modo deus nō est anima alicuius orbis. Et ideo dixit ibi auer. ꝙ est potentia non in materia: et per hoc volebat ꝙ differret ab anima celi. Et hoc modo saluatur quod cō. xliiij. dicit̄, ꝙ illud qđ intelligit motor corporis celi de primo motore, est aliud ab eo quod intelligit motor orbis saturni. Et sic numerus immaterialiū substantiarum s̄m numerum motuum saluatur: quia ex motuum numero inuentus est numerus motorum aliorum a primo: qui iam ex infinitate motus stabilitus erat. Nullam enim substantiam immaterialem ponimus nisi ex motu cōclusam: sed primam ex infinitate motus. ceteras ex numero motuū regulariū ꝛ ppetuorū exigētiū motores immobiles. Et hoc cōsonat textus arist. exp̄sse querēti numerū motorū immobiliū, nō numerū motorū infinitorū: vt per hoc insinuaret ꝙ de aliis a primo loquebat̄: q̄uis primus quoq; sit immobilis. Est siquidem sermo Aristot. ꝛ auer. ibidem contra ponentes substantias immateriales absq; aliqua ppria motione alicuius corporis. vt patet ibidem: quod nos non diximus. Et breuiter hoc modo omnia dicta auer. inueniunt̄ cōsona: ꝛ merito: quia vero omnia consonant. Unde helie hebrei labor, q̄ vanus fuerit patet. Putauit enim ꝙ ex hoc ꝙ deus dicitur motor effectiue primi celi, sequeretur, ergo mouet solus primum celum. Iam enim liquet,

deum proprium motorem primi orbis, quo ad sempiternitatem sui motus active causandam. Movet ergo deus celum effective ut motor proprius, et mediante anima celi, sic ut utriusq; proprius effectus motus celi sit diversimode, et sic quo ad duo prima pateat quid tenendum sit. ¶ De tertio autem (in quo tota stat difficultas presens) ambiguitas magna videtur, divisi siquidem sunt peripatetici circa id. Quibusdam enim apparet ꝙ ex hoc antecedente, datur virtus infinita in natura, sequitur necessario, ergo motus in non tempore. Quibusdam vero videtur ꝙ distinctione opus sit in re hac, et hi in tres distincti sunt vias. Alii putant ꝙ distinctione modi agendi, scilicet libere vel necessario opus sit. Alii vero ꝙ distinctio modi essendi illius virtutis infinite, scilicet an habeat esse materiale, an immateriale, ad hoc sufficiat. Alii autem duas distinctiones necessarias credunt ad salvandam infinitam virtutem in rerum natura, scilicet modi essendi (que modo dicta est) et modi agendi, scilicet mediationem vel immediationem, ita ꝙ omnes huiusmodi opiniones sunt quattuor. Et primam quidem postponentes (que ex discussione aliarum quid veritatis habeat patebit: et eius fundamenta sunt, que arguendo adduximus) ad secundam nos transferamus opinionem: que tria dicit. ¶ Primo ꝙ ex hoc antecedente, virtus infinita est in magnitudine: necessario sequitur, ergo movet in non tempore, quod implicat contradictionem. Et in hoc conveniunt cum arist. 8. phy. tex. 79. omnes peripatetici: licet differant in modo deducendi consequentiam. Sco. enim in primo sen. di. 2. q. 2. ad viii. dicit ꝙ ex eo ꝙ in antecedente assumitur virtus infinita subintelligendo agat, necessario sequitur, ergo actio sua est in non tempore: alioquin in equali tempore agere contingeret virtutem infinitam et finitam iuxta deductionem aristotelis ibi. Ex eo vero ꝙ in antecedente additur ly in magnitudine (id est extensa) sequitur ꝙ si agit, agat circa corpus, et consequenter ꝙ sit ibi aliqua resistentia, et sit etiam diversa approximatio partium passi ad agens, ac per hoc sequitur, ergo actio illius virtutis est movere: quoniam he due cause scilicet diversa approximatio partium et resistentia, faciunt successionem esse in motu, et sic ex toto antecedente simul scilicet virtus infinita in magnitudine, sequitur motus in non tempore. Sed hec deductio manifeste peccat: quia ex hoc ꝙ aliqua virtus est extensa et agit in corpus, non sequuntur ille due cause successionis: sed una tantum scilicet diversa approximatio partium passi ad agens: sed ex omnibus his absq; resistentia non sequitur, ergo illa actio est motus. Et hec omnia non egent probatione: quia manifeste patent de virtute illuminativa. Hec enim est extensa, et agit in corpus etc. et tamen non est motus (proprie de quo loquimur) ut distinguitur contra mutationem. ¶ Sanctus Tho. autem ꝙ arist. non fuit sollicitus ibi de utraq; parte consequentis deducenda, supponit cum averroy et ceteris expositoribus (quantum vidisse me recolo) ꝙ subiectum illius antecedentis scilicet ly virtus seu potentia supponit pro virtute motiva proprie sumendo motum, ita ꝙ antecedens illius consequentie secundum veritatem est hoc, virtus motiva infinita est in magnitudine, ergo. Et ꝙ hec sit mens aristotelis, patet ibi, ex eo ꝙ probando suppositionem unam scilicet ꝙ maior virtus facit equale in minori tempore: dicit ut calefaciens, aut dulce faciens, aut proiciens, et omnino movens. ubi manifeste patet ꝙ de virtute motiva loquitur. Patet etiam ex fine intento: ad nihil enim aliud inducebat demonstrationem illam, nisi ad investigandam impartibilitatem primi motoris, quem constat movere proprie. Unde impertinens erat proposito tractare de omni virtute extensa: quamvis ex ista negativa, non potest dari virtus motiva infinita in magnitudine, habeatur ex consequenti quod nulla virtus in magnitudine est infinita: quia quum sit virtus, aut substantialis, aut accidentalis, et accidentalis infinitas inferat infinitatem substantialis, et omnis virtus substantialis in magnitudine, si est simplex, sit principium alicuius motus naturalis (ut patet in primo celi. tex. 7.) et simplicibus existentibus finitis impossibile sit mixtum fieri infinitum, manifeste deduci potest ex negatione infinitatis virtutis motive in magnitudine, negatio infinitatis omnis virtutis extense. ¶ Facit tamen vim sanctus Tho. in ly magnitudine ex hoc quod virtus extensa non est intelligens. virtus autem extra magnitudinem est intelligens: ut patet tertio de anima. con. 5. virtus autem motiva non intelligens movet tantum quantum potest. Ac per hoc tenet consequentia aristotelis. Quia si est virtus motiva infinita, et cum hoc movet tantum quantum potest: sequitur, ergo movet in non tempore: ut patet ex deductione aristot. ibidem. ¶ Secundo dicit, ꝙ ex hoc antecedente, virtus infinita est (etiam loquendo de motiva) non sequitur necessario, ergo movet in non tempore: quia potest illa virtus esse agentis liberi cuius potestate est et actio et modus agendi. Et quum hoc arguitur esse contra Aristot. et aver. et omnes philosophos. Sco. cum sequacibus non reputat hoc inconveniens: immo dicit in secundo sent. dist. i. quest. iii. eos sibiipsis contradicere ponendo deum agere necessario. ¶ Mihi autem videtur hoc non esse contra arist. eo ꝙ nulli imponendum est quod nec dixit, nec necessario sequitur ex dictis eius. Deum autem non esse agens liberum nusquam dixit aristot. nec ex dictis eius sequitur necessario. Demonstratio siquidem posita in primo celi. tex. xc. sufficienter salvatur supponendo omnes intelligentias differre specie, et movere quantum possunt, ut assimilentur deo glorioso: cuius proprius effectus est sempiternitas, sive libere, sive necessario illam causet. Numerus quoq; intelligentiarum eisdem suppositionibus stantibus optime investigatur ex numero motuum: sunt enim omnes motores adequati. Inconveniens etiam quod dicitur in text. lxxix. scilicet virtutem finitam et infinitam movere equaliter: manifeste ibidem ascribitur virtutibus moventibus naturaliter: et breviter quecumq; alia ad hoc adduci possunt, facile salvari videntur absq; hoc. Nolo tamen propterea Aristoteli attribuere, ꝙ posuerit deum agere libere: sed opinionem suam ad nos non pervenisse tantum: contra Aver. tamen illam responsionem esse non dubito: ut ex com. iiii. duodecimi metaphysice deducere facile esset: et com. xxi. secundi de celo manifeste habetur. ¶ Sed quoniam ex principiis philosophie non necessario sequitur deum agere necessario: dicitur eo quum soli rationi obediendum sit. quod secundo loco contra hoc obiicitur solvendum est. Quum ergo dicitur, id ad quod sequitur falsum impossibile, est simpliciter impossibile etc. negatur minor. ¶ Et ad primam probationem dicitur, ꝙ quamvis non sit impossibile deum velle uti tota virtute sua: est tamen impossibile deum velle uti tota virtute sua in hoc effectu, quod est velocitas motus. Nec hoc est ex defectu virtutis, aut voluntatis: sed quia hoc non est factibile: unde deus utitur tota virtute sua per se causando sempiternitatem motus, et creando etc.

¶ Ad secundam vero dicitur premittendo quattuor. ¶ Notandum est enim primo, ꝙ aliud est arguere ex potentia motiva infinita, aliud est arguere ex potentia motiva infinita habente talem modum essendi: scilicet in magnitudine, vel extra, vel modum operandi scilicet necessario, vel libere. Primum siquidem antecedens abstrahit ab omni modo essendi et operandi: secundum vero modum essendi vel operandi coassumit. Constat autem ꝙ multa possunt deduci ex aliqua ratione formali, et modo essendi vel operandi simul: que non possent deduci ex illa ratione formali absolute. ¶ Notandum est secundo, ꝙ ex aliqua ratione abstracte seu absolute sumpta, dupliciter aliquid deducere consueverunt philosophi. Uno modo necessario: sicut ex ratione motus deducitur, ꝙ oportet esse in tempore. Alio modo non repugnanter: sicut ex ratione motus deducitur, ꝙ quocumq; motu dato, potest dari velocior etc. Et inter hec tamen refert, ꝙ consequens aliquid necessario, comitatur ipsum in quocumq; ponatur secundum omnem modum essendi illius. consequens vero aliquid non repugnanter, non oportet comitari illud in aliquo: immo stat quod repugnet ei in quocumq; modo essendi: ut patet in exemplis adductis. ¶ Notandum est tertio, quod tripliciter potest imaginari ꝙ potentia motiva infinita exeat in actum secundum, vel ꝙ moveat a. mobile certa velocitate, ita quod non possit velocius illud movere, sed illud movere sit sibi adequatum. Vel quod moveat infinita velocitate et in non tempore: non est enim intelligibile ꝙ aliquid actualiter moveat infinite velociter, et tamen in tempore: quia ex quo actualiter movet, tempus illius motus certum est secundum se: signetur ergo, et tunc procedatur iuxta text. 79. octavi phys. et venietur ad hoc, quod motus infinite velocitatis erit in equali tempore cum motu finite velocitatis (utpote a virtute finita facto) quod est impossibile. Idem est ergo movere actu infinite velociter, et movere in non tempore. Vel medio modo scilicet quod nunq; moveat tanta velocitate a. mobile, quin possit illud velocius movere. ¶ Hec autem tria aliter se habent ad potentiam motivam infinitam absolute, et aliter ad eam in magnitudine. Ad potentiam siquidem motivam infinitam in magnitudine, duo extrema comparantur immediate, ita quod respectu talis virtutis non datur medium inter movere in non tempore, et movere certa velocitate adequate. Ad potentiam vero motivam infinitam absolute, extrema hec sunt mediata, ita quod stat quod moveat sic velociter, quod tamen semper velocius movere possit. Et ratio diversitatis est: quia virtutis extense quantum est posse, tantum necessario est facere: ut patet inductive, et consequenter si est infiniti posse, ergo habet adequatum facere. aut ergo hoc est certa velocitate movere, aut in non tempore: movere enim sic quod velocius possit, non esse adequatam virtuti patet, Virtu-

Als + abstrahente.

tis vero motiue infinite absolute, non oportet quantum est posse, tantum esse facere: quia abstrahit ab omni modo operādi ⁊ essendi: et consequenter abstrahit ab hoc ꝙ faciat ſm totum posse, aut partem, et tantum vel tantum: ⁊ ideo non necessario sequitur, ꝙ si exeat in actum, ꝙ exeat in opus adequatum. ☞ Notandū est quarto, ꝙ aliter arguēdum est ex infinita velocitate ad infinitatem potentie motiue absolute, ⁊ aliter econuerso. Ex infinita siquidem velocitate, determinate infertur, ergo potentia motiua est actu infinita: quia impossibile est aliter talem effectum saluare. Ex infinita vero potentia motiua nihil aliud potest inferri, nisi ergo potest infinita velocitate mouere: quia si aliquanta virtus motiua pōt mouere aliquanta velocitate, maior potest maiore, ⁊ infinita infinita. Sed quia posse mouere infinita velocitate contingit dupliciter. Uno modo sic ꝙ possit facere motum infinite velocitatis in actu: alio modo sic ꝙ possit semper facere maiorem velocitatem quacunq; facta velocitate: ideo non potest ex infinitate potentie motiue absolute, inferri determinate. ergo est actu infinita velocitas: sicut econuerso. ¶ His autem premissis, dico quatuor. Primo ꝙ ex hoc antecedente. a. est virtus motiua infinita in magnitudine, optime sequitur, ergo mouet in non tempore: quia si non, ergo mouet adequate certo tempore ex tertio notando: ⁊ tunc sequitur iuxta deductionem Arist. ergo virtus finita et infinita secundum totum posse mouent equaliter. ☞ Secundo dico, ꝙ ex hoc antecedente. a. est virtus motiua infinita, non sequitur necessario, ergo. a. mouet in non tempore: dicentibus enim ꝙ non, subinferri non potest, ergo mouet adequate in certo tempore. Datur siquidem medium: scilicet ꝙ permittitur mouere. a. mobile tanta velocitate (puta decem horarum) non tamen adequate, sed potest semper velocius: vt patet ex tertio notando. Quod non potest dici, si virtus illa est in magnitudine: ⁊ ideo arist. fundans demonstrationem suam super illa distinctione: aut mouet in non tempore, aut certo tempore: loquendo de adequata operatione assumit ab aduersario virtutem motiuam esse in magnitudine: quia de tali constat, ꝙ oportet supponere aliquā velocitatem esse illi adequatā: quod non oportet verificari de virtute motiua absolute: quia abstrahit ab his. ☞ Tertio dico, ꝙ ex hoc antecedente. a. est potentia motiua infinita, non sequitur non repugnāter, ergo motus in nō tempore. Probatur hoc ex illo principio: impossibile in se ex rationibus terminorum, ex nullo deducitur possibiliter, ex quo nō sequatur necessario. Hec enim est differentia inter consequēs possibile ⁊ impossibile ex terminis: ꝙ possibile ex aliquo antecedente oritur possibiliter, ex quo nō oritur necessario: vt patet de velocitabilitate motus respectu motus ⁊ mobilis. Impossibile vero nisi habeat connexionem necessariā cum antecedente, ex illo oriri nō potest: et hoc ideo est: quia impossibile ex terminis, est impossibile simpliciter et omnino. Tale autem ex nullo oriri potest, nisi ex alio impossibili, ad quod conditionaliter sequatur: quod sine necessaria connexione fieri nequit. Cōstat autem ꝙ motus in non tempore claudit ꝯtradictionem ex terminis: si est enim motus, ergo in tempore: et si in non tempore, ergo non est motus. Et ex antedictis patet, ꝙ hoc impossibile non sequitur necessario ex infinita potentia motiua: ergo nec sequitur possibiliter. ¶ Sed accidit hic dubium ex triplici capite. Primo, quia id quod sequitur necessario ad aliquid cum aliquo speciali modo essendi, sequitur permissiue ⁊ possibiliter ad illud absolute: verbigratia: quod sequitur necessario ad animal rationale, sequitur possibiliter ad animal: sed motus in non tempore sequitur necessario ad virtutem motiuam infinitam habentem esse in magnitudine: vt patet: ergo sequitur possibiliter ad virtutem motiuam absolute. ☞ Secūdo, quia quum hoc argumentū valeat, Si aliquanta virtus motiua potest mouere aliquanta velocitate, ergo maior potest maiore, et infinita infinita: et vlterius valeat, aliquanta virtus motiua potest mouere tanta velocitate, ergo potest facere tantam velocitatem actualiter, ⁊ maior similiter maiorem: quare non valet, ergo si est infinita potest infinitā facere actualiter. Nulla enī ratio apparet difformitatis: et tamē oportet si tenenda sunt predicta, negare illā vltimam cōsequentiam: quia vt patet ex dictis, posse facere velocitatem infinitam actualiter, est idem quod posse mouere in nō tempore. ☞ Tertio, quia etsi assignata sit ratio quare infinite potentie absolute, non oportet assignare adequatum facere: quia scilicet abstrahit a modis operandi: non tamen habet, quare infinite potentie motiue absolute repugnet mouere ſm totum suum posse. Si enim non repugnat dato ꝙ ex ea non sequatur necessario nec possibiliter, habet intentum quia si hoc sibi non repugnat: ergo est sibi possibile: possibili autem posito, nullum sequitur impossibile. Ex hoc autem sequeretur, ꝙ moueret in non tempore: vt patet: ergo. ¶ Ad primū horū dicitur, ꝙ maior est sic modificāda: illud quod sequit necessario ad aliquid cū aliquo speciali modo essendi cōpossibili illi primo: sequit ꝑmissiue ad illud absolute: sic enim est vera, et non aliter. Si enim aliquid iungat cum aliquo sibi incompossibili ex terminis, id quod sequitur ad coniunctum, vtriq; partium repugnat: verbi gratia, Ad hominem aereū sequitur habere perfectissimum sensum tactus, non medium inter contraria: quod vt patet, non sequitur ex ratione hominis absolute, nec aeris. Sic autem est in proposito: quia virtutem motiuam infinitam esse in magnitudine, implicat cōtradictionem: precisq; cōiuncti non sunt cōpossibiles: vt ex iam dictis patet: et effectus necessario sequens monstrat: scilicet motus in non tēpe. ☞ Ad secūdū dicit, ꝙ rō difformitatis inter vltimā consequentiam ⁊ priores est: quia in omnib⁹ priorib⁹ proportionalr̄ adaptat proprie causa proprio effectui. In vltima autem non ſm veritatem, sed solam apparentiam: non enī ꝓprius effectus virtutis potētis infinita velocitate mouere, est actualiter mouere infinita velocitate: sed nulli certe velocitati obligatum esse suum mouere, quantum est ex parte motiue potentie. Hoc autem saluatur, si sic possit mouere actualiter, vt semper possit velocius mouere: vt patet. ☞ Et si queratur, quū virtuti potenti mouere velocitate vnius hore, proprio effectu assignet mouere actualiter in vna hora, ⁊ duple potētie potēti mouere in medietate hore. ꝓpri⁹ effect⁹ dicat mouere actualr̄ in medietate hore: quare virtuti potēti mouere infinita velocitate ꝓprius effectus nō assignet mouere actualr̄ infinita velocitate. Rūdetur, ꝙ hoc ideo est: quia quācumq; quātitati virtutis pōt dupliciter attribui quātitas opis, ⁊ altero modo est impossibile ꝓpter īplicationē ꝯtradictionis in ipso ope, altero vero est possibile, dicēdū est, ꝙ effect⁹ ꝓprius illi⁹ est ille, in quo saluat modus possibilis. Verbi grā: ⁊ est exēplū theologicū: dicim⁹ ꝙ virt⁹ creatiua dei est infinita, nō solū ex pte modi agēdi, sꝫ ex pte creabiliū, non tn̄ saluat infinitas in creabilib⁹, sic ꝙ deus possit creare aliquod infinitū ens, sed sic: quia quacumq; creatura facta pōt facere perfectiorem. Quū ergo in proposito inter virtutem motiuā quamcumq; finitā, ⁊ infinitam respectu velocitatis motus hec sit differentia, ꝙ finite virtutis quātitati vno modo ⁊ illo possibili, rn̄det quantitas velocitatis in effectu. s. faciēdo illā actu: infinite vero virtutis quantitati, duobus modis quantitas velocitatis respondere videtur: scilicet faciendo infinitā in actu, vel mouendo absq; obligatione ad certam velocitatem, ⁊ primo modo infinita velocitas effectus rōnem habere non pōt (quū sit de genere impossibilium ex terminis) secūdo modo infinite potētie ꝓprius effect⁹ est. ☞ Ad tertium dicit, ꝙ infinite potentie motiue absolute, repugnat mouere actualiter ſm totum suum posse quo ad velocitatem motus, non autem quo ad durationem eius: quia operatio talis est de genere operationum impossibilium ex terminis. Et id quod multos in materia ista decipit, est, quia assumitur talis motio vt operatio quedā, ⁊ quare infinite potentie motiue repugnet querūt: quum tamē (vt ex dictis patet) nō sit de genere operationū, sicut nec alterare celū. Nec ex his imponas mihi ꝙ dicā infinito posse nō posse attribui adequatum operari actualiter. Hoc enim ex dictis nostris diligēter inspectis non habet: sed tantum ꝙ infinito posse motiuo nō potest respōdere adequatum opari actualiter, quo ad velocitatē motus. Ex hoc enim nō sequitur vniuersalis negatiua, ergo non pōt respondere adequatum operari: stat nāq; ꝙ rn̄deat infinitum operari quo ad durationē motus: et quo ad operationes immanētes: scilicet intelligere ⁊ amare ⁊c. Unde ad quesitum cū distinctione dicendū est, ꝙ infinita potētia motiua potest referri ad motus velocitatē, et ad eius durationem. Et primo modo repugnat sibi mouere ſm totum suum posse quia ista non est operatio, sed quiddam plus q̄ chimericum. Secundo modo, non repugnat, imo de facto conuenit: vt ex dictis patet. ¶ Quarto dico, ꝙ ex hoc antecedente. a. est virtus motiua infinita agēns libere, nō potest inferri, ergo mouet aut potest mouere in nō tempore: dicā enim in illo tēpore mouere pōt tanq̄ adequato effectu, sed mouet semꝑ certo tēpore sicut elegit: non tamē sic quin quantum est ex ratione virtutis posset velocius mouere. Quū enim ex rōne potētie motiue infinite absolute, nihil aliud sequat, nisi ꝙ quia tanta potētia pōt mouere tanta velocitate ⁊ maior maiore, infinita potest infinita velocitate mouere: et hoc contingat dupliciter: scilicet aut sic ꝙ possit exire in actum secundum faciendo infinitam velocitatem: aut ꝙ sic semꝑ possit: vt nunq̄ exeat in actum secundum faciendo aliquam velocitatem quin possit adhuc facere maiorem: et ex ratione potentie motiue infinite absolute nō necessario sequat, ꝙ possit exire in actum primo modo: et ex hoc ꝙ est agentis liberi, necessario sequatur ꝙ

exeat in actum secundo modo, si debet exire in actum: consequēs est, ꝙ non ex infinita potentia motiua agētis liberi absolute consi-derata, nec ex ipsa sumpta cū tali modo agendi deducatur neces-sario, ergo motus in non tempore. Et consequenter quum omnis cōditionalis non vera sit necessaria, ista conditionalis non est vera: si datur virtus motiua infinita agentis liberi, posset dari motus in non tempore. Et sic patet ad secūdam probationē illius minoris quid dicendum sit. s. ꝙ falsum est, ꝙ ex ratione infinite potētie mo-tiue, absolute sequatur, ergo motus in nō tēpore. ¶ Tertium ꝙ ha-bet hec scd'a opinio est, ꝙ non pōt aliter saluari infinita potētia in rerū natura, nisi ponendo ipsam agere libere, eo ꝙ aliter sequeretur motus in non tēpore. Sed hoc non est dictū cōe: vnde non vr̄ tutū sequi illud: presertim, quia (vt ex dictis ⁊ dicēdis apparet) a multis illustribus viris saluatur, etiam si deus non ageret libere. ¶ Ter-tia vero opinio, quā sanc. tho. viij. phy. protulit in lucem: dicit ꝙ so-la destinctio modi essendi. s. in magnitudine, vel extra, sufficit ad sal-uandam virtutē motiuam infinitam absqꝫ motu in non tempore, quicquid sit de modo operandi. Ita ꝙ ſm eā quāuis ista cōditio-nalis sit vera, si virtus motiua infinita est in magnitudine, daretur motus in nō tēpore: ista tamen est vera, si motiua virt⁹ infinita est extra magnitudinem, daretur motus in non tēpore. Et fundamē-tum huius est: quia veritas prime conditionalis fundatur sup tri-bus. Primo super infinitate motiue potentie: ex qua habetur ꝙ possit mouere infinita velocitate. Secundo super modo essendi eius in magnitudine: ex quo habetur ꝙ quantum est posse, tantū est operari. Tertio super hoc ꝙ effectus non est dignior sua causa: ex quo habetur si aliqua virtus est in magnitudine, eius adequa-tum opus potest recipi in magnitudine. Ex his enim tribus con-surgere veritatē illius conditionalis, patet ex eo, ꝙ quodcūqꝫ ho-rum trium desit, cōditionalis non est vera. Si enim deest infinitas potentie motiue, nunqꝫ deducetur motus in non tempore: simili-ter si nō ponitur in magnitudine, seu operari tantū quantū potest: nunqꝫ deduceret motus in nō tempore: ⁊ nihil minus si nō ponitur ꝙ operetur in passo capaci adequate operationis illius potentie, nunqꝫ sequetur motus in non tempore: quem constat non sequi ni-si ex motione adequata potentie motiue infinite. In operationi-bus siquidem transeuntibus nō solum impeditur operatio ⁊ eius quantitas ex parte potentie actiue, sed ex parte passi. Cōstat autē ꝙ proprium passiuum motiue virtutis est mobile in actu: qđ opor-tet esse actu quantū, et corpus ⁊c. vt patet. vj. phy. text. xxxij. ⁊ ideo nisi ponatur, ꝙ adequata motio virtutis motiue infinite assum-pte in antecedente possit recipi in corpore in actu seu in magnitu-dine (idem enim sunt in proposito) non potest deduci, ergo mouet in non tempore: et quia hoc non poni potest absolute, quia est im-possibile: ideo oportet poni vt sequens ex antecedente aduersarij: habetur autem vt iam diximus ex illo, quia causa nō est indignior effectu. Ex his autem patet, quare secunda conditionalis: scilicet si virtus motiua infinita esset extra magnitudinem, daretur mo-tus in non tempore, non est vera: quoniam deficit sibi tertia conditio: non enim oportet virtutis existentis extra magnitudi-nem dari adequatū opus in magnitudine. ⁊ ratio est: quia virtus immaterialis comparatur ad omnia quanta vt vniuersale ad par-ticulare, non in predicando, sed potius in essendo, ⁊ causando: nec est rationabile vt materiale possit totam immaterialium virtutem adequare. ¶ Unde ad maiorem horum euidentiam considerandū est, quod motus relatus ad infinitam potentiam motiuam in ma-gnitudine ⁊ extra, diuersimode comparatur. Illi quidem vt effe-ctus proprius cause particulari ⁊ proprie, huic vero vt effectus p-ticularis cause vniuersali (quemadmodum liquefactio cere virtu-ti solari) quia motus est effectus in corpore: ⁊ consequenter fit a vir-tute corporea sicut ab vniuoco, a virtute vero immateriali, sicut ab equiuoco ⁊ vniuersali, ⁊ ideo sicut ridiculum esset ex quantitate vir-tutis solaris inferre quantitatem huius particularis effectus, vt adequantem virtutem solis: ita irrationabile est ex quantitate vir-tutis immaterialis inferre q̄titatem huius effectus particularis, qui est velocitas motus tanqꝫ effectum adequatum. ¶ Considerā-dum rursus est, quod inter potentiam motiuam infinitam in ma-gnitudine seu absolute, ⁊ potentiam motiuam infinitam incorpo-ream: hoc interest, quod illa aut nihil aliud per se dicit, nisi princi-pium motus (vt patet si sumatur absolute) aut si aliquid aliud ad-dit, nihil addit eleuans ipsam supra rationem proprij principij mo-tus: vt patet si sumatur in magnitudine. Ista autem ex hoc, quod immaterialis ordinis ponitur, supra rationem proprij principij mo-tus eleuatur: sicut ⁊ supra corporalia. Propter quod ex hoc ipso, ꝙ ponitur extra magnitudinem, sequitur quod non per se primo, re-spiciat motus velocitatem, qui est corporeus effectus, quemadmo-dum faciunt virtutes corporales: sed altius quid per se primo aspi-ciat, ⁊ secundario ⁊ quasi per accidēs motū. Unde fit vt infinitas virtutis motiue si esset in magnitudine, motus velocitate necessa-rio manifestaret. Infinitas autem virtutis motiue existētis extra magnitudinem non: q̄r. s. infinitas potentie in magnitudine est p se primo particularis principij motiui, infinitas vero potentie ex-tra, est per se primo rei eleuate supra ordinem principiorum moti-uorum particularium, ac per hoc altius quid respicit vt adequa-tum motum ✝ q̄ velocitatem motus. Imaginandum est enim ꝙ res illa infinita extra magnitudinem, q̄uis habeat in se vnde pos-sit mouere: hoc tamen opus non per se primo respicit ab illa, sed aliquid altius: quia vt pluries dictum est, motus per se primo est actus corporis, virtus autem illa eleuata est sicut supra corpora, ita super omnia corporalia per se primo, quod dico propter ens, ⁊ bonum, ⁊ alia huiusmodi: que ⁊ si sint corporalia, non tamen per se primo, ⁊ ideo non oportet, si virtus illa est infinita, velocitatem infinitam posse ab ea prouenire. ¶ Ex duobus ergo falsificatur ſm san. tho. conditionalis ista. Primo ex eo ꝙ virtutem extra magni-tudinem non oportet habere adequatum facere sue virtuti, quum agat per intellectum: vt dictum est in secunda opinione. Secūdo, ex eo ꝙ considerata virtute infinita extra magnitudinem non con-siderato modo operandi, sequeretur, ergo daretur motus in non tpe: q̄r non posset fieri motio quo ad velocitatem adequata virtuti motiue: q̄r moueret corpus in actu puta celum, quod non esset ca-pax motionis adequate illi virtuti, nec absolute, q̄r hoc implicat: nec ex hypothesi data, quia infinita potentia non est concessa in magnitudine, sed extra. ¶ Contra hanc autem opinionem dupli-citer obijcitur. Primo quia si ex sola incorporeitate virtutis moti-ue infinite habetur sufficiens ratio falsitatis secunde conditiona-lis, manifeste sequitur ꝙ non refert: si ponatur virtutem illam esse motiuam necessario, dummodo ponatur incorporea: stant enim ista duo simul, non enim est impossibile virtutem immaterialem esse necessario motiuam: vt arist. ⁊ philosophi tenent de animabus or-bium. Ex hoc autem queratur in quāto tempore moueret virtus infinita extra magnitudinem mouens ſm totum posse, ⁊ signetur illud tempus, ⁊ tunc procedatur iuxta tex. 79. octaui phy. deducē-do ad impossibile, ꝙ equaliter moueant virtus finita et infinita. ¶ Secundo: quia hoc est expresse contra auer. in secundo celi. con. 38. ⁊ 71. ¶ Ad primum horum dicitur, ꝙ iste due conditionales di-stant sicut celum et terra. Si infinita potentia motiua esset extra magnitudinem, moueret in non tempore, ⁊ si infinita potentia mo-tiua existens extra magnitudinem moueret secundum totum suū posse, moueret in non tempore. Secunda enim est vera: quia in antecedente eius iam ponitur ipsam secūdum totum posse actua-liter mouere, ⁊ consequenter habere mobile talis motionis subie-ctum: quum motus sit actus mobilis, ac per hoc in hac conditio-nali saluantur tres antedicte conditiones. In alia vero non habe-tur ex hypothesi antecedentis, mobile capax totius posse, ⁊ ideo est falsa ex defectu tertie conditionis. ¶ De illa autem conditiona-li super quam firmatur argumētum scilicet si esset extra magnitu-dinē infinita virtus motiua, necessario daretur motus in non tem-pore: dicenda sunt duo. Primo ꝙ est impertinens proposito: q̄r nō habetur ex dictis san. tho. Multum enim refert posita virtute infi-nita incorporea loqui de ipsa, ⁊ consequentibus ad ipsam vt sic, abstrahendo a quibuscunqꝫ alijs, que non necessario ipsam infini-tam ⁊ incorpoream comitantur: ⁊ loqui de ipsa addendo sibi spe-cialem modum agendi. s. necessario. Primo enim modo est sermo san. tho. ⁊ non secundo, ⁊ primus nihilominus modus nihil ponit incompossibile, secundus vero forte adunat incompossibilia: quia quamuis virtuti incorporee non repugnet esse necessario motiuā ⁊ velocitatiuam motus, repugnat tamen forte virtuti incorporee infinite, vnde non oportet de illa conditionali solicitum hic esse. Si tamen de veritate eius queratur, dicendum secundo videtur, ꝙ est falsa eadem ratione: quia scilicet ex hypothesi antecedētis habetur ꝙ in mobili posset recipi adequatus effectus illi virtuti. Ut enim iam infinities tactum est, motus in nōn tēpore est quod-dam impossibile ex terminis, ⁊ non sequitur nisi ex aliqua hypo-thesi impossibili: quam requirere illa tria monstratum est. ¶ Et quum contra arguebatur, ergo moueret in aliquo certo tempore, signetur illud ⁊c. Respōdetur, ꝙ quia ex parte motoris nulla pos-set certitudo velocitatis determinari: quia nec ex libertate, nec ex finitate potentie, et in non tempore mouere non sequitur ex hypothesi: oportet dicere quod si moueret, moueret ea velo-citate, cuius mobile esset capax: puta si esset mobile non vio-

Alis ✝ motus.

lentabile et capax motus.xxiiij.horarum, tanto tempore moueret
illud et non minore. Et si contra hoc dicatur: signetur tempus il=
lud: intrepide assignetur: puta vna hora vel decem: hoc enim non
refert. Et si procedatur deinde ad hoc ꝙ eodem tempore mouebit
idem mobile virtus finita et infinita: dicetur hoc non esse inconue
niens, quando aliunde prouenit ꝙ̄ ex virtute motiua. Inconue=
niens siquidem est, ꝙ virtus finita ⁊ infinita ex proprijs meritis
considerate moueantur equaliter: sed quando aliunde hoc proue=
nit: puta ex libertate agentis (vt secunda opinio dicit) vel ex parte
mobilis: vt modo dicitur, vel ex mediatione alterius motoris, vt
vltima opinio auer. dicet, nullum inconueniens est. ¶ Sed sunt in
hac responsione adhuc duo dubia. Primum est: quia ex eo ꝙ in
antecedente ponitur virtus infinita motiua, ponitur consequen=
ter mobile adequatum. Motiuum enim ad mobile refertur: vt di
citur. v. meta. cap. de ad aliquid: et sic tertia conditionalis est ve=
ra. Secundum est quia licet tale vel tale mobile certam velocita=
tem sibi determinet: non tamen mobile in cõmuni: ⁊ ideo cõparan
do illam virtutẽ infinitam separatam necessario agentem ad mobi
le in cõmuni, restat dubium, an moueret in non tẽpore, an certo tẽ=
pore. ¶ Ad primũ horum dicitur, ꝙ ratio illa tenet, quãdo vis moti
ua est eiusdem ordinis cum mobili: tunc enim ex suppositione tan
ti actiui, necessario supponitur adequatum proportionalitẽr passi=
uum. Quando autem supponitur tantũ actiuum altioris ordinis,
non opꝫ tantum passiuum supponere: quia quũ passiuum nõ respi=
ciat nisi mediãte actione trãseunte (quã facit vel facere põt in eo)
et virt⁹ altioris ordinis. s. vniuersalis immaterialis, non opꝫ ꝙ ha
beat aut habere possit aliquam actionẽ in passo corporeo sibi ade
quatam, consequens est, ꝙ non necessario supposita tanta vir=
tute motiua immateriali supponatur mobile adequatum propor=
tionaliter. Unde licet motiuũ dicatur ad mobile vniuersaliter: tan
tum tñ motiuum nõ dr ad tantum mobile vniuersaliter: sed quan=
do motiuũ est eiusdẽ ordinis cũ mobili. ¶ Ad scdm dicitur, ꝙ quã=
uis docuerit aristo. in physicis motorem in cõmuni mobili in com
muni cõparare. ⁊ quicquid cõtradicit talibus proportionibus esse
impossibile: non tamen didicimus cõparare mobili in cõi motorẽ
contractum: qualis est iste, de quo loquimur: motor enim est sepa=
ratus a materia. Unde tali motori attribuendum est tale mobile:
puta celum et non mobile in communi. Constat aũt ꝙ tale mobi=
le aliquam sibi certã velocitatem determinat: vt dicitur secũdo ce=
li. tex. xxxix. ¶ Et si curiose queratur quid dicendum sit ad illud q̃=
situm. Dicẽdum est, ꝙ si ille motor applicaretur corpori mobili ab=
solute, ꝙ moueret nulla certa velocitate. Et si dicatur, hoc est im=
possibile: conceditur: q2 etiã antecedens est impossibile: nec est a
nobis vnq̃ꝫ concessum. ¶ Ad alteram obiectionem, qua dicebatur
hanc tertiã opinionẽ esse contra auer. dicitur dupliciter. Primo ꝙ
non est verum nisi per accidens. Auerroys enim ideo dixit ꝙ si
anima celi esset infinite virtutis, moueret in non tempore: quia sup
ponebat ipsam necessario mouere: vnde ex modo agendi supposi=
to tenet apud ipsum cõsequẽtia. Sanc. Tho. aũt loquitur de virtu
te infinita incorporea, abstrahendo a modo operandi: ideo in hac
opinione non sunt ꝯtrarij per se. ¶ Et si dicatur, saltem habetur, ꝙ
ẽm auerroym illa tertia conditionalis est vera. Dicitur secundo ꝙ
hoc est verum: non tamẽ propterea est relinquenda: quoniam ma=
ior est autoritas rationis ꝙ̄ sit auerroys ⁊ omnium philosophorũ
simul. Et puerorum non philosophorum est sequi dicta alicuius,
credendo ꝙ non dixit hoc absq̃ꝫ magna et sufficienti ratione: et re=
linquere argumenta ad oppositũ necessaria, aut prope. ¶ Quar
ta opinio ab Auerroy. xij. metap. cõ. xlj. explanata: duabus distin=
ctionibus censet egere positionem dicentem virtutem motiuam
infinitam absq̃ꝫ motu in non tempore. Prima est modi essendi: vt
scilicet ponatur immaterialis ⁊ nõ in magnitudine. Secũda est mo=
di operãdi: vt scilicet moueat mediate ⁊ nõ immediate. Supponit
eñ oĩa imaterialia agere naturali necessitate: ⁊ sic dicit ꝙ ideo nõ
sequitur motus in non tpe, si ponatur primus motor virtutis infi
nite: quia ille mouet mediante anima celi, modificante in effectu
velocitate: scilicet motus, infinitatem primi. ¶ Sed hec opinio a
sanc. Tho. ⁊ egidio. viij. phy. arguitur insufficientie: a Scoto autẽ in
primo sen. dist. viij. q. vlt. rõne vlt. arguitur falsitatis. Insufficiẽs q̃dẽ
dicitur a sanc. tho. q2 quum aristoteles. viij. phy. duos effectus attri
buerit infinitati virtutis: scꝫ mouere tẽpore infinito in tex. lxxviij. ⁊
mouere in non tpe in tex. lxxix. et auer. ponendo infinitam virtutẽ,
ex mediatione motoris finiti dicat impediri motum in non tempo
re, et nõ impediri motum in infinito tempore: imo dicit ꝙ quia ille
primus motor est infinite motionis, ideo mouet tempore infinito:
et quia ibi est alius motor finitus, ideo mouet in certa velocitate.

Restat assignanda ratio quare mediate mouere non impedit infi=
nitatem temporis, sicut impedit infinitatem velocitatis: qđ auer.
non fecit. Ab egidio vero: quia si deus moueret immediate, non
propterea moueret in non tẽpore: quia motus in non tẽpore est de
genere impossibiliũ. Falsa autẽ dicitur: quia virtus infinita habet
omnem perfectionem cause efficientis, quã habet ipsa cum causa
secunda proxima: et ideo sequitur ꝙ immediate potest causare oẽm
illum effectum in celo per se, quem potest cum anima, ergo et cau=
sat, si necessario agit quicquid potest: vt supponitur: et vltra, si cau
sat illud immediate ergo in non tẽpore: quia virtus infinita agens
ẽm vltimum virtutis sue ⁊ immediate, non potest agere in tempo=
re. ¶ Ad horum autem primũ dici potest, ꝙ quamuis difficile sit red=
dere illius quesiti rationẽ: non tamẽ est impossibile. Difficile qui=
dem: quia ratio ei⁹ nõ potest sumi ex eo ꝙ infinitas tẽporis sit effe
ctus possibilis, infinitas vero velocitatis impossibilis. Ex hoc eñ
non habetur quare mediatio impediat sequelam huius et non il=
lius: licet habeatur quare illud possit fieri et non hoc. Nec potest
sumi ex eo ꝙ aliter attribuitur infinite potentie infinitas tempo=
ris, et aliter infinitas velocitatis: scilicet ꝙ illa attribuitur infinite
potentie siue in magnitudine, siue extra. hec autem in magnitudi=
ne tantum: quoniam dato ꝙ hoc sit verum, apud auerroym repu=
tatur falsum: vt patet ex dictis: et ideo solicitus fuit de virtute im=
materiali infinita quare non mouet in non tẽpore, ⁊ posuit media=
tionem motoris. Nec potest sumi ex eo ꝙ virtus velocitatiua in
infinitum non est cõmunicabilis, virtus autem cõtinuatiua in in=
finitum est cõmunicabilis: quoniam hoc est falsum loquendo de
virtute per se continuatiua in infinitum: qualis est virt⁹ primi mo=
toris. ¶ Impossibile autem non est: quia potest sumi ratio ex eo,
ꝙ ad hoc vt infinitas temporis proueniat ab infinita virtute, suffi
cit per se primo respici ab illa: quod mediatio motoris nõ aufert:
mediatio enim causarum non aufert perseitatem causalitatum.
Non enim ex hoc ꝙ sol ⁊ homo generãt hominem, tollitur persei=
tas causalitatis solis respectu proprij effectus, quem habet in ho
mine. ad hoc autem ꝙ infinitas velocitatis proueniat a virtute in=
finita, exigitur ꝙ virtus illa absq̃ꝫ vlla modificatione attingat mo
tum. Hoc autem motoris mediatio tollit: quia virtus primi moto=
ris modificata in secundo, et non in sua illimitatione attingit mo=
tum. Et sic ex vi mediationis satisfieri videtur quesito, et sufficiẽs
reddi responsio data. ¶ Ad egidium vero dicitur, ꝙ illa ratio non
excludit quin illa cõditionalis sit vera: si deus virtutis infinite mo
ueret immediate, moueret in non tempore supposito eo quod sup
ponit auerroys: scilicet ꝙ agat secundum totum suum posse: vnde
impossibilitas consequentis nihil aliud concludit, nisi ꝙ antece=
dens est impossibile: cuius oppositum probandum erat ab Egi=
dio, si ex impossibilitate consequentis reprehensione dignus cen=
sebatur Auerroys. ¶ Ad secundum autem dicitur, ꝙ aliud est
loqui de perfectione cause, aliud de modo causandi: nec licet ex
perfectione cause ad modum causandi inferendo digredi: sed cõ=
mittitur sophisma figure dictionis. Unde ex hoc ꝙ primus motor
est non minus perfecte virtutis ꝙ̄ ipse cum anima celi simul, non
licet inferre: ergo eodem modo potest solus facere quod facit cum
anima celi: quia aliud est posse, aliud posse tali modo. Et simili=
ter non licet inferre: ergo potest immediate facere quicquid po=
test facere cum medio: quia immediate agere ad modum agen=
di pertinet. ¶ Et si queratur vt arguendo dicebatur, vnde potest
reddi ratio, ꝙ virtus infinita sit alligata tali modo mouendi: scili=
cet mediate. Diceret auer. ꝙ hoc non est ex defectu potentie, sed
ex essentiali ordine connexioneq̃ꝫ causarum et effectuum vniuer=
si: vt in eo saluetur vtrumq̃ꝫ: scilicet et perseitas causalitatis pri=
mi dependentieq̃ꝫ aliorum ab eo, et distinctio causarum effectuũ=
q̃ꝫ cum illarum efficacia, et istorum dependentia ab illis. Nihil
enim horum necessario saluaretur in vniuerso, ordoq̃ꝫ vniuersi ne
cessitate careret, si primus motor infinite virtutis non esset neces=
saria connexione coniunctus medijs causis in causando.
¶ Et si contra hoc instetur: quia vt dicitur in prima propositione li
bri de causis: causa prima plus influit et prius in effectum, ꝙ̄ se=
cunda, ergo si est infinita et agit naturaliter, in primo signo to=
tum effectum totaliter causat, et sic nõ remanet ad quid actio cau=
se secunde terminetur. Responderi potest, ꝙ ex hoc ꝙ causa pri=
ma plus et prius natura influit ꝙ̄ secunda: non habetur, ergo tota=
liter causat ipm, quãtũcumq̃ꝫ ponatur infinita ⁊ naturaliter agens:
accipiẽdo ly totaliter ex pte causalitatis. Tũ q2 non causat ipsum
omni modo, quem effectus exigit ad sui factionem naturalem: nec
ex eo ꝙ totus effectus causatur ab vna causa: habetur, ergo alie cau
se nihil faciunt: q2 faciũt idẽ realiter alio modo. Nõ eñ ideo dan=

tur plures cause essentialiter ordinate eidē, quia aliquid eius fiat ab vna ⁊ aliquid ab alia: sed vt totus effectus secundum quālibet sui rationem habeat propriam ⁊ per se primo causam, quāuis tot⁹ a qualibet fiat secundum rem: vt superius dictum est. ¶ Cum ꝙ infinitas cause prime non largitur necessario nisi efficaciam causalitatis eius in suo ordine. verbi gratia. Quantūcūq; ponatur solis virtus infinita, ex hoc non habetur, ꝙ ipse absq; homine posset producere hominem: sed ꝙ effectum proprium in homine efficacissime sortiretur, ita quantūcūq; ponatur diuina virtus infinita ⁊ necessario agens, ex hoc non subtrahunt actiones secundorum agentiū: sed ponit ipsam omnibus coagere ad omnia que illa agunt alio modo, ⁊ saluat aliquem effectum (puta sempiternitatem) habere per se causam, ⁊ proprium effectū primi esse intimum ⁊ primum in quolibet effectu. Illud aūt quod ibi dicit, ꝙ in primo signo effectus totaliter est a prima causa ⁊c. imaginatiuum magis ꝙ philosophicum quid sonat, non enim alia ratione philosophi (fm quorum intentionem loquimur) dicunt primam causam plus et prius influere in effectum cause secunde ꝙ secundam: nisi q: per se primo effectus prime cause, communioris ⁊ intimioris ac prioris rationem habet in effectu, vt patet in propositione adducta et eius commento: sicut verbi gratia causans per se vitam in homine magis ⁊ prius dicitur influere in hominem, ꝙ causans per se animalitatem in eodem: quia illud est intimius, prius ⁊ cōmunius. ¶ Ex hoc autem nō habetur, ꝙ in illo priori totus effectus fm omnem rationem habet sufficientem causam per se, ⁊ ꝙ alie superfluant: etiam si dans vitam esset virtutis infinite, dato etiam ꝙ speciali causalitate attingeret hominem. Quod tamē est erroneum in philosophia: q: causa prima non attingit effectum cause secunde, nisi media actione cause secunde: quamuis magis ⁊ prius propter rationem dictam. ¶ Colligendo ergo respōsionem ad primum argumentum principale, dicimus tripliciter responderi posse, vel tenēdo primum motorem mouere libere, vel non considerando hoc, tenendo ipsum esse immaterialem, vel tenēdo ipsum mouere mediate. Et ꝙ nulla harum aristo. repugnat. Auer. autē sola prima, quamuis tertia ab ipso habeatur. ¶ Ad secundum argumentum principale dicitur, ꝙ tenendo viam auerroys de necessaria cōnexione virtutum agentium ⁊c. manifeste patet, ꝙ non ponitur in rerum natura aliquid possibile fm potentiam actiuam, quin ponatur fm potentiā passiuam, ⁊ ꝙ infinitati potentie diuine respōdet potentia passiua celi ad sempiternitatem motus: nec est alius effectus in motu possibilis ex illa virtute accepta, fm omnes conditiones necessario ipsam comitantes in rerum natura. ¶ Tenendo autem alias respōsiones, iam patet responsio dupliciter. Primo admittendo ꝙ omni potentie actiue respondet passiua: sed nō quo ad omne quod esset absolute possibile ex illa virtute fieri, ⁊ sic potentie infinite motiue respondet potentia celi quo ad sempiternitatem motus: non autem quo ad omnem gradum velocitatis, ꝙ posset fieri ex illa virtute absolute. Et huius ratio ex dictis haberi potest: quia potentie actiue vniuersali altioris ordinis: non oportet respondere passiuum corporeum capax totius eius virtutis quo ad omnia: quia non per se primo respicit effectum particularem: vt dictū est, ⁊ est philosophie principijs satis conforme. ¶ Secundo potest dici, ꝙ licet omni potentie actiue respondeat possibile, non tamen potentia passiua. vt patet de productione intelligentiarum a deo: siue ab eterno, siue in tempore. Et hoc propter rationē dictam. Nec tamen oportet respondere aliquod vnum possibile adequatum: sed vt ex dictis patet, virtuti infinite respondet infinitum possibile, non sic ꝙ possit produci aliquod infinitum nisi duratio: sed sic ꝙ nullis finibus possibilium producibile ab ipsa arctatur: sed quocūq; producto potest perfectius producere ꝙtum est ex ratione virtutis actiue. Et hoc modo ꝙtitas virtutis in effectu manifestatur: ⁊ non primo modo tantum. ¶ Quod vero in vltima confirmatione dicitur, proportionaliter intellectum propositū magis confirmat ꝙ impugnet: q: quemadmodum mobile infinita velocitate potest dupliciter intelligi (vno modo ꝙ possit actualiter infinita velocitate moueri, alio modo sic ꝙ quacūq; velocitate motum potest velocius moueri) ⁊ primo modo impossibile est ponere mobile, secundo vero est possibile, ita est de motiuo ꝙ. s. impossibile est dare motiuum infinita velocitate primo modo, sed secundo tantum: quod etiam oportet esse infinite virtutis. ¶ Et aduerte, ꝙ de facto fm philosophos huic argumento dicendum est, ꝙ potentie infinite respondet in rerum natura effectus infinitus s. tempus infinitum motus celi per se productum, ⁊ potentia passiua celi ad hoc. Et ꝙ hoc est sufficiens manifestatiuum infinitatis virtutis: vt patet ex dictis. Cetera autem pro vere philosophantiū quiete dicta sint. ¶ Ad tertium principale dicitur, ꝙ licet solo tertio modo arguatur ibi fm mentem auerroys, ⁊ nec etiam illo modo habeat intentum, attamen singulis ordinate respondendū est, premissa prius intentione illorum verborum fm veritatem. Intēdit igitur ibi auer. loquens de proximis motoribus orbium, non excludere infinitatem vigoris a deo: qui nullius orbis est anima. Sed concludere infinitatem vigoris nō sequi ad motorem tpe infinito: ex hoc ꝙ motor infiniti vigoris habet necessario infinitam potentiam, ⁊ consequenter infinitam naturam. Ex hoc enim sequitur, ꝙ si motor tpe infinito necessario esset infiniti vigoris, ꝙ haberet ⁊ potentiam ⁊ naturam infinitam. Et quum plures sint motores tempore infinito, sequeretur vlterius ꝙ ex positione plurium motorum celestium tempore infinito, non haberentur propria naturis motorum: sed hoc tantum ꝙ sunt motores infiniti. Et sic vlterius sequeretur, ꝙ nō esset ibi multitudo motorum, nec diuersitas proportionum motorum ad mobilia: sed motus in non tpe ⁊c. Et tenent consequentie vt ibi: quia tunc illi motores conuenirēt in natura ⁊ potentia infinita intensiue, quemadmodum modo de facto conueniunt in immobilitate: ex qua habent ꝙ possint continuare motum tempore infinito. Et sic non esset vnde differrent abinuicem. Hec est sententia auer. ibidem: vt patere potest cuilibet exercitato, ex qua non habetur primum motorem esse vigoris finiti. ¶ Ad primum ergo modum arguendi ibi tactum, dicitur ꝙ non sunt in eo tot verba quot errores. Consequentia primo nihil valet. Propositio deinde dicens, ꝙ quelibet pars infiniti est infinita, licet sit vera de parte aliquota, non tamē iuuat cū alia coassumpta. s. infinitū non est maius alio infinito. Patet enim in quātitate permanēte, ꝙ si ponatur linea infinita vtrinq; versus oriens et occidens, et secetur in directo puncti meridiei, ꝙ vtraq; pars est infinita, et tota est maior vtraq; parte. Et similiter in quātitate successiua, si secetur in termino decime hore huius diei totum tempus eternum, vtraq; pars est infinita: et tamē totū temp⁹ est maius qualibet earū. Falsum est ergo cōparando infinitū simpliciter infinito fm qd, quale est pars aliq̄ta infiniti, ꝙ vnū non sit mai⁹ alio: ⁊ q: talis ē cōparatio in ꝓposito nr̄o, patet nihil cōcludi. ¶ Et vt ostēdat quant⁹ error in hoc sophismate lateat, adhuc declaratur, ꝙ etiā cōparando infinitum simpliciter infinito simpliciter, stat vnum esse maius alio. Numerus enim reuolutionū lune est maior numero reuolutionum saturni (⁊ loquimur de motu proprio) ⁊ tamē vterq; est infinitus fm ponentes motū eternum. Antecedens patet: q: singulis reuolutionibus saturni respōdent amplius trecente sexaginta reuolutiones lunares: qm̄ ille singulis triginta annis vnam complet: illa vero vigesimo octauo quoq; die vel circa suam peragit. Unde diuus Tho. preclare docet in tertia parte. q. x. art. iij. ad tertium, ꝙ non est proprietas infiniti non excedi simpliciter, sed non excedi in illo ordine, in quo ponitur. Et fundat hoc sup textu. xxxviij. ⁊ xxxvij. tertij phy. vbi dicitur, ꝙ infinitum nō est vt substantia, sed vt accidēs querendum: accidētis autem propriū est qualificare id cuius est accidens. Et ꝓpterea quēadmodum infinitas adueniens alicui, puta diebus, non infinitat nisi numerum dierū: ita impossibilitas infinitatē consequens non ponit nisi in ordine dierū. Et ꝓpterea infinitis dieb⁹ simpliciter, non possunt dari plures dies: sunt tamē multo plures hore illorū dierum ꝙ ipsi dies. Et similiter infinitis horis nō dantur plures hore: sunt tamen multo plura minuta illarum horarū ꝙ hore ipse. ¶ Nefas quoq; esse videtur, conditiones totius ⁊ partis in impartibili et summe perfecto, ac per hoc vocato quanto virtualiter, requirere: quum non maius quid sit totum hoc: deus bonus, sapiens, viuus, ꝙ hoc solum, scilicet deus, aut econuerso: siue ponatur finite virtutis siue infinite: quia non equalis, sed eadem est perfectio rei illius et omnium que eius sunt. ¶ Ad secundum vero modum arguendi dicitur, ꝙ sicut tactus quantitatiuus, quia secundum extrema est, expellit id in quod fertur, tact⁹ autē virtualis, q: interiora penetrat, magis conseruat et firmat si contrarius non est tacto: ita infiniti corporei propriū est, sic omnia occupare, vt omnia excludat, nihil secum cōpatiens: infiniti vero virtualiter, ⁊ ꝓprium est sic oīa implere, vt ea faciat virtuosa et cooperantia, ⁊ modificantia illimitationem suam in effectib⁹. Unde ex infinitate virtutis non excluduntur alia actiua, sed magis ponuntur: vt superius quoq; dictū fuit. ¶ Ad vltimū aūt dicit, ꝙ dupliciter pōt poni distinctio formalis. Uno modo sicut aliqua principia aliquid, ꝓprijs constitutiuis diuersificantur: sicut homo differt ab equo, ⁊ albedo a nigredine. Alio modo sicut aliquid per essentiam distiguitur ab alijs que sunt talia per participationem: sicut homo separatus distingueretur a singulis hominibus. Di-

stinctio primo modo est causa finitatis vtriusq; extremi: et de hac est sermo auerroys ibidem. Scdo modo non infert finitatem nisi vnius extremi: scilicet participantis tm̄. Illud autem quod est per essentiam, ex hoc ipso q purum est, ab aliis distinguitur absq; aliquo finiente et contrahente. Et licet ab infinito nullum positiuum excludatur virtualiter, multa tamen excludūtur formaliter: quibus participantia ipsum ab ipso distinguunt, excellentiori modo omnia prehabente. ¶ Ad quartū principale dicit, q ɔ̄sña nihil valet. Et ad probationē, cōcessa suppositione, negat minorē: scilicet q distantiū ab aliquo in infinitum, alterū non sit altero propinquius illi: vt patet manifeste & in quantitate permanēte et successiua. In permanēte quidem, si ponatur linea infinita ex parte septētrionis, constat q tam pars intercepta sub tropico cancri, et circulo equinoctiali, q̄ pars intercepta inter circulum equinoctialem & tropicum capricorni, in infinitum distat a quantitate linee infinite versus septentrionem: & tamē dubiū non est quin pars sub tropico cancri esset illi propinquior: quia minorem viam actura esset, si ad infinitam attingendam moueretur. In successiua vero, quum tam dies hesternus q̄ hodiernus in infinitum distet ab eterno tempore preterito, constat tamen q propinquior hesternus fuit q̄ hodiern⁹ & hodiernus q̄ crastinus. Alioquin mund⁹ quotidie non esset maioris durationis, nec aliquid antiquius altero simpliciter: que sunt cōtra sensum. ¶ Est autem ratio quare stat inter aliqua esse distantiam infinitam, & tamen vnum altero magis distare, quia distantia illa non est infinita vtrinq;, sed ex vna parte tantum: sicut contingit in proposito, & in instantiis adductis. Hic enim & ex parte infiniti habetur ratio infinite distantie ceterorū ab illo, et ex parte finitorum habet ratio maioris appropinquationis ad primum: vt patet in exemplis adductis: quia enim tempus preteritum est infinitū, ideo infinita distātia est a parte ante inter singulos dies & ipsum: quia vero hodiernus dies finit hinc tempus elapsum, ideo est finita distantia a parte post. Et consequenter ex ista parte potest accipi ratio, quare est propinquior eterno elapso q̄ dies crastinus. ¶ Et similiter est de distantia inter deū & creaturas. Ex parte siquidem dei infinite distantie ratio habetur: ex parte vero creature distantia finitur. Et ideo hinc sumitur, q vna est propinquior altera primo enti infinito. ¶ Vñ posset cū distinctione dici ad minorem, q distātia infinita est duplex: scilicet infinita vtrinq; seu simpliciter, & infinita ſm quid seu ex altera parte tantum: et q quamuis primo modo sit vera, secundo tamen est falsa: et sicut est ad propositum. ¶ Ad quintum principale dicitur breuiter, q omnes autoritates auer. in hac re, excepta illa octaui phy. qua dicitur non esse virtutis finite nec infinite: loquuntur de motoribus proximis ad est animabus celorum: vt ipsemet auer. in commē. xli. duodecimi dicit: quum post distinctionem motoris infiniti a finito, subdit q proportio inter motorem & mobilem in celestibus, est propter motorem finitum: & q propter ipsum dixit aristo. in. ii. celi, q primus orbis esset in labore &c. ¶ Vel & clarius (licet in idem redeat) dicēdum, q ideo sepe auer. negat dari motorem infiniti vigoris, sic q possit semper velocius mouere: non ex defectu potentie primi motoris, sed ex ordine essentiali causarum & effectuum, & finitate motorum proximorum. Ex his enim fit, vt quēadmodum negatur. ix. meta. cōmen. vii. deum posse producere muscam, non ex defectu potentie, sed ex ordine essentiali causarū et effectuum exigente talem effectum fieri mediā te corpore celesti mobili: ita nihil min⁹ negari simpliciter ab ipso potest, q motor aliquis possit semper velocius mouere. Non ex defectu potentie primi motoris, sed quia non potest mouere nisi mediante anima celi in qua modificatur virtus eius. Et sic nullus motor restat potens maiorem velocitatem facere: quamuis primus sit vigoris infiniti. ¶ Illud vero quod in commē. lxxx. octaui physicorum dicitur: scilicet q motor immaterialis, nec finitus nec infinit⁹ dici potest: quamuis sonet quid falsum & ridiculosum, et propterea reprehensum sit a multis. Quidam extorquentes intelligunt ea ratione dictum de solo deo: quia non est virtutis actiue, sed tantum mouet vt finis. Quidam vero, quia non est virtutis actiue respectu velocitatis motus, de qua ibi est questio: sed tantum sempiternitatis motus. ¶ Ego autem nolens auerroim thomistā facere, neq; me auerroistam, sʒ veritatem solam sequi (quantum cognoscere potero deo concedente) puto id tunc voluisse auerroim, quod sepe mētem meam pulsauit: tanq̄ de aristo. officina veniens: scilicet q virtutes immateriales non sunt quante virtualiter, & consequenter nec finite nec infinite. Non simpliciter: sed eo modo quo sunt quāte virtutes corporales: scilicet q non sunt proportionales motib⁹: vt scilicet quāto maior motus, tanto virtus immaterialis maior: quēadmodum est in corporalibus, sed sunt altioris ordinis virtutes. ¶ Et hoc modo saluari videtur processus aristo. viii. physi. quia quum sufficienter excludat ex textu. lxxviii. & lxxix. q nulla virt⁹ corporea potest mouere tempore infinito, ex eo q talem virtutem oportet esse infinitam, et ad hoc sequeretur motus in non tempore, et de facto supponatur virtutem motiuā celi mouere tempore infinito: restat q virtus illa sit extra ordinem virtutum corporearum: quarum nulla potest hoc facere: quia nec finita, nec infinita. Et consequenter habetur q sit impartibilis, & nec finita, nec infinita: etiam de virtuali quantitate loquendo, eo modo quo virtutes corporee: alioquin eodem modo posset argui de virtute corporea sicut de corporea. Et secundum hoc quum in textu vltimo octaui physicorum dicitur motorem celi esse potentie infinite: ly infinite pure negatiue teneri debet, id est non finite. ¶ Hanc credo fuisse tunc mentem auerrois: quam tamen (quia vidit postmodum non esse veram, vt ex superadictis examinando rationem aristotelis, et commenti. xli. deduci ab exercitatis pōt ex medio termino aristot.) ideo in. xii. meta. commutauit in melius, admittendo ibi finitatem & infinitatem virtutis & proportionis. ¶ Et sic sit finis presentis questiōis: anno salutis. m. cccc. xcix. die. x. Septembris: Papie, in conuentu sancti Apollinaris. Ad dei gloriosi laudem & honorem: & eorum temeritatem retundendā, q̄ philosophiam suo ingenio metiri presumentes, non verentur dicere virtutem infinitam non esse in rerum natura quia est ens impossibile secundum principia philosophie. Iam enī patet, q nullo philosophie principio negato, nō solum sustentatur: sed etiam ex sensibilibus probatur. Erubescant ergo.

¶ Thome de vio caietani cardinalis sanc. Xisti due questiones: scilicet an in rebus naturalibus detur potentia neutra, & an potentia receptiua actuum supernaturalium sit naturalis.

¶ Utrum in reb⁹ naturalibus detur potentia neutra. Mō j.

VErta primum Articulum prime questionis remāsit tractanda questio de potentia neutra. Unde queritur, Utrum in reb⁹ naturalibus detur potentia neutra. ¶ Circa quam difficultatem quatuor agenda sunt. Primo declarabitur titulus questionis. Secundo ponetur opinio scoti. Tertio probabitur opposita opinio. Quarto respondebitur obiectis.

Quo ad primum.

Res naturalis sumit hic vt distinguitur contra artificiales. ¶ Inueniri vero in rebus naturalibus, sumitur pro inuentione reali in singularibus naturalibus simpliciter. Et hoc ad differentiam eorū que dicuntur in abstractione: sicut contingit de proprietatibus quantitatis vt sic, et aliis similibus: que tñ in rerū natura actualiter non inueniuntur. ¶ Potentia in proposito sumit pro potentia receptiua. ¶ Neutralitas inclinationem naturalem respectu vtriusq; actus, scilicet huius et oppositi negat, non simpliciter, sed in potentia receptiua vtriusq;. Dico autem hoc: quoniam dupliciter contingit imaginari potentiam aliquam neutram. Primo per negationem potentialitatis ad vtrumq;: quemadmodum colorabile, nec ad grauem nec ad acutum sonum est in potentia. Et sic non vocatur potentia neutra, sed potentia nulla: colorabile enim nō est receptiuum sonorum. Alio modo per negationem inclinationis in potentia receptiua vtriusq;: sicut si poneremus aliquam superficiem receptiuam albi et nigri, et tamen ad neutrum inclinatam: et hec proprie vocat potētia neutra. ¶ Est ergo sensus questionis, an inueniatur aliqua singularis potentia in rebus naturalibus, receptiua alicuius actus, & tamen nec ad illum nec ad oppositum inclinetur. Hec de primo.

Quo ad secundum.

Scotus in prologo primi sent. quest. j. et in. ij. dis. ij. quest. vj. tenet dari potentiam neutram: ponens q potentia receptiua relata ad actum aut est naturalis, aut violenta, neutra. Naturalis quidem si naturaliter inclinetur in illum. Violenta vero si ille sit contra eius inclinationem naturalem. Neutra vero si neq; inclinetur ad istam formam quam recipit, neq; ad oppositam. Exemplum primi: vt motus deorsum lapidis. Exemplum secūdi, motus sursum eiusdem. Exemplum tertii: superficies respectu albedinis & nigredinis. Etenim manifeste patet inueniri in angelis talem potentiam: eo q potentia passiua, que est in angelo ad essendum in loco neutra est. Quod probat dupliciter: tñ quia tale passiuum non inclinatur naturaliter ad istam formam vel oppositam: tum quia si esset in aliquo loco naturaliter, esset in alio loco violenter. Et probatur sequela per Auicennam, ix. meta. volentem, q si mot⁹ celi esset naturalis, terminaretur ad quietem naturalem, et

lem,et motus ab illa esset violētus. Posset quoq; multipliciter argui pro hac opinione,sed quoniam stabiliendo oppositam habetur solutio omnium,ideo hec sufficiant de secundo.

Quo ad tertium

Propono vnā propositionem: et vnam distinctionem:ex q̄bus probabit intentū. Propositio igit est hec, Omnis potentia rei naturalis respicit per se primo et naturaliter aliquem actum. Probatur quo ad primam partem:quia vt dicitur .ix.metap.tex.xiij.potētia diffinitur per actum. Actus nāq; diffiniens potentiam,proculdubio est per se primo respectus ab illa:quoniā neq; actus per accidens,neq; actus per se secundo,illi equiualet. Quo ad secundā vero partem(scilicet naturaliter)probatur:quia ex secundo physi. text.lxxviij.vnumquodq; sicut agitur,ita aptum natum est agi, et econtra : sed potentia fit a natura et est propter actum : vt patet .ix. metap.textib⁹.xv.et.xvj.ergo potētia naturalr fit et est ꝑpter actū, ergo propter actum,quē ꝑ se primo respicit:et sic oīs potētia naturalr respicit suū per se primo actū. Totus processus clarus est ex allegatis et traditis in.ij.phy.quomodo natura agit propter finē: et quo pacto ea que a natura aguntur propter finem, naturaliter inclinantur in finem ⁊c. Distinctio vero est.q̄ potentia receptiua potest comparari quattuor modis ad actus. Potest enim colorabile(verbi gratia)comparari ad colorem,ad species coloris,ad contrarium coloris,et ad disparata scilicet sonos. Si comparetur ad colorem,sic comparatur naturaliter et per se primo. Si ad speciē eius,naturaliter quidem,sed non per se primo. Si ad cōtrarium, violente. Si ad disparata,nulliter nisi forte per accidens. Nec hec egent probatione:quoniam per se sunt nota ex terminis : nisi quis obijciat actus ad quos potentia se habet obedientialr. Sed quoniam de hoc erit sequens questio,nec hi locantur a scoto sub potentia neutra,ideo nihil proposito obstāt. Ex his autem deducitur opposita opinio:scilicet q̄ omnis potentia in rerum natura relata ad actum receptibilem in ea,aut est naturalis aut violenta:ita q̄ nulla est neutra. Omissa pro nunc potentia obedientiali : vtpote non spectante ad presens propositum. Probatur autem hec conclusio sic. Omnis potentia receptiua alicuius actus, aut respicit illum per se primo,aut per se secundo,aut contrarium his:sed tam actum per se primo respectum q̄ per se secundo, respicit naturaliter,et contrarium eis respicit violenter:ergo omnis potentia receptiua alicuius actus,aut est naturalis aut violenta. Minor,est per se nota. Et maior probatur sic. Si daretur quartum genus actuū receptibilium in aliqua potentia, illud esset actus disparatus ab eo quem per se primo respicit illa potentia:sed hoc esse non potest: ergo potentia non potest recipere nisi illa tria numerata. Q; autem hoc sit impossibile,patet inductiue. Colorabile enim nullam habet potentiam ad sonos,neq; calefactibile ad colores:et sic de alijs. Et probatur ratione:quia potētia vnius generis non est ad actus alterius:vt patet.xij.metaph.in tractatu de principijs predicamētorum. Et quoniam rationi hec consonant,ideo hanc sequamur viam. Et hec de tertio.

Quo ad quartum.

Respondetur,q̄ distinctio illa trimēbris est voluntaria quo ad tertium membrum. Nec id quod adducitur de superficie iuuat:quoniam aliud est loqui de superficie absolute : et aliud de superficie physica tali in rerum natura inuenta. Superficies enī absoluta non solum abstrahit ab albo et nigro, sed etiam ab omni sensibili:et rursus aliqua superficies est que repugnat colori omni: vt patet de superficie celi. Itaq; loquendo de superficie tali: id est colorabili, dicitur q̄ vt sic non est indifferens ad album et nigrum per exclusionem inclinationis naturalis, sed per exclusionem maioris ad vnum q̄ ad aliud : quoniam huiusmodi superficies respicit naturaliter colorem,et omnes species eius,sz colorem per se primo,speciem vero per se secundo. Et simile est de materia prima respectu diuersarum formarum substantialium: ipsa quidem per se primo respicit formam per motum aut mutationem acquisibilem quouismodo,per se autem secundo respicit hanc et illam formam. Et sic naturaliter inclinatur in omnes : et indifferens est ad omnes aut multas,non per exclusionem inclinationis naturalis ad eas, sed per exclusionem maioris inclinationis ad vnam q̄ ad aliam. Ad id vero quod adducitur de potentia locabili in angelo,dicitur q̄ falsum supponit:scilicet in angelo esse potentiam passiuam respectu ipsius vbi. Ut enim in tractatu de angelis dictum est, angelum esse in loco , non est ipsum recipere aut pati,sed operari,seu virtualiter tangere locum. Unde non oportet solicitari nisi de actiua potentia angeli : quam constat esse naturalem, libere tamen exercitam. Quamuis ea que adducuntur a scoto ad probandum suum intentum de angelo,non cogant: quoniam hec consequentia formaliter non valet, A.est naturaliter in vno loco,ergo est violenter,in aliquo alio : vt patet de singulis partib⁹ orbis lune. Quelibet enī est naturaliter in occidente et similiter in oriente,et tamē nullibi violenter:et mutat locū subiecto et ratione. Nec confirmatio ex auicen.conuincit:quoniam non nisi de motu mere naturali verificatur dictum eius. Motus enim celi naturalissimus est ex parte principij passiui(ita q̄ ex hac naturalitate redditur ratio(quare in eo nullus est labor mouenti:vt patet secundo celi text.xij.)quamuis ex parte principij actiui sit animalis. Unde hoc magis ad oppositum intenti scoti videtur : quoniā sic motus angeli esset naturalis ex parte principij passiui absq; sequela inconuenientium,sicut de motu celi dicimus. Hec de quarto et de tota questione.

¶ Utrum potentia receptiua actuum supernaturalium,sit potētia naturalis. Questio ij.

Tertia Eundem articulum querendum erat , Utrum potentia receptiua actuum supernaturalium , sit potentia naturalis. ¶ In qua questione quattuor agēda sunt. Primo declarabitur titulus. Secūdo recitabit opinio scoti. Tertio examinabit. Quarto rñdebit q̄stio.

Quo ad primum

Potētia receptiua hic sumitur formaliter vt receptiua est quicquid sit de ipsa vt electiua actus. Actus supernaturalis dicitur,quem non potest ſm nature cursum adipisci:vt gratia,charitas,visio dei, et reliqua huiusmodi. Potentia naturalis vocatur non subiectiue: id est potentia nature:sed,formaliter:id est potentia naturaliter inclinata. Ita q̄ sensus questionis est, Utrum potentie in rebus naturalib⁹ inuente in quibus recipiūt actus supernaturales , naturaliter inclinentur ad illos. Hec de primo.

Quo ad secundum

Scotus in primo,quest. j.prologi:et in.iiij.distinc. xlix.in pluribus locis tenet affirmatiuam partem questionis. Putat namq;,q̄ potentia comparari potest ad actum recipiendum,et agens impressiuum actus.et q̄ in prima comparatione nulla est supernaturalitas,sed potentia est,vel naturalis , vel violenta, vel neutra. In secunda autem comparatione est differentia naturalitatis a supernaturalitate:quoniam si comparatur ad agens naturaliter impressiuū,est naturalitas:si nō naturalr impressiuū,est supernaturalitas. Cōfirmatq; positionē suā ex hoc,q̄ potentia receptiua actus supnaturalis,seipsa est receptiue capax illi⁹:et naturaliter ꝑficitur ꝑ illū cum hz,et naturaliter appetit illū. Ex his manifeste sequit,ergo naturalr inclinat in illū,et ergo est potētia naturalis respectu illi⁹. Singula autē assumpta ꝓbant. Primū q̄dē: q: nullo eget potentia anime medio ad recipiendum charitatem: et similiter intellectus respectu luminis glorie ⁊c. Secūdū ꝓbo: q: potētia naturaliter perficitur per actum qui est ei⁹ perfectio. Tertium autem:quia vnumquodq; appetit naturaliter suam perfectionem.sed maxime naturaliter appetit maximam perfectionem,ex principio metaphysice.sed actus supernaturalis,vt visio dei ⁊c.est maxima perfectio.ergo ⁊c. Sumus igitur secundum hec in naturali potentia ad supernaturales perfectiones : non possumus tamen acquirere eas nisi supernaturaliter:quia oportet acquisitionem hanc ab agente supernaturali scilicet deo glorioso causari. Hec de secundo.

Quo ad tertium.

Tria minus bene dicta in prestata opinione videntur:scilicet principalis conclusio et eius probatio,et vsus vocabulorum. Male in primis vtitur ly supernaturale,dum omnem actionem dei ad extra supernaturalem vocat:quia deus est agens non naturale, sed liberum. Constat namq; quod alia est distinctio naturalis contra supernaturale,et alia naturalis contra liberum. Primo namq; modo anima formis producitur naturaliter,secundo autem non. Unde nisi vocabulis abuti velimus ad placitum cuiusq; , supernaturale est quod supra facultatem ordinis creaturis debiti in eis est. Omnes enim naturalia a supernaturalibus distinguimus frequenti vsu per hoc quod aliquid fit secundum debitum nature ordinem, et aliquid fit supra illum. Ratio deinde assumpta manifeste aut falsa est,aut petit principium. Quum enim dicit,quod potentia naturaliter perficitur per suum actum,et similiter appetit suam perfectionem:aut ly suum significat suum per informationem actu vel potentia,aut suum per naturalem proportionem seu inclinationē. Si primo modo,falsa est maior:graue enim existens sursum ,non

Alberti egidij sequaces. Quinq; opiniones naturales de subiecto philosophie naturalis adequato.

vero ens tantum abijciunt, corpus mobile subiectum philosophie ponunt. Et hi adhuc diuisi sunt dum quidam ly mobile passionē significare concedunt: quidam autem rationem formalem corporis physici supponere contendunt. Mobile autem tantum abijciētes, sunt qui ens naturale subiectum dicunt. ☞ Sunt ergo quinq; opiniones naturaliter loquentium: scilicet thomistarum, tenentium ens mobile: et albertistarum, dicentium corpus mobile: et modernorum multorum, dicentium substantiam naturalem seu sensibilem: et quorundam etiam modernorum asserentiū corpus physicum seu naturale: et eorum qui ens naturale subiectum credunt.

Quo ad secundum Cum ens mobile cōplexionem quandam nominum contineat, singula distinguenda sunt. Et primo quidem circa ly mobile triplici opus est distinctione. ¶ Prima est ꝙ cū mobile motum respiciat, sicut motus sumitur dupliciter: scilicet proprie, vt distinguitur contra mutationem in .v. physic. et ad tria tantum genera esse dicitur, et communiter, vt continet in se et motum proprie dictum et mutationem scilicet generationem et corruptionem: ita mobile dupliciter sumi potest. In questione tamen ista sumitur communiter: prout idem est, quod mutabile physica mutatione. ¶ Secunda est: ꝙ aliquid potest dici mobile dupliciter: scilicet subiectiue: quod scilicet est subiectum motus: et terminatiue: quod scilicet est terminus alicuius mutationis. ☞ Et quamuis prima facie mobile sonet subiectum motus, si tamen restringendum est in proposito, magis tenendum est terminatiue q̃ subiectiue: vt ex dicendis apparet. Judicio tamen meo indistincte tenendum est: non ea ratione vt sit commune ad omnia quomodocumq; mobilia: contineatq; vt partes subiectiuas materiam et formam &c. (quia hoc est contra sanc. Tho. in primo physic. super text. consil. vj. vbi in diuisione litere expresse dicit, ꝙ in primo libro phy. agitur de principijs intrinsecis entis mobilis, scilicet de materia et forma: ex hoc aperte insinuās ens mobile quod est subiectum philosophie, non esse totum vniuersale respectu materie et forme, sed totum integrale seu essentiale) sed ea potius ratione: vt scilicet illa notissima sui acceptio supponatur: quam ex sensu supponere oportet: perhibent enim nobis sensus mobilia esse, an autem subiectiue an terminatiue mutentur ea que moueri videmus, ratione magis discernitur q̃ ex sensu habeatur. ¶ Tertia est, ꝙ mobile equiuocum est nomen ad aptitudinem ad motum et ad fundamentum illius aptitudinis: sicut si risibile significaret aptitudinem ad ridendum, et rationalitatem, que est eius fundamentum. Quid autem mobile in proposito significet, difficile est hac sola questione elucidare. Quamuis enim impossibile sit subiectum et passionem simul accipi pro subiecto in aliqua scientia, sic ꝙ totum aggregatum subiectum sit (quia oportet subiecti vnam esse rationem formalem, et ex quod quid est subiecti, et quid est passionis vna ratio formalis constitui nequit) nihil tamen prohibet aggregatum ex subiecto et passione, subiectum sic cōstitui, vt passionis quod quid est, sit ratio formalis subiecti, in illa scientia. ☞ Et hoc modo intelligi potest mobile passionem significare in proposito: ita ꝙ mobilitas que est passio, sit ratio formalis enti vel corpori ꝙ sit subiectum philosophie naturalis: vnde solet fieri reduplicatio supra ly mobile, dicendo ens aut corpus mobile inquantum mobile est subiectum physice. ☞ Suadetur autem in proposito sic sumi mobile ex subiecto mathematice: sicut enim physica est de entibus in eo ꝙ mobilia, ita mathematica est de entibus in eo ꝙ quanta. Cōstat autem mathematice sic esse subiectum ens quantum: vt quantitas ipsa que substantie materialis passio seu proprium accidens est, ratio formalis subiecti mathematice sit. Erit ergo physice subiectum ens aptum moueri, sic ꝙ aptitudo ad motum ratio formalis subiecti sit. ☞ Et confirmatur hoc magni alberti autoritate: qui in .j. physic. distinguens corpus in metaphysicum, mathematicū et physicum, mobilitatem quam rationem formalem subiecti dicit, posteriorem corpore quanto naturaliter dicit. Nec obstat ꝙ eiusdem scientie est considerare de passione et subiecto eius: quoniam hoc intelligitur, quando tractatur de passione vt passio est: non autem quando passio primum subiecti locum tenet: vt patet de quantitate in mathematica, que de substantialibus principijs subiecti eius a quo fluit, non se impedit. ☞ Similiter non obstat ꝙ perfecta cognitio de re non habetur absq; quod quid est subiecti: hoc enim non est sic accipiendum, vt omnis cognitio circa illam sit imperfecta, ita ꝙ non sit euidens et scientifica: sed vt absq; quod quid est subiecti, consummata omnimodaq; notitia de re haberi non possit. Quod physice accidere non inconuenit: quoniam mathematice hoc conuenire certum est: mathematicus enim ignorat, an quantum sit substantia vel accidens, et quantitatis subiectum &c. et tamen certissimus est omnium: vt dicitur in secundo metaph. text. et consilio vltimo.

¶ Sed contra hanc viam est, ꝙ secundum eam ad philosophum naturalem non pertineret considerare aliquod predicatum quidditatiuum cuiuscumq; substantie: nisi forte aliqua substantia sit, de qua quidditatiue predicaretur aptitudo ad motum: et consequēter philosophia naturalis non esset de substantia, sed esset de accidente, quemadmodum mathematica. Si enim mobilitas (id est aptitudo ad motum) que passio ponitur entium naturalium, ratio formalis subiecti physice acceptatur, non licebit physico de ratione adequati subiecti eius differere: quia illa prior est, ac per hoc descendendo a mobilitate in communi ad talem vel talem mobilitatem in specialibus partibus philosophie naturalis, non licebit ad quod quid est talis vel talis subiecti descendere: sed quemadmodum adequati subiecti mobilitatis quod quid est omissum fuerat, pari ratiōe specialia quod quid erat esse subiectum talium mobilitatum omittenda sunt: quoniam nulla pars alicuius scientie tractat de aliquo priori propria ratione formali. ☞ Nec video quomodo possit huic rationi satisfieri, nisi tenendo ꝙ metaphysice est considerare quod quid est in particulari. Quod quia non credo verum, idcirco puto melius tenere, ꝙ mobile in proposito non significat ipsam aptitudinem ad motum, si est passio: sed eius fundamentum. Cum enim ista aptitudo quam mobilitatis nomen sonat, quibusdam entibus repugnet, scilicet separatis a materia, et quibusdam non, scilicet materialibus, et de entibus materialibus (puta homine et boue) non reputetur predicari substantialiter: consequens est, ꝙ aliquid precedat in eis, ex quo ipsa aptitudinem hanc sortiantur: et hoc fundamentum mobilitatis est. ☞ Notanter autem dixi non reputetur: quia communi voci satisfacere volens distinctionem hanc mobilitatis pertractaui. In x. siquidem metaph. text. vlt. sub dubio relinquitur, an corruptibile sit substantia, an in substantia id est sit de substantia rei, aut eā sequatur: vt exponit auerroys. Corruptibilitas autem quedā mobilitatis species est, vel mobilitas ipsa: secundum illud .viij. physic. tex. consilio. xxv. in omni motu corruptio est. Sanctus tho. etiam ibidem inter substantialia predicata corruptibile ponere videtur. ☞ Aristoteles quoq; in primo physic. tex. viij. idem sentire videtur: dum dicit, ꝙ ad naturalem non spectat probare mobilitatem: hoc enim non esset verum, si mobilitas esset passio preueniens a formali ratione subiecti philosophie naturalis: posset enim per illam rationem a naturali philosopho probari. Nisi forte quis dicat dictum Aristot. non esse verum per se, sed per accidens: quia scilicet est passio notissima. Sed hoc non est tutum: tum quia non est sermo per accidens consuetus Aristot. tum quia saltem defendere mobilitatem pertineret ad philosophum naturalem, et non ad metaphysicum: sicut et quamlibet passionem subiecti proprij quilibet artifex defendere debet. ☞ Nec obstat ꝙ sit passio per se nota de adequato subiecto: quoniam per se notum et non per se notum, faciunt quidem differentiam quo ad probari vel non probari posse aliquid: vt patet in .ij. physic. text. consilio. vj. non tamen faciunt differentiam quo ad defendere vel non defendere: quoniā si occulta tuenda sunt, manifesta magis sunt tuenda, modo non sint principia, sed ex principijs: qualis est mobilitas si passio ponitur. Quicquid autem de hoc sit, mobilitas que est ratio formalis subiecti physice, non passio sed quod quid erat esse est entium naturalium: et preueniēs naturalitatem et mobilitatem passionem eorum si concedatur: illam quidem, quia relatiua proprietas est: istam vero, quia passio dicitur.

¶ Circa vero ly ens, hoc tantum distinguere oportet, ꝙ dupliciter entis nomine vti consueuimus. Primo pro omni eo quod habet esse quocumq; modo: et sic hic non capitur. Secundo pro eo quod proprie esse dicitur: hoc autem in his que fiunt, est id quod proprie fit: eius siquidem est esse proprie, cuius est fieri. Id autem quod proprie fit (vt .vij. metaph. text. consilio. xxviij. patet) est compositum: siue substantiale, vt homo: siue accidentale, vt homo musicus. Et sic sumitur in proposito. ☞ Unde colligendo dicta, ad hoc ꝙ aliquid sit pars subiectiua entis mobilis, quod subiectum physice dicimus, exigitur et ꝙ sit proprie ens, et ꝙ sit mutabile physica mutatione. Et propterea nec materia prima, nec forma substantialis aut accidentalis ens mobile est: sed entis mobilis principia hec omnia sunt. Est ergo ens mobile communius q̃ sit corpus mobile, et q̃ substantia naturalis siue sensibilis: quia continet sub se omnia materialia composita, que sola mutabilia sunt: siue sint substantialia: siue accidentalia: siue secundum formam ab-

soluta, siue secundum vbi. Est ⁊ ens mobile abstractius quid quocunq; predictorum, quanto ens aliquem gradū cōcomitans prius est illo, dato etiam quod ad composita accidentalia se non extenderet. Nec obstat contractio per ly mobile: quoniam, sicut substantia rationalis abstractius quid est q̄ animal rationale, sic ens mobile abstractius ⁊ prius quid est q̄ substantia mobilis: quamuis enim ex parte ly mobile equa sit abstractio, ex parte tamen ly ens, ⁊ ly substantia abstractius est ens mobile. Unde quemadmodum concedens substantiam rationalem, adhuc disputandi locum haberet, an illa rationalis substantia esset corpus, an animal ⁊c. ⁊ continue ab abstractiori ad minus abstractum questio descenderet: dum a substantia rationali ad corpus rationale, ⁊ a corpore ad corpus animatum ⁊c. veniretur, sic sub ente mobili questio remanet, an illud sit substantia, an corpus ⁊c. ¶ Cum igitur in re mutabili considerari possit ⁊ quod sit corpus mutabile: ⁊ quod sit substātia mutabilis, ⁊ quod sit ens mutabile, diui thome sententia est, naturalia rationem subiecti philosophie naturalis induere primo, nō q̄tenus sunt corpora mutabilia: aut substantie mutabiles, sed quatenus sunt entia mutabilia: ita quod ens mobile licet complexionem nominum contineat, incompletum tamen ⁊ per se vnum quod qd est significat, sicut ens per se. Quemadmoduz enim diuiso ente in per se ⁊ in alio, si simplicibus vocabulis careremus, substantiam ens per se nominaremus, ⁊ accidens ens in alio, et tamen vnā formalem rationem significaremus, non aggregatam ex pluribus: ita diuiso ente in transmutabile ⁊ in intransmutabile, carentes simplici vocabulo, ens transmutabile seu mobile vocamus alterū mēbrū, quod vnius est quidditatis, ⁊ illud philosophie naturalis subiectum esse adequatum dicimus. Hec de secundo.

Quo ad tertium. Cum ens mobile duo nomina complectatur, ⁊ vnum significet, primo ostendendum est, quod eius significatum est adequatū philosophie subiectum: deinde quod his nominibus conuenientissime significatur. ¶ Primo probatur tripliciter. Primo sic. Adequatum subiectum primarum passionum naturalium est adequatum subiectum philosophie naturalis: sed ens mobile, ⁊ non substantia aut corpus naturale seu mobile, est adequatum subiectum primarum passionum naturalium ergo ⁊c. maior est p se nota. Minor vero probatur, accipiendo transmutabilitatem, seu (quod idem est) mutabilitatem pro prima passione physica, vel saltem vna de primis, aut eis equiualente: vt ab omnibus supponitur. Tunc sic. Adequatum subiectum transmutabilitatis habet materiam, formam ⁊ priuationem pro adequatis principijs: sed tantum ens mobile habet hec pro adequatis principijs: ergo nihil aliud ab ente mobili est subiectum adequatum transmutabilitatis, ⁊ consequenter primarum passionum naturalium, quod erat probandum. Maior huius prosyllogismi est ex eo euidens, quod oportet ista tria in omni materia esse adequata sibi inuicem, scilicet passionem, ⁊ subiectum, ⁊ propria passionis principia: vt patet de risibilitate, ⁊ homine, ⁊ animali rationali. constat autem ex .j. phy. per longum processum, transmutabilitatis principia prima esse materiam, formam ⁊ priuationē: oportet igitur eius ad quod tanq̄ ad adequatū subiectum primo sequitur transmutabilitas, esse adequata principia, materiam, formam ⁊ priuationem. Minor patet ex his que in .xij. meta. a tex. 19. vsq; ad tex. 29. dicuntur scilicet quod materia, forma ⁊ priuatio ad genus substantie non arctantur, sed materia, forma ⁊ priuatio generis substantie sunt principia propria substantie mutabilis: ⁊ materia, forma ⁊ priuatio in genere quantitatis sunt ꝓpria principia quanti mutabilis: ⁊ materia, forma ⁊ priuatio in genere qualitatis sunt principia propria qualis mutabilis. ¶ Si dicatur quod quemadmodum principia propria substantie continent propria principia ceterorum generum, quia sunt cause eorum (vt ibidē docet aristo.) sic substantia mutabilis continet omne quantum et quale mobile, ⁊ transmutabilitas substantie omnem aliam. Et propterea licet materia, forma ⁊ priuatio excedant substantiam mobilem formaliter, non tamen virtualiter. Hoc licet sit subtiliter dictū, vim tamen rationis non excludit propter duo. ¶ Primo, quia falsum est, quod principia propria substantie mutabilis sint principia principiorum ceterorum generum mutabilium. Quāuis enim sit verum ⁊ expressum in .xj. meta. ca. supradicto, quod per se principia essendi in genere substantie sunt principia principiorum essendi in ceteris generibus: id est quod materia ⁊ forma substantie sunt cause materie ⁊ forme in quantitate ⁊ qualitate ⁊c. Veritati tamen aduersatur, quod per se principia trāsmutabilitatis substantialis sint principia principiorum transmutabilitatis aliorum generum. Priuatio enim in genere substantie, que est per se principium non substantie, sed transmutationis substantialis, non est vniuersaliter, et consequenter nec per se principium priuationis que est principiū transmutationis accidentalis: vt in corpore celesti patet, vbi ens mobile secundum locum, habet omnia propria principia scilicet materiam, formam ⁊ priuationem: celum autem substantialiter nō habet nisi duo principia, que sunt essendi per se principia, siue ibi sit materia, que est pura potentia: siue simplex corporeitas pro materia ⁊ intelligentia pro forma: nullo enim modo est ens mobile substantialiter. ¶ Secundo, quia dato quod esset talis inclusio virtualis, adequatum tamen subiectum trāsmutabilitatis, ⁊ similiter adequatum principiatum ex materia, forma ⁊ priuatione, esset non substantia mobilis, sed ens mobile: quoniam quando aliqua proprietas vniuersalis secundum predicationem habet subiectuz adequatum secundum predicationem, in quo reperitur causa secundum quam inest quibuscūq; proprietas illa, illud tale est eius subiectuz secundum quod ipsum. Nec est requirendum pro primo subiecto illius illud ad quod per viā resolutionis proprietas illa ⁊ eius principia reducūtur: alioquin periret doctrina tradita in lib. poste. ca. de vniuersali. Docemur enim ibi sistere, quando adequatum subiectum secundum predicationem inuenimus, ⁊ causam in eo per quam sibi ceterisq; illa passio inest. Nulla etiam posset poni ꝓprietas communis alicui analogo ad substantias ⁊ accidentia: cum accidentia ⁊ eorum proprietates ⁊ principia in substantijs virtualiter includantur. Nisi ergo velimus abuti vocabulis ⁊ rationibus eorum, quod in se est subiectum adequatum transmutabilitatis in se ipso adequate, claudit propria principia transmutabilitatis. Sed nec substantia mobilis, nec corpus mobile claudit in se illa: quoniā propria principia transmutabilitatis vniuersalis seu in communi, sunt materia forma ⁊ priuatio in communi, que genus substantie transcendunt. Enti autem mobili adequantur: quicquid enim ex materia, forma ⁊ priuatione constat, ens mutabile est, ⁊ econuerso, eo quod priuatio machinatur ad malum. Ens igitur mobile est ꝓprium ⁊ primum mobilitatis subiectum.

¶ Secundo probatur propositum, ⁊ directe arguitur contra ponentes corpus mobile sic. Coniunctio omnis mobilis cum ratione corporeitatis, non supponitur in naturali philosophia, sed in .vj. phy. probatur, ergo non corpus mobile, sed ens mobile est subiectum philosophie naturalis. Antecedens patet in tex. xxxij. sexti physi. vbi probatur, quod omne mobile est corpus. Consequentia vero patet tum ex eo, quod si corpus mobile ponitur adequatum subiectum, oportet supponi mobilitatem coniunctam esse corpori, aut vt rationem formalem, aut vt passionem: tum ex eo, quod oporteret supponi corpus coextendi ipsi mobili: alioquin non supponeretur subiectum adequatum scientie. Utrumq; autem horum impossibile est supponi ignorata vniuersali coniunctione ipsius mobilis cum corpore: vt de se patet, ergo. Et hec est ratio san. tho. in primo physi. nunq̄ enī dixit ipse, quod philosophus naturalis probet corpus mobile esse: vt communiter sibi imponitur, quia non intelligit (corpus enim mobile esse qui dubitant, non egent medio, sed sensu quo vel seipsos moueri percipiant) sed dixit, quod probat omne mobile esse corpus. ¶ Et vt plenius huius rationis vis percipiatur aduertendum est primo, quod subiectum adequatum scientie resoluentis suas conclusiones in principia per se nota (qualis est philosophia naturalis) oportet ⁊ quod sit subiectum primarum passionum, ac per hoc quod sit principium essendi, ⁊ consequenter cognoscendi secundum naturam ceterorum: ⁊ quod sit principium cognitionis in nobis, siue ad latentes proprietates ⁊ occulta principia a posteriori siue a priori procedatur: quoniam subiecti cognitio omnibus presupponitur, ⁊ vt dicit auer. in .ij. phy. cō. xxvj. nec a priori nec a posteriori probari potest in scientia: ⁊ innatum est nobis, quod oportet semper a notioribus nobis procedere: vt in primo phy. cō. iij. dicitur. Sicut ergo prima ratio superius facta procedit ex ordine nature, sic ista procedit ex nostro ordine cognoscendi. Et propterea san. tho. dixit, quod ad audientes probatur omne mobile esse corpus: insinuans per hoc, cognitionis magis q̄ rei ordinem. ¶ Aduertendum est secūdo, quod quamuis aliud sit omnem mobilitatem esse coniunctam corpori ⁊ aliud cognosci omnez mobilitatem esse coniunctam corpori, ad hoc tamen quod corpus mobile ponatur subiectum adequatum, nihil refert quod horum deficiat: quoniam sicut deficiente coniunctione illa secundum rem, corpus mobile prohiberetur ex parte rei esse subiectum, ita deficiēte coniunctione illa in esse cognito, ex parte cognitionis que preheberi debet, impeditur. Non sufficit autem presupponi aliquod mobile esse corpus (quod ad sensum patet) sed oportet supponere omne mobile esse corpus: tum quia ad hoc quod complexus aliqd

vel complexe significatum induat rationem subiecti adequati in scientia, oportet id quod est vt formale, et sit et supponatur per se coniunctum alteri vt passio vel ratio formalis: alioquin frustra de materiali parte complexi illi⁹ quod fieret: cum ea que sunt per accidens, variabilia et extra questiones scibiles sint. Hoc autem sicut impossibile est esse nisi omne tale illi insit, ita ē impossibile supponi, nisi omne tale inesse illi supponatur: quoniam omnia hec, sicut in nature ordine preexigunt de omni, ita et in cognitionis ordine. Unde si naturalis scientie subiectum est corpus mobile, oportet in hac scientia que de mobili in eo q mobile tractat, supponere mobile quod vt formale se habet, coniunctum esse corpori per se, vel vt passionem, vel vt rationem formalem. Neutrum autem horum fieri potest, nisi supponatur omne mobile corpori connexum esse: imaginari enim non potest vt propria passio aut ratio formalis credatur esse alicuius id quod communius illo dubitatur. Cū quia ad hoc, vt aliquod complexum vl' complexe significatum habeat rationem adequati subiecti alicuius scientie, nō minus oportet id quod vt formale ponitur adequari sciētie, q̄ id quod vt materiale sumitur coextendi illi formali: alioquin si materiale rationē formalis contraheret, scientia que adequate rationem formalem respicit, subiectum suum excederet: nihil autem refert (vt dictum est) coextensionem talem non esse aut non supponi. Si igitur corpus mobile in eo q mobile, adequatum subiectum ponatur philosophie naturalis, oportet philosophiam que de mobili in eo q mobile est, supponere corpus euacuare mobile: alioquin adequatum sibi subiectum quamuis haberet, non tamen supponeret, et consequenter subiecti rationem non haberet. Hoc autem impossibile est supponi quādiu nescitur an omne mobile sit corpus: vt de se patet. ¶ Potes autem rationem hāc iuxta sanctum thomam, sic colligendo formare. Nulla scientia habens subiectum complexum aut complexe significatum, probat eam coniunctionem partium subiecti sine qua complexum illud subiecti rationem induere non potest: alioquin scientia construeret sibiipsi subiectum: quod de nulla scientia speciali dicere licet. Hec enim maior equiualet maiori sancti tho. breuius assumentis: nulla scientia probat: id est construit vel componit, sibiipsi subiectum: loquendo enim de subiecto complexo, equiualet dicere. nulla scientia componit aliquid vt sit suum subiectum, et dicere. nulla scientia probat suum subiectum, apud formaliter terminos speculantes. Sed philosophia naturalis, si corpus mobile ponitur subiectum, cōstrueret subiectū suū, ergo etc. Patet minor ex dictis: quia probat vniuersalem coniunctionem mobilitatis cum corpore, sine qua corpus mobile subiecti rationem habere non potest. ¶ Omissa autem verborum solicitudine, directe syllogizandum est sic: nullum coniunctum cuius de omni coniunctio probatur in aliqua sciētia, est subiectum adequatum illius: corpus mobile est coniunctum, cuius de omni cōiunctio probatur in philosophia naturali: ergo corp⁹ mobile nō est subiectum in philosophia naturali. Maior iam patet, ex eo q omne coniunctum quod ponitur adequatum subiectum, supponitur et per se cōiunctum saltem ex parte formalis, et coextensum rationi formali adequanti scientiam: sed cuius coniunctio dubitatur de omni, non supponitur coniunctum per se, nec coextensum rationi formali: ergo. Minor ex sexto phy. patet. tex. xxxij. cō. xxxij. vbi probatur vniuersalis coniunctio mobilis cum corpore: et processu philosophie naturalis, maxime in secundo physic. et secundo tractatu primi de celo, vnde habetur vniuersalis coniunctio corporis cum mobili.

¶ Sed remanent due contra rationem hanc obiectiones excludende. ¶ Prima est, quia non videtur verum q in sexto physi. probetur omne mobile esse corpus: eo q in text. xxxij. probatur tantū omne mobile esse diuisibile. Constat autem q si probatur passio alicuius de mobili, non propterea probatur ratio formalis subiecti illius passionis: sic autem se habent diuisibilitas et corporeitas, vt patet. ¶ Secūda est: quia videtur hec secunda ratio aduersari prime: in hac siquidem dicitur omne mobile esse corpus: in illa vero dicitur ens mobile communius esse, et corpore et substātia mobili. ¶ Ad primum horum dicitur, q quia non cadit in intellectu humano, q aliquid supponatur esse corpus de quo dubitetur esse diuisibile, nisi apud antiquis attributos errores, ponentes corpora indiuisibilia (quia diuisibilitas ipsa sic comes est corporeitatis et in esse et in cognosci, vt prius absq posteriori minq̄ cognoscatur: experimur enim non aliter nos cognoscere aut supponere corpus, nisi vt quantum quoddam quantitate molis:) ideo si in philosophia non supponatur omne mobile esse diuisibile, a fortiori supponi non potest esse corpus: quia coniunctio mobilis cum corporeitate dum dubitatur, cum diuisibilitate non potest cognosci, nisi ratione aut sensu. Ex sensu autem constat q non habetur: ratio autem ad illam nulla inuenitur. Et si ex demonstratione illa. vj. physic. non acceptatur probatum saltem tanq̄ necessario consequens conclusionem formaliter conclusam, relinquitur maius inconueniens: q scilicet omne mobile esse corpus, longe remotius est a philosophie principio: vtpote. iij. cel. et j. de generatione. Peripatetici tamen ibidem vtranq conclusi propositionem indistincte intelligunt vnde auerroys in primo celi, consilio. v. dicit, Probatum est in. vj. physic. q omne mobile est corpus etc. ¶ Ad secundum vero dicitur, q licet ens mobile sit cōmunius corpore (quia de multis predicatur quidditatiue de quib⁹ corpus non predicatur quidditatiue) non tamē est sic cōmunius, q alicui insit cui corporeitas coniuncta non sit, omne enim ens mobile est corpus, vel claudit in se corpus. Potest et secundo dici (licet in idem redeat) q in. vj. physic. probatur omne mobile esse corpus: id est corporeum aliquid. Probando enim mobile esse diuisibile, nihil aliud probatur q̄ mobile esse ens corporeum: siue illud sit corpus, siue corporeum aliquid. Corporeum autem conuertitur cum ente mobili, dato q corpus cum eo non conuertatur. ¶ Et eodem modo potest argui contra ponentes substantiam naturalem aut mobilem. Omne enim naturale aut mobile esse substantiam cum oporteat supponi, aut haberetur ex sensibus, aut ex naturali philosophia, aut ex metaphysica. Ex sensu quidem non habetur. Ex naturali autem philosophia si haberetur, concluderet hoc non posse supponi in ipsa. Si autem a metaphysico tractatur (vt auer. dicit. ij. physic. consilio. iiij.) hoc etiam concludit illud non posse esse subiectum in philosophia naturali: que scientia ex se est euidens absq metaphysica. Habet enim subiectum et principia propria ex sensibus per se nota: et non accipit ea positione: quamuis a metaphysico defendi debeant si impugnentur: vt in primo physic. text. consilio. xij. dicitur.

¶ Tertio probatur idem authoritate: et primo Aristot. in tertio physic. vbi in diffinitione motus non posuit corpus aut substantiam, sed ens in potentia etc. Ex quo arguitur sic. Id est subiectum philosophie, quod ponitur in diffinitione primorum accidētium naturalium: quia tale est proprium subiectum eorum, vt patet in septimo metaphy. text. xv. sed non corpus nec substantia, sed ens in potentia secundum q in potentia (quod idem est quod ens mobile, vt patet in tertio physic. tex. vj. et. ix.) ponitur in diffinitione primorum accidentium naturalium: scilicet motus etc. ergo ens mobile est subiectum philosophie naturalis. ¶ Et confirmatur hoc idem ex primo physic. tex. xj. vbi supponendum dicitur in philosophia omnia aut quedam moueri, et non omnia aut quedam corpora etc. ¶ Secundo autoritate auerroys, qui licet nō solicitus de vocabulis in. iij. metaphy. consilio. j. ens mobile, et in. xij. eiusdem consilio. v. corpus mobile et in prooemio physic. res sensibiles subiectum philosophie nominauerit, et propterea non verba sua in hac re, sed sensum pōderari voluerit: in secundo tamen physic. expresse docet aliquid prius corpore subiectum esse philosophie naturalis: dum dicit consilio. iij. Et sciendum est, q subiectū istius libri est natura et principia naturalia, cum sint communia omnib⁹ rebus naturalibus: et ideo in hoc libro non diffinitur corpus, neq alia de quibus considerat naturalis, sicut fecit in primo celi et mundi. Ex quo habetur, q apud ipsum consideratio de corpore mobili differtur vsq ad librum de celo et mundo, vbi ab eius diffinitione inchoatur: vt patet in tex. consilij secundi. Et rursus habetur subiectum physice esse commune corpori et alijs de quibus considerat naturalis: vt in prima ratione assumpsimus. Non ergo corpus mobile, sed aliquid prius eo commune naturalibus omnibus est subiectum philosophie: quod ens mobile esse ex prima ratione liquet. Est ergo significata ratio per ens mobile subiectum philosophie naturalis: non autem significata per substantiam, aut corpus naturale vel mobile vel sensibile.

¶ Quod autem illis vocabulis conuenientissime significetur, sic patet. Mobilis vocabulum in primis conuenientius sumitur q̄ sensibilis: quoniam admisso ente sensibili, adhuc non est naturalis philosophus liber a parmenidis et melissi inuectione: concedentes enim ens sensibile, negabant mobile: supposito autem ente mobili, philosophie principia inconcussa manent. ¶ Similiter conuenientius est q̄ naturalis nomen: tum quia redit idem inconueniens. Nam supposito ente naturali, adhuc philosophus naturalis liber non incedit, nisi mobile addat: vt ipse Aristotel. te-

Peruenit: primo phys. tex. xj. contra parme. ⁊ meliss. concedentes ens naturale subiiciens: nobis autem subiiciatur omnia aut quedã naturalia moueri. Tum quia subiectum notissime debet supponi, ⁊ constat diffinientia notiora esse diffinito: vnde cum motus naturam diffiniat, quod clare significatur per ens mobile, obscure importatur per ens naturale: hoc enim si declarandum est, ad motũ oportet venire. Tum quia nominibus vtendum est vt plures, ij. topico. vsitatissimum autem est ⁊ nature nomen ad cuiuscunqʒ rei quod quid est, ⁊ naturale ad omne non artificiale: siue de genere mobilium sint siue non. Et propterea si ens naturale supponeretur, ens non artificiale intelligeretur subiectum in philosophia naturali: quod est falsum. Et sic sufficientem locum daret vocabuli equiuocatio. quod si distinguendum esset, ⁊ ens naturale id est habens in se principium motus supponendum. cur non potius absqʒ glosa ⁊ distinctione ens mobile a principio dicta clarius exprimẽdo. Presertim quod secundi phy. principium anticipandum esset, vt glosa illa intelligeretur. Entis autem nomẽ clarius propositis ex dictis patet. Hec de tertio.

Nunc quarto Superest argumentis in oppositũ satisfacere. Et ad primum quidem dicitur, quod ens significare tertium quid commune secundum analogiam substantie ⁊ accidentis, non est contra sanctum tho. nisi secũdum analogie naturam ignorantes. Unde nullum inconueniens est, ens mobile commune esse secundum rationem formalem, non vnam simpliciter, sed vnam analogice entibus mobilibus omnibus scilicet substantijs, quantis, ⁊ qualibus ⁊ ceteris. Cuius etiam ratio ad oppositum non concludat contra tenentes ens mobile extra substantiam non inueniri: quia homo ipse inquantum est ens mobile, aliud est a seipso inquantum est substantia mobilis. Et propterea non sequeretur, ergo ponendo ens mobile subiectum, ponitur substantia aut corpus mobile: quoniam differunt formali ratione. ❡ Ad secundum dicitur dupliciter. Primo quod mobilitas communiter sumpta (vt de ea in hac loquimur questione) non est passio sed substantiale predicatum: sicut ⁊ materiale ⁊ possibile, iuxta ea que supra adiuncta sunt. Que possunt etiam ratione confirmari: ex eo quod possibile substantiale predicatum est entis a materia sumptum. non enim homo est ens possibile per aliquam proprietatem ipsum consequentem, sed per intrinseca sua. Mobilitas autem apud naturalem idem sonat quod possibilitas apud metaphysicum: vt exercitatis in istis scientijs non authoritatibus notum est. Sed quia hoc non est a predecessoribus discussum, ⁊ vt nouum non facile acceptabitur sic debiliter firmatum. ideo secundo dicitur, quod si mobilitas sit passio, adhuc subiectum philosophie conceditur esse vnius rationis formalis circunlocute per ly ens mobile. Et ad instantiam contra hanc responsionem respondetur tripliciter. Primo quod quamuis in scientijs a priori procedentibus subiectum debeat esse primo ⁊ maxime notum quo ad quid rei. non tamen hoc oportet in scientijs a posteriori doctrinam facientibus. qualis est naturalis philosophia: vt commentator dicit in prohemio ⁊ in cõ. primi phy. cõ. ij. Sufficit enim quod sit primo ⁊ maxime notum quo ad an est ⁊ quid nominis: vt ex primo poste. patet. Hinc autem nihil obstat talis circũlocutio. Secundo dicitur, quod notitiam subiecti debere esse maximam, potest dupliciter intelligi. Uno modo respectu cognitionum possibilium haberi de illo. potest enim idem cognosci probabiliter ⁊ demonstratiue, per communia ⁊ propria ⁊c. Et hoc modo de subiecto non oportet supponi a nobis maximam cognitionem: vt patet inductiue etiam in mathematicis. Alio modo respectu aliarum cognitionum que in illa scientia acquiruntur. Et hoc modo est verum: ⁊ conceditur quod cognitio ista quam habemus de illa ratione formali in isto circumlocuto est maior omni cognitione quam acquirimus in philosophia naturali. Et si contra hoc instetur: quia multorum notitiam acquirimus in philosophia naturali, que per intima eorum cognoscimus ⁊ nominamus. Perfectior autem est cognitio per intima quam per passionem, sicut ratio illa cognoscitur. Respondetur quod perfectio cognitionis de qua est sermo in primo poste. vnde sumitur quod subiecti cognitio debet esse maxima, non attenditur penes aliud quam euidentiam. Unde maius ⁊ minus in cognitione in proposito, penes euidentie latitudinem attendere oportet. ⁊ propterea aliud est cognosci intimius, ⁊ aliud euidentius. Cum enim omnis cognitio acquisita in scientia, siue pertingat ad intima alicuius quesiti siue non, habeat euidentiam ex cognitione subiecti sicut ex principio, necesse est cognitionem subiecti esse euidentiorem, ⁊ consequenter maiorem ceteris. Et vere sic est in proposito: quia cognitio entis mobilis, quam circumloquendo supponimus, est ex sensibus euidens: quecunqʒ autem alia acquisita est discursu syllogistico ex istius euidentia certa: propter quod autem vnumquodqʒ illud magis est: vt dicitur in primo poste. Tertio dicitur, quod si philosophia haberetur a nobis sub perfecta ratione scientie qua est in se, proculdubio subiectum oporteret omnino esse primo ⁊ maxime notum, vt arguendo dicitur. Quia autem non sic est, tantum imperfectionis scientie nostre admiscetur, quantum subiecti cognitio compatitur: ex hac enim incompleta cognitione subiecti, minus plena est cognitio subsequentium, difficultasqʒ in soluendis questionibus non parua. ❡ Ad tertium dicitur negando consequentiam quecunqʒ via teneatur. Non enim eiusdem scientie est considerare aliquod subiectum, ⁊ per se partes eius subiectiuas, aut per se modos quoscunqʒ: sed eos tantum, qui genus scibile illius subiecti non egrediuntur. Mobile autem extra genus scibilẽ metaphysice est: quoniam a materia sensibili non abstrahit. Accidentalem autem conditionem entis mobilitatem esse, vt subalternatio requirit, nullo modo est possibile: vt ex his que scripsimus super cap. xiij. primi poste. patet: quia accidentalitas illa perseitatem ⁊ extraneitatem simul respectu illius subiecti exigit. quod respectu entis non est possibile: cum nihil extraneum sit ab ente: vt dicitur iij. meta. tex. x. Nec mihi obijciatur, quod san. tho. in tractatu de natura generis dicit philosophiam naturalem propter accidentalitatem huiusmodi subalternari metaphysice: quia tractatum illũ forte nunquam vidit s. tho. Stilus enim eius non est: ⁊ multa ibi sunt, que doctrine eius non consonant. ❡ Ad quartum dicitur, quod plus requiritur ad hoc quod aliquid sit subiectum quam quod ad ipsum fiat resolutio: alioquin principia subiecti ad que vltimo fit resolutio, essent subiectum. Oportet ergo quod ad eius rationem formalem fiat resolutio tanquam adequatum primarum passionum subiectum: ad substantiam autem mobilem non fit mobilium resolutio sicut ad adequatum mobilitatis subiectum, sed sicut ad primũ clausum in adequato mobilitatis subiecto, quod est ens mobile. Post resolutionem siquidem passionum communium in analogum subiectum, potest analogum ipsum in se resolui, posterius in prius recedẽdo: vt in tractatu de nominũ analogia diffuse diximus. ❡ Et hic sit finis huius questionis in conuentu sancte marie gratiarum in mediolani suburbio anno salutis. 1499. die. 6. nouẽbris. Sume igitur amantissime mi frater vincenti solicitudinis hospitalitatisqʒ tue fructum: ⁊ quo prestas ingenij acumine discute, dans veniam minus consentanee, memor quod nihil in vllo vnquam genere cultum repertum unquam sit. Uale.

❡ Thome de vio caietani cardinalis s. xisti de nominum analogia tractatus, ad omnes scientias, potissimum metaphysicam (vtpote isagoge et clauis) viam planam, tutam ac necessariam referens.

❡ Quotuplex sit analogia: cum declaratione primi modi. Cap. i.

Inuitatus ⁊ ab ipsius rei obscuritate, ⁊ a nostri cuiusdam flebili profundarum literarum penuria, de nominum analogia, his vacationibus tractatum edere intendo. Est siquidem eius notitia necessaria, adeo vt sine illa non possit metaphysicam quispiam discere, et multi in alijs scientijs ex eius ignorantia errores procedant. Quod si vllo visquam tempore accidit, hac etate id euenire clara luce videmus: dum analogiam, vel indistinctionis, vel ordinis, vel cõceptus precisi vnitate, cum inequali participatione constituunt. Ex dicendis namqʒ patebit opiniões huiusmodi a veritate, (que vltro se offerebat) per abrupta deuiasse.

❡ Analogie igitur vocabulum proportionem seu proportionalitatem (vt a grecis accepimus) in proposito sonat. Adeo tamen extẽ-

sum distinctumque est, ut multa nomina analoga abusiue dicamus, et multarum distinctionum adunatio si fieret, cōfusionē pareret. Ne tamen rectum, obliqui iudicio puniretur, ⁊ singularitas in loquendo accusetur, unica diuisione trimembri omnia comprehendemus: et a minus proprie analogis ad vere analoga procedem⁹.

Ad tres ergo modos analogie analoga omnia reducuntur: sc3 ad analogiā inequalitatis, ⁊ analogiā attributionis, et analogiam proportionalitatis. Quamuis fm veram vocabuli proprietatem et usum aristot. ultimus modus tantum analogiam constituat, primus autem alienus ab analogia omnino sit.

Analoga fm inequalitatem vocantur, quorū nomen est cōmune, ⁊ ratio fm illud nomen est omnino eadem, inequal'r tamē participata. Et loquimur de inequalitate perfectionis: ut corpus nomen cōmune est corporibus inferioribus et superioribus. Huiusmodi autem analoga logicus uniuoca appellat, philosophus vero equiuoca: eo q̄ ille intētiones cōsiderat nominū, iste aūt naturas. Unde ⁊ in. x. metaph. tex. cōm. ult. aristot. dicit q̄ corruptibili et incorruptibili nihil est commune uniuocum: despiciens unitatem rationis seu conceptus tantum. Et in. vij. phy sic. tex. cō. xxxj. dicit iuxta genus latere equiuocationes: quia huiusmodi analogia cū unitate cōceptus non dicit unam naturam simpliciter, sed multas cōpatitur sub se naturas ordinem inter se habentes: ut patet inter spēs cuiuscūque gn̄is specialissimas, et subalternas magis. Nec enim genus, analogū hoc modo appellari pōt: lʒ nō multum consueuerint nisi generalissima ⁊ his propinqua, sic vocari: ut patet de quātitate et qualitate in predicamentis, ⁊ corpore ⁊c. Hanc analogiā sanct. Tho. in primo sent. dist. xix. vocat analogiam secundum esse tantum, eo q̄ analogata parificantur in ratione significata per illud nomen commune, sed non parificantur in esse illius rationis. Perfectius siquidem esse habet in uno q̄ in alio cuiuscumque generis ratio: ut in metaphysica pluries patet. Non solum enim plāta est nobilior minera, sed corporeitas in planta est nobilior corporeitate in minera: et sic de alijs. Perhibet quoque huic analogie testimonium auerroys, in com. ij. xij. metaph. dicens cum unitate generis stare prioritatē ⁊ posterioritatē eorum que sub genere sunt. Hec pro tanto analoga vocantur: quia considerata inequali perfectione inferiorum, per prius et posterius ordine perfectionis de illis dicitur nomen illud commune. Et iam in usum venit, ut quasi synonyme dicamus aliquid dici analogice, et dici per prius et posterius. Abusio tamē vocabulorum hec est: quoniā dici per prius et posterius, superius est ad dici analogice. In huiusmodi autem analogis: quomodo inueniantur unitas, abstractio, predicatio, comparatio, demonstratio, et alia huiusmodi, non oportet determinare: quoniam uniuoca sunt secundum veritatem, et uniuocorum canones in eis seruandi sunt.

Analogia attributionis quid sit, ⁊ quot modis fiat, et que eius conditiones. Caput ij.

ANaloga Autem fm attributionē sunt quorū nomē est cōe, ratio aūt fm illud nomē, est eadē fm terminum, ⁊ diuersa fm habitudines ad illum. Ut, sanū cōe nomē est medicine ⁊ urine ⁊ animali, et ratio omnium in quantum sana sunt, ad unum terminum sanitatem scilicet, diuersas dicit habitudines. Si quis enim assignet quid est animal in quantum sanum, subiectū dicet sanitatis: urinā vero in quantum sanam, signum sanitatis: medicinam autem in quantum sanam, cām sanitatis proferet. Ubi clare p3 rōnem sani esse nec oino eādē, nec oino diuersam: sed eandē fm q̄d, ⁊ diuersam fm quid: est enim diuersitas habitudinum, ⁊ idētitas termini illarū habitudinū. Quadrupliciter autem fieri potest hmōi analogia fm quatuor genera causarū: vocando pro nunc cām exemplarē cām formalē. Contingit siquidem multa ad unū finē, et ad unum efficiens ⁊ ad unū exēplar ⁊ ad unū subiectū fm aliquā unā denominationem, attributionē diuersimode habere: ut patet ex exemplis ipsius aristot. Ad cām enim finalem pertinet exemplū de sano in. iij. metaph. tex. cō. ij. Ad efficientem vero exemplū de medicinali ibidem positum. Ad materialem autem analogia entis ibidem subiuncta. Ad exemplarem demum analogia boni posita in primo Ethic. cap. vij. Attribuūtur autem analogie huic multe conditiones, ordinate se consequentes: scilicet q̄ analogia ista fit secundum denominationem extrinsecam tantum: ita q̄ primum analogatorum tantum est tale formaliter, cetera autem talia denominantur extrinsece. Sanum enim ipsum animal formaliter est. Urina vero ⁊ medicina et alia huiusmodi sana denominantur non a sanitate eis inherente, sed extrinsece ab illa animalis sanitate significatiue vel causaliter ⁊c. Medicatiuum quoque a medicinali arte deriuatum, medicum formaliter denominat. Instrumenta vero et quecumque alia medicatiua dicūtur, extrinseca denominatione ab illa arte dicuntur. Sola etiam substantia formaliter est ens, quasi esse subiectum et habēs esse: cetera autem entia ideo dicuntur, quia illius entis mensure, dispositiones, actiua ⁊c. sunt. Boni quoque ratio in bono per essentiam saluata, quo exemplariter cetera denominantur bona, in solo primo bono formaliter inuenitur: reliqua autem extrinseca denominatione secundum illud bonum bona dicuntur. Sed diligenter aduertendum est, q̄ hec huiusmodi analogie conditio, scilicet q̄ non fit secundum genus cause formalis inherentis, sed semper secundum aliquid extrinsecum, est formaliter intelligenda, et non materialiter: id est non est intelligendum per hoc, q̄ omne nomen quod est analogum per attributionem, est cōmune analogatis, sic q̄ primo tantum cōuenit formaliter, ceteris autem extrinseca denominatione (ut de sano ⁊ medicinali accidit) ista enim uniuersalis est falsa: ut patet de ente et bono: nec haberi pōt ex dictis nisi materialiter intellectis. Sed est ex hoc intelligendum, q̄ omne nomē analogum per attributionem ut sic, vel inquantum sic analogum, commune est analogatis sic, q̄ primo cōuenit formaliter, reliquis autem extrinseca denominatione. Hoc siquidem verum est, et ex formali intellectu precedentium manifeste sequitur. Ens enim quāuis formaliter conueniat omnibus substantijs et accidentibus ⁊c. in quātum tn̄ entia oia dicuntur ab ente subiectiue ut sic, sola substantia est ens formaliter: cetera autem entia dicuntur, quia entis passiones vel generationes ⁊c. sunt. Licet entia formaliter alia ratiōe dici possint. Et simile est de bono. Licet enim omnia entia bona sint bonitatibus sibi formaliter inherentibus: in quantum tamen bona dicuntur bonitate prima effectiue, aut finaliter, aut exēplariter, omnia alia nō nisi extrinseca denominatione bona dicuntur: illamet bonitate, qua deus ipse bonus formaliter in se est.

Et ex hac conditione statim infertur alia: scilicet q̄ illud unum ad quod diuerse habitudines terminātur in huiusmodi analogis, est unum non solum ratione, sed numero. Qd̄ dupliciter intelligi potest, fm q̄ analogata dupliciter sumi possunt. s. uniuersaliter et particulariter. Si enim sumuntur analogata particulariter, illud unum necessario est unum numero vere ⁊ positiue. Si autē sumantur uniuersaliter, illud unū necessario est unū numero negatiue. i. non numeratur in illis analogatis ut sic, quāuis in se sit uniuersale quoddam ⁊ non unum numero. Uerbi gratia: si sumātur hec urina sana, hec medicina sana, ⁊ hoc animal sanum: hec omnia dicuntur sana, sanitate existente in hoc animali, quam constat unam numero vere esse. Sortes enim dicitur sanus, quia hanc habet sanitatem: medicina, quia illā fecit; urina, quia eādem significat ⁊c. Si vero sumantur, animal sanum in cōmuni, ⁊ urina sana in cōmuni, et medicina sana in cōmuni: sic formaliter loquēdo, sanitas a qua huiusmodi sana dicūtur, non est una numero in se: eo q̄ cause uniuersales effectibus uniuersalibus comparāde sunt. Et simile est de signis, ⁊ instrumentis, ⁊ cōseruatiuis, ⁊ alijs hmōi. sed est una numero in istis analogatis. Non enim numeratur sanitas in animali, urina ⁊ dieta: quoniā nō est alia sanitas in urina, ⁊ alia in dieta, ⁊ alia in animali. Et sequitur conditio ista ex precedenti: qm̄ cōmune secūdum denominationem extrinsecam nō numerat id, a quo denominatio sumitur in denominatis. sicut uniuocū multiplicatur in suis uniuocatis: et propter hoc, dicitur unū ratione tantum, et nō numero, in suis uniuocatis. Alia enim est animalitas hominis, ⁊ alia equi, ⁊ alia bouis: animalis nomine, adunate in una ratione. Ex hac autem cōditione, infertur alia: sc3 q̄ primum analogatū ponitur in ratione ceterorū, secūdum illud nomē analogum: qm̄ cetera nō suscipiūt illud nomē, nisi per attributionem ad primū: in quo formaliter saluatur eius ratio. Cadit siquidē in ratione medicine, ⁊ diete, ⁊ urine ⁊c. in quātum sana sunt animalis sanitas: sine qua intelligi cetera sana nō possunt. ⁊ simile est de alijs iudiciū. Ex hoc autē sequit̄ ulterius, q̄ nomē sic analogum, unū certum significatum cōmune omnibus particularibus eius modis, seu omnibus analogatis nō habet. Et cōsequenter, q̄ nec cōceptum obiectiuū, nec cōceptū formalem abstrahentem a conceptibus analogatorum habet: sed sola vox cū idētitate termini diuersimode respecti cōmunis est. Ita q̄ cum in hac analogia sint tria: vox. s. terminus, ⁊ respectus diuersi ad illū: nomē analogū terminū quidē distincte significat (ut sanum sanitatē) respectus autē diuersos ita indeterminate ⁊ cōfuse importat, ut primum distincte vel quasi distincte ostendat: ceteros autem confuse, et per reductionem ad primum. Sanum enim respectus multos ad sanitatem,

ruta habentis significantis. causantis etc. sic in una voce sanitatē distincte importante confunditur: ut respectum primum scilicet habentis seu subiecti distincte significet. Sanum enim absolute dicimus sanitatem habentem. ut subiectum: ceteros autem respectus indeterminate importat et per attributionem ad primum: ut patet ex dictis. Et propter hoc tria de huiusmodi analogo dicuntur. s. q commune est omnibus analogatis non secundum vocem tantum: et quod simpliciter prolatum stat pro primo: et quod nō est prius primo analogato in quo tota ratio formaliter saluatur. Primum quidem peculiarius significat, et supra omnia analogata superius significatum non habet.

Dividitur autem a san tho. analogia hec in analogiam duorum ad tertium: ut urine et medicine ad animal sanum: et in analogiam unius ad alterum: ut urine vel medicine ad animal sanum. Nec habet divisio ista alia membra a supradictis: quoniam hec circuit analogiam secundum omnia genera causarum: sed ad hoc facta est. ut ostendatur differenter suscipi nomen analogum. quando ponitur primum analogatum ex una parte. et cetera ex alia parte: et quando secundorum analogatorum unum hinc et alterum inde ponitur. secundum quodcunque genus cause analogia fiat. Primo enim et ceteris sic commune est analogum. ut nihil eis prius ponat aut significet: et propterea vocatur analogia unius ad alterum. ponendo omnia alia a primo loco unius. Secūdis autem analogatis sic commune est nomen analogum. ut aliquid omnibus eis prius ponat: primum scilicet ad quod omnia secunda attribuuntur. Et vocatur analogia duorum ad tertium vel multorum ad unum: quia non inter se est attributio sed ad primum. Appellantur autē analoga secundum attributionem a logico equivoca: ut in principio predicamentorum patet: ubi animal equivocum dicitur ad animal verum et pictum. Animal enim pictum non pure equivoce, sed per attributionem ad animal verum animal dicitur: et in ratione eius inquantum animal manifeste patet verum animal accipi. Querenti enim quid animal pictum in eo quod animal: respondebitur ymago animalis veri. A philosophis vero grecis nomina ex uno vel ad unum aut in uno, et media inter equivoca et univoca dicuntur: ut pluries in metaphysica patet: et expresse in primo ethi. huiusmodi nomina contra analoga distinguuntur: ut infra amplius dicetur. A latinis autem vocantur analoga vel equivoca a consilio. Hanc analogiam san. tho. in primo senten. di. 19. vocat analogiam secundum intentionem et non secundum esse: eo quod nomen analogum non sit hic commune secundum esse idest formaliter, sed secundum intentionem. i. secundum denominationem: ut enim ex dictis patet, in hac analogia nomen commune non saluatur formaliter nisi in primo: de ceteris autem extrinseca denominatione dicitur. Hec ideo analoga apud latinos dicuntur: quia proportiones diversas ad unum dicunt, extenso proportionis nomine ad omnē habitudinem. abusiva tamen loquutio hec est: quāvis longe minor q prima. Quomodo autem de huiusmodi analogis sit scientia, et contradictiones, et demonstrationes, et consequentie et alia huiusmodi de eis fiāt. ex dictis et aristotelis cōsuetudine patet. Oportet enim significationes diversas primo distinguere (propter quod ambigua apud arabes hec dicuntur) et deinde a primo ad alia procedere: sicut a centro ad circūferentiam diversis procedītur viis.

Analogia proportionalitatis quid et quotuplex. et sola proprie analogia vocatur. Capitulum. iii.

Ex abusive igitur analogis ad proprie analoga ascendendo. dicimus analoga secundum proportionalitatem dici. quorum nomē est commune. et ratio secundum illud nomen est proportionaliter eadem. Vel sic. analoga secundum proportionalitatem dicuntur. quorum nomen commune est, et ratio secundum illud nomen est similis secundum proportionem: ut videre corporali visione, et videre intellectualiter, communi nomine vocantur videre: quia sic intelligere rem anime offert. ut videre corpori animato. Quamvis autem proportio vocetur certa habitudo unius quantitatis ad aliam (secundum quod dicimus quatuor duplam proportionem habere ad duo) et proportionalitas dicatur similitudo duarum proportionum: secundum quod dicimus ita se habere octo ad quatuor. quemadmodum sex ad tria. utrobique enim dupla proportio est etc. Transtulerunt tamen philosophi proportionis nomen ad omnem habitudinem conformitatis, commensurationis, capacitatis etc. Et consequenter proportionalitatem extenderunt ad omnem similitudinem habitudinum. Et sic in proposito vocabulis istis utimur.

Fit autem duobus modis analogia hec. s. metaphorice et proprie. Metaphorice quidem. quando nomen illud commune absolute unam habet rationem formalem. que in uno analogatorum saluatur. et per metaphoram de alio dicitur: ut ridere unam secundū se rationem habet. analogum tamen metaphorice est vero risui. et prato florenti. aut fortune successui. sic enim significamus hec se habere. quemadmodū homo ridens. Et huiusmodi analogia sacra scriptura plena est de deo metaphorice notitiam tradens. Proprie vero fit, quando nomen illud commune in utroque analogatorum absque metaphoris dicitur: ut principium in corde respectu animalis, et in fundamento respectu domus saluatur. Quod ut aver. in cō. vii. primi ethi. ait. proportionaliter de eis dicitur.

Preponitur autem analogia hec ceteris antedictis dignitate et nomine. Dignitate quidem: quia hec fit secundum genus cause formalis inherentis: quoniam predicat ea que singulis inherent. Altera vero secundum extrinsecam denominationem fit. Nomine autem: quoniam analoga nomina apud grecos (a quibus analogie vocabulum habemus) hec tantum dicuntur: ut ex aristo. etiam colligitur: qui in metaphysica, nomina que dicimus analoga per attributionem. ex uno, vel ad unum, vel in uno vocat: ut patet in principio. iiii. et in. vii. tex. cō. xv. In quinto autem metaphysice. c. de uno in tex. xii. diffiniens unum secundum analogiam. ut synonymus utitur unum analogia et unum proportione: et diffinit esse ea quecunque se habent ut aliud ad aliud. Aperte insinuans illā esse proprie analogorum diffinitionem, quam diximus. Quod tamen clarius in arabica habetur translatione, dicente. Illa que sunt unum secundum equalitatem. scilicet proportionalem, sunt quorū proportio est una, sicut proportio alicuius rei ad aliam rem. ubi aver. exponens ait. Et illa dicuntur unum. que sunt unum secundum proportionalitatem: sicut dicitur, quod proportio rectoris ad civitatem et gubernatoris ad navem, est una. In secundo quoque poste. c. xi. huiusmodi nomina proportionalia. analoga vocat. Et quod plus est, in primo ethi. c. vii. distinguit supradicta nomina ad unum aut ex uno, contra analoga: dum loquens de communitate boni ad ea que bona dicuntur, ait. Non assimilantur a casu equivocis: sed certe ei quod est ab uno esse, vel ad unum omnia contendere, vel magis secundum analogiam. Et subdens exemplum analogie dicit, Sicut enim in corpore visus, in anima intellectus. In quibus verbis diligenti lectori non solum nomen analogie hoc, quod diximus sonare docuit: sed preferendam esse in predicationibus metaphysicis hanc insinuavit analogiam in ly magis: ut. s. tho. ibidem propter supradictam rationem optime exponit. Scimus siquidem secundū hāc analogiam, rerum intrinsecas entitates, bonitates, veritates etc. quod ex priori analogia non scitur. Unde sine huiusmodi analogie notitia metaphysicales processus absque arte discuntur. Acciditque huiusmodi ignorantibus, quod antiquis nescientibus logicam: ut in. ii. elencorum dicitur. Nec fuit forte ab arist. tempore tā periculosus casus iste. sicut modo apud nos est: quoniam blasphemare fere videtur, qui metaphysicales terminos analogos dicēs secundum proportionalitatem communes exponit. Cum tamen aver. dicat super predicto tex. Et dignius his tribus modis est: ut sit nomen boni dictum de eis secundum viam. que dicitur de proportionalibus. Vocatur quoque a s. tho. in primo sen. di. xix. analogia hec, analogia secundum esse et secundum intentionem: eo q analogata ista nec in ratiōe communis nominis, nec in esse illius rationis parificantur, et tamen tam in ratione illius nominis q in esse eiusdem proportionaliter [+] conveniunt. Sed quoniam ut dictum est, obscura et necessaria valde res hec est, accurate distinctius elucidanda est per plura capitula.

[+] Alis proportionalitatis.

Quo analogum nomen ab analogatis distinguatur. Cap. iiii.

Quoniam autem analogia media est inter equivocationem puram et univocationem, ex extremis medii natura declaranda est. Et quia in nominibus tria inveniuntur. s. vox cōceptus in aīa et res extra seu conceptus obiectivus, ideo singula perlustrando, dicendum est quō analogū ab analogatis distinguatur. Et a rebus incipiēdo (q priores cōceptibus et nominibus sunt) dicimus q nomine equivoco ita diverse res significantur, q ut sic nō nisi voce adunantur. Univoco vero diverse res ita significantur, quod ut sic ad rem in se simpliciter unā, abstractam et precisam in esse cognito ab eis, adunātur. Analogo aūt noie res diverse ita significantur, quod ut sic ad res diversas secundum proportionē unā uniuntur. Vocatur aūt in proposito res nō solū natura aliqua: sed quicunque gradus, quecunque realitas, et quodcunque reale in rebus inventū. Unde inter univocationē et analogiā hec est differentia: q res fundantes univocationē sunt sic adinvicē similes, quod fun-

damentum similitudinis in vna est eiusdē rōnis omnino cum fundamento similitudinis in alia: ita ꝙ nihil claudit in se vnius ratio, quod non claudat alterius ratio. Ac per hoc fundamentum vniuoce similitudinis, i. vtroqꝫ extremorū eque abstrahit ab ipsis extremis. Res autē fundātes analogiā, sic sunt similes, ꝙ fundamentum similitudinis in vna diuerse est rōnis simpliciter a fundamento illius in alia: ita ꝙ vnius rō nō claudit id qd claudit ratio alterius. Ac per hoc fundamentum analoge similitudinis, in neutro extremorū opꝫ esse abstractū ab ipsis extremis: sed remanent fundamenta distincta, similia tamē fm ꝓportionem: propter quod eadem ꝓportionaliter vel analogice dicuntur. ¶ Et vt oibus possint predicta patere, declarantur exemplariter in vniuocatione huiꝰ nominis animal, ꝛ analogia huius nominis ens. Homo, bos, leo, et cetera animalia: qꝛ habēt in se singulas naturas sensitiuas seu proprias aīalitates: quas constat diuersas fm rem esse, ꝛ mutuo similes: sic ꝙ in quocūqꝫ extremo (puta homine aut leone) cōsideratur fm se animalitas, que est similitudinis fundamentū, inuenitur equaliter abstrahens ab eo in quo est, ꝛ nihil includens in vno quod non in alio: ideo ꝛ in rerum natura fundant fm suas animalitates similitudinem vniuocam: que idētitas generica vocaꝛ: et in esse cognito adunāturꝫ nō ad duas vel tres animalitates, sed vnam tantum: que aīalis nomine in concreto per se primo significatur, et vniuoce vocatur cōmuni noīe animal. Oīm siquidē eorū fm ꝙ naturas sensitiuas habent, indistincta vna est rō: que illius rei quā animalitatem vocauimus, adequata est diffinitio. Substātia autem, qualitas, quātitas, ꝛc. qꝛ non habent in suis quidditatibus aliquid predicto modo abstrahibile (puta entitatē) qm̄ supra substantialitatem nihil amplius restat: ideo nullam substantialitatem vniuocantem inter se comparantur. ¶ Et quia cum hoc ꝙ nō solum eorum quidditates sunt diuerse, sed etiam primo diuerse, retinent similitudinem, in hoc quod vnumquodqꝫ eorū fm suā proportionem habet esse: ideo ꝛ in rerum natura nō fm aliquam eiusdem rationis entitatem, sed fm proprias quidditates, vt cōmensuratas his propriis esse fundant analogiā, i. proportionalem similitudinem. Et in intellectu adunantur ad tot res quot sunt fundamenta, proportionis similitudine vnitas, significatas propter illam similitudinem, entis nomine, et analogice communi nomine vocantur ens. Differenter ergo res adunantur sub nomine analogo et vniuoco. ¶ Conceptus quoqꝫ mentalis non eodem modo inuenitur in vniuocis et analogis: quoniam nomen vniuocum et omnia vniuocata vt sic, vnum tantum conceptum in mente habēt perfecte et adequate eis correspondentem: quia fundamentū vniuoce similitudinis (quod significatum formale est nominis vniuoci) vnius ꝛ mnino rationis est in omnibus vniuocatis: ac per hoc in vno representato, omnia repñtari necesse est. In analogis vero, quoniam fundamenta analoge similitudinis diuersarum sunt rationū simpliciter, et eiusdem fm quid (id est secundum proportionem) oportet duplicem analogi mentalē cōceptū distinguere: perfectum ꝛ imperfectum: et dicere ꝙ analogo et suis analogatis respondet vnus conceptus mentalis imperfectus, et tot perfecti quot sunt analogata. Quia enim vnum analogatorum vt sic, simile est alteri, consequens est, ꝙ conceptus repñtans vnū, representet alterū: iuxta illam maximam: quicquid assimilatur simili vt sic, assimilatur etiam illi cui illud tale est simile. ¶ Quia vero talis similitudo fm proportionem tantum est, que diuersam rationem in altero fundamento hꝫ: cōceptus perfecte representans vnum analogatorū, a perfecta representatione alterius deficit: ꝛ i consequenter oportet alterius analogati alterum adequatum conceptū esse. Unde ꝛ analogū vnū habere mentalē conceptū, ꝛ plures habere conceptus mētales, verum est diuersimode: quamuis simpliciter loquendo magis debeat dici, analogi esse plures conceptus, nisi loquendi occasio aliud exigat. Dico autem hoc: quoniam cum contradicendus analoga omnino carere vno conceptu mentali sermo est, vnum eorum conceptum absolute dicere non est reprehendendum. Propter quod oportet solerti discretione lectorem vti: quando inuenitur scriptum ꝙ analogata conueniunt in vna rōne, et quando inuenitur alibi, ꝙ analoga nō conueniunt in vna ratione. ¶ Est ergo differentia inter analogiam et vniuocationem quo ad conceptum mentalem, ꝙ vniuoci et vniuocatorum vt sic vnus est conceptus perfecte et adequate eis respondens: vt de conceptu animalis patet. Analogi vero et analogatorum vt sic, plures necessario sunt conceptus perfecte ea representantes, et vnus est conceptus imperfecte representans. Nō ita ꝙ sit vnus conceptus adequate respondens nomini analogo, et inadequate analogatis: quoniam secundum veritatem nomen illud vniuocū esset, sed ita ꝙ cōceptus vnus representās perfecte alterū analogatum vt sic, imperfecte representat reliquū. ¶ Quo ad vocem aūt, non est inter analoga ꝛ vniuoca differentia. ¶ Ex his aūt prelibatis intentū facile patere potest: quomodo scilicet distinguiꝛ analogū, puta ens, ab analogatis: puta substantia, quantitate ꝛ qualitate. Uniuocum enim, puta animal distinguitur ab vniuocatis (puta homine ꝛ leone) quo ad rem significatam seu cōceptum obiectiuum, ꝛ quo ad conceptum mentalem, sicut vnū simpliciter, abstractū ꝛc. a multis simpliciter ꝛc. Analoguꝫ vero quo ad rem seu obiectiuum conceptum distinguitur sicut vnum proportione a multis simpliciter, vel (ꝛ idē est) sicut multa vt similia fm proportiones a multis absolute: verbi gratia, Ens distinguiꝛ a substantia ꝛ quantitate, non qꝛ significat rem quandam eis cōmunem, sed qꝛ substantia quidditatem tm̄ substātie importat, ꝛ similiter quantitas, quidditatem quātitatis absolute significat: ens aūt significat ambas quidditates vt similes fm proportiones ad sua esse, ꝛ hoc est dicere vt easdem proportionaliter. ¶ Quo ad conceptum aūt mentalem adequatum, hoc quoqꝫ eodē omnino modo distinguiꝛ. Secundū conceptū vero mentalē imperfectum, quāuis distinguatur sicut vnū simpliciter a multis simpliciter, non tñ sicut vnū abstrahens in representando ab illis multis: quēadmodum in vniuocis contingit. Qm̄ vt ex dictis patet, cōceptus ille, puta qualitatis inquantum ens, alterius analogati idest ipsius qualitatis fm ꝙ se habet ad suum esse, est adequate representatiuus, ꝛ a qualitatis quidditate non abstrahēs, ceterorum vero (puta quantitatis ꝛ substantie) imperfecte tātum est representatiuus, inquantum eis similis proportionaliter est.

¶ Qualis sit abstractio analogi ab analogatis. Caput. v.

Oportet autem Ex premissis ostendere, qualiter analogū abstrahat ab his, qbus cōmune fm analogiam dicitur: puta qualiter ens abstrahit a substantia ꝛ quātitate. Insurgit siquidem difficultas quedam in re hac, et ex parte rerum, ꝛ ex parte conceptus. ¶ Ex parte siquidem rerū: quia videtur analogi nominis res significata, eodem abstrahibilis ꝛ abstracta modo, quo res vniuoco nomine significata. Quoniam cum (vt in. 5. meta. dicitur) vnum in qualitate faciat simile nulla apparet ratio, cur a quibusdam similibus sit vna res abstrahibilis, ꝛ a quibusdam non, licet eiusdem ratio sit, cur ab his similibus puta sorte ꝛ platone, abstrahibilis sit res magis vna, ꝛ ab illis, puta homine ꝛ lapide, minus vna. Unde si substantia ꝛ quantitas assimilantur in hoc quod vtraqꝫ est ens, et consequenter in eis est aliquid vnum, quod est fundamentum illius similitudinis: quid vetat ab eis abstrahi rem vnam vtriqꝫ communem? ¶ Ex parte vero conceptus: quia videtur eodem modo conceptus analogi abstrahere ab analogatis, sicut vniuocum ab vniuocatis: eo quod analogum nomen importat in confuso singulas proportiones analogatorum, et distincte non significat nisi proportionem in communi: verbi gratia, ens non significat habens se ad esse sic vel sic: puta vt substantia, aut vt quantitas: sed si proportionale nomen est, significare videtur habens se ad esse secundum aliquam proportionem, quecunqꝫ sit illa. Hoc autem constat esse eque abstractum a substantia et a quantitate: ꝛ consequenter per modum vniuoci in analogis abstractio conceptus apparet.

Ut autem Euidēs fiat huius ambiguitatis determinatio: sciēdum est, quod licet abstrahere, diuersa significet cum dicimus intellectum abstrahere animal ab homine et equo, et cum dicimus animal abstrahere ab homine et equo: eo quod tunc significat ipsam intellectus operationem attingentem in eis vnum et non alia, nunc vero significat extrinsecam denominationem ab illa intellectus operatione, qua res cognita abstracta denominatur. In vnum tamen et idem semper tendit: quoniam semper sonat intelligi vnum non intellecto altero. Ideoqꝫ nihil aliud est agere de abstractione analogi ab analogatis, quam inquirere et determinare, quomodo res significata analogo nomine intelligi possit, non cointellectis analogatis: et quomodo conceptus illius habeatur absque conceptibus istorum. Cum igitur ex superdictis, et ex ipso analogie vocabulo pateat, quod analogo nomine non simpliciter vna res, sed res proportione vna significatur: talis autem idem est quod res diuerse vt similes proportionaliter, facile deduci potest, ꝙ res analoga potest quidem intelligi non cointellectis analogatis, et consequenter abstrahere ab eis. Sed non sicut in vniuocis res vna

(puta natura sensitiua, seu animal intelligit nõ cointellectis oino natura humana ⁊ equina vt sic) sed sicut due res vt proportionaliter similes intelligunt, non cointellectis ipsismet duabus rebus fm suas proprias naturas absolute. Ita q analogi abstractio nõ consistit in cognitione vnius et non in cognitione alterius: sed in vnius ⁊ eiusdem intellectione vt sic, ⁊ non in intellectione absolute. verbi gratia entis abstractio non consistit in hoc, q entitas apprehendatur, ⁊ substantia aut quantitas non: sed in hoc q substantia, aut quantitas apprehenditur vt sic se habet ad proprium esse: fm hoc enim similitudo proportionaliter attenditur: ⁊ non apprehenditur substantia, aut quantitas absolute. Et simile est de alijs rebus analogis: quales sunt fere omnes metaphysicales. Unde concedi potest rem analogam abstrahere, et non abstrahere ab analogatis diuersimode. Abstrahere quidem, pro quanto abstrahit ab eis quemadmodum res vt sic idest res similis alteri proportionaliter abstrahit a se absolute sumpta. Non abstrahere vero, pro quãto res vt sic accepta seipsam necessario includit, ⁊ absq seipsa intelligi non potest. Quod de vniuocis dici non potest: q res vniuoca, absq alijs quibus est vniuoce communis, intelligitur, sic q eas in suo intellectu nullo modo actualiter includit: vt patet.

Obiectioni autem ad oppositum adducte ex analoge similitudinis natura, facile satisfit, dicẽdo q cum vnum multipliciter dicat, nõ oportet oẽm similitudinẽ attendi fm vnum simpliciter: sed quandoq sufficit q vnum fm proportionem faciat simile. Unum aũt proportionaliter non est simpliciter vnum, sed multa similia scdm proportiones, a quibus ideo nõ potest abstrahi res vna simpliciter: q similitudo ipsa proportionalis tantum est, ⁊ fundamentum non est vnum nisi proportionaliter. De ratione siquidem vnius proportionaliter, est habere quatuor terminos: vt in quinto ethi. dicitur, Nã proportionalitas, que similitudo proportionum fit inter quatuor ad minus (que duarũ proportionum extrema sunt) necessario est, ⁊ consequenter vnum proportione, non vnificatur simpliciter, sed distinctionẽ retinens, vnum pro tanto est ⁊ dicitur, pro quanto proportionibus dissimilibus diuisum non est. Unde sicut non est alia ratio quare vnũ proportionaliter non est vnum absolute, nisi q ista est eius ratio formalis: ita non est querẽda alia ratio, cur a similibus proportionaliter non potest abstrahi res vna, hoc enim ideo est, q similitudo proportionalis talem in sua ratione diuersitatem claudit. Et accidit vlterius procedentibus, vt querant id quod sub questione nõ cadit: vt quare homo est animal rationale ⁊c.

De abstractione quoq conceptus eodem dicẽdum est modo, abstrahit enĩ cõceptus analogi nominis non sicut vnum simpliciter, sed sicut vnũ proportione: seu simile fm proportiões a multis absolute. Sed q obijciendo tangitur de abstractione conceptus analogi a specialibus cõceptibus illius analogie, ⁊ abusiue analogata ibidem vocantur partiales analogi rationes: ideo diligenter cauendum est, ne apparentia in obiectione facta in illum errorem ducat, qui ibi tangitur. Sciẽdum siquidem est, q licet in analogis fm attributionem in hoc omnia analogata conueniant, q eandem formam omnino respiciunt: ita q nõ solum conueniunt in vno termino, sed in hoc quod est respicere illum. Erroneum tamen est, analogo p attributionem, conceptum vnum respectus in communi ad illum terminum per abstractionem a tali ⁊ tali respectu, attribuere: verbi gratia, animal inquantum sanum, vrina inquantum sana, ⁊ medicina inquantum sana, licet conueniant ⁊ in sanitate tanq termino: cuius animal est subiectum, vrina signum, ⁊ medicina causa, ⁊ conueniant in hoc quod est respicere sanitatem: quodlibet enĩ eorum sanitatem respicit, licet diuersimode. Ab his tamen specialibus respectibus non abstrahitur respectus in communi ad sanitatem, importatus sani nomine: in cuius conceptu omnes speciales respectus ad sanitatem, confuse ⁊ in potentia claudantur. Falsum enim est, q sanum significet hoc quod dico respiciens vel aliqualiter se habens ad sanitatem. Tum q sic sani nomen vniuocũ vere esset ad vrinam ⁊ animal ⁊c. vt patet ex vniuocorum diffinitione. Tum q hoc est contra intentionem dicẽtium, vrinam aut dietam sanam. Percunctantibus siquidem, quid est vrina inquãtum sana: non respondetur, respiciens sanitatem: sed omnes respectũ illum specificant respondentes signum sanitatis, ⁊ similiter de dieta respondetur, q est conseruatiua sanitatis ⁊c. Tum q contra omnes ⁊ philosophos ⁊ logicos hucusq a me visos hoc est. Sicut autem in predictis analogis predictus cauendus est error: ita in analogis fm proportionem (que sola simpliciter analoga sunt) similis cauendus est error, ex simili causa apparentie firmitatẽ trahens. Quia enim analogata conueniũt in hoc, q vnumquodq eorum commensuratum seu proportionatum est, licet diuersimode: credi potest q ab his specialibus proportionibus abstrahatur proportionatum in communi, ⁊ nomine analogo significetur. Ac per hoc analogum habeat conceptum vnum, in quo confuse ⁊ in potentia claudantur omnes speciales proportiones analogatorum. verbi gratia, vt quia substantia proportionata est suo esse, ⁊ similiter quantitas et qualitas, licet diuersimode: ideo a substantia ⁊ quantitate ⁊ qualitate ⁊c. diuersimode proportionatis suis esse, abstrahatur res siue quidditas proportionẽ habens ad esse, qualiscunq sit illa proportio, et hoc sit entis primarium significatum: in quo omnes speciales proportiones substantie, quantitatis et qualitatis ⁊c. ad sua esse confuse claudantur et in potentia. Sed hoc falsissimum est. Tum quia hoc quod dicitur, scilicet res proportionata ad hoc quod sit, non est res vna simpliciter etiam in esse obiectiuo, nisi chimerice. Tum quia proportionalia nomina vniuoca essent (vt ex vniuocorum diffinitione patet) et consequenter periret proportionalitatis ratio: que extrema vnum simpliciter esse non compatitur, ⁊ sic essent proportionalia et non proportionalia: quod intellectus capere non potest. Tum quia contra aristo. authoritatem in .2. posteriorus adducendam, ⁊ adductam ex primo ethi. ⁊ san. tho. ⁊ auer. ⁊ alber. expresse est. Unde confusio, qua analogum tam secundum attributionem quam secundum proportionem importat speciales habitudines aut proportiones, non est confusio plurium conceptuum in vno communi conceptu: sed est confusio significationum in vna voce, licet difformiter. Quoniam in analogia attributionis vox analoga primum distincte significat, cetera autem confuse. In analogia vero proportionis, nomen analogum ad omnes suas significationes indistincte se habere permittitur.

Cautum tamen ⁊ attentum oportet hic esse: quia cum analogi rationes dupliciter sumi possint scilicet fm se, ⁊ vt eadem, ⁊ ipse vt eadem propter identitatem proportionalis naturam non abstrahant a seipsis: et tamen aliquid conuenit eis ratione identitatis, seu inquantum eadem sunt, quod non conuenit eis ratione diuersitatis (vt patet de communibus eis) videtur q duo incompossibilia fm apparentiam analogi rationibus conueniant: scilicet q ipse vt eadem non abstrahant a seipsis, ⁊ q ipse vt eadem aliquid causent ⁊ habeant, quod non vt diuerse, reduplicariq possint vt eadem, non reduplicatis vt diuerse sunt Haec enim non solũ compossibiliter, sed necessario simul sibi vendicat identitas proportionalis: quoniam ⁊ extrema vniri omnino non patiens, ab eis omnino abstrahi non permittit extrema aliqualiter indiuisa ⁊ eadem ponens, vt eadem ea cõsiderabilia ⁊ reduplicabilia exigit. Sicq fit, vt in analogo secundum identitatem in se clausam, ad diuersitatem rationum in se quoq clausam comparato, abstractio quedam (que non tam abstractio, quam quidam abstractionis modus est) inueniatur: propter quam non solum ab analogatis (puta substantia et quantitate) analogum, puta ens, abstrahere dicitur; vt supra diximus: Sed ab ipsis eius rationibus, seu a diuersitate ipsarum rationum eius: puta rationis entis in substantia, et rationis entis in quantitate. Non quia quandam rationem eis communem dicat: quia hoc est falsum, nec quia ille rationes omnino sint eedem, aut eas omnino vniat: quia sic non esset analogum, sed vniuocum, sed quia eas proportionaliter adunans, et vt easdem proportionaliter significans, vt easdem considerandas offert, annexa inseparabiliter diuersitate quasi seclusa: et identitate proportionali vnit, et confundit quodammodo diuersitatem rationum. Sicq non sola significationum in voce confusio, analogo conuenit: sed confusio quedam conceptuum, seu rationum fit in identitate eorum proportionali, sic tamen vt non tam conceptus quam eorum diuersitas confundatur. Et quoniam analogum talem identitatem precipue importat: et tali confusione frequenter vtimur, analoga nomina ab omni rationum eius diuersitate abstrahere dicentes (dum confuse pro omnibus supponere ipsum plures exponimus) ideo non mediocri opus est vigilantia, ne in vniuocationem labi contingat. Abstrahit igitur analogum a suis analogans (puta ens a substantia et quantitate) sicut vnum proportione a multis: seu sicut similia proportionaliter a seipsis absolute, tam quo ad conceptum obiectiuum quam mentalem: siue sit sermo de abstractione totali, siue de formali. Hee enim abstractiones non differunt in eodem, nisi secundum precisionem, et non precisionem: vt alibi declarauimus.

Unde nihil aliud est dicere ens abstractum a naturis predicamentorum abstractione formali, quam dicere naturas predicamentales proportionales ad sua esse, ut sic precise: a specialibus autem seu singulis analogie rationibus extremis, non tertio conceptu simplici sed voce communi & identitate proportionali earundem, quodammodo abstrahit.

¶ Qualis sit predicatio analogi de suis analogatis. Cap. vi.

Videbitur autem forte alicui ex his quod predicatio analogi de suis analogatis (puta entis de substantia et quantitate, aut forme de anima & albedine &c.) sit sicut predicatio equivoci de suis equivocatis: ita quod non sit predicatio superioris de inferioribus, nec communioris de minus communi nisi sola voce: sed eiusdem de seipso. Non est enim analogo res una significata, que in utroque analogatorum salvetur. absque hoc autem predicatio communioris aut superioris non invenitur secundum intrinsecam denominationem, seu inexistentiam. Sic enim analogum secundum proportionalitatem commune esse dictum est. Fovere quoque potest non parum opinionem hanc processus iuxta primum topi. Aut scilicet analogum est predicatum convertibile, aut inconvertibile, seclusa vocis communitate. Et cum constet non esse inconvertibile (quoniam substantia ut sic se habens ad suum esse, quod ens de substantia dictum predicat, convertitur cum substantia: & similiter quantitas sic commensurata suo esse, cum quantitate convertitur, & sic de aliis:) consequens est, quod analogum tanquam superius, de analogatis predicari non possit. Superioris enim intentionem suscipere non potest, quod convertibile esse comprobatur. Et quoniam secundum veritatem analogum ut superius predicatur de analogatis, & non sola voce commune est eis, sed conceptu unico proportionaliter: cuius unitas ad hoc quod predicatum aliquod superioris rationem habeat, sufficit: quia superius nihil aliud sonat quam unum predicatum ad plura se extendens, unum autem non per accidens, aut congregatione (sicut acervus lapidum) sed per se, constat esse etiam unum proportione ideo ad huius veritatis claritatem ex extremis procedendo, sciendum est, quod quia analogum medium est inter univocum & pure equivocum, consequens est quod analogum idem aliquo modo, & non idem aliquo modo de suis predicet analogatis. Et quia predicat aliquid abstrahens aliquo modo a suis analogatis (ut ex premisso patet ca.) consequens est, quod comparetur ad sua analogata ut maius ad minora, seu superius ad inferiora: licet non omnino unum secundum rationem sit, quod eis imponit. Quod ut clarius pateat, figuraliter declaratur sic: Tam in equivocis quam univocis et analogis, quatuor inveniuntur scilicet due res ad minus, equivocate, univocate aut analogate: et due res, seu rerum rationes equivocationem, univocationem aut analogiam fundantes. verbi gratia, In equivocatione canis inveniuntur hec quatuor, scilicet canis marinus, & canis terrestris, & ratio illius, & ratio istius secundum nomen canis. In univocatione quoque animalis inveniuntur quatuor: scilicet homo & bos, & natura sensitiva hominis & natura sensitiva bovis: que animalis univocationem fundant. In analogia similiter entis quatuor sunt. s. substantia & quantitas, & substantiam inquantum commensurata suo esse, & quantitas secundum quod suo esse proportionatur. Et licet prima duo. s. equivocata & univocata & analogata eodem modo quantum ad propositum spectat in omnibus his distinguantur, quia utrobique ex opposito condistincta sunt: altera tamen duo univocationem, equivocationem & analogiam fundantia, diversimode unita aut distincta sunt. In equivocis namque rationes ille, puta canis marini & terrestris, sunt omnino diverse secundum rationem: & propter hoc id quod predicat canis de marino cane, nullo modo predicat de terrestri, & econverso: & ideo sola voce communius aut maius equivocatis dicitur & est. In univocis vero res ille (puta animalitas in bove & animalitas in leone) licet numero & specie diverse sint, ratione tamen omnino eedem sunt: ratio enim unius est omnino eadem quod ratio alterius, & econverso: et propter hoc id quod predicat animal de homine, idem omnino predicat de bove, & univocum dicitur & superius homine & bove. In analogis autem res analogiam fundantes (puta quantitas ut sic se habens ad esse, & substantia ut sic se habens ad esse) licet diverse sint & numero & specie & genere, ratione tamen eedem sunt non omnino, sed proportionaliter: quoniam unius ratio proportionaliter eadem est alteri. Et propter hoc id quod predicat analogum, puta ens de quantitate, illudmet proportionaliter predicat de substantia, & econverso. Est enim illudmet proportionaliter id quod in substantia ponit, & econverso, & propter hoc analogum (puta ens) non sola voce communius, maius aut superius analogatis est, sed conceptu (ut dictum est) proportionaliter uno. Ita quod analogum & univocum conveniunt in hoc: quod utrumque communioris & superioris rationem habet. Differunt autem in hoc, quod illud est superius analogice seu proportionaliter, hoc vero univoce. Et merito: quia fundamentum superioritatis utrobique salvatur, univocationis autem non. Fundatur enim superioritas super identitate rationis rei significate idest super hoc quod res significata invenitur non in hoc tantum, sed illamet non numero sed ratione, invenitur in alio. Univocatio autem super modo identitatis omnimode scilicet identitate rationis rei significate idest super hoc quod ratio rei significate in illo & in isto est eadem omnino. Quamvis enim in analogis hic identitatis modus non inveniatur, quem in univocis inveniri pluries dictum est: identitas tamen ipsa rationis rationum invenitur, est namque identitas proportionalis, identitas quedam. Et ideo non minus analogum (puta ens) est predicatum superius quam univocum, puta animal: sed alio modo. analogum enim est superius proportionaliter: quia fundatur supra identitatem proportionalis rationis rei significate, univocum autem precise & simpliciter: quia super omnimoda identitate rationis rei significate eius superioritas fundatur. Propter quod sanctus thom. superioritatis fundamentum aspiciens in quinto meta. dixit, quod ens est superius ad omnia, sicut animal ad hominem & bovem.

> Als ✝ identitas est ratio: nuȝ &c.

¶ Unde obiectiones ad oppositum adducte, in hoc peccant, quod inter identitatem & modum identitatis non distinguunt. Fatendum est enim quod ad hoc quod aliquis terminus denominetur superior, aut communior, oportet ut rem unam et eandem in utroque ponat: sed sophisma consequentis committitur inferendo ex hoc, ergo oportet quod dicat rem unam et eandem omnino. Et est semper sermo de identitate secundum rationem, seu diffinitionem. Identitas enim & unitas continent sub se non solum unitatem & identitatem omnimodam, sed proportionalem, que in analogi nominis ratione salvatur. Negandum est igitur, quod in analogis non predicatur idem de uno & alio analogato: quoniam unum & idem proportionaliter de omnibus analogatis dicitur: et propterea inter predicata non convertibilia numerandum est. Quantitas enim licet adequet ens de quantitate verificatum secundum rationem omnino eandem, non tamen secundum rationem illam proportionaliter: quoniam entis ratio non alia proportionaliter ad substantiam & qualitatem se extendit. Verum quia analogum sonat identitatem proportionalem, ideo huiusmodi rationibus formaliter respondendo, nullo pacto concedendum est analogum converti cum aliquo analogato. Ad materiam tamen descendendo, potest intrepide dici, quod quia analogum rationem unam proportionaliter tantum predicat, & unam proportionaliter plura esse proportionibus similia manifestum est: dupliciter potest secundum singulas rationes ad analogata comparari. Uno modo absolute: & sic secundum singulas rationes cum singulis analogatis convertitur: quia nulla omnino una analogi ratio in duobus analogatis invenitur. Alio modo secundum identitatem proportionalem, quam habet una cum altera: & sic cum nullo analogato convertitur: quoniam omnes analogi rationes indivise sunt proportionaliter, & una est altera proportionaliter. Et quia (ut dictum est) analogum hanc sonat identitatem, ideo formaliter & simpliciter loquendo, analogum inconvertibile & communius predicatum concedendum est esse. Non tamen genus, aut species, aut proprium, aut diffinitio, aut differentia, aut accidens universaliter est. Nec propterea diminutus aristot. aut porphy. fuit: quoniam predicabile quod simpliciter unum est, docebant, ac per hoc inter equivoca analoga numerarunt.

¶ Ex predictis autem manifeste patet, quod analogum non conceptum distinctum, nec unum precisum inequaliter participatum, nec unum ordine, sed conceptum unum proportione dici et predicari. De ordine tamen in analogis incluso infra tractabitur. Unde cum dicitur de homine, aut albedine, aut quocumque alio quod est ens: non est sensus, quod sit substantia, vel accidens: sed sic se habens ad esse. Utor autem ly sic: quoniam de propriis nominibus proportionum ad esse in actu exercito eas importantibus, disputare nolo ad presens: quoniam metaphysici negocii opus hoc est, et exemplariter hic de ente loquimur. Simile siquidem est de actu, potentia, forma, materia, principio, causa, & aliis huiusmodi iudicium.

¶ Qualis analogatorum secundum analogi nomen diffinitio. Cap. vii.

Apparere quoque poterit alicui, quod in ratione unius analogati (puta qualitatis) secundum analogi, puta entis nomen, alterius analogati, puta substantie vel quantitatis

ratio ſm idem analogi nomē cadere debeat: sicut in analogia attributionis contingere dictum est. Fundamentum autē inde apparentia hec sumitur: quia ratio vnius analogati vt eadem proportionaliter est alteri, absq; illa altera exprimi complete nequit. Dictū est autē ꝙ analogo nomine rationes he importanť vt eadē proportionaliter sunt. ❡ Et confirmat hoc expositio ipsa analogie ab aristo. auct. & san. tho. in primo ethic posita. Exponunt enim ꝙ bonū seu perfectio analogice dicitur de visu & intellectu: quia sicut visus in corpore, ita intellectus in anima perfectio est. Constat autem ꝙ nō est intelligibile hoc se habere sicut illud, nisi vtrumq; extremorum percipiatur. Necessario igitur videtur, vnum analogatorum ſm analogi nomen per aliud diffiniendum esse.

Ut autem liqueat huius ambiguitatis solutio, recolendum est analoga hec dupliciter inueniri. s. proprie & metaphorice. Diuersimode enim hec se habent ad propositam questionem. In analogia siquidem ſm metaphoram, oportet vnum in alterius ratione poni: non indifferenter sed proprie sumptum, in ratione sui metaphorice sumpti claudi necesse est: quoniam impossibile est intelligere quid sit aliquid ſm metaphoricum nomē, non cognito illo ad cuius metaphoram dicitur. Neq; enim fieri potest vt intelligam quid sit pratum in eo ꝙ ridens, nisi sciam quid significet risus nomen proprie sumptum: ad cuius similitudinem dicitur pratum ridere. ❡ Est autem huius ratio radicalis: quia analogum metaphorice sumptum, nihil aliud predicat, quam hoc se habere ad similitudinem illius: quod absq; altero extremo intelligi nequit. Et propter hoc huiusmodi analoga prius dicuntur de his, in quibus proprie saluantur, & posterius de his in quibus metaphorice inueniuntur, & habent in hoc affinitatem cum analogis ſm attributionem: vt patet. In analogia vero in qua nominis saluatur proprietas, nullum analogi membrum per alterum diffiniri oportet: nisi forte gratia materie: vt san. tho. in. 2. q. de veri. articu. xi. docuit. Sunt enim analogatorum rationes ſm analogi nomen quodammodo medie inter analoga ſm attributionem, & vniuoca. In analogis enim ſm attributionem primum diffinit reliqua. In vniuocis vero neutrum alterum diffinit, sed vnius diffinitio est completa alterius diffinitio: & econuerso. In analogis autem neutrū alterum diffinit: sed vnius diffinitio est proportionaliter alterius diffinitio. Et loquimur semper de ratione ſm nomen commune, verbi gratia, in diffinitione cordis ſm ꝙ principium animalis, nō ponitur fundamentum ſm ꝙ principium domus, nec econuerso: sed eadem proportionaliter est principij ratio vtrobiq;: vt cōmen. vbi supra dicit. ❡ Duobus autem opus est distinctionibus vti in re hac: ea scilicet que in logica traditur de actu signato & exercito: & ea que a metaphysico, vt plurimum tractatur, de ordine rerum sub vno nomine ex parte rei, & parte impositionis nominis. ❡ Ex prima siquidem distinctione scimus duo. Primo, ꝙ sicut animal dictum de homine & equo, importans vniuocationem in actu exercito, non predicat de homine totum hoc scilicet naturam sensitiuam eandem omnino ſm rationem nature sensitiue equi & bouis, sed naturam sensitiuam simpliciter: quam tamen ad hoc ꝙ vniuoca sit predicatio, oportet esse omnino eādem ſm rationem nature sensitiue equi & bouis, ita ens importās proportionalitatē in actu exercito, non predicat de quantitate totum hoc scilicet habens se ad esse sic proportionaliter vt substantia aut qualitas ad suū esse, sed habens se ad esse sic absq; alia additione: quod tamen oportet ad hoc ꝙ analoga sit predicatio, idem proportionaliter esse cum altero, sic se habere ad esse quod de substantia aut qualitate ens predicat. ❡ Secūdo, ꝙ sicut ex declaratione qua manifestatur animal esse vniuocum, quia dicit vnam & eādem omnino rationem in omnibus, non fallimur, nec confundimur, nec vagamur circa hominis & bouis ſm animalis nomen rationem: sed quiescimus, intuentes ꝙ animal exercet quod vniuocorum diffinitio & expositio significat. Ita ex hoc ꝙ declaratur ens aut bonum aut quodcūq; aliud esse analogum: quia dicit rationes plures easdem proportionaliter, & importat hoc se habere quemadmodum proportionaliter se habet illud ad esse vel appetitum &c. non debemus turbari, & inquirere in analogi nominis (puta boni) ratione significationem istam, sed sat sit, distinguendo inter actum signatum & exercitum, inspicere ꝙ analogi nominis ratio id exercet, quod analogi ratio & declaratio significat. ❡ Ex his autem duobus patere iā potest intentum. ꝙ scilicet non oportet vnum analogie membrum per alterum diffinire, ex eo ꝙ analogum significat ea esse eadem proportionaliter: quoniam hoc in actu exercito significat. ❡ Ex secunda vero distinctione scimus, nō solum ꝙ preposterus est ordo rerum & significationum quandoq; sub nomine analogo: ita ꝙ prior ſm rem ratio, posterior interdū significatione est (vt de ente & bono, & alijs huiusmodi communibus deo & creaturis accidit: ratio enim quam in deo quodlibet horum ponit, significatione quidem posterior, re autem prior est;) & ꝙ propter alterum horum dicitur analogum predicare de suis analogatis secundum prius & posterius, ipsam analogi rationem ✠. Sed etiam scimus, quod quādo ratio quam ponit analogum in vno, ex ratione quam in altero ponit exponitur, non ideo fit quia vnū in alterius ratione cadat: sed quia vnius ratio posterior altera est significatione, & per priorem vtpote notiorem declaratur, vt sanctus tho. in. 2. articulo, q. 13. prime partis fecit, declarans, quod dicendo, deus est bonus: sensus est, id quod bonitatem in creaturis dicimus, preexistit in deo proportionaliter &c. Et eadem intelligendum est ratione fieri, si posterior secundum rem per priorem declaretur. Non diffinit ergo analogum ſm vnam rationem, seipsum ſm alteram, licet exponat & declaret.

✠ Talis pdicari de suis analogatis ſm pri et po. ſm ipsā analogi rōnem.

Obiectionibus autem in oppositum quamuis ex dictis satisfactū sit: formaliter responderi potest, quod cognosci aliqua vt eadem proportionaliter, seu hoc se habere sicut illud: dupliciter contingit. Uno modo formaliter idest quo ad relationem identitatis & similitudinis, et sic absq; extremis cognitio hec haberi nō potest. Alio modo fundamentaliter, et sic in ratione vnius non cadit reliquum: sed ratio vnius est alterius ratio, omnino, vel proportionaliter. Constat autem, quod analogum nomen (puta ens aut bonum) non relationem identitatis aut similitudinis significat, sed fundamentum: & ideo obiectiones que iuxta primum sensum procedunt, nihil concludunt contra intentum. Patet autem facillime hec esse vera exempla de vniuocis, ponendo & applicando ad identitatem vniuocationis. Significat namq; nomen vniuocum plura inquantum eadem sunt vniuoce, seu secundum rationem omnino. Et identitatis relatio in nullo extremorum absq; altero intelligibilis est &c.

❡ Qualis sit in analogo comparatio. Caput. viij.

Difficultas etiam non parua (que multos inuasit ac superauit) de comparatione in analogo dilucidanda est. Creditum enim a quibusdam est, ꝙ nō posset analogia posita, sermone nisi extorte exponi, quo vnum analogatum magis aut perfectius tale ſm analogi nomē diceretur: verbi gratia: substantia est magis, aut perfectius ens quam quantitas. Mouti sunt autem ex eo, ꝙ comparatio in vno communi, vtrinq; facienda est etiam ſm grammaticos: ꝙ in analogo non inueniri videtur. ❡ Et potest formari ratio pro eis talis. Aut comparantur analogata in vna communi eis ratione, aut in suis rationibus. Non in ratione communi: quia illa analogum caret, nec in rationibus proprijs: quia tunc falsum est substātiam esse magis ens quam quantitatē. Nō enim minus aut imperfectius quantitas est sua ratio quam ens in ea ponit, quam substantia sua &c. Nullo igitur modo videtur comparationem cum analogia saluari posse.

❡ Succumbitur autem difficultati huic: quia proprium comparationis fundamentū non consideratur. Fundatur enim sup identitate seu vnitate rei in qua fit comparatio, & non super modo idētitatis aut vnitatis: sicut de intentione superioritatis predictū est. Unde cū analogū ex dictis constet rem vnā licet proportionaliter dicere, nihil prohibet in ipso comparari analogata: licet nō eo modo quo vniuoca fit cōparatio. Ad cōparationem siquidem cum requirantur & sufficiāt hec tria. s. distinctio extremorum, & idētitas eius in quo fit comparatio, & modus essendi illius in extremis. s. eque vel magis aut minus perfecte: sub idētitate autem seu vnitate proportionalis vnitas seu identitas continentur, consequens est, quod si in diuersis idem proportionaliter eque vel magis aut minus perfecte esse habet, comparatio secundum illud proportionale fieri possit, comparatione non vniuoca, sed analoga. Sicut enim quia natura sensitiua est in boue, et illa met omnino secundum rationem est in homine, & perfectius esse habet in homine quam in boue, homo perfectius animal boue dicitur vniuoca comparatiōe, sic quia sic se habere ad esse est in substantia, & hoc idem proportionaliter est in quantitate, & imperfectius esse habet in quantitate quam in substantia, dicitur substantia magis seu perfectius ens quā quantitas, analoga comparatione. Unde sanctus tho. in. 7. articu. q. 7. de po. dei. tripliciter comparationem fieri docens, duos modos analogice comparationis ponit: aperte ex hoc insinuans, comparationem non solum super identitate numerali, specifica aut generica fundari, sed etiam proportionali. ❡ Modi autem

comparationis ibidem traditi sunt hi. s. sm solam quantitatem rei participate, ⁊ sic unum album dicitur altero albius. Uel extendendo propter presens propositum, hunc modum ad omnem comparationem univocam, dicatur ꝙ primus attenditur sm quantitatem rei participate eiusdem omnino sm rationem, sive illa ratio sit specifica, sive generica: ut calidum magis calidū altero dicitur, ⁊ homo perfectius animal leone est. ¶ Secundus vero modus attenditur sm ꝙ res aliqua in uno invenitur participative, alterū vero est per essentiam, quemadmodū homo platonicus longe perfectior homo esset nobis. Et abstractione intellectus utēdo: quemadmodum bonitas longe melior est quocunqꝫ bono, quod participative bonum dicitur. ⸿ Tertius autem modus attenditur sm ꝙ res aliqua in uno invenitur formaliter ⁊ sm se, in altero aūt virtualiter ⁊ elevatum ad rem superioris ordinis. Quemadmodum dicimus ꝙ sol est magis calidus ꝙ̄ ignis: vel ꝙ calor perfectius esse habet in sole ꝙ̄ in igne. Nec est dubium hos duos modos univocam comparationem impedire ut san. tho. ibidem dicit. et aristo. in primo ethic. de primo modo testatur: ubi bonum commune nō univoce, sed sm proportionalitatem dicendum docet, bonitati separate ⁊ bonis ceteris per participationem. Patet igitur ex his, eadem proportionaliter ut sic esse comparabilia: quamvis physice loquendo in sola specie aut genere comparatio fiat.

Ad Obiectionem autem in oppositum, dicitur quod utroqꝫ modo in analogis comparatio fit. Comparantur siquidē analogata (puta substātia ⁊ quantitas) in ratione una et communi proportionaliter, quam analogi nomen (puta ens) dicit, et addit supra analogata: ut ex dictis patet. Et comparantur secundum suas rationes, secundum tamen analogi nomen, que earum sit perfectior: secundum quod dicimus, substantia est perfectius ens quantitate: quia ratio entis in substātia perfectior est ratiōe entis in quantitate. Ita quod iuxta istam comparationem est sensus, substantia habet perfectiorem secundum entis nomen rationem ꝙ̄ quantitas, ⁊ non ꝙ substantia est magis aut perfectius substātia ꝙ̄ quantitas sit quantitas: ut quidam somniare videntꝰ. Unde comparatio ista extenditur usqꝫ ad analoga sm attributionē: licet in tali analogia nō nisi abusive comparatio fieri possit. Dicimus enim ꝙ ens reale est magis ⁊ perfectius ens ente rationis: quod per attributionem ad illud. ens dicitur in. 4. meta. tex. 2. quia ens reale habet perfectiorem secundum entis nomen rationem. Iuxta quem modum si usus admitteret, diceremus, animal est magis sanum urina: quia perfectiorem secundum sani nomen rationem habet.

¶ Qualis sit analogi divisio ⁊ resolutio. Caput. ix.

QUaliter autem Analogum dividēdum sit, et dicēdis manifestum est. Potest siquidem trifariam analogi divisio intelligi. ⸿ Primo, ut dividatur vox in suas significationes. Dictum est enim ꝙ analogum plures rationes significat immediate, et hec divisio convenit sibi inquātum equivocum quoddam est. ⸿ Secundo, ut dividatur significatum eius in quasi membra eius: eo modo quo ens quod proportionaliter unum est, sic et sic proportionatum mēbra dici possunt. Dictum est enim ꝙ analogum non ita diversas rationes significat, quin significet unam rationem proportionaliter. Omnes nāqꝫ rationes analogo nomine immediate significate, eadem proportionaliter sunt. Ratio autem una proportionaliter, cum constituatur ex pluribus rationibus proportionalibus, in eas secari potest. Hec autem non est divisio analogi in sua analogata: quoniā rationes he in ipsius analogi ratione intrinsece clauduntur, et analogata eius sunt in quibus rationes ille salvantur, nō ipse rationes. Entis enim analogata sunt substantia et quantitas: et non rationes entis in substantia et quantitate. Rationes enim (ut dictum est) analoge sunt. ⸿ Unde tertio modo potest dividi analogum, dividendo significatum eius in sua analogata per diversos modos quibus analogi rationem proportionalem analogata ipsa diversimode suscipiunt. Ita ꝙ divisum est significatum unū proportionaliter: dividentia sunt modi fundantes et facientes in analogatis proprias proportiones, secundum quas fit analogia: constituta autem per divisionem ut partes subiective, sunt analogata ipsa. verbi gratia: Quando ens dividitur in substantiam et quantitatem, divisum est ratio entis nomine significata: que omnes in se entis nomine significatas rationes claudit, utpote una proportionaliter: dividentia sunt substantivum ⁊ mensurativum, seu per se et in alio, sicut ex quibus substantia et quantitas habent ꝙ diversas entis rationes subintrent: partes autem subiective sunt substantia et quantitas: que in entis ratione analogantur. ¶ Et quia hec est propria analogi divisio, idcirco distincte explicādum est, quomodo differat divisio hec ab univoca. Tripliciter siquidem differunt. ⸿ Primo ex parte divisi: quia divisione univoca unum omnino secūdum rationem secatur, hic autem unum proportionaliter. ⸿ Secundo ex parte dividentium: quia differentie secantes genus sunt extra genus, modi autem secantes analogum, in ipsius analogi ratione clauduntur, quemadmodum ipsa analogata (ut in capitulo de abstractione declaratum est) propter quod in tertio metaphy. text. x. ens genus esse negatur. ⸿ Tertio ex parte ipsarum partium subiectivarum, que per divisionem fiunt: quia partes divisionis univoce licet ordinem habeant secundum se (et originis: ut dualitas est prior trinitate: et perfectionis: ut albedo est perfectior nigredine) tamē secundum divisi rationem, puta numeri aut coloris, neutra altera prior aut posterior est: sꝫ omnes equaliter in divisi ratione communicāt. Analogata vero, que analoga divisione constituuntur, non solum sm se, sed etiā in ipsius analogi quod dividitur ratione, ordinem habent. et aliud prius, aliud posterius est: adeo ut in uno eorum tota ratio divisi salvari dicatur, in alio autem imperfecte ⁊ sm quid. Quod nō est sic intelligēdum: quasi analogum habeat unā rationem, que tota salvetur in uno, et pars eius salvetur in alio: qm̄ puerile est hoc. Sed cum totum idem sit quod perfectum, ⁊ analogo nomine multe importentur rationes, quarum una simpliciter ⁊ perfecte constituit tale sm illud nomē, ⁊ alie imperfecte et sm quid: adeo dicitur ꝙ analogū sic dividitur, quod non tota ratio eius in omnibus analogatis salvatur, nec equaliter participant analogi rationem, sed secundum prius et posterius. ⸿ Cum grano tamen salis accipiendum est analogum simpliciter salvari in uno, et secundum quid in alio. Sufficit enim hoc verificari, vel absolute (ut patet in divisione entis in substantiā ⁊ accidens: illa enim absolute loquēdo dicitur ens simpliciter, hoc autem secundum quid) vel in respectu: ut patet in divisione entis in deum ⁊ creaturam. Utrūqꝫ enim licet ens simpliciter sit ⁊ dicatur absolute loquendo: creatura tamen in respectu ad deum, ens secundum quid, ⁊ quasi non ens est ⁊ dicitur.

Circa resolutionem Autem analogatorum, sciendum est, quod cum universaliter primum in compositione sit ultimum in resolutione, ⁊ per divisionem in ea que actu in aliquo sunt resolutio fiat: eodē modo resolvenda sunt analogata in analogum, quo cetera resolvuntur scilicet utendo divisione predicta (que vocatur divisio in partes essentie vel rationis) et a posterioribus secundum cōsequētiam ad priora procedendo, si longa esset resolutio facienda. ⸿ Ad rationem autem analogi cum deventum fuerit, singulis analogatis in suas rationes secundum analogi nomen resolutis: cum illa analogi ratio ex multis constituatur rationibus, ordinem inter se et proportionalem similitudinem habentibus: vel ordinate ad primam resolutio fiet: veniendo semper ad simillius ⁊ propinquius prime, et id in quo dissimilitudo est, relinquendo. Uel si non sic ordinatas inter se contingit esse rationes illas, ad primam omnes modo predicto deducende sunt. Ordinem enim ad primam nulla subterfugere potest. Nec refert in proposito, an fiat resolutio ad rationem primam significatione, vel secundum rem. Intelligēda enī sunt hec in suo ordine, scilicet significationum aut rerum.

¶ Qualiter de analogo sit scientia. Cap. x.

VIsum est Autem quibusdam de analogo scientiā esse non posse, nisi quemadmodum de equivocis scientia habetur: eo quod plures rationes dicit, licet similes. Imo fallaciam equivocationis committi in syllogismis, in quibus analogo pro medio sumpto, certum analogatum subsumitur (nisi forte gratia materie bonus esset processus) asserunt eadem ratione. Nec posse ex unius analogati ratione secundum analogi nomen concludi alterum analogatum tale formaliter esse: sed semper predictum incidere vitium ratione predicta confirmant. verbi gratia, Si ponamus sapientiam esse analogice communem deo ⁊ homini: ex hoc quod sapientia in homine inventa secundum formalem rationem precise sumpta, dicit perfectionem simpliciter non concludere possum, ergo deus est formaliter sapiens. sic arguendo: omnis perfectio simpliciter est in deo: sapientia est perfectio simpliciter, ergo. Minor enim distinguenda est: ⁊ si ly sapientia pro ratione sapientie que est in homine stat, argumentum erit ex quatuor terminis: quia in conclusione sapientia stat pro ratione sapientie quam ponit in deo. cum concluditur, ergo sapientia est in deo. Si autem pro ratione sapientie in deo stat in minore, nō

concludi ex perfectione sapiētie create deum esse sapientē: cuius oppositū z philosophi z theologi omnes clamant. ¶ Decipiuntur aūt isti, scotum (cuius est ratio hec in.q.1.di.3.primi lib.) sequētes: qz in analogo diuersitatem rationū inspicientes, id qđ in eo vnita tis z idētitatis latet, non considerant. Rationes enim analogi (vt superius etiā diximus) possunt dupliciter accipi. Uno modo sm se (inquantū abinuicem distinguuntur) z ea q̄ conueniūt eis vt sic, seu ex hoc. Alio modo inquantū eadē sunt proportionaliter. Primo modo accepte, vitiū equiuocationis inducerēt, si q̄s eis vteretur: vt patet. Scđo aūt modo eis vtēdo, peccatū nullū incurritur: eo q̄ quicquid cōuenit vni, cōuenit etiam alteri proportionaliter: z quicquid negatur de vna, negat proportionaliter de alia: qz quicquid conuenit simili in eo q̄ simile, cōuenit etiam illi cuius est simile, proportionalitate semper seruata. Unde si ex immaterialitate anime concluditur eam esse intellectualem, ex immaterialitate proportionaliter posita in deo, optime concluderet deū esse intellectualē proportionaliter: vt quantum immaterialitas illa excedit istam, tantū intellectualitas illa excedat istam zc. Propter qđ sanctus tho. in.q.2. de potētia dei, ar.5. analogata omnia sub vna analogi distributione cadere dixit. Et merito: qz vnitas analogie non esset in coordinatione vnitatū numerāda, nisi vnū proportionaliter, vnū esset affirmabile z negabile, z cōsequenter distribuibile, z scibile vt subiectū, z mediū, z passio. ¶ Unde ad obiecta in oppositum dicit, q̄ qz (vt in.2. elenchorū, ca.10. dicit) equiuocatio latēs in huiusmodi proportionalibus, peritissimos etiā latet, ideo oportet huiusmodi analogis nominibus vtendo ex parte vnitatis, semp modū proportionalitatis subintelligi: aliter in vniuocationem lapsus fieret. Nisi em̄ pre oculis haberet proportionalitas cū dicit immateriale omne esse intellectuale, tanq̄ vniuoce dictū acciperetur, z latens equiuocatio nō visa obreperet. ¶ Proportionalitate aūt seruata de analogis scientiam esse, z diui tho. processus de bono z vero z alijs huiusmodi, z quotidianū conuincit exercitium. Testatur quoq̄ demōstratiue artis pater aristo. in secūdo poste. ca.xi. incipiēte. (Ut habeamus aūt proposita vel problemata) analogum causam adequatam esse alicuius passionis, z in medium oportere q̄nq̄ a demonstratore assumi: dum venationem propter quid docens, inquit, Amplius alius modus est sm analogiā eligere vnum: idem enim non est accipere, quod oportet vocare sepion, z os, z spinam. Sunt autem que sequuntur, z hoc tanq̄ natura vna huiusmodi existente. Et in sequenti cap. ait, Secundū aūt analogiam eiusdem, z medium se habet sm analogiam. In q̄bus verbis non solum docuit analogum vt medium assumi quandoq̄ in demonstrationibus: sed etiam ipsum ✠ non esse vnum in se expressit, z cum hoc habere passionem adequatam, acsi vnius esset nature. ¶ Nec impedit analogia hec processum formalem ad concludendum de deo z creaturis predicatum aliquod eis commune: quoniam accepta sapientie ratione, z segregatis ab ea per intellectum eis que sunt imperfectionis, ex hoc q̄ id quod est sibi proprium formaliter sumptum, perfectionem absq̄ imperfectione claudit, concluditur ergo sapientie ratio non omnino alia, nec omnino hec, sed hec proportionaliter est in deo: quia similitudo inter deum z creaturam non est vniuoca, sed analoga. Nec pari ratione potest concludi deum esse lapidem proportionaliter: qz ratio lapidis formaliter sumpta quantumcunq̄ expoliata, imperfectionem aliquam claudit: que prohibet tam ipsam sm se, q̄ ipsam proportionaliter in deo reperiri, nisi metaphorice: quemadmodū dictum est, petra autem erat christus. Unde cum sit huiusmodi processus, omnis perfectio simpliciter est in deo, sapientia est perfectio simpliciter, ergo zc. in minore ly sapientia non stat pro hac vel illa ratione sapientie, sed pro sapientia vna proportionaliter .i. pro vtraq̄ ratione sapientie non coniunctim vel disiunctim: sed inquantum sunt indiuise proportionaliter, z vna est altera proportionaliter, z ambe vnam proportionaliter constituunt rationem. Significantur enim analogo nomine inquantum eedem sunt, vnde non oportet analogum distinguere, ad hoc q̄ contradictionē fundet, z enuntiationis subiectum aut predicatū fiat: sed ratione idētitatis proportionalis in se clause, z quam principaliter dicit, ex se ad hoc sufficit. Contradictio enim dicitur consistere in affirmatione z negatione eiusdem de eodem zc. z non in affirmatione z negatione vniuoci de eodem vniuoco: identitas siquidem tam rerum q̄ rationum (vt pluries replicatum est) ad identitatem proportionalem se extendit. ¶ Ex hoc autem apparet Sco. in primo sen. dist. 3. q̄o.1. vel male exposuisse conceptum vniuocum, vel sibi contradicere: dum volens vniuocationem entis fingere ait, Conceptum vniuocum voco, qui ita est vnus quod eius vnitas sufficit ad contradictionem affirmando z negando ipsum de eodem. z sic vniuocum vult esse ens. Si enim identitas sufficiens ad contradictionem, vniuocatio dicitur, constat q̄ ponendo ens esse analogum z sm proportionalitatem tantum vnum, satisfiet vniuocationi, quod scotice doctrine aduersatur, tenenti ens habere cōceptum vnum simpliciter z omnino indiuisum: vt de vniuocis diximus. Si autē non omnis talis identitas sufficit ad vniuocationem, non recte igitur vniuocatio conceptus declarata est esse eā, que ad contradictionem sufficit, quasi proportionalis identitas ad hoc non sufficiat.

¶ De cautelis necessarijs circa analogorum nominum intellectum z vsum, Caput.xi.

Quia vero Aristo. in predicta ex elenchis autoritate, doctissimos viros circa horum nominum conceptus errare dicit ob latentem eorum vnitatis modum: idcirco necessarium fore duximus in fine huius tractatus cautelas quasdam tradere, quibus possit se quis ab errore multiplici in re hac preseruare.

Cauendum Est igitur imprimis, ne ex vniuocatione ipsius nominis analogi respectu quorundam, credamus simpliciter ipsum esse vniuocum: omnia enim fere analoga, propterea fuerunt prius vniuoca, z deinde extensione, analoga communia proportionaliter illis quibus sunt vniuoca et alijs vel alij facta sunt. Sapientie enim nomen primo impositum est humane sapientie, z vniuocum omnium hominum sapientijs erat. Deinde ad diuine nature cognitionem ascendentes, proportionalemq̄ similitudinem inter nos vt sapientes z deum contemplantes, sapientie nomen extenderunt ad id in deo significādum, cui nostra sapientia proportionalis est: sicq̄ vniuocum nobis, analogum factum est nobis z deo. Et similiter de alijs accidit. ¶ Falli autem contingit faciliter ex hoc, quia illa ratio prior tempore notior z familiarior z prior quo ad nos, semper profertur ab illustribus viris z eorum sequacibus, quando analogi significatio queritur, z dicitur esse tota analogi ratio, pro qua simpliciter prolatum stat z omnia analogata illam participare: vt patet cum sapientie ratio redditur. Assignatur enim differētialis eius cōceptus pro ratione, sm quam communis ponitur deo et creature, et simile est in alijs. Creditur enim ex hoc, quod illa sit ipsa analogi ratio, z incaute vniuocatio acceptatur: non enim illa ratio est ratio analogi, sed eius origo quo ad nos: quoniam non illa, sed illa proportionaliter in altero analogato inuenitur: vt ex dictis patet.

Cauendum Secundo est: ne nominis vnitas aut diuersitas rationum, analogam vnitatem obnubilet: hoc enim tanquam quoddam accidens, in re hac suscipiendum est. Nihil enim minus analogice idem sunt sepion, os et spina, vnum non habentia nomen, quam si vnum nomen haberent: nec magis idem essent si vnum nomen haberent, et tamen si communi nomine ossa vocarentur, ita quod defectu vocabulorum, vel rerum proportionali similitudine, ossis nomen ad cetera extensum esset, crederemus eiusdem esse nature et rationis ossa z spinas zc. presertim quia (vt dictum fuit) ad ea que sunt proportionaliter eadem, consequuntur passiones tanquam si eorum esset natura vna.

Cauendum Tertio est: ne vocalis vnitas rationis analogi nominis, mentem reuoluat. Ex eo namq̄ (verbi gratia) quod principium dicitur esse id ex quo res fit, aut est, aut cognoscitur, et hec ratio in omnibus que principia dicuntur saluatur, principij nomen vniuocum creditur. Erratur autem: quia ratio ipsa non est vna simpliciter, sed proportione et voce: vocabula enim ex quibus integratur, analoga sunt: vt patet, neq̄ enim fieri, neq̄ esse, neq̄ cognosci, neq̄ ly ex, vnius omnino est rationis: sed proportionalis. Et propterea ratio illa in omnibus tempore proportionalis saluatur: sicut et principij nomen proportionaliter commune dicitur.

Cauendum Demum est: ne diuersa doctorum dicta de analogis, nos perturbent. Considerandum quippe est, q̄ qz analogum medium inter equiuocum z vniuocum est, z medium extremorum naturam sapiens, ad alterum comparatum, alterum induit: adeo vt quando medio sm id quod de vno extremo habet vtimur, alius extremi conditiones et attribuamus (vt in quinto phy. tex. con.6. z.52. patet) ideo plerumq̄ doctores vtentes analogo ex parte vnitatis quam ex vniuo-

Alias ipsius

cis participat, vniuocorum non solum conditiones (puta abstractionem, indistinctionem &c.) sed etiam nomen ei attribuunt: vtentes vero analogo ex parte diuersitatis quam ex equiuocis trahit, conditiones quoque supradictis oppositas, et nomen illi imponunt equiuoci. ¶ Et vt de multis pauca dicantur, Aristotel. in secundo metaphys. text. iiij. ens et verum vniuoca vocat: quia ex parte identitatis illis vtitur: vt processus suus aperte ostendit. ¶ Sanct. Tho. quoque pluries dicit in ratione alicuius analogi (puta paternitatis communis diuine et humane paternitati) omnia contenta esse indiuisa et indistincta: et quod paternitas (verbi gratia) abstrahit a paternitate humana et diuina: quia vtitur analogo ex parte identitatis. Nec tamen false sunt aut abusiue predicte locutiones et similes, sed ample potius et large, quemadmodum pallidum nigro contrarium est et dicitur. Saluatur siquidem in analogis identitas nominis et rationis: in qua (vt ex dictis patet) nõ solum analogata, sed etiam singule analogi rationes vniũtur, et quodammodo confunduntur: vtpote abstrahentes aliqualiter ab earum diuersitate. ¶ Aristotel. rursus in primo physic. ex parte diuersitatis, ente vtens contra parmenidem, multiplex seu equiuocum (vt ipsemet illum text. sic exponendum specialiter in secundo elencorum tradit) vocauit: vnde et Porphyrius Aristot. dicere ens esse equiuocum accepisse videtur: vtens ente ex parte diuersitatis. Quod tamen scot. in primo, distinc. iij. quest. ij. in logica aristot. non inueniri ideo dixit: quia predictos tex. non coniugauit. Propter quod ibidem quoque contra textum glosauit principium Aristot. contra parmenidem in primo physic. text. xiij. vt in elenchis (vt dictum est) clare patet. ¶ Sanc. Tho. etiam ens prius non esse primo analogato, nihilque deo prius secundum intellectũ esse dicit: pluries vtens analogo ex parte diuersitatis rationum. Quelibet siquidem eius ratio secundum se quia proprium analogatum in se claudit, et in sui abstractione illud secum trahens cũ illo conuertitur (vt supra diximus) ideo prior secundum consequẽtiam, aut abstractio sui analogato negatur: ac per hoc primo analogato et deo nihil est prius: quia eius ratio secundum analogi nomen, que ipso prior secundum se non est, sed conuertitur, ceteris prior rationibus. Cum his tamen stat, quod ratio illa in deo vt eadẽ est proportionaliter alteri rationi, secundum idem nomen superior et secundum consequentiam prior logice loquendo sit: vt ex dictis patet. Dico autem logice: quia physice loquendo analogum nec est prius secundum consequentiam omnibus analogatis (quia ab eorum propriis abstrahere non potest: quamuis vt saluatur in vno sit prius altero) nec potest esse sine primo analogato, vbi analogata consequenter se habent. Unde si quis falli non vult, solerter sermonis causam conijciet, et extremorum conditiones medio applicaturum se recolat: sic enim facile erit omnia sane exponere, et veritatem assequi, que a prima est veritate. Cuius cognitio ex hoc exaltetur et firmetur opusculo, completo in conuentu sancti Apollinaris, papie suburbio, die primo Septembris. M. cccclxxxxviij.

¶ Preclarissimus reuerendissimi domini, domini Thom. de vio, Caietani Cardinalis sancti Xisti, de nominum analogia Tractatus explicit.

¶ Eiusdem super duo de conceptu entis quesita, ad fratrem Franciscum de Ferraria, magistrum studentium in conuentu Bononiensi, Responsio.

AMantissime pater ex acceptis vestre solicitudinis literis percepi libellum nostrum de analogia nominum vos perlegisse, duoque dubia de conceptu entis mentem vestram tenere, solutique a me familiariter flagitasse. Ego autem quamprimum compleui expositionem librorum de anima (cuius fini incumbebam cum vestras recepi) respondere curaui: ne preclaro ingenio tuo deessem. ¶ Primum igitur dubium fuit ad hominem meipsum scilicet quia in cõmentariis de ente et essentia: sustineo vnum conceptum mentalem representatiuum entis: et in tractatu de analogia nominum videor hoc negare. ¶ Secundum autem est ad diuum Thomam: quoniã ego in prefato libello sustineo analogum non absolui ab his quibus analogum dicitur, et diuus tho. in q. de veri. q. j. ar. j. docet ens habere conceptum vnum simplicem, ad quem omnia predicamenta, et transcendentia addunt, in quem resoluuntur, qui est primo notus. Hec enim inuicem sibi aduersari videntur: quandoquidem si ens absolui non potest a naturis rerum, non erit simplicissimus nec primo notus: nec in quem vltimo resolutio fiat, et ad quẽ omnes addunt.

Ad euidentiam horum Et specialiter primi, recolito, quod quicquid est imago alicuius similis alteri, est etiam imago illius alterius quatenus primo assimilatur: ac per hoc omnis conceptus creature est conceptus dei, sicut omnis creatura aliqua est similitudo dei. Hinc ergo fit, quod cum vnum proportionabiliter vt sic habeat singula membra similia proportionabiliter, oportet quod habeat etiam vnum conceptum mentalem representatiuum illius vnius proportionabiliter. ¶ Nec huius oppositum dixeo in tractatu de analogia nominum, sed conceptus iste vnus numero in mẽte secundum esse subiectiuum, est vnus analogia secundum esse representatiuum: nec representat vnam solam naturam: sed vltra vnam, quam determinate representat (a qua est impressus) representat implicite ceteras similes illi primo representate secundum id in quo proportionabiliter eis similia est: idem enim est iudicium de similitudine rerum inter se, et conceptus mentalis et rerum. Quemadmodum enim ossis natura similis est nature spine in sustinendo carnes animalium (in quo analogantur) ita conceptus mentalis ossis vt sustinens carnis, est similis ossi et spine: sed ossi determinate, spine autẽ implicite: sicut etiam ipsum os nõ est spine determinate, sed quatenus spina sustinet carnes, sicut ipsum os. Hic est primus modus, quo analogum habet vnum conceptum mentalem, ac per hoc ens, cum analogum sit, vnum hoc pacto habet conceptum in mente a rebus impressum. ¶ Alter autẽ modus super ipsius intellectus opere, quo natus est adunata diuidere, fundatur, et est tunc cõceptus similis vnus numero in mente, representans analogum quidẽ determinate, nullum aũt eorum que fundant analogiam explicite. Contingit autem hoc, cum intelligens, mentalem conceptum quem paulo ante diximus, expoliat ab illa determinata natura, quam representabat: et loco illius nature cõcipit pronomen aliquod referens naturas fundantes analogiam indeterminate, verbi gratia: Si conceptus ossis est, os sustinens carnes: intelligens loco ossis ponat quod, et dicat quod sustinet carnes. tunc enim manifeste representatur analogum explicite, implicite autem tantum nature fundantes analogiam. ¶ Est autem inter hos duos conceptus non solum dicta ex radicibus differentia: sed etiam quia primus ad quid rei spectat analogi, secundus autem ad quid nominis, neuter tamen perfecte representat analogum. De quo scilicet perfecto seu adequato explicite conceptu analogi interpretandum est, cum a me vel ab alio scriptum inuenitur, quod non potest analogum, vnum numero mentalem conceptum habere. sed vnum analogia tantum. ¶ Et quoniam conceptus mentales sunt imagines rerum representatarum (nisi sint ficti) quemadmodum in mente cõceptus adequatus analogi nõ est vnus, sed exigit representationem omnium fundantium analogiam, ita significatum analogi adequatum et perfectum non potest sic abstrahi, vt obijciatur, representetur, aut concipiatur absque fundantibus rebus. Et sicut in mente duplex conceptus imperfectus reperitur: ita res significata extra potest obijci dupliciter imperfecte, scilicet vel in vno explicite in quo cetera obijciũtur indeterminate: vel in nullo explicite, sed omnia implicite, in solo formalissimo significato explicite.

¶ Nec predicta contrariantur doctrine sancti Thome: ens enim primo notum ordine generationis est secundum conceptum imperfectũ: ordine autem distincte cognitionis est secundum conceptum perfectum. ¶ Ens quoque habere conceptum simplicissimum consonat dictis: quoniam cum simplicitas compositioni opponatur, et vnum analogia non sit vnum compositione aliqua, non habet ens ex hoc quod analogum, compositionem admixtam. Et vt exercitatione resolutio monstretur, si substantiam in ens vis resoluere, si in conceptum distinctum entis resolutio queritur, resoluetur in ipsam naturam substantie quatenus esse fundat, quod est simplicissimum, cui et addit ipsa substantia et addunt transcendentia. Et si in conceptum confusum, quod est, resolues: quod etiam est simplicissimum, cui etiam predicta addunt. ¶ Sed occasio errandi multis, est, quia in resolutione distincta querunt resoluere in vnum analogia, sicut consueuit resolui in vnum vniuocatione. Ita quod querunt in analogia quasi vnum numero terminum sicut in vniuocis: cum tamen terminus in analogia sit vnus proportionabiliter tantum. Ita quod et singula resolubilia resoluuntur in conceptus simplices obiectiuos et mentales,

et omnia in conceptum obiectiuum et mentalem simpliciter et unum proportionabiliter. Ita q (ut unico verbo rem absoluam) ens esse primo notum in quod fit omnis resolutio, in quod omnia addunt, per modum analogi interpretandum est: cum quo stare potest, q ens secundum perfectum adequatumque conceptum non abstrahit a naturis predicamentalibus, sicut nec aliquod analogum a fundamentis analogiam. In hoc pendet tota vis claritatis rei huius: ut semper animaduertat secundum analogorum morem hec dici. Plura nunc non mihi occurrunt ad propositum dicenda. imo prolixior fui acutissimo ingenio tuo: quo ex unico verbo concepisses cuncta. Bene vale, et pro me orare digneris. Rome die. 27. Februarij. M.cccccix. Finis.

Thome de vio Caietani Cardinalis sancti Xisti, in librum diui Thome Aquinatis de ente et essentia, Commentarij.

T.c.33. Quia paruus error in principio magnus est in fine secundum philosophum primo celi et mundi, ens autem et essentia sunt que primo in intellectu concipiuntur (ut dicit ca.5.in prin. Auicenna in metaphysica) ideo primo ne ex eorum ignorantia errare contingat ad horum difficultatem aperiendam dicendum est quid nomine essentie et entis significetur, et quomodo in diversis inueniantur, et quomodo se habeant ad intentiones logicas scilicet genera, species, et differentias.

Opus istud Insigne in duas partes diuiditur principales: in proemium s. et tractatum: incipientem ibi sciendum est etc. In proemio artem rhetorice seruando tria agit. Primo reddit auditores beniuolos, utilitatem et necessitatem dicendorum ostendens tali ratione. omnis errans circa principia omnium intelligibilium magis errabit circa alia: omnis errans circa essentiam et ens errat circa principia omnium intelligibilium: ergo omnis errans circa essentias et ens magis errabit circa alia, utile igitur et necessarium est tradere notitiam de essentia et ente ad vitandos multiplices errores qui ex eorum ignorantia accidunt, huius rationis maioris subintellecte probatio ponitur in litera ca.5.in prin. sumpta ex primo celi tex.con.33. Minor autem probatur autoritate aui. primo sue metaph. ca.5. Ad euidentiam maioris et sue probationis scito, q principium, est paruum in quantitate, ideo error in principio paruus appellatur, et qui principium est magnum in virtute (utpote virtualiter continens omnia principiata) ideo error in principio paruus, in fine efficitur magnus. Crescit enim error sicut et dilatatur principium in suis principiatis: ut manifeste patet in principio huius in quo modica deuiatio ad magnam distantiam deducit in processu.

Q.5.I. Ad euidentiam Minoris occurrit dubitatio in hoc studio trita an s. ens sit primo cognitum ordine originis ab intellectu nostro. In hac questione quinque agam. Primo declarabitur in quo stat difficultas questionis. secundo ponetur opinio Scoti cum fundamentis suis. tertio ponetur opinio sancti Tho. et impugnabitur simul opin. o Sco. quarto arguetur contra dicta sancti thome et respondebitur, quinto satisfiet argumentis principalibus.

Quo ad Primum notandum est q vniuersale (quod tantum ab intellectu directe cognosci supponimus) duplicem habet totalitatem, et est totum diffinibile, et est totum vniuersale. Differunt autem he totalitates tripliciter. Primo quia totalitas diffinitiua fundatur supra actualitatem rei: totalitas autem vniuersalis supra virtutem seu potestatem. Secundo quia illa est in ordine ad superiora, si habet ea, ista vero est in ordine ad inferiora. Tertio quia illa naturaliter est ista prior. Et sicut habet duplicem totalitatem ipsum vniuersale: ita habet duplicem cognitionem confusam et duplicem distinctam. Prima cognitio confusa est: qua cognoscitur ut totum diffinibile non resoluendo in partes diffinitiuas. Secunda cognitio confusa est qua cognoscitur ut totum vniuersale non componendo ipsum cum partibus subiectiuis. Prima distincta est: qua cognoscitur totum diffinitiuum resoluendo ipsum in singulas partes diffinitionis: et hec respondet prime confuse. Secunda distincta est qua cognoscitur totum vniuersale componendo ipsum cum suis partibus subiectiuis: et hec respondet secunde confuse. Differunt autem ille due cognitiones confuse inter se tripliciter. Primo quia prima cognitio respicit obiectum: ut totum diffinibile secunda vero ut totum vniuersale. Tertio quia prima nullam notitiam distinctam eiusdem obiecti secum compatitur. Secunda vero compatitur secum notitiam distinctam eiusdem obiecti: in eo q totum diffinibile utpote non sibi oppositam. Similiter enim ignoro animal in suis speciebus, et noui quid sit animal. tertio quia prima naturaliter est prior secunda. Ex quibus pono ver balem differentiam. Et prima vocetur cognitio confusa actualis, secunda vero notitia virtualis confusa. Et merito: eo q prima cognitione cognoscitur confuse id quod actualiter in obiecto reperitur, secunda vero cognoscitur confuse id quod virtualiter in obiecto includitur. Ille vero due distincte cognitione differunt etiam tripliciter. Primo quia prima cognitione penetrantur res, ut totum diffinibile, secunda vero ut totum vniuersale. Secundo quia prima compatitur secum eiusdem obiecti aliquam cognitionem confusam vniuersalem scilicet utpote sibi non oppositam, secunda vero nullam confusam secum compatitur: cum notitia enim animalis cum suis speciebus non stat ignorantia animalis in se, et ex hac sequitur tertia differentia: q secunda distincta infert primam: et non econuerso. Ex quibus pono etiam hic verbalem differentiam et prima quidem vocetur notitia distincta actualis, secunda vero notitia distincta virtualis et merito: quia prima penetrat res secundum id quod actualiter in ea inuenitur, secunda autem cognoscitur res secundum id quod virtualiter in ea includitur.

Ex his Elicio primo diffinitiones istarum quatuor cognitionum: deinde coordinationes quatuor earundem. Et quia priuatio cognoscitur et diffinitur per suum habitum: ideo a distinctis incipiendo dicitur q cognitio distincta actualis est: qua penetratur id quod actualiter in obiecto inuenitur. Cognitio confusa actualis est qua citra penetrationem cognoscitur id quod actualiter in obiecto inuenitur. Cognitio distincta virtualis est qua obiectum penetratur secundum id quod virtualiter in ipso includitur. Cognitio confusa virtualis est qua obiectum secundum id quod virtualiter in ipso includitur non perfecte cognoscitur.

Coordinationes Harum cognitionum sunt iste. prima est cognitionum confusarum actualium: secunda confusarum virtualium: tertia, distinctarum actualium: quarta, distinctarum virtualium. In prima est cognitio qua cognoscitur substantia in seipsa non penetrando tamen, et cognitio qua cognoscitur corpus ut corpus: et qua corpus animatum ut sic: et qua animal ut sic: et qua homo ut sic: semper absque penetratione idest absque hoc quod habeatur ratio formalis clara et resoluta. In tertia sunt cognitiones opposite supradictis scilicet qua substantia et qua corpus et qua animal et qua homo quidditatiue cognoscuntur. In secunda sunt cognitiones quibus substantia: corpus, corpus animatum, et animal cognoscuntur non componendo cum inferioribus suis. In quarta sunt cognitiones his opposite scilicet qua substantia iam cum suis inferioribus perfecta cognitione componitur, totum vniuersale scilicet cum suis partibus: et qua corpus similiter cum suis partibus subiectiuis penetratur. et sic de alijs. Cum autem ut ex dictis patet: ordo cognitionum confusarum actualium sit via originis prior ceteris. primum cognitum in ordine cognitionis confuse actualis: erit primum cognitum simpliciter et sic cum hic queramus: quid sit primum cognitum simpliciter ab intellectu nostro via originis: nihil aliud dubitamus nisi, quid sit primum cognitum in ordine cognitionis confuse actualis. Stat ergo inter nos et Scotum difficultas in hoc: an in ordine cognitionis confuse actualis via originis primum cognitum sit ens: an species specialissima. Ex quo patet defectus Antonij trombete qui hanc questionem mouendo adducit opinionem sancti Thome ex prima parte. q.85. articu. 3. etenim a san. tho. nulla ibi facta est comparatio inter cognitiones confusas actuales: de quibus est hic tota questio: sed comparauit ibi cognitiones distinctas actuales inter se. comparauit quoque distinctam actualem superioris distincte virtuali eiusdem. comparauit et confusam virtualem superioris distincte virtuali eiusdem. comparauit et confusam actualem distincte actuali eiusdem obiecti: ut patet intuenti. et hec de primo.

Margin: j. q. 85. artic. 3. fubilis fime in daga: ut mete doc. s. expositor.

Quo ad Secundum Scotus primo sent. di. 3. q. 2. ponit hanc conclusionem. Primum cognitum cognitione confusa actuali est species specialissima: cuius singulare efficacius primo mouet sensum. Et probat tribus rationibus. Pri-

Margin: Sco. I. d. 3. q. 2.

ma est: cause naturales non impedite producunt primo perfectissimum effectum: quem possunt primo producere, patet ista, quia agunt secundum vltimum potentie sue, sed agentia ad primum actum intellectus sunt cause naturales non impedite, ergo producunt primo perfectissimum effectum: quem possunt primo producere: talis effectus non est nisi conceptus actualis confusus speciei specialissime. ergo etc. probatur hoc vltimo assumptum: quia si talis conceptus scilicet perfectissimus sit conceptus communioris, sequitur quod nunquam illa agentia poterunt producere conceptum speciei specialissime, tenet consequentia: quia nunquam aliqua potentia potest in effectum perfectiorem suo perfectissimo effectu. conceptus autem speciei specialissime est perfectior conceptu communiori: sicut totum sua parte. ¶ Et confirmatur inquit Anto. trombeta: quecunque sunt aliqua duo naturalia agentia eque approximata passo debite disposito id quod est actualius preuenit id quod est minus actuale in agendo erga passum: sed rationes obiectiue speciei specialissime: et cuiuscunque superioris sunt huiusmodi. scilicet quod species specialissima est actualior, ergo species specialissima prius producit effectum suum quam genus. ¶ Secunda ratio est ista: termini metaphysicales, vel vniuersalissimi sunt vltio actualiter noti via doctrine. patet ista ex Aui. primo metaphy. ca. 3. dicente quod metaphysica est vltima ordine doctrine, sed termini illi sunt vniuersalissimi, ergo vniuersaliora non sunt prius nota actualiter.

ca. 3. circa medium.

¶ Et confirmatur. ait Anto. trombeta: quia ordo scientiarum quo ad nos attenditur penes ordinem cognoscibilium quo ad nos, si ergo metaphysica est vltima quo ad nos, ergo termini sui erunt etiam vltimo noti quo ad nos. ¶ Tertia ratio est ista. si oporteret ante speciei conceptum concipere vniuersaliora: tunc supposito sensu in actu et intellectu soluto magnum temporis interuallum accideret antequam intellectus cognosceret speciem, tenet consequentia. quia multa sunt predicata media inter supremum et infimum. ¶ Quarto ad idem arguit Anto. trombeta sic, id prius cognoscitur quod est facilioris abstractionis. sed species specialissima est facillime abstractionis, ergo species specialissima prius cognoscitur, probatur maior: quia cum intellectus non intelligat nisi abstrahendo: sicut se habet ad abstrahendum, ita se habet ad intelligendum. Minor patet, quia a similioribus facilior est abstractio: quam a dissimilioribus: indiuidua autem vnius speciei a quibus abstrahitur genus: seu quoduis superius. ¶ Quinto id vniuersale prius cognoscitur ab intellectu: cuius singulare fortius mouet sensum, sed singulare speciei specialissime fortius mouet sensum: quam cuiuscunque superioris singulare, ergo species specialissima primo cognoscitur ab intellectu. Maior patet: quia nostra cognitio intellectiua nascitur ex sensitiua. Minor probatur dupliciter. ¶ Primo sensus mouetur a singulari, ergo maxime mouetur a maxime singulari (per regulam topicam, sicut simpliciter ad simpliciter) sed maxime singulare est singulare speciei specialissime: quia est determinatum non solum determinatione singularitatis: sed etiam nature determinate: non amplius determinabilis per aliam naturam, quod indiuiduis superiorum non conuenit. ergo etc. ¶ Secundo probatur eadem minor sic, singulare actualius fortius mouet sensum. sed singulare speciei specialissime est actualius: cum sit perfectius: cum ad alia singularia addat. ergo singulare speciei specialissime fortius mouet. ¶ Sexto sic: compositius est prius notum: species specialissima est compositior omnibus superioribus, ergo species specialissima est prius nota omnibus superioribus, maior habetur a commentatore primo phys. commento tertio. Minor a Porphyrio dicente quod species abundat a genere, et hoc de secundo.

Primo topi.

Ca. 2. c. de differentia.

Quo ad Tertium ponuntur due conclusiones. Prima est: ens concretum quidditati sensibili est primum cognitum cognitione confusa actuali. ¶ Antequam hec conclusio probetur duo premittam. Primo declarabo quid nominis subiecti conclusionis scilicet quid sit dicere ens concretum quidditati sensibili. Secundo declarabitur quoddam quod presupponit ipsa conclusio. ¶ Circa primum scito quod ens sub triplici conditione potest terminare actum intellectus. Primo vt habet conditionem istam que est abstractio totalis (non dico a singularibus) sed a speciebus et a generibus. Secundo modo vt habet conditionem istam que est abstractio formalis similiter a speciebus et generibus. Tertio modo vt neutram istarum conditionum habens: abstractum tamen a singularibus, primo modo, ens non est pertinens ad hanc questionem: quia ipsum vt sic est totum vniuersale. nos autem loquimur de cognitione confusa actuali non virtuali. Secundo modo ens est terminus metaphysicalis: et forte adhuc viris doctissimis non innotuit. Tertio modo ens est primum cognitum et nuncupatum est ens concretum quidditati sensibili: quia non est separatum aliqua dictarum abstractionum a quidditate specifica vel generica.

¶ Ad horum pleniorem intelligentiam nota quod sicut est duplex compositio scilicet forme cum materia, et totius cum partibus: ita duplex est abstractio per intellectum scilicet qua formale abstrahitur a materiali: et qua totum vniuersale abstrahitur a partibus subiectiuis. secundum primam. quantitas abstrahitur a materia sensibili: iuxta secundam, animal abstrahitur a boue et leone. primam voco abstractionem formalem secundam vero voco abstractionem totalem, eo quia quod abstrahitur prima abstractione est vt forma eius a quo abstrahitur. Quod vero abstrahitur secunda abstractione est vt totum vniuersale respectu eius a quo abstrahitur. ¶ Differunt autem he due abstractiones quadrupliciter. Primo quia in abstractione formali seorsum vterque conceptus, completus habetur: eius scilicet quod abstrahitur: et eius a quo abstrahitur. i. formalis et materialis: ita quod conceptus alter alterum non includit. linea enim in eo quod linea habet complete suam diffinitionem non includentem materiam sensibilem et econuerso. materia sensibilis linee habet complete suam diffinitionem non includentem aliquid linee: in eo quod linea, aliter diffinitiones naturales abstraherentur a materia sensibili. In abstractione vero totali non remanet seorsum vterque conceptus completus. ita quod alter alterum non includit: sed vnus tantum, eius scilicet quod abstrahitur. Quando enim abstraho animal ab homine non precedunt se in inuicem conceptus hominis et animalis: sed tantum conceptus animalis non includit conceptum hominis: homo enim non est intelligibilis sine animali. Fundamentum huius differentie est, quod illa abstractio fit per considerationem alicuius quod est de ratione inferioris: et per remotionem. i. non considerationem alicuius quod est de ratione illiusmet inferioris: abstrahitur enim animal ab homine per hoc quod intellectus considerat in homine animal et non rationale quorum vtrunque est de ratione hominis. Illa autem abstractio non fit per considerationem alicuius quod sit de illius ratione et materie: et per non considerationem alicuius quod sit de illius ratione: sed potius fit per separationem eorum que sunt de ratione formalis ab his que sunt de ratione materialis, et econuerso. vt exemplum datum ostendit.

¶ Secundo differunt: quia per abstractionem formalem oritur in eo quod abstrahitur actualitas: distinctio et intelligibilitas. In abstractione vero totali oritur: in eo quod abstrahitur potentialitas confusio: et minor intelligibilitas. ¶ Tertio differunt: quia in abstractione formali quanto aliquid est abstractius, tanto est notius nature. In abstractione vero totali quanto est abstractius, tanto est notius nobis. Fundamentum harum differentiarum est quia abstractio formalis fit per separationem a materialibus potentialibus, et huiusmodi. Abstractio autem totalis fit per separationem a specificis actualitatibus: a quibus quanto aliquid est abstractius: tanto est potentialius: cum genus, potestate contineat inferiora: et tanto est minus intelligibile cum actus secundum se sit notior potentia sexto metaphy. tex. commen. ij. ¶ Quarto differunt: quia penes diuersos modos abstractionis formalis scientie speculatiue diuersificantur. vt patet sexto metaph. in principio. Abstractio autem totalis communis est omni scientie. Propter quod (metaphysicalia vt sic) non comparantur ad naturalia per modum totius vniuersalis ad partes subiectiuas sed vt formalia ad materialia: sicut et mathematicalia: licet enim gradus metaphysicales sint vniuersaliores aliis: et comparari possint ad alia vt ad partes subiectiuas: eo quod eidem potest vtraque abstractio conuenire: tamen inquantum stant sub consideratione metaphysicali non sunt vniuersalia respectu naturalium sed forme: et naturalia sunt earum materia, et hoc est valde notandum. Patet ergo quomodo ens quandoque habet abstractionem formalem quando. s. cum precisione ceterarum rationum genericarum et specificarum accipitur: et quomodo quandoque habet abstractionem totalem, quando. s. vt totum vniuersale potestate includens cetera genera et species consideratur. Patere etiam potest quod nunc intendimus quomodo ens sit concretum quidditati sensibili. cum. s. neutra illarum abstractionum fulcitur: sed in quidditate sensibili abstracta a singularibus absque aliqua separatione inspicitur: et sic est manifestum quid significetur nomine entis concreti quidditati sensibili. ¶ Id vero quod presupponit conclusio est ens posse cognosci cognitione actuali confusa: quod Scotiste negant tenentes ens non posse cognosci cognitione actuali confusa, sed distincta tantum. ¶ Et probant sic. Id quod habet conceptum simpliciter simplicem, non potest cognosci cognitione confusa actuali: ens habet conceptum simplicem. ergo. Maior patet ex eo quod cognitio confusa actualis fit cum intellectus fertur in ob

T. co. 1.

iectum sm id quod actualiter in eo includitur, nesciendo resolue-
re in partes rationis illius obiecti. In id autem qd habet conce-
ptum simpliciter simplicē non contingit intellectum ferri secundū
aliquid ꝛ sm aliquid non: aliter conceptus eius esset compositus.
Minor patet: quia cōceptus entis est irresolubilis. Ut autē videa-
tur ꝙ conclusio non presupponit aliquod falsum: ꝛ pateat insuffi-
cientia huius rationis. Aduertas ꝙ sicut de ratione cognitionis
distincte actualis non est ꝙ obiectum cognoscatur per resolutionē
in partes rationis: vt patet, cum distincte cognoscitur ens: sz eius
ratio stat in hoc ꝙ obiectum penetretur ab intellectu secūdum oē
quod actualiter in illo inuenitur: siue hoc fiat per resolutionem ob
iecti in partes rationis: siue fiat ex claro intuitu obiecti simplicis:
ita nō est de ratione cognitionis confuse actualis ꝙ intellectus in-
telligat obiectum secundum aliquid: ꝛ secundum aliquid ignoret:
sed sufficit ꝙ intellectus feratur in obiectum ipsum actualiter ꝛ nō
penetret eius actualitatem. ita ꝙ in hoc stat ratio cognitionis con
fuse actualis ꝙ intellectus feratur in obiectum secundum id quod
actualiter in eo est non penetrando ipsum. Siue autem hoc contin
gat ex eo quod obiectum est resolubile in plures conceptus, siue
ex alio per accidens: hoc se hz ad cognitionem confusam actua-
lem: ꝛ sic ratio Scoti assumit maiorem falsam: ꝛ probationem pec-
cantem falsam consequentis ab inferiori ad suum superius negati
ue: a negatiua vnius modi cognitionis confuse ad negatiuam om
nis modi. ¶ Et qd ita sit ꝛ quod ens ꝛ quodlibet simpliciter sim-
plex possit cognosci cognitione confusa actuali probo sic. Quando
cunqꝫ intellectus fertur in ens actualiter ipsum concipiendo ꝛ ne-
sciendo separare ens a substantia ꝛ accidente habet de ente cogni-
tionem confusam actualem, sed multorum hominum intellectus
est huiusmodi: ergo ꝛc. maior sic manifestatur: quia cū intellectus
actualiter fertur in ens: ꝛ tamen nescit separare propriam eius ra-
tionem a rationibus proprijs substantie ꝛ accidentis. aut habet co
gnitionē cōfusam: aut distinctam: aut nō distinctam. quia effectus
inseparabilis cognitionis distincte est scire illius obiecti differen-
tiam ab alijs. ergo confusam: ꝛ cum positum sit quod sit cognitio
actualis. sequitur quod sit cognitio confusa actualis. Minorem ex
perientia docet: videmus enim multos per plures annos exercita
tos in studijs adhuc nescire distinguere rationem propriam entis
a substantia ꝛ accidente: quos nescire habere cōceptum actualem
entis fatuum esset dicere ꝛ contra sensum. considerant enim ens sm
id quod actualiter in se habet ꝛ totum attingunt: sed quia non tota
liter comprehendunt: adeo nesciunt ipsum ab alijs separare: restat
igitur presuppositum in nostra conclusione solidum, ꝛ falsum esse
quod ens sola cognitione actuali distincta cognoscatur. ¶ Nunc
superest probare conclusionem quam habes quo ad primam par
tem a. e. Tho. ꝛ Ant. dicentibus quod ens est id quod intellectui
nostro primo imprimitur. probatur ergo sic conclusio. conceptus
imperfectissimus omnium est primus via originis: sed conceptus
actualis confusus entis est conceptus imperfectissimus omnium
ergo est primus via originis. maior patet: quia imperfectiora sunt
T.c.15.
priora via generationis .ix. meta. tex. cō. 15. Minor etiam est de se
euidens: quia omnis alius conceptus cum addat ad entis conce-
ptum est perfectior illo, sicut totum sua parte. ¶ Respondet An-
to. trōbeta ꝙ perfectio conceptus est duplex. perfectio obiectalis
ꝛ perfectio euidentie. ille conceptus est perfectior obiectalis qui
Tex.2.
habet obiectum perfectius positiue: ille autem est perfectior euidē
ter qui habet obiectum pauciora includens ex Aristo. (in prohe.
meta.) Unde si in argumento fit sermo de perfectione obiectali ma
ior est falsa ꝛ minor vera. si de perfectione euidentie maior est vera
ꝛ minor falsa. ¶ Contra. ꝛ probo quod minor sit vera de perfectio-
ne euidentie loquendo: ita quod conceptus actualis confusus en-
tis sit imperfectissimus quo ad euidētiam. Ille conceptus est om
nium inuidentissimus sub quo intellectus positus magis remo-
tus est a cognitione aliorum omnium ꝙ sub quocūqꝫ alio conce-
ptu. conceptus actualis confusus entis est huiusmodi scilicet qd
intellectus habens ipsum magis distat ab aliorum cognitione ꝙ
habens quemcūqꝫ alium conceptum. ergo conceptus actualis cō
fusus entis est ineuidentissimus omnium. maior patet ex eo quod
euidentia conceptus cum sit propria perfectio intellectus, quan-
to maior est: tanto intellectum magis propinquum reddit ad alio-
rum cognitionem, presertim cum intellectus ex euidentibus ad in
euidentia naturaliter procedat. Minor vero probatur sic. quando-
cūqꝫ sunt aliqui duo conceptus quorum vnus actualiter alterum
includit. ꝛ non econuerso. Intellectus habens illum qui actualiter
includit alterum est in proximiori dispositione ad cognoscendum
reliquum ꝙ econuerso. modo cōceptus entis ita se habet ad alios
ꝙ ipse alios non includit. alij vero actualiter ipsum includūt. ergo
intellectus habens conceptum entis magis distat ab aliorum co-
gnitione ꝙ habens quēcunqꝫ alium conceptum. ¶ Et confirma-
tur per Sco. dicentem ꝙ pars rationis actualiter intellecte est ta-
lis proxima intellectui, adeo vt proximius esse non possit. Illud
autem quod adducitur ex prohe. metaphy. quod euidentia atten-
ditur penes obiectum pauciora actu includens, ad propositum nō
est: quoniam certitudo illa est certitudo obiectalis. sermo autem
noster est de euidentia se tenente ex parte intellectus: ex talibus ēm
euidentibus ꝛ certis procedit intellectus ad sibi ineuidentia et in-
certa. ¶ Secundo probatur eadem conclusio sic. cognitio primo-
rum principiorum est prima cognitio complexa. ergo cognitio en-
tis est prima cognitio incomplexa. antecedens patet ex eo qd co-
gnitio que est a natura debet precedere eam que est ex industria:
ꝛ ex eo quod in omnium sunt notitia etiam in pueritia. ꝛ ex eo qd ꝑ
supponuntur ad quodlibet discere. vt habetur primo poster. conse
quentia vero probatur quia cum ens sit terminus ille ex quo con
ficitur principium primum. si ens non esset primum cognitum. sed
aliquid aliud, posset tunc fieri alia complexio ab intellectu: adhuc
non habita notitia principij ꝛc. ¶ Contra ipsam positionem Sco-
T.cō.5
ti arguitur: species specialissima non est obiectum confusissimum
simpliciter. ergo cognitio eius actualis confusa non est prima sim
pliciter: ꝛ consequenter ipsa non est primum cognitum. consequen
tia tenet ex positione aduersa dicente, ꝙ ideo species specialissima
est primum cognitum: quia est confusissima. Antecedens probat
sic. genus est confusius specie. ergo ipsa non est confusissima. con-
sequentia iterum est nota. antecedens probatur. quod plura con-
tinet est confusius. genus plura continet ꝙ species: aial ēm conti-
net plura ꝙ homo. ergo ꝛc. ¶ Respondent ꝙ continentia est du-
plex quedam actualis. quedam potentialis: ꝛ ꝙ id est cōfusius qd
plura continet actualiter non potentialiter. modo genus continet
plura in potentia: species autem in actu, ꝛ ideo species est cōfusior.
¶ Contra. confusius est quod continet plura sine ordine ꝙ quod
continet plura cum ordine, sed continens actualiter continet plu-
ra ordinate. species enim ordinate continet partes diffinitiuas: cō
tinens autem in potentia continet plura sine ordine. ergo continēs
plura potentialiter est confusius. ¶ Respondet Anto. trombeta ꝙ
c. de dif ferētia.
genus continet species ordinate ꝛ non sine ordine. eo quod non re
spicit eas nisi medijs differentijs que sunt valde ordinate. ¶ Con-
tra genus continet species ꝛ differentias in actu: sz in potētia (vt
t.cō.49
dicit Porphyrius). ergo continet eas indistincte. tenet consequen
tia: quia actus est qui distinguit septimo metaphy. tex. cō. 49. tunc
vltima continet indistincte: ergo non ordinate. tenet consequentia:
quia ordo absqꝫ distinctione non est imaginabilis (etiam si fingen
di detur licentia). Quod autem dixit genus scilicet non respicere
species nisi medijs differentijs ordinatis, non iuuat: eo quod non
solum species. sed etiam differentias inter se ordinatas gn̄s absqꝫ
ordine continet. vt probatum est. ¶ Aduertas hic quod confusio
non seqtur cōtinētiam plurium (vt scotiste fingūt.) sic. n. vniuersum
esset maxime cōfusum: sed cōtinentiam pluriū sine ordine. vnde ꝓ
uerbium est, vbi pluralitas sine ordine ibi cōfusio ꝛc.

Secunda Conclusio est ista inter conceptus actuales
cōfusos predicatorū quidditatiuorum nō est
essentialis ordo originis. probatur sic. quandocunqꝫ sunt aliqui cō
ceptus essentialiter ordinati ordine originis, impossibile est extre-
mos generari non genitis intermedijs. ista patet de se. alioquin
nō esset ordo essentialis originis inter illos: sed de facto habemus
conceptus confusos actuales extremorum absqꝫ intermediorum
conceptibus. ergo non est inter eos essentialis ordo originis. mino
rem experientia declarat. experimur namqꝫ nos concipere homi-
nem ꝛ substantiam. ꝛ tamen intermedia ignoramus non solum di-
stincte sed confuse. caremus enim conceptibus proprijs eorum ꝙ-
bus actualiter in ipsa dirigatur intellectus acies. ꝛ non solum igno
ramus resoluere ipsa in partes diffinitiuas. Et quia hec ratio con
uincit me: ideo solam adduco. Ex hoc patet defectus scotistarum
dicentium ꝙ est ordo essentialis inter conceptus confusos. nō ēm
possunt soluere hanc rationem. ¶ Sed immediate cōtra hec obij-
citur sic. inter conceptus confusos actuales superioris ꝛ inferio-
ris non est ordo essentialis originis ergo ita potest primo genera-
ri conceptus speciei specialissime sicut entis: quod est contra pri-
mam conclusionem. tenet consequentia: quia ordo non essentialis
nō est necessarius: ꝛ variari potest. ¶ Ad hoc dico negando con-
sequentiam. licet enim non sit ordo essentialis inter omnes conce
ptus confusos: est tamen talis ordo inter conceptus entis ꝛ quem
cūqꝫ alium. Nec hoc est voluntarium, eo ꝙ conceptus entis est ꝙ-

dam forma generalissima ipsius intellectus, sicut forma corporeitatis est forma generalissima ipsius materie, vnde sicut inter formam corporeitatis ⁊ alias est ordo essentialis, nõ aũt inter alias formas inter se, ita inter conceptũ entis ⁊ alios: nõ aũt inter alios inter se, potest enĩ post cõceptũ entis quodcũq₃ aliud concipi: siue substãtia, siue accidens: siue species: siue genus, est etiam conceptus entis quasi naturalis ipsi intellectui: sicut ⁊ cognitio primi principij: statim enĩ presentatum ens ab omnibus cognoscitur, et ideo ipsum oportet esse prius alijs essentialiter sicut vniuersaliter, actus naturalis precedit ceteros qui penitus ab extra sunt: nõ est aũt similis ratio de alijs conceptibus inter se: ⁊ hec de tertio.

t.q.85. ar.3.c.

Quo ad Quartũ, qr Anto. trõbeta impugnat quedã dicta. s. Doc. in prima parte. q̃õ. 85. ar. 3. vbi tradit ordinẽ intellectualis cognitionis ẜm viã peripateticam, ideo adduco eius impugnationes ⁊ soluo. Quinq₃ autẽ sunt dicta contra que arguit. primum est. intellectus est vniuersalium et prius magis vniuersalium. secundum intellectus noster procedit de potentia ad actũ. tertium notitia rerũ in vniuersali est notitia incompleta. quartum notitia in vniuersali est notitia ẜm quid ⁊ in potentia. quintũ sensus exiẽs de potẽtia ad actũ prius cõmunius q̃ minus cõmune cognoscit. ¶ Cõtra primũ arguit sic. s. Tho. tenet, ꝙ quicquid est in re ⁊ ex natura rei sit singulare. addo huic aliã propositionẽ. s. illud qd̃ precedit actũ intelligẽdi est reale: tunc sic, quicquid est in re est singulare, quicquid prima intellectiõe intelligit̃ est in re, ergo quicquid prima intellectione intelligit̃ est singulare, ergo nõ potest intelligere magis vniuersaliter. maior est. s. Tho. Minor ex scd̃o supposito patet: qd̃ quadrupliciter probat̃. Tum qr ens rationis est posterius actu collationis intellectus. Tũ qr tale obiectũ est causa entis realis. s. primi actus intelligendi. Tum qr talis primus actus refert̃ ad obiectũ relatione reali que non est nisi ad terminum realem. Tum qr talis primus actus dependet ab obiecto: vt a mensura. ens autem reale non dependet ab ente rationis.

¶ Ad hec respõsio ꝙ maior potest habere duplicem sensum. Primus est ꝙ quicquid est in re est singulare. i. quicquid est in re est singularitas, ⁊ sic est falsa. est enĩ in sorte nõ solũ singularitas: sed humanitas ⁊ aĩalitas. Scd̃s sensus est, quicquid est in re est singulare. i. quicquid est in re habet esse singularizatum, et hoc modo est apud peripateticos verissima. vnde argumentũ si debet esse tribus terminis maior est falsa in primo sensu. In secũdo aũt conceditur totũ argumentũ. ens siquidẽ primo cognitũ nõ habet esse reale nisi in singularibus. Que aũt addit quantũ veritatẽ habeant infra patebit. ¶ Cõtra secundũ dictũ. s. intellectus nr̃ procedit de potentia ad actũ arguit̃ sic. Ista ꝓpositio assumit̃ a. s. Tho. ad probandũ illã cõclusionẽ. s. magis vniuersale prius intelligit̃: aut ista ꝓpositio cõcludit nihil ad propositũ: aut ipsa est simpliciter falsa. Qr si intelligit ꝙ intellectus prius intelligat aliquid in potẽtia q̃ in actu: ipsa est vera, sed nõ ad propositũ, concedo enĩ ꝙ intellectus prius intelligit speciẽ specialissimã in potentia q̃ in actu: sed hoc nõ habetur ꝙ prius genus q̃ speciẽ intelligat. Si aũt intelligat ꝙ intellectus procedit de potentia ad actũ. i. de notitia imperfecta ad ꝑfectã: ipsa non est vniuersaliter vera, vt patet cũ procedit̃ a notitia premissarũ ad cõclusiones: ⁊ a notitia cause ad effectus notitiã, ⁊ ꝑ hoc patet etiã illud esse falsum. s. ꝙ intellectus prius peruenit ad actũ imperfectum q̃ perfectũ, nam aer illuminatus nõ prius imperfecte: deinde ꝑfecte illuminat̃ a sole, similiter intellectus prius recipit actũ q̃ habitum: ⁊ tñ actus est ꝑfectior habitu, vnde ad hoc ꝙ propositio sit vera oportet probare ordinẽ essentialẽ actus incõpleti ad actũ completũ. ¶ Ad hoc respõdeo ꝙ. s. Tho. intelligit illã propositionẽ neutro illorũ modorũ precise: sed hoc modo, intellectus exiẽs de potentia ad actũ vltimate perfectũ transiturus per multos actus medios prius peruenit ad actum imperfectum q̃ perfectum, ⁊ habet̃ ista propositio ex octauo phy. tex. cõ. 58. ⁊ nono metaphy. textu commenti. 15. ⁊ in libro secundo de partibus animalium, ꝙ priora via generationis sunt imperfectiora. Sub illa ergo maiore subsumat̃ minor. s. intellectus noster est exiens de potentia ad actum vltimate perfectum, puta cognitionem distinctam speciei specialissime transiturus per multos actus intermedios, ergo prius peruenit ad actum imperfectum q̃ perfectũ, minor est euidens: eo ꝙ cognitiones generũ ab omnibus conceduntur actus intermedij, ⁊ sic ratio concludit ꝙ prius magis vniuersale q̃ minus vniuersale distincte cognoscamus: quod intẽdebat beatus Tho. sed ille deceptus est qr credidit. s. Tho. loqui de cognitionibus confusis actualibus cum (sicut supra dictũ est) loquatur de cognitione confusa virtuali ipsius speciei: ⁊ distincta eiusdem ⁊ generis, cognitio enĩ distincta actualis generis appellatur

T.c.58

T.c.15

ibi confusa ipsius generis ⁊ specierum: eo ꝙ cõfuse in illa species ⁊ generis potestas cognoscantur. Ad id quod additur cõtra hãc propositionem. intellectus procedit de notitia imperfecta ad perfectam, dico ꝙ hec propositio est vera vniuersalissime si intelligatur. ¶ Pro cuius intellectu ⁊ omnium instantiarum solutione aduerte primo ꝙ processus nature ⁊ intellectus est duplex: alter ẜm ordinem generationis tantum: alter ẜm ordinem generationis ⁊ causalitatis effectiue vel finalis. Primus processus est qñ inter terminos ⁊ media non cadit nisi prioritas ⁊ posterioritas ẜm generationem. Secundus est qñ vltra istam prioritatem inuenitur in illo quod est prius etiam prioritas cause effectiue vel finalis.

¶ Secundo aduerte ꝙ aliquid est perfectius altero dupliciter. s. simpliciter vel ẜm quid, stat enim ꝙ aliquid sit simpliciter, idest ẜm suam naturam altero perfectius: quod tamen ẜm aliquam conditionem est imperfectius illo: sicut substantia materialis est simpliciter perfectior accidente: quo tamen est imperfectior ẜm quid inquantum actuatur per illud. Dicit ergo ꝙ tam natura q̃ intellectus in processu generationis tantum semper procedit de imperfecto simpliciter ad perfectum simpliciter: eo ꝙ ordo generationis attenditur penes genus cause materialis: sicut animal prius generatur q̃ homo (vt dicitur in libro de animalibus). In processu autem secundo proceditur de imperfecto non simpliciter: sed ẜm quid ad perfectius ẜm quid. sicut substãtia est prior generatione accidente: ⁊ vltra hoc est prior causalitate finali: eo ꝙ est finis eius ⁊ quandoq₃ agens: constat autem ipsam esse ẜm quid imperfectiorem accidente inq̃ntum est in potentia respectu eius: ⁊ causalitatẽ materialem participat. ¶ Ad primam igitur instãtiarum dicitur ꝙ premisse non sunt priores conclusione via generationis tantum: sed etiam ordine causalitatis effectiue (vt dicitur secũdo phy. tex. comment. 32.) In alia litera: vt testatur ibi san. Tho. ⁊ colligi potest ex primo posteriorum, ⁊ ideo sufficit ꝙ notitia earum sit imperfectior ẜm quid. vnde etiam in genere cause materialis collocantur, secundo physi. ibidem, ⁊ quinto metaphy. tex. com. 32. Idem dico ad secundam de processu notitie cause ad effectum. De aere illuminato non est ad propositum: qr illuminatio non est successiua, cõceptus vero generis ⁊ speciei sibi succedũt. Falsum quoq₃ est ꝙ actus precedens habitum sit simpliciter habitu perfectior: licet hoc sit verum de actu elicito ab ipso habitu. vt habes primo ethi. talis autem est posterior habitu. Ordo quoq₃ essentialis conceptus generici ad specificum satis sufficienter notus in notitia distincta est ex dictis ibidem, vnde non oportebit aliter laborare.

T.c.31.

T.c.31.

T.cõ.3

¶ Contra tertium scilicet ꝙ notitia in vniuersali est notitia incõpleta: arguit sic, demonstratio vniuersalis est potior demõstratione particulari, ergo notitia in vniuersali que acquiritur per demõstrationem vniuersalem est potior notitia particulari.

¶ Ad hec dico ꝙ argumentum peccat per fallaciam equiuocationis illius termini vniuersale. Aristo. enim vocat demonstrationem vniuersalem illam qua passio de suo proprio subiecto scitur, ⁊ hoc tam in passionibus genericis q̃ specificis, et vult dicere ꝙ potior est notitia illa quam acquirimus per demonstrationem demonstrantem passionem de suo subiecto primo q̃ illa: que fit per demonstrationem qua illa passio demonstratur de parte subiecta primi subiecti. Nos autem dicimus ꝙ cognoscere hominẽ in animali est cognoscere hominem imperfectius q̃ cognoscere hominem in seipso: ⁊ hanc vocamus cognitionem in vniuersali. Manifestum igitur est omni habenti ingenium ꝙ nostra dicta Aristo. non repugnant. Aliud est enim dicere, a. cognoscitur in vniuersali: ⁊ a. demonstratur demonstratione vniuersali. primo modo. a. nõ cognoscitur in semetipso: sed in suo superiori, secundo modo. a. in seipso cognoscitur inesse suo primo subiecto.

¶ Contra quartum scilicet notitiam in vniuersali est notitia secũdum quid ⁊ in potentia: propterea quod in ipso vniuersali intelliguntur particularia sub quadam cõfusione. ex quo infertur, ergo notitia in vniuersali est notitia confusa.

¶ Contra, illa probatio nulla est que procedit ẜm fallaciam equiuocationis: ista est huiusmodi, ergo ⁊c. Declaratur minor: qr aliud est loqui de notitia actuali obiecti: ⁊ aliud de notitia virtuali eorũ que in ipso includuntur. Licet enim notitia virtualis particularium in vniuersali sit confusa: tamen notitia actualis ipsius vniuersalis est distincta: ⁊ quia ab his que actualiter confunduntur in obiecto attenditur confusio notitie cum notitia specificetur ab obiecto: ⁊ his que sunt intrinseca non debet dici notitia confusa sed distincta.

¶ Ad hec dico ꝙ iste non intelligit. s. Tho. qui vult ꝙ notitia distincta animalis vt est totum diffinibile sit notitia confusa anima=

lis vt est totum vniuersale: ⁊ cõsequenter notitia confusa specierũ: ⁊ ideo non accidit equiuocatio. Fatemur enĩ ꝙ notitia qua actualiter fertur intellectus in ipsum animal, vt vniuersale, ⁊ non in suas species est notitia cõfusa animalis: vt totũ vniuersale est: ⁊ non solũ specierum eius vt expresse dicit ibi san. Th. vnde contingit animal simul esse notum distincte ⁊ confuse diuersimode: vt supra dictum est. Nec oportet ꝙ si iste due notitie simul inueniantur sint eedem: cum etiam separentur, puta cum ⁊ actualiter ⁊ virtualiter animal distincte cognoscatur. Quod autem addit ꝙ talis notitia non debet dici confusa: falsum esse ostenditur: ex eo ꝙ minor est confusio actualis ꝗ̃ potentialis. Quod vltimo additur: ꝙ notitia specificatur ab obiecto ⁊ eius intrinsecis ad propositum nõ est: confusio enĩ ⁊ distinctio nõ sunt species cognitionum: alioquin cognitio confusa ⁊ distincta eiusdem obiecti non essent eiusdem speciei: ⁊ sic notitia non specificaretur ab obiecto. vnde assumptum eius implicat contradictionem in proposito. ¶ Contra quintũ. s. ꝙ sensus exiẽs de potentia ad actum prius communius ꝗ̃ minus commune cognoscit. arguitur sic: sensus non cognoscit nisi singulare. ergo non prius cognoscit magis commune. Quod si dicas sensum non cognoscere magis commune in se: sed precognoscere singulare magis communius. ¶ Contra. aut cognoscit singulare magis communius: ita ꝙ singularitas est ratio cognoscendi: aut ita ꝙ natura communis sit ratio cognoscendi. primum non est dicendum vt de se patet: nec secundum potest dici a thomistis: quia hoc ideo esset quia natura illa esset ratio mouendi sensum. ¶ Cõtra quod arguitur sic. illud non est ratio mouẽdi quod est idem re ⁊ ratione et cui repugnat ratio mouendi: sed natura communis est eadem re ⁊ ratione singularitati cui repugnat ratio mouendi: ergo ⁊c. probatur minor: quia natura ⁊ singulare non distinguuntur realiter: non ex natura rei apud te: nec ratione. quod probo: quia distinctio rationis sequitur actum intellectus. in illo autem priori nullus actus est intellectus. Et confirmatur: quia actus realis non dependet ab ente rationis: sed sensatio est actus realis: ergo non dependet ab ente rationis: sed obiectum sensibile habens in se distinctionem rationis est ens rationis vel aggregatum ex ente reali ⁊ rationis. ergo ⁊c. ¶ Et confirmatur ratio principalis sic. quecunq; sunt indistincta omnino secundum rem si vnum terminat ad aliquam actionem realem ⁊ reliquum terminabit eandem: sed natura magis communis ⁊ minus cõmunis sunt huiusmodi: ergo ⁊c. ⁊ hoc supposita debita approximatione ad sensum. ¶ Confirmatur secundo: idẽ sensus primo cognoscit quod species sensibilis primo representat: sed species sensibilis primo representat singulare speciei specialissime posita debita distantia. ergo ⁊c. minor probatur: species sensibilis primo representat obiectum sub ea ratione qua imprimitur sensui: sed imprimitur ab obiecto sub ratione nature specifice. Tum quia est actualior ⁊ perfectior. Tum quia species sensibilis est naturalis similitudo causata ab obiecto representans ipsam adequate secundum rationem sibi essentialius competentem: ergo magis representat ipsum ratione que sibi essentialius ⁊ perfectius competit: ꝗ̃ sub ea ratione que sibi remote ⁊ minus principaliter competit.

1.q.85. ar.3.

¶ Ad hec respondetur quod responsio ibi recitata est bona ⁊ recta est. Ad impugnationem dico ꝙ natura talis puta color ⁊ nõ natura communis i. color communis est ratio mouendi. Ad improbationem: negatur minor, pro vtraq; sui parte: nam apud san. Th. in prima parte. q. iij. ar. iij. in rebus materialibus natura ⁊ singularitas distinguuntur realiter: ⁊ distinctio rationis licet actualiter sit post sensationem: fundamentaliter tamen precuerit ipsam: ⁊ hoc sufficit. ¶ Ad confirmationem dicitur primo: quod obiectum sensibile habens distinctionem rationis fundamentaliter non est ens rationis: nec aggregatum ex ente reali ⁊ ente rationis. Distinctio enĩ rationis fundamentaliter nihil addit supra rem. Dicitur secundo quod sensatio non causatur a distinctione nature: sed a natura ipsa habente talem conditionem: ⁊ ideo dato quod distinctio illa esset ens rationis, adhuc nihil concludit. non enim color inquantum distinctus a sua singularitate mouet: sed hic color inquantum color de cuius ratione: nec distinctio: nec adunatio est. ¶ Ad aliam confirmationem dicitur quod maior est falsa quo ad actiões nihil reale ponentes in suis terminis quales sunt actiones immanẽtes. possum enim intelligere dei sapientiam non intelligendo eius bonitatem. ¶ Ad alias confirmationes premitto quod non dicit. s. Th. quod semper sensus prius cognoscat magis commune ꝗ̃ minus commune (verba enim sua sunt ista) ⁊ quia sensus exit de potẽtia ad actum sicut ⁊ intellectum: idem etiam ordo cognitionis apparet in sensu. nam primo secundum sensum diiudicamus magis commune ꝗ̃ minus commune: ⁊ secundum locum ⁊ secundum tempus.

1.q.3.ar ticu.3.

Ex quibus verbis non habetur nisi quod sensus primo secundum locum ⁊ tempus cognoscit singulare magis communius: ⁊ non habetur quod semper ita sit: vnde argumenta illa non sunt cõtra san. Tho. licet non concludant. falsum enim est quod species sensibilis primo representet singulare speciei specialissime: ⁊ eius probatio falsa est scilicet quod species sensibilis sit primo impressa a natura specifica. nam species sensibilis primo imprimitur a per se primo obiecto sensus. nullius autem sensus obiectum primum est species spãlissima: vt patet discurrendo. propterea species visibilis imprimitur primo a visibili in eo quod coloratum ⁊ non ab ipso in eo ꝙ est album vel nigrum. Nec obstat quod albedo sit actualior colore quia hoc non sufficit: sed requiritur quod sit primum obiectum potentie. Nec est verum quod assumit scilicet quod essentialius insit sensibili natura spãlissima ꝗ̃ natura generis. imo huic visibili vt sic essentialior est color ꝗ̃ albedo siue nigredo. quod patet ex hoc quod sublata albedine siue nigredine visibile remanet: non autem econuerso. ⁊ hec de quarto.

Ad primum.

Quo ad Quintum respondetur ordinate argumentis factis: ⁊ ad primum negatur illud vltimo assumptũ scilicet quod perfectissimus effectus quem possunt primo producere agentia ad intellectionem sit conceptus specificus. Dico enĩ quod perfectissimus quem pro tunc possunt est conceptus entis: imo nullum alium possunt pro tunc. Et cum contra hoc arguitur: quia sic nunꝗ̃ produceretur conceptus specificus: non valet consequẽtia. Ad cuius probationem dicitur quod nulla virtus potest imperfectiorem effectum suo effectu perfectissimo simpliciter: quelibet tamen virtus potest in effectum perfectiorem suo perfectissimo effectu in quem potest pro aliquo priori: quia ille non est perfectissimus nisi secundum quid. Exemplum. virtus generatiua leonis non potest in perfectiorem effectum ꝗ̃ sit leo: quia huiusmodi est eius effectus perfectissimus simpliciter: potest tamen in effectum perfectiorem illo: quem producit in principio actionis: quia tamen effectus fuit perfectissimus: quem pro tunc posset producere. ¶ Ad confirmationem dicitur ꝙ minor est falsa: nam intellectus existens in pura potentia non est eque dispositus ad conceptũ specificum sicut entis: non per positionem alicuius contrarie dispositionis: sed propter ordinem conceptus generalissimi ad spãles: sicut materia prima omni contraria dispositione inconsiderata non est eque disposita ad formas specificas ⁊ ad formam corporeitatis: sed oportet primo recipi formam corporeitatis propter ordinẽ forme generalis ad spãles. propter quod consueuit dici quod est indispositus priuatiue ⁊ non contrarie. ¶ Ad secundum patet responsio ex dictis: nam termini metaphysicales, vt sic, non ponuntur a nobis primo cognosci. sunt enĩ termini metaphysicales abstracti abstractione formali: sed dicimus ꝙ significatũ huius termini ens concretum quidditatis sensibilis est primo cognitum. ¶ Ad tertium dico ꝙ non oportet in quacunq; formatione conceptus specifici semper sigillatim preformare conceptum confusum entis: sed sufficit ens primo omnium fuisse cognitum: in illo enim omnia virtualiter concipiuntur. Vlterius dicitur: ꝙ cum apud nos non ponatur ordo essentialis inter istos conceptus confusos: non oportet tantum tẽporis interesse. ¶ Ad quartum dicitur, ꝙ species specialissima nõ est facilioris abstractionis ꝗ̃ ens loquendo de abstractione ad propositum requisita: sicut enim ad conceptũ confusum speciei specialissime requiritur ⁊ sufficit duplex abstractio: altera per actum intellectus agentis scilicet separatio a singularibus: altera per actum intellectus possibilis scilicet actualiter intueri speciem: ⁊ non actualiter intueri genus. ita ad conceptum confusum actualem entis duplex abstractio est necessaria. prima est a particularibus: que quidem fit cum species quecunq; abstrahitur ab intellectu agente, altera fit ab intellectu possibili: per hoc quod in quidditate quacũq; sibi primo presentata actualiter, primo concipit ens non concipiendo actualiter cetera que in illo sunt: vnde tanta ⁊ tã facilis est abstractio illa entis ꝗ̃ facilis est abstractio speciei spãlissime: imo abstractio ista entis est facilior: quia facilius est actualiter concipere prius sine posteriori ꝗ̃ econuerso. ex quo patet quod abstractio illa de qua loquitur argumentum non est necessaria ad cognitionem confusam. ¶ Ad quintum dico, quod minor est falsa. ⁊ ad eius probationem negatur consequentia: eo quod sensus non mouetur a singulari in eo quod singulare. Ille enim modus arguendi secundum regulam topicam non tenet nisi cum predicatum consequens subiecto secundum quod ipsum: vt habes a san. tho. in tertio contra Gentiles. cap. 139. quod in proposito non reperitur. non enim hic color inquantum hic mouet visum: sed inquantũ color. ¶ Ad aliam probationem dicitur: quod maior assumpta nõ

Ad secundũ.

Tertiũ

quartũ

quintum.

Tertio contra Gẽ. ca. 139.

est vera vniuersaliter: ideo qz coloratum magis mouet visum q̄ hoc nigrum: q: a remotioribus mouet. Agens namq̄ corporale q̄to in remotius agit tanto fortius videtur. ¶ Secundo dicitur qz fortius mouent sensum multa singularia imperfecta, q̄ vnū actualius et perfectius: et q: omnia singularia sunt singularia entis, ideo cogitatiua pueri, in quo noua cognitio oriri debet, magis mouetur a singularibus entis q̄ a singularibus huius speciei, et sic intellectus accipiat vniuersale ex multis singularibus, vt dicit secūdo posteriorum (et in proemio metaphy.) ideo prius cognoscit ens q̄ species, et fm hoc dicitur ad argumentum qz maior est vera ceteris paribus: non autem vbi aliqua imparitas: sicut in proposito accidit: preponderans inuenitur: multo enim plura singularia entis preponderant paucioribus singularibus speciei: sicut plus trahunt mille homines nō nimis fortes q̄ decem fortes. ¶ Ad tertiū dicitur qz maior simpliciter est falsa. Ad autoritatem philosophi dicitur primo qz tex. Commentatoris est corruptus: debet enim legi confusa et non composita. Dicitur secundo vt saluemus commentatorem qz compositum est notius suis componentibus: vt sic, non autem absolute, vnde prius confuse cognosco hominem q̄ partes eius diffinitiuas vt sic: absolute tamen prius cognosco magis vniuersale. Ex his apparet veritas minoris autoritate Auicen. approbate.

t.cō.27 *Lec.1.* *Tertiū.*

Deinde Reddit auditores attentos dicendorum difficultatem aperiens, tria proponendo, quid nomine essentie et entis significetur: et quomodo in diuersis diuersimode inueniatur: et quomodo se habeant ad intentiones logicas. Horū enim difficultas non modica est vt diuersitas opinionum circa ipsa testatur, sunt enim maxime vniuersalia que sunt difficillima ad cognoscendum: vt dicitur primo meta.

Circa hāc particulam nota qz sicut quid rei est quidditas realis ita quid nominis est quidditas nominis, nomen autem cum essentialiter sit nota earum, que sunt obiectiue in anima passionum (ex primo perihermenias) non habet aliam quidditatem nisi hanc qz est signum alicuius rei intellecte seu cogitate: signum autem vt sic: relatiuum est ad signatum: vnde cognoscere quid nominis nihil est aliud q̄ cognoscere ad quid tale nomē habet relationem: vt signum ad signatum. Talis autē cognitio potest acquiri per accidentalia illius signati, per communia, p essentialia, per nutus, et quibusuis alijs modis, sicut a greco querentibus nobis (quid nominis antropos) si digito ostēdatur homo taz percipimus quid nominis: et similiter de alijs. Interrogantibus vero quid rei oportet assignare id quod conuenit rei significate in primo modo perseitatis adequate. Et hec est essentialis differentia inter quid nominis et quid rei scilicet qz quid nominis est relatio nominis ad signatum: quid rei vero est rei relate seu significate essentia, et ex hac differentia sequuntur omnes alie que dici solent. puta qz quid nominis fit non entium complexorum: per accidentalia: per communia: per extranea, quid rei vero est entium incomplexorum per propria et essentialia, relatio enim vocis potest terminari ad non entia in rerum natura et complexa: et declarari p accidentalia, et huiusmodi, essentia autem rei non nisi per propria essentialia habetur de entibus incomplexis.

In proemio. *Cap.1.*

¶ Quia vero ex compositis cognitionem simplicium accipere debemus, et ex posterioribus deuenire in priora: vt a facilioribus incipientibus conuenientior fiat disciplina: ideo ex significatione entis ad significationem essentie procedendum est.

¶ In hac tertia parte proemij reddit auditores dociles ordinem dicendorum proponēs tali conclusione, ab ente ad essentiam procedendum est: quam probat duplici medio. Primo sic, ex compositis ad simplicia procedendum est: sed ens est velut compositum: et essentia velut simplex, ergo ab ente ad essentiam procedendum est. Secundo sic: ex posterioribus in priora procedendum est, sed ens est posterius essentia, ergo ab ente ad essentiam procedendū est. Maior vtriusqz rationis probatur: q: ex facilioribus est inchoādum, composita autem et posteriora sunt faciliora nobis simplicibus. ¶ Circa minorem prime rationis nota qz ens vt infra dicetur significat id quod habet esse, id autem quod habet esse comprehēdit in se essentiam, essentia vero significat id quod imponatur diffinitio vt dicetur que non dicis esse vel nō esse, ex primo posteriorū. ens ergo ita se habet ad essentiam: qz complectitur in se vtrumqz: essentiam scilicet et esse, essentia vero alterum tantum: et ideo ens appellatur compositum respectu essentie. ¶ Circa maiorem secūde rationis scito qz quando dicimus ex posterioribus procedendum est, intelligitur ex posterioribus fm naturam prioribus quo ad nos: innata enim est nobis via ex notioribus nobis in ignotiora nature, vt dicitur primo phy. tex. cō. 2. Minor secunde rationis probatur ex eo qz compositum est posterius componentibus: et ens (vt dictū est) cōpositum est respectu essentie. Capitulum j.

ca.j. in princi. pio. c.j. q.2 i. fi. t.c.25

T.cō.2

Sciendum est qz sicut in quinto metaphysice philosophus dicit ens per se dicitur dupliciter. Uno modo quod diuiditur p x. genera. Alio modo quod significat propositionum veritatem. Horum autē differentia est: q: secundo modo potest dici ens omne illud de quo affirmatiua propositio formari potest etiam si illud in re nihil ponat: per quem modum priuationes et negationes entia dicuntur, dicimus enim qz affirmatio est opposita negationi: et qz cecitas est in oculo. Sed primo modo non potest dici aliquid quod sit ens: nisi qd in re aliquid ponat. Unde primo modo cecitas et huiusmodi non sunt entia. Nomen igitur essentie nō sumitur ab ente secundo modo dicto (aliqua enim dicuntur hoc modo entia que essentiam non habent: vt patet in priuationibus) sed sumitur essentia ab ente primo modo dicto. Unde Commen. in eodem loco dicit ens primo modo dictū est quod significat substantiam rei.

t.cō.14 *cō.14. et me.*

¶ Hic incipit tractatus diuisus in duas partes. In quarū prima declarat quid noīe entis et essentie significet. In scda vero quomodo essentia in diuersis diuersimode inuenitur. pars prima vnico absoluit capitulo. pars scda sex: et sic totū integrant tractatū capitula septē. Quorū primum qd pre manibus habemus tres partes cōtinet. in prima declarat qd noie entis significet, in scda qd nomine essentie, in tertia differentia noim ipsius essentie designatur. Primū tali diuisione declarat, ens p se dupliciter dicit, vno modo vt diuidit per decē genera, alio modo vt significat veritatē ppositionū: quēadmodū dicit Arist. quinto metaphysi. tex. cō. 14. Dixit ens p se ad differentiā entis p accidens aggregati ex rebus diuersorum generū, vt homo albus de quo habes quinto metaphy. tex. cō. 13. Et innuit qz tripliciter differūt ens primo modo et ens scdo modo. Primo q: ens primo modo pdicat non nisi de rebus existētibus in decē generibus, ens aūt secūdo modo pdicat de oi eo qd potest esse subiectū ppositiōis affirmatiue. Scdo differūt: q: ens primo modo est illud cōpositū de quo supra diximus qd aliqualiter cōplectit in se essentiā et esse, ens aūt scdo modo nō est huiusmodi: q̄n aliqd est hoc modo ens (puta negatio aut chimera) qd non habet essentiam aliquam. Et ex hoc sequitur tertia differētia qz ab ente primo modo tanq̄ composito notiori essentie nomē sumitur, non autem secundo modo.

Circa primam differentiā aduerte primo qz veritas propositionis q̄ est entis scdo modo significati, nihil aliud est q̄ cōpositio facta in scda operatione intellectus obiecto cōformis, verbi gratia, sortes est cecus, ly est non significat inherentiā cecitatis in sorte: eo qz cecitas omni inherentia caret, cū inherere realiū accidentiū sit: sed significat cōpositionē factam ab intellectu adequāte seipsum p illā obiecto, sorti. s. carente virtute visiua, vnde quinto metaphy. in alia litera dicitur: qz ens significare veritatem propositionis significat q̄n propositio est vera. Prima autem significatio entis quid sit infra videbitur.

t.cō.14 *c.1.q.2. li.c.4. et me dium.*

Aduerte Secundo qz licet nullo intellectu considerante sortes sit cecus, et per considerationem intellectus non fiat magis vel minus cecus: tamen cecitas nullo intellectu considerante nullum habet esse in sorte, stant enim ista duo simul. Quod sic declaratur sortem esse cecum: vt sic, non est sortem habere aliquod esse substantiale, vt patet: nec accidentale: quia sortes sit cecus sola absentia visiue virtutis: que nihil supra sortem addit: vnde cecitas nullum esse omnino ponit in sorte: ac per hoc quod absqz omni consideratione intellectus virtus visiua sorti non inest: oportet sortem nullo intellectu considerante esse cecum. Dubitatio autem in hac re accidit, quia non recte inspicitur quod esse cecum non est esse aliquid: sed carere virtute visiua. Exemplum, nauis caret gubernatore nullo intellectu considerante, absentia tamen gubernantis nullum esse substantiale: aut accidentale ponit in naue, vnde nauem esse si-

ne gubernatore extra animam: non est esse aliquod: sed non esse gubernatam. Acquirunt autem esse ⁊ fiunt entia priuationes ⁊ negationes, ex hoc quod intellectus intelligens priuationes per habitus: ⁊ negationes per affirmationes format in seipso rei carentis aliquo modo idolum quoddam. Verbi gratia, cum intellectus format in se idolum quoddam nauis gubernatore carentis: quod est ista propositio mentalis. nauis est sine gubernatore: non presentia gubernatoris que extra animam nihil ponit in anima fit ens: per hoc quod intellectus fecit ipsam propositionis terminum aliquē. ⁊ cum hoc esse sit in anima ⁊ nullum aliud esse habeat: consequens est quod negatione huiusmodi ⁊ priuationes non sint entia nisi in anima obiectiue. ⁊ sic earum esse nihil aliud est q̄ intelligi: quomodo tantum omnia entia rationis habent esse.

Circa tertiam differentiam aduertendum est quod cū nomina sint signa conceptuum: secundum ordinem concipiendi est ⁊ ordo nominandi: propterea sicut ab ente primo modo tanq̄ a composito nobis notiori essentie nomiam sumpsimus: sic essentie nomen ab ente originem habet.

¶ Et quia (vt dictum est) ens hoc modo dictum diuiditur per decem genera: oportet quod essentia significet aliquod commune omnibus naturis per quas diuersa entia in diuersis generibus ⁊ speciebus collocantur: sicut humanitas est essentia hominis: ⁊ sic de alijs.

¶ In hac secunda particula declaratur quid nomine essentie importetur, tali conclusione. essentia significat quoddam commune omnibus naturis omnium entium. Cuius talem declarationē insinuat: sicut ens significat aliquod commune omnibus existētibus: ita essentia (cum ab illo sumatur) significat aliquod commune omnibus generibus ⁊ speciebus: ⁊ sicut ens significat id quod est in quolibet genere ⁊ qualibet specie: ita essentia oportet quod significet id quo aliquid est in quocunq̄ genere ⁊ quauis specie. habent enim se ens ⁊ essentia vt quod ⁊ quo. cum autem nature rerum sint ille quibus res reponuntur in generibus ⁊ speciebus: sequitur q͛ essentia significat aliquod commune omnibus naturis rerum: vnde quemadmodum ens predicatur de homine boue ⁊ similibus q̄ sunt in generibus: ita essentia p̄dicatur de humanitate ⁊ bouinitate q̄bus in generibus reponunt: per nomē ergo essentie intelligitur natura rei sicut per nomē entis id q͛ habet naturam illam. Dō. ij.

Circa hanc particulam insurgit dubitatio valde difficilis: an ens ⁊ essentia significent immediate ipsa predicamenta seu naturas eorū an mediate. In hac dubitatione tria agā. Primo declarabitur titulus questionis. secūdo adducetur opinio Scoti ⁊ impugnabit. tertio ponetur opinio sancti tho. ¶ Pro primo sciendo quod significare mediate in proposito est significare aliq͛d mediante aliquo superiori: sicut animal significat species suas mediate (mediante scilicet natura sensibili) non enim animal significat hominē nisi quia homo est substantia animata sensibilis. Significare immediate est significare aliquid non per aliquam naturam seu realitatē superiorem, sed per seipsam primo: sicut animal significat gradum sensitiuum seu realitatem sensitiuam immediate: vt patet. Vertitur ergo in dubium hoc, an ens significet aliquē gradum seu aliquam realitatem abstrahibilem a naturis predicamentalibus communem eis sicut superius essentiale suis inferioribus ⁊ sic mediate significet predicamenta an immediate significet ipsas naturas predicamentales. hec de primo.

Sco. 1. di. 3. q. 1. et 3. dist. 8 q. 2.

Quo ad secundum Sco. vt colligitur ex primo sen. dist. iij. q. j. ⁊ iij. ⁊ di. viij. q. ij. opinatur q͛ ens significet decem predicamenta mediate. imaginatur enim q͛ a quibuscūq̄ similibus sit abstrahibilis vna realitas obiectiua vtrisq̄ cōmunis ⁊ prior vtroq̄ ⁊ sic cum substantia ⁊ accidens habeāt similitudinē in ente ab eis est abstrahibilis vna ratio obiectalis vtriq̄ communis ⁊ prior tā substantia q̄ accidente que nomine entis significatur. Quod vt melius intelligatur pono processum istarum abstractionum diffuse. Cum eīm sor. conueniat cum platone in humanitate ⁊ non cum brunello: ab eis potest abstrahi humanitas communis ⁊ prior eis: ⁊ inde cum homo cōueniat cum brunello in sensibilitate ⁊ non cum planta ab eis potest abstrahi animalitas communis ⁊ prior eis. ⁊ inde cum animal conueniat cum planta in vegetabilitate: ⁊ non cum lapide: ab eis potest abstrahi vita communis ⁊ prior eis: inde cum viuum conueniat cum lapide in corporeitate ⁊ non cum intelligentijs ab eis potest abstrahi corporeitas communis ⁊ prior eis: inde cum corpus conueniat intelligentijs in substantialitate: ⁊ non cum accidentibus: ab eis potest abstrahi substantialitas communis ⁊ prior eis: inde cum substantia conueniat cum accidente in entitate reali ⁊ non cum entibus rationibus: ab eis est abstrahibilis entitas communis ⁊ prior eis. ⁊ cum hec realitas vltimo abstrahibilis sit illa quam significat ens immediate: oportet quod predicamentales realitates seu nature mediate sub entis significatione claudantur. ¶ Ad hanc positionem confirmādam multa possent adduci media: que ne digrediamur ad analogiam entis ⁊ comparationem transcendentium ad predicamenta: an scilicet sint eorum predicata quidditatiua vel nō: omittemus p͛ nunc: quia infra speciales erunt de his questiones. ¶ Contra hāc opinionem arguo dupliciter. primo autoritate Arist. 8. meta. text. cō. 16. vbi soluens questionem quare quidditas sit vna: dicit q͛ in substantijs separatis non est querenda alia causa: quia in eis non est nisi forma que statim seipsa est ens ⁊ vnum. quemadmodū ens statim seipso est substantia ⁊ quantitas ⁊ cetera predicamenta nō expectans aliud faciens ipsum naturas predicamentales. ex qua autoritate arguitur sic. ens significat quandam realitatem priorez predicamentis: ergo expectat aliquid cōtrahens ipsum ad predicamenta consequentia nota. cōsequens autem est contra Arist. ergo a destructione cōsequētis ad destructionem antecedentis ens nō significat realitatem priorem predicamentis. ¶ Secundo arguitur autoritate Commenta. 10. metaphy. cō. 18 dicentis quod hoc nomen ens vnum significat id quod significat in predicamento substantie ⁊ quantitatis ⁊ qualitatis prima significatione sine medio ⁊ non mediante aliqua communi: quid clarius? ¶ Ratione nō arguo: quia oporteret egredi limites. hec de secundo.

ca. 2. q. 3. ca. 4. ⁊ me. j quod s dubio T. c. 16

Cō. 18.

Quo ad tertium pono opinionem sancti Thome ex duabus conclusionibus eliciēdam. Quarum prima est ista. ens significat vnum conceptum formalem communem in representando substantie ⁊ accidenti deo ⁊ creature.

Secunda est ista. Ens significat vt conceptum obiectalem aliquod reale inuentum in omnibus generibus distinctum secundum rationem a proprijs conceptibus obiectalibus omnium generum: nullum gradum supra naturas genericas specificas ⁊ indiuiduales exprimens. ¶ Pro intelligētia terminorum nota quod conceptus est duplex: formalis ⁊ obiectalis. Conceptus (formalis) est idolum quoddam quod intellectus possibilis format in seipso representatiuum obiectaliter rei intellecte: quod a philosophis vocatur intentio seu conceptus: a theologis vero verbum. ¶ Conceptus autem (obiectalis) est res per cōceptum formalem representata in illo terminans actum intelligendi. Verbi gratia conceptus (formalis) leonis, est imago illa quam intellectus possibilis format de quidditate leonina cum vult ipsaz intelligere. Conceptus vero (obiectalis) eiusdē, est natura ipsa leonina representata ⁊ intellecta. Nec putandum est cum dicitur nomen significare cōceptum quod significet alterum tantum: significat enim leonis nomen conceptum vtrūq̄ (licet diuersimode). est namq̄ signum conceptus formalis vt medij seu quo, ⁊ est signum conceptus obiectalis: vt vltimi, seu quod. Unde idem est loqui de conceptu entis ⁊ de significatione eius. ¶ Probo ergo conclusionem primam tali medio. omnia similia quacūq̄ similitudine etiā analoga seu imitatiua secundum id in quo assimilantur, possunt p͛ eandem imaginem representari: sed deus ⁊ creature substantia et accidens habent similitudinem inter se saltem analogam. ergo secundum id in quo assimilantur possunt per eandem similitudinez representari. Sed assimilantur in esse. ergo eadem similitudine poterunt representari inquantum habent esse: similitudo illa est conceptus formalis entis. ergo ⁊c. processus clarus est: ⁊ propositiones ab omnibus sunt concesse: cum maior fuerit dilucidata: quam sic ex notioribus suademus. Ubicūq̄ inuenitur agens producere sui similitudinem in alio: si id aliud producat aliud simile sibi secūdum id quo ipsum assimilatur primo: oportet tertiū assimilari vtriq̄ ea ratione: quia quicquid est simile alicui in eo quod illud est alteri simile est simile vtriq̄: sicut species sor. in oculo meo producta ab imagine sor. in speculo est similitudo representatiua vtriusq̄ et figure sor. in speculo a qua immediate est causata: ⁊ figure sor. in se ipso a qua est mediate causata. Sed ita est modo quod inter habētia analogam similitudinem deum ⁊ creaturam: substantiam ⁊ accidens: reperitur huiusmodi habitudo in ordine ad conceptū formalem. igitur ⁊c. Fit autem hoc sic manifestum exemplariter: sapiētia diuina producit sapientiam humanam: que est quedam sui similitudo (imperfecta tamen) sapientia autem humana producit similitudinem sui in intellectu nostro: que nil aliud est q̄ sapientia in esse intentionali: sicut sapientia extra est sapientia in esse naturali. Cum autem similitudo ista sapientia intellectu representet sapien-

tem humanam secundum id quo illa assimilatur sapientie divine: quia representat eam secundum propriam rationem formalem, sequitur de necessitate quod hic unica similitudo representat utranque, humanam scilicet et divinam: utpote que similis est utrique, licet ab humana sit immediate exemplata: a divina mediate. Ex hoc exemplo in terminis specialibus: intuere propositum nostrum in terminis transcendentibus qualis est ens. Cum enim esse creature assimiletur esse divino a quo exemplatum est: et esse accidentale assimiletur esse substantiali a quo emanat: similitudo producta in intellectu ab esse substantiali: sive accidentali inquantum assimilatur erit omnium representativa imago, et cum conceptus non requiratur ad intellectionem nisi ut obiectaliter representet rem unico conceptu intellectus in deum et creaturam in eo quod ens fertur, et similiter in substantiam et accidens. Nec oportet ponere plures conceptus et multiplicare entia sine necessitate. Quod autem hic sunt non solum secundum mentem san. tho. dicta: sed etiam secundum expressam sententiam patet in q. de di. potentia dei. q. 7. ar. 5. in corpore. Unde hanc rationem accepi: et in eadem q. ar. 6. ubi circa finem corporis q. adducit exemplum de speculo: et dicit expresse: quod sic se habet conceptus noster ad deum et creaturas sicut species rei vise in speculo: ita quod deus se habet ut res producens similitudinem suam in speculo: creatura ut species in speculo: conceptus noster ut similitudo extracta a specie in speculo utriusque representativa. Unde nullus mentis compos potest hoc negare in eius via.

potentia. q. 5. art. 5. q. 6. circa fi.

Conclusio Secunda habet tres partes. Quo ad primam declaratur sic. conceptus obiectalis entis est id quod representatur per eius conceptum formalem: sed eius conceptus formalis representat id in quo assimilantur omnia entia realia: quod oportet in eis esse, ergo conceptus obiectalis entis est aliquid reale inventum in omnibus. secunda propositio assumpta licet patere possit ex dictis. tamen declaratur adhuc sicut conceptus formalis animalis representat fundamentum similitudinis generice: et conceptus formalis hominis representat fundamentum similitudinis specifice, et universaliter quelibet imago communis pluribus in representando representat fundamentum similitudinis inter illa plura: ut patet in exemplo supra posito de specie in oculo causata a specie sor. in speculo: quoniam illa representat non similitudinem inter speciem in speculo et sor. cum sit relatio: sed fundamentum illius similitudinis: puta qualitates et lineamenta que sunt in utroque. sic conceptus entis formalis representat fundamentum analogice similitudinis in esse inter omnia entia realia existentia: quod in omnibus esse absque opere intellectus ex eo patet, unde quod similia sunt extra animam: cum hoc fundamentum representatum sit conceptus obiectalis entis ut dictum est. patet conceptum obiectalem entis esse aliquid reale inventum in omnibus: quod erat in prima parte conclusionis positum. ¶ Secunda pars conclusionis sequitur ex ista, si enim conceptus obiectalis entis invenitur in omnibus: et nullus conceptus obiectalis proprius substantie aut accidentis invenitur in omnibus, consequens est quod non omnino sunt idem: et quod saltem ratione distinguatur conceptus entis a propriis omnium conceptibus obiectalibus: quod erat secunda pars conclusionis. ¶ Tertia pars eiusdem sic declaratur. si conceptus obiectalis entis esset aliquis gradus supra gradus specificos et genericos tunc consideratus precise gradibus specificis et genericis cum eorum precise passionibus non esset in eis ut sic, invenire passiones entis. hoc est falsum, ergo a destructionibus consequentis etc. consequentia declaratur: quia enim animal dicit alium gradum ab homine, ideo homini secundum differentialem conceptum precise non insunt passiones animalis, ut ostendit falsitas istius reduplicative, homo inquantum rationalis est bipes, circumloquendo per ly bipes passionem animalis propriam, et similiter si ens dicit alium gradum a substantia, sequitur quod considerata precise ratione constitutiva substantie: substantia non est una nec vera nec bona etc. que nominant passiones entis etc. Falsitas consequentis probatur sic, homo inquantum rationalis precise est unum quod unitate: que est passio entis, homo inquantum rationalis dicit alium gradum ab ente (secundum te contra quem arguo) ergo passio entis convenit aliis gradibus ab ente precise: ut sic acceptis: quod est oppositum consequentis. prima propositio assumpta habetur ex Sco. in secundo sen. dist. 3. q. 1. tenente unitatem mediam minorem unitate numerali et maiorem generica esse passionem entis, et sequi naturam specificam ratione ultime differentie. Manifesta quoque fit sic pro nunc eadem propositio, homo inquantum rationalis est indivisibilis formaliter. supposito quod rationale sit ultima differentia, ergo homo inquantum rationalis est unus formaliter, unitas enim nil aliud est quam indivisio. Sed de hoc (cum de unitate nature agetur) amplior erit sermo. Nunc autem sufficiat quod in gradibus specificis precise acceptis et similiter genericis est invenire passiones entis: quod erat probandum, et consequenter quod ens non significat distinctum gradum a naturis specificis et genericis: quod erat tertia pars conclusionis.

2. d. 3. q. 1. in c. q. 4. et me-dium.

Infra ca. 4. q. 6.

Sed tunc Ex quo res significata per hoc nomen ens est aliquid inventum in omnibus: et non est gradus distinctus contra specificos et genericos: declarandum superest quid sit. Quod sic declaratur. gradus quicunque genericus vel specificus, vel differentialis, vel individualis habet in se: unde multis modis concipi possit, et secundum quod quilibet gradus est habens esse: nomine entis imponitur, et ad conceptum obiectalem entis pertinet. secundum vero quod absolute talis vel talis gradus consideratur nomine proprio significatur: et conceptus obiectalis illius est, verbi gratia, humanitas ex sua propria perfectione formali qua distinguitur contra reliquas universi perfectiones, habet quod per conceptum formalem humanitatis representetur et cognoscatur et significetur humanitatis nomine, humanitas: ut sic etiam habet quod sibi debeatur: seu conveniat esse quidditativum: et actualis existentie: et sic representatur conceptu formali entis tanquam pars sui obiectalis conceptus et entis nomine significatur. Similiter animal hec duo in se habet, et sic de aliis. Unde conceptus obiectalis entis sunt nature generice et specifice ut habentes esse, sic enim fundant analogam similitudinem, de qua loquimur, et propterea ens et passiones eius in quolibet gradu precise accepto salvantur, quilibet enim gradus ut sic habet in se unde sit et indivisus sit et conformabilis intellectui et appetitui etc. quod a ponentibus ens abstrahibile a gradibus specificis et genericis salvari non potest. ¶ Quod autem hec sint secundum doctrinam san. tho. diligenter intuentem eius doctrinam conformem constituo. Infra tamen cum de analogia entis agetur hoc ostendemus: pro nunc satisfaciant hec dicta, presertim quod tam prima quam secunda pars conclusionis ex precedente conclusione sequitur: quam constat esse. s. Tho. ¶ Tertia autem pars ab omnibus thomistis asseritur unanimiter. Sic ergo patet qualiter ab omnibus entibus utpote similibus abstrahibilis est conceptus entis: non modo scotistico, et patet qualiter sit verum quod hic. s. Tho. dicit: scilicet essentia significat aliquid commune omnibus naturis omnium generum et specierum. non enim intendit quod essentia significet aliquam naturam communem omnibus naturis: sed quod significet omnes naturas ut assimilantur in hoc quod entia sunt. quelibet enim nature ut sunt (quibus res sunt) essentie rationem habent: sicut quelibet res habent rationem entis ut sunt habentes esse seu que sunt.

c. 2. q. 3.

¶ Et quia illud per quod res constituitur in proprio genere vel specie, est quod significamus per diffinitionem indicantem quid est res. Inde est quod nomen essentie a philosophis in nomen quidditatis mutatur, et hoc est quod philosophus in septimo metaphysice frequenter nominat, quod quid erat esse idest hoc per quod aliquid habet esse quid. Dicitur etiam forma secundum quod per formam significatur perfectio, vel certitudo uniuscuiusque rei, sicut dicit Avicenna in secundo metaphysice sue. Hoc etiam alio nomine natura dicitur accipiendo naturam secundum primum modum illorum quatuor modorum, quos Boetius de duabus naturis assignat secundum scilicet quod natura dicitur esse illud quod quocunque modo intellectu capi potest, non enim res intelligibilis est nisi per suam diffinitionem et essentiam, et sic etiam dicit philosophus in quinto metaphysice, quod omnis substantia est natura. Nomen autem nature hoc modo sumpte videtur significare essentiam rei secundum quod habet ordinem vel ordinationem ad propriam operationem rei, cum nulla res propria destituatur operatione. Quidditatis vero nomen sumitur ex hoc quod per diffinitionem significatur. Sed essentia dicitur secundum quod per eam et in ea res habet esse.

T. c. 1. T. c. 20

cap. 2. post me-dium.

T. c. 5

¶ In hac tertia parte huius capituli declaraturus quomodo differant nomina essentie inter se: enumerat quinque eius nomina, primo scilicet essentia: quidditas: quod quid erat esse: forma et nature, quorum ratio et differentia satis clare ac manifesto sermone in litera traditur, adeo ut addere non sit opus.

¶ Nota tamen circa id quod de Boetio affertur quod Boetius in libro de duabus naturis et una persona christi, naturam quadrupliciter accipi dicit, primo omne intelligibile, secundo omnia

Parum post principium.

substantie. tertio principium intrinsecum motus. quarto specifica essentia seu differentia. quos modos (si Boetium nõ habes) vide si places in scdo sen. san. Tho. di. 37. q. 1. ar. 1. primo modo accipit hic naturam. s. Tho. qm̃ sic cõis est essentijs substantialibus ⁊ accidentalibus genericis ⁊ specificis ⁊c. Capitulum. ij.

(margin: .di. 37. q. 1. ar. 1. Cap. 2.)

Sed qz ens absolute ⁊ primo dicitur de substãtijs, ⁊ posterius, ⁊ sm̃ quid de accidentibus, inde est ꝙ essentia proprie ⁊ vere est in substantijs, sed in accidentibus est quodammodo et sm̃ quid ⁊c.

¶ Expedito primo propositorũ exequens in hac secũda parte tractatus quõ essentia in diuersis diuersimode inueniatur: qd̃ scdo loco propositum erat. Primo declarat quõ essentia inueniatur in substantijs cõpositis in tribus capitulis. scdo in substantijs separatis duobus capitulis. tertio in accidentibus vnico capitulo. Circa substantias cõpositas tria declarãtur in illis tribus capitulis. In primo quid sit entia substantiarũ compositarum. In secundo quomodo differant inter se essentie substãtiarum compositarum. In tertio quomodo se habeant ad intentiões logicas. Incipit ita autem exequi in hoc capitulo quomodo essentia in diuersis diuersimode inueniatur. Primo hoc declarat in communi omnes essentias vniuersi adinuicem comparando duabus comparatiõibus. secundo quid sit essentia substantiarum compositarum tribus cõclusionibus negatiuis ⁊ quarta affirmatiua. tertio mouet dubitationem quandam circa conclusionem affirmatiuam ⁊ soluit eam. Facit primo comparationem primã inter essentias substãtiarum ⁊ accidentium tali conclusione. Substantia vere ⁊ proprie habet essentiam, accidens autem sm̃ quid. quam sic probat. vnũquodqz sicut est ens, ita habet essentiam: sed substãtia est ens simpliciter: accidens vero est ens sm̃ quid. ergo substantia habet essentiam simpliciter. accidens autem sm̃ quid. maior ex dictis in precedenti capitulo patet: minor licet habeatur septimo metaph. in principio tamẽ sic probatur in litera: illud est ens simpliciter de quo ens absolute ⁊ primo predicatur. ⁊ illud est ens sm̃ quid de quo ens posterius: ⁊ sm̃ quid dicitur: sed de substantia ens dicitur absolute ⁊ primo. de accidente autem posterius ⁊ sm̃ quid. ergo substãtia est ens simpliciter. accidens vero sm̃ quid. Questio. iij.

(margin: Cap. 5. c. 6. Cap. 7. T. cõ. 2)

Circa hanc particulam, dubitatur an ens per prius dicatur de substantia ⁊ posterius de accidente: an vniuoce de vtroqz. In hac questione quinqz agenda sunt. Primo declarabitur titulus. secundo ponetur opinio Sco. tertio arguetur contra illam. quarto ponetur opinio. s. Tho. quinto respondebitur argumentis in oppositum. ¶ Quo ad primum sciendum est: ꝙ aliquid dupliciter cõtingit de aliquibus predicari per prius ⁊ posterius. Vno modo sm̃ esse illius predicati. Alio modo sm̃ propriam rationem eiusdem. Illud dicitur predicari analogice (sm̃ esse) qd̃ perfectius habet esse in vno q̃ in alio. ⁊ sic omne genus predicatur per prius ⁊ posterius de suis speciebus: eo ꝙ perfectius esse necessario habet in vna specie q̃ in alia. vnde Commen. 12. metaph. com. 2. dicit ꝙ prioritas ⁊ posterioritas specierum non impedit vnitatem generis. ⁊ hoc modo non querimus hic. per se enim notum est omnibus ꝙ ens perfectiori modo est in substantia q̃ in accidentibus. ⁊ ꝙ hoc modo predicatur per prius et posterius. ¶ Illud vero dicitur p̃dicari analogice: seu per prius ⁊ posterius sm̃ rationem propriam: qd̃ de vno predicatur sine respectu ad aliud. de altero vero non nisi in respectu ad aliud: verbi gratia: sanum predicatur de animali sine respectu ad dietam medicinam ⁊ vrinam. de istis vero predicatur non nisi in respectu ad animal. dicitur enim animal sanum absqz additione aliqua. vrina vero non dicitur sana nisi qz est signum sanitatis existentis in animali: ⁊ dieta similiter non est sana: nisi qz est conseruatiua sanitatis: ⁊ sic de alijs. Cum enim diffinies sanum predicatum de animali non pones in eius diffinitione respectum ad aliquid horum. Cum autem diffinies sanum predicatum de vrina in diffinitione eius ponetur respectus ad sanitatem animalis cum ipsa animalis sanitate. ⁊ similiter in diffinitiõe diete ⁊ medicine in eo ꝙ sane sunt. dices enim (vt iam dictum) ꝙ vrina est sana: in eo ꝙ signum est sanitatis: dieta in eo ꝙ conseruatiua: ⁊ medicina in eo ꝙ causa est illius: ⁊ hoc modo vertitur hic in dubium an ens predicetur analogice: ita ꝙ absolute predicetur de substantia: de accidentibus vero non nisi relatiue ad substantiam: quod idem est: ꝙ querere vtrum substantia in eo ꝙ ens non includat accidens. accidens vero in eo ꝙ ens includat substantiam: ⁊ in hoc pendet tota questio inter nos ⁊ Scotum: quoniam accidens in eo ꝙ accidens includere substantiam ab omnibus conceditur. sed non accidens in eo ꝙ ens. hec de primo.

(margin: Com. 2)

Quo ad secundum Scotus primo sen. di. iij. q. j. ⁊ iij. viij. q. ij. ponit hãc cõclusionem: ens est vniuocum substantie ⁊ accidenti deo ⁊ creature: probat eam sic. omnis intellectus certus de vno conceptu. et dubius de diuersis. habet conceptum de quo est certus, alium a conceptu de quo est dubius: intellectus quisqz potest esse certus de deo seu de propria passione: ꝙ sit ens. dubitando an sit ens finitum vel infinitum: siue an sit substantia vel accidens. ergo conceptus entis est alius a conceptibus istis. ⁊ ita neutrum est ex se: sed in vtroqz illorum includitur: igitur vniuocus. prima propositio patet ex terminis. minorem vero experientia docet.

(margin: sco. I. di. 3. q. 1. ⁊ 2. ibidẽ d. 8. q. 2. Prima rõ)

¶ Secundo sic. ens non est vniuocum. ergo deus non est a nobis naturaliter cognoscibilis aliquo conceptu simplici. hoc est falsum. ergo a destructione consequentis ⁊c. consequentia probatur. nullus conceptus est producibilis in intellectu nostro qui non cõtineatur essentialiter vel virtualiter in obiecto relucente in phantasmate: sed conceptus non vniuocus deo ⁊ obiecto relucente in phantasmate est non contentus tam essentialiter q̃ virtualiter in obiecto relucente in phantasmate. ergo nullus conceptus est producibilis in intellectu nostro: nisi sit vniuocus obiecto relucenti in phantasmate. hoc autem est creatura. ergo omnis conceptus simplex quem habemus de deo est vniuocus creature: ⁊ consequenter conceptus entis. maior patet. minor declaratur: quia obiectum creatum continet essentialiter conceptum increatum. vt de se notum est. nec virtualiter: quia prius non includitur virtualiter in posteriori: sed econuerso.

(margin: secũda)

¶ Tertio sic. omnis inquisitio metaphysicalis de deo procedit considerando rationem formalem alicuius: ⁊ auferendo ab ea imperfectionem quam habet in creaturis: ⁊ reseruando illam rationem formalem: et attribuendo sibi omnino summam perfectionem: ⁊ sic ponendo illam in deo. ergo omnis inquisitio de deo supponit intellectum habere conceptum eundem vniuocum quem accipit ex creaturis.

(margin: Tertia)

¶ Quarto sic. ens non est vniuocum substantie et accidenti. ergo substantia non est a nobis naturaliter cognoscibilis. hoc est falsum: ergo ⁊c. tenet consequentia: eo quod cum substantia non immutet immediate intellectum nostrum ad aliquam intellectionem sui: sed tantum accidens sensibile: sequitur quod nullum conceptum quidditatiuum habere poterimus de ea nisi aliquis talis possit abstrahi a conceptu accidentis: sed nullus talis quidditatiuus abstrahibilis est a conceptu accidentis: nisi ens vniuocum accidenti et substantie. Hoc autem quod in ista ratione assumit. scilicet quod substantia non immutet intellectum nostrum ad aliquam sui intellectionem. probatur sic: quicquid sua presentia immutat intellectum: absentia illius potest naturaliter cognosci ab intellectu quando non immutatur (sicut apparet ex secundo de anima) quod visus est tenebre cognoscitiuus quando lux non est presens: eo quod tunc visus non immutatur. igitur si intellectus naturaliter immutatur a substantia immediate ad actum circa ipsam: sequeretur quod quando substantia non esset presens posset naturaliter cognosci non esse presens: ⁊ ita naturaliter cognosci posset in hostia consecrata non esse substantiam panis: quod est manifeste falsum.

(margin: quarta; T. cõ. 71.)

¶ Quinto: arguitur autoritatibus secundo metaphy. tex. commen. 4. Probans Aristoteles causam entitatis et veritatis: maxime entis et vera assumit hanc propositionem: vnumquodqz maxime ipsum aliorum dicitur: secundum quod alijs inest vniuocatio. ens ergo vniuocum dicitur apud Aristotelem de causa entitatis. scilicet deo et alijs: aliter processus Aristotelis nullus esset. arguit enim sic. causa vniuoca entitatis et veritatis est maxime ens: et vere deus est huiusmodi. ergo. Auicenna quoqz primo metaphy. capitulo secundo dicit, substantia et quantitas non habent intentionem communem nisi entis cuius quedam sunt quasi species: et quedam quasi accidentia propria. Et capitulo quinto facit argumentum quod adductum est de conceptu certo: et dubijs. Omnes inquit imaginantur certitudinem entis. dubitant autem vtrum sit agens vel patiens. Algazel in Metaphysica sua tractatu primo habet quod quidam homines putauerunt quod ens non predicat aliũ conceptum a suis inferioribus dicentes ꝙ esse accidentis nihil aliud sit q̃ esse substantie. Multa alia argumenta adducuntur ad hoc: sed qz (vt patebit) non probant vniuocationem sed alietatem

(margin: quinta; T. c. 4.; aui. ca. 2. circa me. Cap. 5.; algazel)

conceptus entis omitto: ⁊ etiam q̄ ex dicendis: cuilibet ingenioso patebit responsio ad omnia. hec de secundo.

Prima ratio.

Quo ad Tertiū arguo primo sic, nullū vniuocatū in ratione sui vniuoci habet aliq̄d plus q̄ reliquum vniuocatū: substātia ⁊ accidēs sunt vniuocata per te in ente, ergo accidēs nō habet aliq̄d plus in ratione sui vniuoci. s. entis q̄ substantia: discursus bonus: ⁊ cōclusio vero est falsa, ergo altera p̄missarū, nō maior: q̄ illa habet ex antepredicamentis: ergo minor q̄ est cōclusio aduerse partis. Falsitas conclusionis habet septimo meta. textibus ⁊ cōmentis secundo ⁊ tertio, vbi dicit ꝙ in ratione accidētis inquantū ens ponit substātia. vnde Cōmen. dicit in cōmento tertio, ꝙ sedens ⁊ stans nō dicunt esse entia siue substātia, patet aūt ꝙ in diffinitione substātie: inquantū ens nō ponit accidens nec substantia: eo ꝙ abstrahit apud eos ab illis. ❡ Patet secūdo falsitas illius cōclusionis ex dictis Antonij trōbete qui in hac q̄stione fatetur in diffinitione accidentis inquantū ens cadere substantiā. Unde etsi ratio possit a Scoto ꝑm apparentiā solui glossando Aristotelem (glossa destruēte textū) nullo tñ pacto potest ab Antonio trōbeta solui: eo ꝙ ab ipsa veritate coactus concessit in quolibet suo falsitatem cōclusionis quā Scotus negaret.

Secunda diffinitiōe. T. cō. 2. T. cō. 3. Cō. 3.

❡ Secundo arguit sic: ens est vniuocū predicatū in q̄d de pluribus differētibus specie: in nulla differentia quidditatiue inclusum, ergo est genus. tenet consequentia ex diffinitione generis, ⁊ conditione apposita a Scoto in primo sen. di. 3. q. 3. vltimā eius particulā assumpsam exigi dicit ad genus ⁊ bene, ⁊ ꝑm Aristo. quarto topi. Antecedēs quo ad primā partē ⁊ scd̄am Scoti ibidem est. Quo ad tertiā autem probat sic. Si ens esset inclusum in aliqua differentia nō vltima: sequeret ꝙ addēdo differentiam nō vltimā generi: esset nugatio: hoc est falsum. ergo ⁊c. tenet cōsequētia: q̄ bis ens poneret eodē modo: semel ratione generis: ⁊ semel ratione differētie. verbi gratia, si ens includit quidditatiue in ratione aialis ⁊ rationalis: dicēdo animal rationale erit nugatio, cū eñ prima pars rationis animalis sit ens. erit ratio propria aialis ens. a. b. c. Similiter cū prima pars rationis rationalis sit ens: erit ratio rationalis ens. d. e. f. ⁊ sic dicendo animal rationale dices ens. a. b. c. ens d. e. f. ⁊ consequenter pones ens bis: ⁊ expresse nugationem committes. ❡ Nec est opus impugnare responsionem Scoti: vbi supra ad hoc argumentū, q̄ nō est ad propositum, ait enim ꝙ sicut dicimus animal albū absq̄ nugatione, eo ꝙ ens clausum in ratione albedinis denominat accidētaliter ens clausum in ratione animalis: ita in proposito dicimus animal rationale: eo ꝙ ens clausum in rationali denominat essentialiter ens clausum in animali absq̄ nugatione.

Ad hoc propositum cōmen. huius doct. secundo poste. c. 4. circa me. et videas cōsequētium arist. 5. d. 3. q. 3. T. c. 3. 1. d. 3. q. 3. Solutiōe quā tu cōtra vniuocationē entis.

❡ Hoc enim non est ad propositū: aliud enim est loqui de ente in sua ratione communi: in qua indistincte vniuocant supradicta: ⁊ aliud est loqui de ente particulariter accepto: licet enim palliari possit ꝙ ens particulatum ad album et rationale denominet ens particulatum ad animal: non tamen potest intelligi quod prima pars rationis albi formaliter sumpti denominet primam partem rationis animalis. Ea enim est ens eodem modo sumptum: cum vniuocum sit: remanet ergo ꝙ nugatio est dicere apud Sco. animal rationale: imo animal album eodem modo arguendo: vt prius vtendo loco nominum eorum rationibus quidditatiuis. ❡ Quod si aliquis vim faciendo in verbis Scoti. forte diceret ens non claudi in rationali quidditatiue et albo: sed in rationalitate et albedine: tunc interim sequitur principale intentum nostrum: ꝙ scilicet ens in nulla differentia includatur quidditatiue: quia rationalitas non est differentia sed differentie principium secundum veram Auicenne doctrinam: differentia enim predicatur de specie: rationalitas autem non. quare ⁊c. ❡ Tertio arguitur sic. Ens est vniuocum substantie et accidentis: ergo in ratione substantie expresse cadit ens: ergo in diffinitione hominis explicite cadit ens: hoc est inconueniens et contra Aristotelem et viā communem: ergo ⁊c. Prima consequentia probatur: ex eo quod omne superius vniuocum explicite cadit in ratione sui essentialis inferioris: sicut animal cadit explicite in ratione hominis. Secunda consequentia probatur ex autoritate Aristotelis posita in secundo libro topicorum: illa scilicet quando aliquid ponitur in diffinitione alicuius loco illius: si ponatur eius ratio, clarior erit intellectus: cum ergo substantia ponatur in diffinitione hominis: et loco substantie liceat ponere eius relationem: in qua explicite cadit ens: vt clarior sit diffinitio: sequitur ꝙ ens debeat poni in diffinitione hominis explicite: vt clarior reddatur. Nec prohibet hoc communissimus ambitus ipsius entis: aut carentia differentiarum. Sicut nec ex his prohibetur ens tanq̄ predicatum vniuocum et quidditatiuum cadere in ratione substantie. Et confirmatur hoc per Scotum, qui in primo sententiarum distinc. tertia ponit ens esse primum cognitum cognitione distincta: eo ꝙ ens cadat in conceptu quidditatiuo omnium tanq̄ primum predicatum quidditatiuum. hec de tertio.

Tertia. 8 meta. T. c. 16. Cap. 5. 1. d. 3. q. 2.

Quo ad quartum principale prenoto differentiam inter vniuocum et equiuocum purum et analogum. Uniuocata sunt quorum nomen est commune: et ratio secundum illud nomen est eadem simpliciter. Pura equiuocata sunt quorum nomen est commune: et ratio secundum illud nomen est diuersa simpliciter. Analogata sunt quorum nomen est commune: et ratio secundum illud nomen est aliquo modo eadem: et aliquo modo diuersa seu secundū quid eadem: et secundum quid diuersa. Uerbi gratia: animal et medicina sunt analogata sub sano: vnde habent illud nomen commune: vtrumq̄ enim illorum dicimus sanum: diffinitio autem eorum inquantum sana sunt, est aliquo modo eadem: et aliquo modo diuersa: animal enim inquantum sanum est habens sanitatem: medicina inquantum sana est causa sanitatis: sunt enim eedē aliquo modo iste diffinitiones: quia in oībus includitur sanitas: et sunt diuerse aliquo modo: quia diuersis modis sanitatem respiciunt: vnde analogum est mediū inter purum equiuocum ⁊ vniuocum: sicut inter idem simpl'r ⁊ diuersum simpliciter cadit medium idem ꝑm quid ⁊ diuersum ꝑm quid: ⁊ sicut medium sapit naturam vtriusq̄ extremi: dicit enim quodammodo plures rationes et quodammodo vnam: propter quod inuenitur quandoq̄ apud illustres philosophos: ꝙ analogum dicit plures rationes: ⁊ quandoq̄ ꝙ dicit vnam rationem. ❡ Nota secundo ꝙ duplicia sunt analogata. Quedam secundum determinatam habitudinem vnius ad alterum. Quedam ꝑm proportionalitatem. Exemplum: substātia et accidens sunt analogata primo modo sub ente. Deus autem et creatura secundo modo: infinita enim est distantia inter deū et creaturam. Differunt autem hec plurimum: quoniam analogata primo modo ita se habent ꝙ posterius ꝑm nomen analogum diffinitur per suum primo: puta accidens inquantum ens per substantiam. Analogata vero secundo modo non: creatura enim inquantum ens non diffinitur per deū: vnde analogata primo modo habent nomen commune: et rationem secundum illud nomen secundum quid eādem ⁊ ꝑm quid diuersam: per hoc ꝙ analogum illud simpliciter. id est sine additione aliqua de primo dicitur: de alijs vero non nisi diuersimode respiciendo primum quod cadit in eorum rationibus: sicut in exemplo de sano manifestum est. Analogata vero secundo modo habent nomen commune et rationem secundum illud nomen aliquo modo eandem et aliquo modo diuersam: non propter hoc ꝙ illud simpliciter dicat de primo ⁊ de alijs relatiue ad primum: sed habēt rationem eandem ꝑm quid ꝓpter identitatē proportionis que in eis inuenit: et ꝑm quid diuersam: propter diuersitatem naturarū suppositarū illis proportionibus. Exēplum: forma ⁊ materia substātialis ⁊ forma et materia accidētium sunt analogata quedam sub nominibus forme et materie: habent enim nomen cōmune: puta formā ⁊ materiam ⁊ rationem secundū nomen forme siue materie eandē ⁊ diuersam hoc modo: q̄ forma substātialis ita se hȝ ad substantiam: sicut forma accidentalis ad accidēs: sil'r materia substantie ita se hȝ ad substantiā: sicut materia accidentis ad accidens: vtrobiq̄ enim saluatur identitas ꝓportionum cum diuersitate naturarum ⁊ vnitate nois: hunc modum analogie exprimit Cōmentator. xij. metaphy. commento xxviij. ⁊ clarius cum Aristot. primo ethic. cap. vij.

Cō. 28. ⁊ 5. metap. cō. xij. circa medium. Cap. 7.

Quibus sic prelibatis, pono duas cōclusiones. Prima est: ens analogice vtroq̄ modo analogie dr̄ de substantia ⁊ accidente. Scd̄a cōclusio: ens dicitur de deo ⁊ creatura secundo modo tantū. Prime cōclusio probari pōt rationibus factis cōtra Scotum ⁊ maxime prima. Autoritatibus autem Aristot. iiij. meta. tex. cō. iij. ⁊ Cōmentatoris ibidem: expresse enim ibi dicitur, ꝙ ens non est vnum sed ad vnum. xij. quoq̄ metaph. tex. cō. xxviij. expresse dicit, ꝙ principia predicamentorū non sunt aliquo mō eadē: nisi ꝑm ꝓportionē. Super qua autoritate potest argui sic: illa non sunt vniuoca que nullam identitatem habent nisi proportionis: sed principia propria substantie et accidentium sunt huiusmodi: ergo ⁊c. minor expresse est in litera Aristot. maior est nota ex terminis: si enim nullā aliam identitatem habēt nisi ꝓportionis: oportet ꝙ careant vnitate vniuoca. Et hec autoritas est notāda contra Scotistas: q̄ si concedant ens hr̄e entitatē analogam, dicūt cū hoc ꝙ habet etiam identitatē vniuocā: cuius oppositum Aristot. dicit: solam identitatem proportionis inter

T. c. 2. T. c. 28

De ve- ritate q. ii. art. 2. In tra- ctat. de analo- gia.

principia predicamentorum pones. ¶ Secunda conclusio non aliter pro nunc probetur quam auctoritate s. Tho. in questionibus de veritate. q. ii. ar. xi. vbi examinans quomodo scientia sit analoga scientie diuine et scientie create: expresse fatetur: quod secundo modo sit analoga et non primo modo. Unde cum ens di. de deo et creatura: hoc modo dicitur proportionabiliter qui exprimitur: quod sicut deus se habet ad suum esse: ita creatura ad suum (sed de his alias cum ex proposito tractabitur, diffusius loquemur) modo sufficiant hec pauca dixisse: ex quibus innotescere potest quod conceptus entis formalis est vnus inequaliter representans esse substantie et accidentis dei et creature: et quod conceptus obiectalis non habet nisi vnitatem proportionis determinate ex identitate termini vel vnitate proportionabilitatis et identitate proportionum. Ex quibus elici potest quod cum talis vnitas apud Aristot. quarto metaphy. text. com. ii. sufficiant ad obiectum scientie: ens non oportet poni vniuocum ad hoc quod passiones habeat: et contradictionem fundet: et reliqua huiusmodi habeant sibi conuenientia. hec de quarto.

T. c. 2. T. c. 6. Circa mediu.

Ad pri- mum. 1. d. 3. q. 3. Ad se- cundu.

Quoad

Quintum respondetur ordinate ad argumenta. ¶ Et ad primum dicitur, quod argumentum illud si aliquid probat: alietatem conceptus non vniuocationem probat: sicut ipsemet Scotus dicit: et ideo gratis concedimus illud sicut etiam Auicen. qui tenet ens non esse predicatum quidditatiuum: concedit ens dicere alium conceptum: non tamen vniuocum et quidditatiuum. ¶ Ad secundum negatur consequentia. Ad cuius probationem dico: quod aliquod continere virtualiter aliud potest intelligi dupliciter. Uno modo sicut causa in virtute sua continet effectum. Alio modo sicut effectus continet virtutem cause participando illam sic: hoc stante minor est falsa, etenim effectus quilibet virtualiter continet secundo modo deum. Nec oportet quod continens isto modo sit prius: imo necessario est posterius. Quod si mihi dixeris quod hoc est abuti vocabulis: quia apud omnes continere virtualiter non attribuitur nisi cause. Dico quod si fiat vis in verbo falsa est maior: eo quod datur triplex modus continendi: scilicet essentialiter virtualiter et participatiue: sicut effectus continet in se causam.

Ad ter- tium.

¶ Ad tertium: concesso toto antecedente negatur consequentia: sufficit enim analogia illius rationis formalis. ¶ Ad quartum, negatur consequentia. Ad probationem dicitur: quod falsum supponit: scilicet quod substantia non immutet intellectum per propriam speciem. Unde ad eius probationem dico, quod quantitas et accidentia in eucharistia agunt et patiuntur totum quod ageret et pateretur substantia si esset: sicut enim acceperunt modum essendi substantie: scilicet absque subiecto: ita etiam agere et pati eius: et ideo ex multis hostijs sensatis generatur in intellectu species intelligibilis substantie panis: et eius quidditatiua cognitio: sicut et ad nutritionem agunt ac si esset ibi panis: non enim minus ex illis accidentibus nutrimur quam ex alijs hostijs non consecratis: sicut non minus ex consecratis generantur vermes et cineres quam ex non consecratis. Unde ad argumentum dico: quod panis absens immutat quoniam non est omnino absens: remansit enim ibi accidens suum: quod est vice panis: quare non est simile de visu respectu tenebre. Nec est contra nos auctoritas Aristot. quoniam hec omnia habent locum vbi est simpliciter absentia obiecti: quam hic non concedimus quo ad operationes.

Ad quar- tum.

Ad quin- tum. T. c. 6.

¶ Ad quintum dico: quod quia medium comparatum vni extremorum: vt oppositum induit alterum extremum: vt dicitur quinto physic. tex. com. vi. ideo analogum comparatum equiuoco: quod diuersas rationes simpliciter sonat: vniuocum appellatum est ab Arist. ibi: et merito: eo quod videbatur analogo secundum id quod habet de vnitate: oportet enim ad verificandam illam maximam: quod causa et effectus non in sola voce conueniant: sed in ratione aliqua formali eadem aliquo modo in illis: vnde textus ille non est contra nos. ¶ Ad Aui. et Algazelem: dico quod nihil contra nos dicunt: quia alietatem non vniuocationem conceptus entis insinuant.

Ad vlti- mum.

¶ Substantiarum vero quedam sunt simplices et quedam composite, et in vtrisque est essentia, sed in simplicibus veriori et nobiliori modo secundum etiam quod habent esse nobilius: sunt etiam causa eorum que composita sunt, ad minus substantia prima, et simplex, que deus est.

¶ Hic ponitur secunda comparatio qua substantias inter se comparat tali conclusione. Substantie simplices nobiliori et veriori modo habent essentiam quam composite: quam probat dupliciter. Primo sic: quorum esse est nobilius, eorum essentia est nobilior: substantiarum simplicium esse est nobilius quam compositarum: ergo essentia substantiarum simplicium est nobilior. ¶ Secundo sic: causa (supple) effectiua non vniuoca habet nobiliorem essentiam suo effectu: substantia simplex saltem prima est huiusmodi causa compositarum: ergo substantia simplex est perfectioris essentie quam composita.

Ad euidentiam

huius partis nota, quod vt habes a sancto Tho. quarto sentent. dist. xi. quest. ii. art. i. ad primum: simplicitas nec perfectionem simpliciter nec imperfectionem sonat: res enim ex eo quod simplex non habet perfectionem maiorem: sed ex eo quod taliter simplex: id est simplicitatem subsistentem habet. Unde materia prima est simplicissima: et forme accidentales sunt simplices: et tamen non sunt perfectiores substantijs compositis. Et ideo cum dicimus substantias simplices esse perfectiores compositis: intelligas non de quibuscunque simplicibus substantijs: sed de simplicibus subsistentibus in sua simplicitate: quales sunt substantie separate omnes.

4. d. 21. q. 2. art. 1. ad pri- mum.

Propterea

Caueto hic opinionem Scoti in primo sent. distinc. viii. quest. i. dicentis simplicitatem esse perfectionem simpliciter. Ut autem veritatem tutari: ac falsum impugnare scias: notato quid sit perfectio simpliciter. ¶ Perfectio simpliciter (apud Anselmum monologion. xv.) est que in vnoquoque melior est ipsa quam non ipsa. Glossa sic. (In vnoquoque) in quantum est indiuiduum entis: id est, hoc ens non inquantum est indiuiduum huius vel illius nature: puta, hic homo: aut hic angelus (melior est etc.) quia comparatiuum includit suum positiuum: ideo melior est: id est bonitatem seu perfectionem meliorem ponit (quam non ipsa) id est quam quodlibet sibi incompossibile: ita quod (ly non ipsa) non teneatur contradictorie: sed incompossibiliter. Unde perfectio simpliciter exigit duas conditiones: primo quod dicat perfectionem: secundo quod illa perfectio in indiuiduo entis sit melior quam quodlibet sibi in eo incompossibile. Propter defectum enim prime conditionis tam relatio quam negatio a perfectionibus simpliciter excluditur. Propter vero defectum secunde ratiocinari: ridere: latrare: et huiusmodi perfectiones simpliciter non sunt: quia ista etsi sint meliora in indiuiduo huius vel illius nature: non tamen entis. Diximus quod (ly non ipsa) tenetur incompossibiliter et non contradictorie: quia aliter omne positiuum esset perfectio simpliciter: quia in indiuiduo entis melius est positiuum quodlibet quolibet contradictorio formaliter sumpto. Nec superficietenus consideres primam conditionem: quoniam propter defectum eius simplicitas non dicit perfectionem simpliciter. Simplicitas enim nihil aliud est quam negatio compositionis: vnde non est perfectio: sed negatio imperfectionis. Propterea et deficit talis modus arguendi. In indiuiduo entis quodlibet incompossibile simplicitati dicit imperfectionem: ergo ipsa simplicitas est melior in vnoquoque quam non ipsa: et consequenter perfectio simpliciter. Oportet enim addere in antecedente: et ipsa dicit perfectionem. quod falsum est: quia negatiuum predicatum est. ¶ Potes autem contra Scoti positionem arguere sic. Nulla perfectio simpliciter saluatur in relatione: vt relatio est: simplicitas autem saluatur in relatione: vt relatio est (ad) siquidem est simplicissimum: nullam enim compositionem includit (et vniuersaliter secundum Scotum omnis differentia vltima relationis) ergo etc. maior patet: ex eo quod relatio vt relatio: nec perfectionem nec imperfectionem sonat apud nos et Scotum.

Scot. i. dist. 8. q. 1. ad pri- mum. Quo. q. 5. Diffo perfectio- nes simplr.

Contra Scotu.

¶ Preterea. quod diuiditur per quantum et non quantum non est perfectio simpliciter: patet ista: quia implicat quod aliquid sit non quantum et perfectio simpliciter. Sed simplicitas diuiditur per quantum et non quantum: ergo etc. probatur minor: quia diuiditur in simplicitatem relatiuam et absolutam. simplicitas autem relatiua est non quanta. ¶ Si dicatur ad ista, quod relatio formaliter sumpta non est simplex: sed simplicitas predicatur de ea denominatiue. Hoc non euadit argumenta: quia simplicitas relatiua est passio relationis secundum hoc: aut modus intrinsecus. Impossibile est autem quod alterum horum sit perfectius eo cuius est: vt arguatur sic. Nulla passio est maioris entitatis subiecto suo: simplicitas denominans relationem est eius passio: sicut vniuersaliter passio superioris est passio inferioris: licet non primo: ergo simplicitas relationem denominans non est maioris entitatis relatione: sed relatio non est quanta. ergo simplicitas relatiua non est quanta: ergo nec perfectio simpliciter. Stat ergo assumptum verum. s. quod simplicitas diuiditur per quantum et non quantum. ¶ Similiter arguere potes: si dicant quod simplicitas sit modus: quod tamen minus consonum veritati videtur. Substantie ergo immateriales (non ratione simplicitatis sunt perfectiores essentijs substantiarum compositarum) sed ratione simplicitatis subsistentis: et adunantis in se tantam perfectionem: ita induisse qua gaudent.

¶ Sed quia illarum substantiarũ essentie sunt nobis magis occulte: ideo ab essentijs compositorum incipiẽdum est: vt a facilioribus conuenientior fiat disciplina. In substantijs igitur compositis forma et materia note sunt: vt in homine anima et corpus. Non autem potest dici, q̄ alterum eorum tantum essentia dicatur esse. Quod enim materia sola non sit essentia, planum est: quia res per suã essentiam cognoscibilis est: et in specie ordinatur vel in genere: materia autẽ non est cognitionis principium: nec sm causam aliquid ad speciem vel ad genus determinatur, sz sm id solum quo in actu aliquid est.

¶ In hac scd'a pte capli qd' sit essentia in substãtijs cõpositis declaraturus: q̄ a notioribus inchoandũ est. ꝯclõnẽ hanc negatiuã ponit materia sola non est essentia substantie cõposite: quã dupliciter ratione probat. Prima est talis. Illud quod est essentia substantie composite est principium cognoscendi illam: sed materia sola non est principium cognoscendi illam: ergo materia sola non est essentie substantie cõposite: maior patet ex eo: q̄ vnũqdq3 per suã essentiã cognoscit̃ q̃dditatiue: vnde oẽs alie cognitiões oriunt̃. minor habet̃ ex .ix. metaphy. tex. com. xx. vbi d̃r q̄ principiũ cognoscẽdi est actus ꝛ non potentia. ¶ Scd'a rõ est: essentia substãtie cõposite est id quo res ponit̃ in genere ꝛ specie: sed materia sola nõ est id quo res ponit̃ in gñe ꝛ specie: ergo materia sola nõ est essentia substantie cõposite. Maior est euidens inducendo in singulis: sor. enim per suam naturam in specie humana collocatur: similiter in gñe animalis: ꝛ sic de alijs. Minor ꝓbatur: quia id quo aliquid in specie reponit̃: oportet q̄ actuale sit: eo q̄ est principiũ distinguẽdi ipsum ab alijs speciebus: et collocandi ipsum in tali gradu vniuersi: materia autem sola actualitatem non includit.

T. c. 10.

¶ Neq3 etiam forma tantum substantie composite essentia dici potest: quamuis quidam hoc asserere conẽtur: ex his enim que dicta sunt patet q̄ essentia est id quod p diffinitionem rei significatur, diffinitio autem substantiarum naturalium non tantum formã sed ꝛ materiam cõtinet, aliter enim diffinitiones naturales ꝛ mathematice non differrent. Nec etiam potest dici q̄ materia in diffinitione substantie naturalis ponatur, sicut additum essentie eius, vel ens extra illam naturam, vel essentiam eius, quia hic modus ꝓprius est accidentibus, que essentiam perfectenon habent. vnde oportet q̄ in diffinitione sua substãtiam vel subiectum recipiant. qd' est extra genus eorum, patet ergo q̄ essentia comprehẽdit materiam et formam.

Cõmẽtator. 7. meta. c. 21. ꝛ cõ. 34.

¶ Hic ponitur secũda cõclusio negatiua talis essentia substantie cõposite nõ est sola forma quã vnica ratione probat sic. Illud est essentia substantie composite: quod per eius diffinitionem significatur: sed sola forma per eius diffinitionem non significatur. ergo sola forma nõ est essentia substantie composite. Maior est de se nota. minor probatur: quia diffinitiones naturales per hoc differunt a mathematicis: quia iste significant solam formam. idest formam absq3 materia sensibili. naturales vero significant formam ꝛ materiam sensibilem. ¶ Sed ad hanc rationem potest dici: q̄ cum significari per diffinitionem contingat dupliciter. Uno modo: vt pars rei diffinite. Alio modo: vt subiectum rei diffinite: seu vt deferens rem diffinitam: per diffinitionem naturalem significatur sola forma vt res diffinita: ꝛ ideo quidditas est sola forma. materia autem significatur vt quidditatem deferens. ¶ Contra hanc responsionem subiungitur in litera talis ratio. Illud quod est proprium accidentibus ex imperfectione sue essentie non conuenit specificis substantijs: sed recipere in diffinitione aliquid extra essentiam suaz est proprium accidentibus ex imperfectione sue essentie. ergo hoc nõ conuenit substantijs specificis: maior patet ex terminis. quod enim est proprium alicui ex sua imperfectione non conuenit alteri habẽti perfectionem oppositam illi imperfectioni. minor habetur ex septimo metaphy. tex. cõ. xiiij. xv. ꝛ. xvj.

t. cõ. 14. t. cõ. 15. t. cõ. 16.

Circa Maiorem nota. quod licet forme partis. puta anime conueniat etiam diffiniri per aliquid extra essentiam eius: ac per hoc illud videatur esse non proprium accidentibus: sz commune eis ꝛ formis partium: in rei tñ veritate ꝓpriũ est accidẽtibus: eo q̄ diffinitio nõ est nisi rerũ existentiũ in recta linea predicamentali habentium speciẽ cõpletã: cũ diffinitio cõponatur ex gñe ꝛ differẽtia. sola autẽ accidẽtia inter entia ꝛ specie cõpleta sunt per additamentũ diffinibilia. ꝛ ideo ꝓprium accidentibus dixit esse taliter modo diffiniri: vnde ꝛ anima diffinitur per aliud extra essentiam suam: pro quanto participat de accidentis natura esse in alio.

¶ Non etiam potest dici quod essentia significet relationem que est inter materiam ꝛ formam, vel aliquid superadditum illis, quia hoc de necessitate esset accidens extraneum a re, nec per eam res cognosceretur: que omnia essentie conueniunt. per formam enim que est actus materie, materia efficitur ens actu et hoc aliquid vnde illud quod superaduenit non dat esse actu simpliciter materie, sed esse actu tale, sicut accidentia faciunt, vt albedo facit actu album, vnde quando talis forma acquiritur, non dicitur generari simpliciter, sed secundum quid.

¶ Hic ponit̃ tertia ꝯclusio negatiua: essentia substãtie cõposite nõ est aliq̃ relatio inter materiã ꝛ formã: aut aliq̃d additũ cõposito ex materia ꝛ forma: quam probat ex duabus rationibus. ¶ Primo sic. oĩs relatio media inter materiam ꝛ formã: ꝛ silr oẽ additum cõposito ex materia ꝛ forma est accidẽs extraneũ substãtie: nulla essentia substãtie cõposite est accñs ext̃neũ. ergo minor est d' se nota. maior vero ꝓbatur: oẽ adueniẽs enti simplr faciens formalr ens tale est accidẽs extranee nature a substãtia: oĩs relatio media inter materiã ꝛ formã: ꝛ oẽ additũ composito adueniũt enti simplr, ꝛ faciũt ens tale. ergo oĩa huiusmodi sunt accidẽtia extranee nature a substãtia cõposita. Nunc ꝓsyllĩ minor declarat̃ primo ex eo q̄ forma substantialis adueniens materie facit esse simpliciter ꝛ hoc aliqd'. vt dicit̃ secũdo de aĩa. tex. cõ. 2. Declarat̃ secũdo ex eo q̄ generõ terminata ad formã substãtialẽ est generatio simplr. terminata vero ad formã accidẽtalẽ est generatio sm qd'. vt dicit̃. 5. phy sic. t. c. 7. cũ enĩ materia sor. acq̃rit formã substãtialẽ: tunc sine additione dicit̃ sor. fieri: acquisita aũt forma substantiali: cũ magnitudinẽ acq̃rit: nõ d'r sor. fieri simpliciter ꝛ sine additione: sz fieri magnus. ¶ Scd'a rõ est ista: nullũ additũ vt relatio illa media: aut vt quodlibet sequẽs cõpositũ ex materia ꝛ forma est ꝓpriũ p̃ncipiũ a priori pfecte notitie substantie cõposite: essentia substãtie cõposite est proprium principium a priori complete notitie eius. ergo ꝛc.

¶ Relinquit̃ ergo q̄ nomẽ essentie in substantijs cõpositis significat illud qd' est ex materia ꝛ forma compositũ, et huic positiõi sonat verbũ Boetij, in cõmẽto p̃dicamẽtorũ, vbi dicit, q̄ vsya significat cõpositum. Usya enim apud grecos idẽ est qd' essentia apud nos, vt ipsemet in libro de duabus naturis fatet̃. Auic. aũt dicit, q̄ quidditas substãtiarũ cõpositarũ est ipsa cõpositio forme ꝛ materie. Cõmentator aũt dicit sup septimo metaphysice, natura quam habẽt species in rebus generabilibus est aliqd' mediũ. i. cõpositũ ex materia ꝛ forma, huic etiã ratio cõcordat. qz esse substãtie cõposite nõ est tñ forme nec tñ materie, sz ipsi⁹ cõpositi, essentia aũt est sm quã res dicit̃ esse. Unde oportet vt essentia qua res denominat̃ ens, nõ tñ sit forma nec tñ materia, sed vtrũq3: quãuis huiusmodi eẽ, sine eẽntie sola forma suo modo sit cã. Sicut enĩ in alijs videmus, q̄ ex plurib⁹ principijs cõstituunt̃, q̄ res nõ denominant̃ ex altero illorũ principiorũ tñ, sed ab eo q̄ vtrũq3 cõplectit̃, vt patet in saporibus, qz ex actiõe calidi digerẽtis humidũ causat̃ dulcedo, ꝛ q̃uis hoc modo calor sit causa dulcedinis, non tamen denominat̃ corpus dulce a calore, sed a sapore, qui calidum ꝛ humidum complectitur.

Boetius in libro de duabus naturis et vna psona chri sti. 7. metaphy. cap. 4. Cõ. 27.

¶ Hic ponit̃ quarta cõclusio affirmatiua. Essentia in substantijs cõpositis significat cõpositũ ex materia ꝛ forma: quã p locũ a diuisiõe ꝯcludit ex autoritate Boetij: Auicẽne: ꝛ Cõmẽtatoris. septimo meta. cõ. 27. ꝛ ratiõe tali ꝓbat. Id quo tãq3 p̃ncipio cõpleto denominãte. substãtia cõposita est ens: est cõpositum: sed essentia ipsi⁹ substãtie cõposite est id quo tãq3 principio cõpleto denominante substãtie composite est ens. ergo essentia ipsius substantie composite est cõposita, minor de se est clara, dicit̃ enim ꝛ est for.

ens propter suam essentiam quam habet: maior vero declaratur sic: quandocumq; aliqua res ex pluribus principiis constituitur, non est talis ex altero eorum vt completo principio: sed ex complectente vtrunq;: sed substantia composita est ens ex pluribus principiis constitutum: scilicet materia et forma: ergo non ex altero tanq̃ completo principio: sed complectente vtrũq; est et dicitur ens. sed id quod complectitur vtrunq; est compositũ: ergo id quo substantia cõposita tanq̃ completo principio: denominante esse: oporteret esse compositum quod erat probandum: maior huius prosyllogismi exemplariter i saporibus declaratur in litera tanq̃ ex notioribus: et declaratio est manifesta per se: quod autem dicitur ꝙ sola forma ꝛ causa essendi infra patebit. Questio.iiij.

Circa

predicta dubitatur an materia sit pars quidditatis naturalis. In hac dubitatiõe tria faciam: primo ponam opinionem commentatoris: secundo ponam opinionem sanc. Tho. tertio respondebitur argumentis oppositis.

Quo

Ad primum. Commentator. vij. metaphy. com. xxi. et xxxiiij. opinatur materiam non esse partem quidditatis naturalis: sed cadere in diffinitione rei naturalis: vt deferens istam quidditatem: adducit autem in. xxxiiij. comment. ad hoc rationem talem. Essentia rei est substantia declarans rem quidditatiue: materia non est substantia declarans quidditatem rei: ergo materia non pertinet ad essentiam rei: minor colligitur ex primo physicorum: text. com. lxix. vbi dicitur ꝙ materia secundum se est ignota: et per cõsequens alterius declaratiua nõ est. ¶ Ex cõmento vero. xxi. potest elici talis ratio ad hoc. Si quidditas hominis esset homo compositus ex materia et forma: tunc quidditas hominis haberet quidditatem: et sic quidditatis esset quidditas: quod est falsum: tenet consequentia: quia quecumq; sunt idem: quicquid habet vnum habet reliquum: si ergo quidditas hominis et homo compositus sunt idem: cum homo compositus habeat quidditatem: sequitur ꝙ quidditas hominis habeat quidditatem. Hanc eandem positionem videtur docere Aristotel. vij. metaphysice: text. commenta. xxxiiij. expresse dicens materiam non esse partem quidditatis: et secundo physicorum: text. commen. xxviij. partes diffinitionis in genere cause formalis collocans. Unde et. x. metaphysice: text. comment. xxv. dicit ꝙ mas et femina non variant speciem: quia sunt differentie materiales. ¶ Idem etiam persuaderi potest ex consequentibus materiam: materia enim est causa corruptionis distinctionis suppositi a natura sensibilitatis et similium quorum opposita conueniunt quidditatibus: sunt enim essentie rerum ingenerabiles: incorruptibiles: insensibiles: et huiusmodi. Hec de primo.

T.c. 69

Cõ. xxi.

T.c. 37

T.c. 28

x. meta. tex. c. 2.

T.c. 25

Quo ad secundum

Sanct. Tho. vij. metaph. supra text. commen. xxxiiij. et prima parte quest. lxxv. articulo quarto. ꝛ hic tenet materiã esse partem quidditatis substantie naturalis: probat hanc cõclusionẽ tribus rationibus: quarũ due in litera posite sunt. Tertia vero est ista. ¶ Quicquid de essentia omnium indiuiduorum contentorũ sub specie, vniuersaliter conceptum est de essentia speciei: ista est vera pro tãto: quia aliter essentia specifica non predicaret essentialiter totam essentiam indiuidui: sed materia est de essentia omniũ indiuiduorum naturalium: ergo materia vniuersaliter accepta est de essentia speciei: et sic non cadit in specie: vt deferens ipsam: sed vt pars essentialis. ¶ Ad primam rationem in litera factam dicunt aduersarij: ꝙ proprium est accidentibus diffiniri per additamentum alterius generis: et hoc non conuenit substantijs: sed diffiniuntur substantie per additum sui generis: materia enim est in eo genere in quo est quidditas delata. ¶ Contra: ergo nulla est differentia inter diffinitionem forme partis: et diffinitionem forme totius: nisi forte secundum modum significandi: cum vtraq; per additum sui generis diffiniatur: et sic eadem erit diffinitio anime et viui: et tunc sicut nullum genus predicamenti substãtie ponitur in diffinitione anime: ita nullum ponetur in diffinitione viui: et sic de alijs: quod est manifeste falsum. ¶ Confirmatur sanc. Tho. positio adhuc tripliciter. Primo sic. In omni obiecto quidditatiue sumpto: cui cõuenit aliqua passio adeq̃ta: oportet inueniri intrinsece causam illius passionis: sed corpus ꝯtrarietati subiectum quidditatiue sumptum est subiectum cui conuenit corruptibilitas per modum passionis adequate: ergo in corpore cõtrarietati subiecto quidditatiue sumpto oportet intrinsece inuenire causam corruptibilitatis: et tales causa non est nisi materia: ergo ꝛc. maior est de se nota: quia passio fluit ab intrinsecis ꝑncipijs q̃dditatis: aliter non cõueniret ei ßm ꝙ ipsa. Minor ex eo manifestatur: ꝙ corruptibilitas primo concludit de corpe contrarietati subiecto. Nũ aũt causa corruptibilitatis sit materia: clarũ est apud Commen. maxime. ¶ Secundo sic: id quod est pars humane nature est pars quidditatis humane: q: natura et quidditas sunt idem: sed materia est pars nature humane: ergo ꝛc. pbat minor: ex eo ꝙ materia est natura secũdo physico. tex. cõ. xxi. Et si non est pars oportet ꝙ in forma sint due nature non partiales: quia non sunt partes alicuius nature: quod est impossibile. Tertio declaratur hanc fuisse mentem Aristotel. primo ex octauo metaph. tex. com. xv. ꝛ xvj. vbi assignat causam: quare diffinitio compositorum est vna: quia ex actu et potentia natum est fieri vnũ. Quidditates autem simplices seipsis (inquit) habent vnitatem statim: eo ꝙ forme tãtum sint: ex quibus habetur: ꝙ si essentia substantie cõposite esset sola forma: non oporteret Aristot. assignare causam propter quid sit vna: forma enim seipsa est vna: sed quia est composita: ideo dixit ꝙ vnitatem habet: ex eo ꝙ altera pars est actus: altera potentia. Similiter. ix. metap. textu vltimorum commentorum dicit: ꝙ in quidditatibus compositorum accidit error: non autem in quidditatibus simplicium propter multitudinem partium: ex quibus sunt composite ille quidditates: vnde ex earum cõpositione error accidere potest: qui in simplicibus, cum careant partibus, locum non habet: ex quibus apparet ipsum opinari essentia compositi esse compositam ꝛ non simplicem: ꝛ ꝙ quidditas substantie materialis differt a quidditate separata: ex eo ꝙ ista est essentialiter simplex: illa vero est essentialiter composita. hec de secundo.

Lec. 9. prla. q. lxxv. articu. 4.

Primo phy. c. 79. ß. 9. meta. cõ. xvij.

T.c. 7.

T.c. 21.

T.c. 15.

T.c. 16.

T.c. 22

Quo ad tertium

Dicendum est ad rõnes in oppositum: ad quarum primã negatur minor: licet enim materia ßm se id est solitarie sumpta sit ignota: adiuncta tamen et substrata tali forme specifice siue generice declaratiua est alterius. ¶ Ad secundam negatur consequentia: ad cuius probationem dicitur: ꝙ maior illa potest intelligi dupliciter. Uno modo sic: quecumq; sunt idem realiter: quicquid realiter coniunctum est vni: est et realiter coniunctũ alteri: et sic conceditur: sed non est contra nos. Alio modo sic: quecumq; sunt idẽ realiter, quicquid predicatur de vno ꝑdicatur de altero: ꝛ hoc modo est falsa. Aliquid enim cõuenit vni: vt distincto ßm rationem ab altero: quod non cõuenit alteri: sicut in ꝓposito: habere quidditatẽ conuenit homini: vt distincto a sua quidditate ßm rationem. distinguitur enim ab illa: vt habens ab habito: et quia sic oportet distinguit illam maiorem in proposito: ideo argumentum non procedit. ¶ Ad id quod additur ex Arist. dicitur ꝙ septimo metaphysice non remouet materiam a quidditate: sed materiam particularem et eas partes que per accidens se habent ad speciei intellectum: vt manus et pedes: verbi gratia ab hominis ratione: et has carnes et hec ossa. ¶ Nꝫ autem partes diffinitionis in genere cause formalis collocentur non est contra id quod dicimus. Meminisse enim oportet ꝙ omne superius se habet, vt formale respectu inferioris, vt ibidẽ, ab Aristot. habetur. ¶ Masculus quoq; ꝛ femina etsi non differant specie in genere animalis: sicut albũ ꝛ nigrũ: Differunt tamen specie in genere sexus cuius differentie ad genus animalis per accidens se habent: et ex parte materie: ꝛ propterea in illo genere non causant diuersitatem specificam. ¶ Ad vltimam confirmationem de passionibus materie dicitur: ꝙ illa sequuntur materiam particulariter existentem: et non sequuntur materiam abstractã a singularibus que est pars quidditatis specifice: et ideo non opꝫ illa inesse quidditati: nec opꝫ materiã remoueri a quidditate ꝓpter hoc ꝙ illorũ opposita quidditati insunt.

Ad primum.

Ad secundũ.

T.c. 34 et. 37.

Scdo phys. T.c. 28

Ad vltimum.

¶ Sed quia indiuiduationis principium est materia ex hoc forte videretur sequi ꝙ essentia que materiam complectitur in se simul et formam sit tantum particularis ꝛ non vniuersalis: ex quo sequeretur vniuersalia diffinitionem non habere: si essentia est id, quod per diffinitionem significatur.

¶ In hac tertia parte huius capituli obiicit contra quartam cõclusionem sic. Id quod comprehendit in se materiam intrinsece est particulare: essentia substantie composite comprehendit in se materiam intrinsece: ergo essentia substantie est particularis: ergo non datur essentia substantie composite vniuersalis: quod est falsum. Et vlterius sequitur ꝙ vniuersalia naturalia non sunt diffinibilia: q: rerum naturaliũ nõ nisi essentie sunt diffinibiles: eo ꝙ diffinitio significat essentiã rei: essentie autẽ naturalium: vt deductum est: particulares sunt: maior probatur sic. Quod habet in se actu intrinsece principiũ indiuiduationis est particulare: habens intrinsece materiã habet in se principiũ indiuiduationis:

quia materia est principium indiuiduationis: ergo &c.

¶ Et ideo sciendum est, quod materia non quomodolibet accepta est principium indiuiduationis: sed solum materia signata. Et dico materiam signatam: que sub certis dimensionibus consideratur: hec autem materia in diffinitione hominis: inquantum homo ponitur: sed poneretur in diffinitione Socratis: si Socrates diffinitionem haberet: in diffinitione autem hominis ponitur materia non signata: non enim in diffinitione hominis ponitur hoc os et hec caro: sed os & caro absolute: que sunt materia hominis non signata.

¶ Hic respondet obiectioni destruendo maiorem cum sua probatione dicens: quod materia dupliciter accipitur: signata scilicet et non signata. signata est principium indiuiduationis: non signata ponitur. pars essentie specifice: signata poneretur in diffinitione Socratis si diffiniretur: non signata ponitur in diffinitione vniuersalium. vnde & patet vniuersalia diffiniri: & tamen materiam includere: sed non signatam que particularitatis est principium.

Circa hanc partem dubitatur, an materia sit principium indiuiduationis. In hac questione sunt sex agenda. Primo declarabitur titulus. secundo ponetur opinio Scoti. tertio impugnabitur. quarto ponetur opinio. s. Thome. quinto arguetur contra illam. sexto respondebitur argumentis in oppositum.

Quo Ad primum nota: quod cu̅ de principio indiuiduationis agitur cum indiuiduum duo dicat scilicet indistinctum a se & distinctum ab alijs: nihil aliud queritur nisi per q̇d primo natura specifica reddatur incommunicabilis: ita quod repugnet sibi communicari pluribus: vt superius inferioribus communicatur. atq̧ per quid hoc indiuiduum primo distinguitur realiter ab alijs eiusdem speciei. Duo ergo queru̅tur co̅currentia ad indiuiduationem. s. quo (primo) natura specifica reddatur inco̅icabilis: & quo (primo) realiter distinguatur ab alijs eiusde̅ speciei. Et aduertas bene singulas partes tituli: quas declarauimus, quoniam aliquos in hac parte errare inuenio. Agitur em̅ hic de incommunicabilitate que opponitur co̅icationi reali, & non de inco̅icabilitate que opponitur communicationi forme. hanc enim nullus dubitat primo conuenire materie. Et similiter agitur hic de distinctione reali indiuiduoru̅ sub eadem specie: que non est nisi inter entia realia: et non de distinctione qua sor. viuus & Plato mortuus distingu̅untur. Aduertendo semper quod non loquimur nunc nisi de indiuiduatione substantiarum materialium. hec de primo.

[Sco. 2. di. 3. q. 6]

Quo Ad secu̅du̅. Scotus secu̅do sen. di. tertia. q. sexta. opinatur q̧ natura specifica indiuiduat̄ p̄ q̇da̅ positiuu̅ per se co̅trahe̅s illa̅ & facie̅s vnu̅ cu̅ illa: ita q̧ illud positiuu̅: nec est materia: nec forma: nec co̅positu̅: sed est modus oi̅um seu vltima realitas materie: forme & co̅positi: eade̅ illis realiter: & sic apud eum de principio indiuiduationis ponit̄ talis co̅clusio. Principium indiuiduationis no̅ est materia: nec forma: nec qua̅titas: s; p̄prietas indiuidualis. s. hecceitas. Huius conclusionis probationes (quo ad tres primas partes nunc omitto: postmodu̅ quantu̅ ad propositu̅ spectat adduce̅das.) Pro quarta argui̅t sic. Unitas sequi̅t entitatem proportionabiliter loque̅do, eode̅ em̅ modo res est ens & vna. igit̄ vnitas simpliciter vltima. s. numeralis seu indiuidualis sequit̄ entitate̅ indiuidualem, sed claru̅ est q̧ entitas illa indiuidualis no̅ est aliq̇d eorum q̇ sunt actu in specie: nec aliquod accidens: cu̅ oi̅a accidentia sint post, ergo est proprietas indiuidualis: indiuiduoru̅. s. co̅stitutiua: vt argua̅t sic. Illud ad q̇d primo sequit̄ vnitas numeralis est principiu̅ indiuiduationis, proprietas illa seu hecceitas est id ad q̇d primo sequitur vnitas numeralis. ergo hecceitas est principium indiuiduationis. maior patet: q: vnitas proportionabiliter sequitur ens. Minor probat̄: q: vnitas numeralis no̅ sequit̄ quidditate̅, vt patet: nec ad aliq̇d accidens cu̅ precedat totum genus accidentiu̅. ¶ Scd̄o sic, omnis differentia differentiu̅ reducit̄ ad aliqua primo diuersa, alioquin no̅ esset status in differentibus: sed indiuidua proprie differunt. ergo eorum differentia reducitur ad aliqua primo diuersa. hec non sunt nature ipsorum: nec priuationes: nec accidentia aliqua. ergo sunt hecceitates. probatio huius vltimi assumpti quo ad tertiam partem: q: si differe̅tia indiuiduorum reducitur ad aliquod accidens: maxime reducitur ad quantitatem: sed hoc non. q̇d sic patet, queratur enim p̄ q̇d hec quantitas & illa q̄titas differant: non seipsis. sic enim specifice distinguerentur, ergo aliquo alio: puta situbus. Sed hoc no̅ potest esse: q: aut distinguuntur situ qui est speciale predicame̅tum: & hoc non: quia ille est posterior q̄titate: aut situ: qui est differe̅tia q̄titatis, & hoc non: q: queratur per quid illi situs distinguuntur: aut seipsis: & hoc non potest dici: quia seipsis non sunt hi: aut aliquo alio: & sic in infinitum. Et p̄pterea cum situs qui est differentia qua̅titatis integretur ex continuatione et permanentia partium idem est dicere: hec qua̅titas differt ab illa propter alium situm, & q̧ hec q̄titas differt ab illa q̄titate seipsa.

[Prima] [Scd̄a.]

¶ Tertio sic, id quod se toto primo constituit aliquod singulare in sua entitate singulari: & vnitate consequente talem entitatem et se toto primo repugnat diuidi diuisione opposita illi vnitati: et consequenter est principium indiuiduationis, sed sola p̄prietas indiuidualis seu hecceitas est huiusmodi. ergo &c. maior patet ex terminis, minor eodem modo probatur: vt supra. hec de secundo.

Quo Ad tertium arguitur co̅tra opinionem Sco. quadrupliciter. Primo sic, omnis actus singularis preexigit potentiam singularem quam actuat: sed hecceitas est actus singularis, ergo preexigit potentiam singularem quam actuat: sed illa potentia est natura seu in natura ipsius indiuidui, ergo natura indiuidui est singularis ante aduentum hecceitatis, & sic hecceitas non est principiu̅ indiuiduationis. propositio̅es assumpte omnes sunt Scoti in hac materia: etiam maior: que tamen probatur ex doctrina Aristo. 2. physico. tex. co̅. 38. vbi docet comparationes causarum, vnde sicut forma particularis preexigit materia̅ particulare̅: sic actus potentiam. ¶ Si dicatur q̧ hoc est verum: vbi actus & potentia distinguunt realiter: eo quod tunc potentia realiter recipit actum. Hoc non obstat: eo q̧ s̄m Scot. q̄n aliqua duo adunantur realiter: eunde̅ ordinem ex natura rei retinent: que̅ haberent si essent distincta realiter: cum ergo actus singularis si distinctus esset realiter: ex natura sua preexigeret potentia̅ singularem: oportet q̧ & nu̅c hoc idem exigat: cum ordo idem seruetur.

[Primo] [T. c. 38.]

¶ Secundo sic: illa que sunt principia indiuiduationis sunt seipsis primo diuersa: hecceitates sor. et Plato. non sunt huiusmodi: ergo. maior est Scoti, minor probatur: id quod conuenit magis cu̅ vno q̄ cum alio: non est primo diuersum ab eo, cum quo magis conuenit: sed hecceitas Platonis magis conuenit cum hecceitate sor. q̄ cum hecceitate albedinis: ergo hecceitates Platonis et sor. non sunt primo diuerse: maior prosyllogismi patet ex terminis: primo enim diuersum ab alio non conuenit cum illo. Minor probatur dupliciter: primo: quia hecceitas sor. et Platonis conueniunt in specie: hecceitates sor. et albedinis differunt genere. Secundo quia illa magis conueniunt que magis assimilantur: magis au̅t assimilantur que sunt magis co̅parabilia: hecceitates autem sortis et Platonis sunt comparabiles magis q̄ hecceitates sort. et albedinis: sicut vniuersaliter res eiusdem predicamenti sunt magis comparabiles q̄ res diuersorum predicame̅torum. ¶ Tertio sic: quod conuenit et repugnat alteri indiuiduo eiusdem speciei preexigit necessario ipsorum distinctionem: proprietas indiuidualis: puta sorteitas conuenit sorti et repugnat Platoni eiusdem speciei indiuiduo: ergo proprietas indiuidualis preexigit distinctionem sortis a Platone et sic p̄prietas indiuidualis non est id quo primo sort. distinguitur a Platone: conclusio est falsa secundum Scotum. processus est bonus: ergo altera premissarum est falsa: vtraq̧ autem est sua: ergo omnino falsus conuincitur: et maior quidem habetur a Scoto in quolibet. questione. ij. minor autem est sua conclusio quam nu̅c impugnamus. ¶ Quarto ostendo hanc positionem contradicere peripateticis. Aristotel. & comment. xij. enim metaphysic. text. consi. xlix. fit hec consequentia, primum celum, id est primum principium est vnu̅ specie et plura numero: ergo habet materiam: que consequentia nulla esset: si proprietas indiuidualis poneretur distinguere indiuidua eiusdem speciei. ¶ Glossam autem Scot. intelligentis per materiam indiuidualem proprietatem (destructiuam esse textus) apparet, ex commentatore ibi dicente: omne quod est vnum in specie et plura in numero habet materiam: sed iam declaratum est: q̧ principium celi non habet materiam. Ex quibus verbis apparet: q̧ de illa materia loquitur: quam declarauit non esse in primo principio. Apparet autem in text. commenti. xxx. expresse declarasse motorem celi non habere materiam ad vbi et ad se & nullam fecisse mentione̅ de proprietate indiuiduali. Apparet quoq̧ fictio illius glosse ex. iij. metap. tex. co̅. xj. vbi di. q̧ omnis multitudo, aut ex rerum differentium s̄m formam aut s̄m qua̅titatem, quod idem habes in Comme̅tatore in primo physicoru̅. co̅mento. vj. ¶ Nec admittenda est glossa Antonij trombete: q̧ intelligitur concomi-

[Scd̄a.] [Tertia] [q̄lz. q. ij.] [quarta t. c. 49.] [T. c. 30] [T. c. 11.] [Co̅. 6.]

tanter. Eodem enim modo et uniformiter debet teneri (ly secundum) in primo membro et in secundo: in primo autem notat causalitatem: ergo et in reliquo. Deprehendi quoque potest esse purā fictionem nouam hanc de hecceitatibus inuentionem: ex primo celi text. comment. xcij. et xciij. ubi unitatem et pluralitatem indiuiduorum in eadem specie: in rebus materialibus non nisi ex materia assignante Aristot. et Commen. hec de tertio.

T.c. 92 et 93.

Quo ad quartum opinio. s. Tho. posita ab eo hic et in multis alijs locis est: q materia signata est principiū indiuiduationis. ¶ Circa hanc cōclusionē aduertendum est: q Thomiste inter se differunt et conueniunt. Conueniunt in hoc omnes: q ad indiuiduationem duo concurrere debent: materia et quantitas. Differunt autem: quia aliqui tenent q aggregatum ex materia et quantitate sit intrinsecum indiuiduationis principium: materia dante incōmunicabilitatem, siue indistinctionem in se. Quātitate dante distinctionē ab alijs: et tale aggregatum dicunt esse materiā signatam. Alij uero (longe melius) sentiunt dicentes: q principium intrinsecum indiuiduationis: et quo ad incommunicabilitatem: et quo ad distinctionē ab alijs est materia signata nō materia quanta: seu aggregatum ex materia et quātitate. Et cū hoc iudicio meo sit doctrina. s. Tho. vera: ut ostendet: ideo hanc declarare volumus et tueri: declarando primo quid importet materia signata: secundo excludendo primam expositionē Thomistarum: tertio probando conclusionē intētam. ¶ Materia signata nihil aliud est q̄ materia capax huius quātitatis: ita q non illius: hec namque materia est pars intrinseca sortis de diffinitione eius si diffiniret. Imaginandum est enim q agens particulare: puta hoc semen continue appropriat materiam ad formam inducendam hoc modo: q sicut semen humanum appropriat materiam ad animam humanam: ita hoc semen ad hanc animam. unde cum in primo instanti generationis sor. quod est primū esse sor. et primum non esse forme precedentis et accidentium: primo ordine nature fiat particulare compositum: deinde naturali ordine sequuntur omnia accidentia (in via nostra) in illo priori secundum naturam: quo compositum particulare terminat per se primo generationem: materia que est pars intrinseca eius. s. sortis: ita est appropriata ipsi sorti ab agente particulari: q non est capax alterius quantitatis q̄ eius quā sor. sibi determinat: omnium enim natura constantium determinata est ratio magnitudinis et augmenti: ut dicitur secundo de anima tex. cō. xlj. et talis materia vocatur materia signata. Nihil ergo addit materia signata supra materiam: nisi capacitatē huius quātitatis: ita q non illius. Capacitas aūt materie respectu huius quantitatis nihil aliud est q̄ potētia receptiua huius quantitatis: ita q non illius: potētia autem receptiua nihil realiter distinctū in recto dicit: sed addit aliquid reale distinctum secundum rationem tantum a materia. Sicut materia propria nihil addit supra materiam realiter distinctum ab ipsa: dicit tamē aliquid reale in materia quod non explicat materia secundum se: materia enim signata non est diffinibilis nisi per hanc quantitatē si diffiniretur: sicut propria potentia non nisi per propriū actū diffinitur: ut dicit tertio physicorū: text. com. x. Materia aūt secundum se hāc quātitatem in sua diffinitione non exigit: unde materia propria indiuidui: et materia signata: et materia sub certis dimēsionibus idē importāt: et propterea. s. Tho. nō dixit materiā signatā materiā cū certis dimēsionibus: sed sub certis dimensionibus: et alibi dicit: q sicut materia in ordine ad formas generales: puta formā totalem et partialem distinguit generice corpora celestia ab inferioribus: ita materia in ordine ad hanc vel illam quātitatē distinguit numeraliter in rebus materialibus. Materia igitur signata nō dicit aggregatum ex materia et quātitate: sed materiā in recto significat: quantitatem vero in obliquo: sicut potentia materie significat materiam in recto: in obliquo vero actum quem respicit: eo q non nisi per actum est diffinibilis. Et sic manifestum est quid importet materia signata. ¶ Q aūt Thomiste alij nō cōuenienter exponant: sic declaratur. Idem est principiū distinctiuū indiuidui a specie et ab altero indiuiduo eiusdem speciei: sed materia nō quanta: sed (si signata) modo prexposito est principiū intrinsece distinctiuum indiuidui a specie: ergo non materia quanta: sed materia signata est principiū intrinsecū distinctiuū indiuidui ab altero eiusdem speciei indiuiduo: minor ab eis conceditur: et est sancti Tho. expresse in tractatu qui de principio indiuiduationis vocatur: qui secundum veritatem et antiquū titulū vocatur de potentijs cognoscitiuis: ut habetur in Bibliotheca summi pontificis in qua sola tractatum illum completum vidi: est enim truncatus ille qui communiter habet. Maior vero nō nisi voce a proteruis negari posse videt: uniuersaliter n. itaque verū videmus q quicumque aliquod cōmune

T.c. 41

T.c. 10.

Tractatu de principio indiuiduationis.

diuiditur in plures partes subiectiuas: per idem differunt inferiora inter se et a superiori: sicut per idem homo differt animali et a leone. s. differentiam propriam: unde et Porphyrius tres actus differentie dat: diuidere superius: constituere inferius: et distinguere constitutum a superiori: et alijs cōparibus. ¶ Probatur ergo hec conclusio modo prexposito. s. materia signata est intrinsecū indiuiduationis principiū: illud est intrinsecum principiū indiuiduationis: cui primo repugnat cōmunicari pluribus per modū quo vle cōmunicat particulari: sed materia signata est id, cui primo repugnat cōicari, ut uniuersale particulari: ergo etc. maior ab omnibus conceditur. Minor vero probat: sed nota q minor duo includit in se. s. q materie signate repugnat cōicari pluribus: et q primo ei repugnat: primum horū ex se patet: materiam enim capacē huius quātitatis tantum: impossibile est plurificari: secundum autem probat. Illud cōpetit primo materie signate: quod circūscripto quocūque alio sibi conuenit: et ipsa circūscripta nulli alteri cōuenit (ex primo Posteriorum.) sed non cōmunicari pluribus ut uniuersale particulari circūscripto quocūque alio existente in substātia sensibili conuenit materie signate: et ipsa circunscripta nulli alteri conuenit: ergo nō communicari pluribus primo cōuenit materie signate inter oīa q̄ in substantia sensibili inueniuntur. Probatur minor quo ad utrāque sui partem: quo ad primā sic. Id quod materia signata precise sumpta sibi vendicat: ita q sub eius opposito non est intelligibilis: conuenit sibi circunscripto quocumque alio: patet ista ex terminis: sed incommunicabilitas cōuenit materie signate precise ut sic accepte: ita q sub eius opposito materia signata non est intelligibilis: nō enim potest intelligi materia propria indiuidui communicabilis: ergo incommunicabilitas conuenit materie signate circūscripto quocumque alio. Secunda pars minoris patet exemplariter: quia circūscripta sortis materia signata seu materia propria: quod idem est: certum est quod non remanet hic: neque forma eius remanebit hic: neque ipa materia: si enim materiam propriam non habet per quid erit ordinem cōmunium. ¶ Secūdo probatur eadē cōclusio sic. frustra fit per plura quod pōt fieri per pauciora: et eque bn: sed absque quibusque alijs ex materia signata sufficienter saluat indiuiduatio substantie composite: ergo frustra adduntur quecumque. Minor ex dicendis apparebit: ubi solutis aduersariorum rōnibus: stabilis ac firma remanebit positio nostra. ¶ Et cōfirmatur: quia cum in substantia cōposita non sint nisi materia et forma et compositum ex his: et accidentia: quecumque indiuiduo accidunt nullam aliam intrinsecam causam habent nisi aliquid horum: et sic ad inuestigandam indiuiduationis causam non oportet extra hoc vagari. Probatur tertio eadem conclusio auctoritatibus Arist. et commen. supra inductis: quas non opus est repetere. Apparet quidem apud eos euidenter omnem distinctionem: aut ex formis: aut a quantitate oriri. Est igitur materia signata intrinsecum indiuiduationis principium: quo intrinsece (licet particulariter) sor. est hic. Dico autem particulariter: quia non arbitror materiam signatā esse ipsam indiuidualem proprietatem seu differentiam: sed potius differentie indiuidualis essentiale principium. Opinor enim q proportio materie signate ad proprietatem seu differentiam indiuidualē sit: sicut proportio anime humane ad differētiā hominis cōstitutiuā: sicut enim aīa intellectiua nō est ipsa differētia: puta rōnale: sed id unde sumit: ita materia signata nō est ipsa differētia indiuidualis: sed id unde sumitur: et q causat ipsam intrinsece. Et sicut homo est homo: et per rationale tanq̄ per principiū formale totale et per animam intellectiuam tanq̄ per principiū partiale intrinsecū formale: a quo rōnale mendicat et causat: ita sor. est hic per differentiam indiuidualem: tanq̄ per totale quoddā denominās: quod nihil aliud est q̄ gradus indiuidualis: sicut differentia specifica est gradus specificus: et per materiam signatam tanq̄ per priorem causam intrinsecam, a qua ipsa indiuidualis differentia mēdicat. Et sic inter nos et Sco. in hoc fiet diuersitas q ipsi differentias indiuiduales absque essentiali dependentia a materia signata multiplicant: nos autem sicut animal contrahere nesciremus ad hominem et bouem sine formis partium: a quibus differentie contrahentes animal causantur: sic speciem puta hominem contrahere ad indiuiduum: non nouimus sine materia signata que est causa indiuidualium differentiarum: et consequenter primo principium indiuiduationis intrinsecum. Moueor ad hoc dicēdum: quoniam teneo sor. substantialiter sumptum in recta. s. linea predicamētali sub specie esse unum numero: nō unitate de predicamento quantitatis sed substantiali: quam necesse est antecedere: cum sit entis passio ab indiuiduali gradu: quem ipsa indiuidualis differentia importat. Et hoc an sit de mente. s. Doc. non censeat quis, sed paulisper legerit

c. de differētia.

T.c. 14

Secunda rō.

ca.157. De principio indiuiduationis. 2. d. 3. q. 7.

ipsum: ⁊ in compendio theologie, capitulo .157. vbi vult for. eundē numero esse post resurrectionem eius quantitate numerata: et in tractatu supradicto.

Quo Ad quintum arguitur contra conclusionem ⁊ dicta in ea a Sco. vbi supra. ¶ Primo sic. impossibile est aliqđ dependens a posteriori naturaliter, esse idem priori naturaliter: quia tunc esse prius ⁊ non prius: sed substantia est prior naturaliter quantitate: igit nihil causatum a quantitate: siue qualitercūque preexigens naturam quantitatis potest esse idem substantie, non igitur signatio ista a quantitate causata est eadem substantie. probatio maioris, vbi est vera et realis identitas (licet non sit formalis) ibi impossibile est hoc esse ⁊ illud non esse: quia tunc idem realiter esset ⁊ non esset: sed possibile est prius naturaliter esse sine posteriori naturaliter, ergo multo magis absque eo quod derelictum est: vel causatum a posteriori naturaliter.

Secūdo. ¶ P. id quod est necessaria conditio cause in causando nō potest habere esse a causato: quia tunc causa inquantū sufficiens ad causandum esset causata a causato: ⁊ illud causatum esset causa suipsius: sed singularitas siue signatio substantie est necessaria conditio in substantia ad causandam quantitatem: quia causatum singulare requirit causam singularem, ergo impossibile est istam signationem seu singularitatem esse a quantitate.

Tertio ¶ P. quero quid est q̄titatem causare vel derelinquere talē modum: seu significationem in substātia. si nihil ex hoc est: nisi quod prefuit quantitati, tunc nullo modo signatio est per quantitatem: quia tunc signatio substantie naturaliter precedit ipsam quantitatem. Si autem aliquid aliud, quero quomodo causetur a quantitate: ⁊ in quo genere cause.

Quarto. ¶ P. quare quantitas potius relinquit talem modum in substantia q̄ qualitas: non videt ratio: q2 sicut qualitas in seipsa informat superficiem nihil relinquendo in ea: ita quantitas informat substātiam in seipsa: ⁊ non per aliam formam derelictam.

Quinto. ¶ P. q̄titas ista que ad indiuiduationem concurrit: aut est quātitas terminata: aut interminata. non terminata: q2 illa sequit formam in materia, ⁊ per consequens singularitatem substantie: quia sicut substātia est causa eius, vt est terminata: ita hec substātia est causa eius, vt est hic terminata. Et confirmatur hoc: q2 cū quantitas terminata varie sola rarefactione: idem indiuiduum erit multis singularitatibus idem, quod est impossibile. Si autem interminata, contra: illa manet eadem in genito ⁊ corrupto.

Sexto. ¶ P. si q̄titas concurrit ad indiuiduationē vt primo distinguēs: oportet q in seipsa sit primo distincta numeraliter ab alia: sed tunc tua propositio non esset vera: illa s. (ois differētia formalis est specifica.) quātitas enim hec ⁊ illa cum sint forme differrent specifice. Quod si quantitatem excipias ab illa propositione fundamentali edificii ruinosi. vnde probabitur q differentia formalis sit specifica: quecunque enim ratio fuerit adducta de forma habebit locū in quantitate: cum quantitas forma sit.

Septimo. ¶ P. tota latitudo p̄dicamenti substātie est prior ceteris predicamentis, ergo cum indiuiduum substantie claudat in ista latitudine: oportet q sit intrinsece completum absque dependentia a quantitate que est posterior. ¶ Et confirmat: q2 nihil reponitur in aliquo genere: p aliquid qđ sit extra illud genus. Multa alia argumenta fiunt a Scoto ⁊ aliis: sed q2 concludunt materiam solā vel quantitatem solam: vel aggregatum ex materia ⁊ quantitate non esse principium indiuiduationis omisi. nihil enim contra nos. Omisi preterea que indirecte contra positionem nostram essent, breuitati studens. hec de quinto.

Quo Ad sextū respondendum est argumentis factis: nunc deinde aliis pro opinione contraria inductis.

Ad primum. ¶ Ad primū igit istorum dicit q falsa est maior. Ad cuius euidētiā est notandū q proportio materie signate ad hāc quantitatem est proportio potētie ad propriū actum: vnde sicut potentia materie est eadem realiter ipsi materie: ⁊ tñ dependet a forma, ita potētia seu capacitas materie respectu huius quātitatis que vocatur eius signatio dependet a quātitate: ⁊ tñ est eadem materie. Et q2 potentia est prior ⁊ posterior: ⁊ naturaliter actu: prior est in genere cause materialis: posterior in ordine cause formalis: ideo signatio materie est prior quantitate in ordine cause materialis: posterior autem in ordine cause formalis, vnde vtroque modo maior est falsa: tam si intelligatur de priori ⁊ posteriori secundum genus cause materialis: q̄ si intelligatur de priori ⁊ posteriori in ordine cause formalis. Aliquid enim dependens a forma est idem realiter materie: ⁊ aliqđ depēdēs a materia est idē realiter forme vt patet. Ad pbationem primā qua dicit: q2 tunc esset prius ⁊ nō prius, dico q non est inconueniēs in diuersis generibus causarū. Ad aliā pbōnem qua dicit: vbi est vera et realis identitas ⁊c. negat secunda ppositio assumpta: non enī omne prius potest esse sine posteriori: vt alias ostēdetur.

Infra. c. 5. q. 8. secundū. ¶ Ad secundum negat maior cum causatum est causa sue cause i alio genere cause: sicut in pposito accidit: materia enim signata est causa quātitatis in genere cause materialis: quātitas est causa materie signate in gñe cause formalis vt actus potētie: ⁊ pz falsitas maioris i exēplo supra posito: potētia enī materie est necessaria cōditio materie ad causandū formā: ⁊ tñ depēdet a forma in genere cause formalis. ¶ Ad probationē dr q causa materialis ſm causalitatē suā dependet a suo effectu. s. forma: sz non inquantū est effectus eius: sed in eo quod est causa materie: cause enim sunt sibiinuicē cause: vt dicit secundo physicorū. text. cō. xxx. non ergo incōuenit cām in causando dependere a causato: non vt causato: sed vt causa est ſm aliud genus.

T. c. 30.

Ad tertium. ¶ Ad tertium dicitur: q quantitatem causare talem signationem in materia nihil aliud est q̄ materiam esse ab hoc agēte factam capacē adeo huius quantitatis: q nō illius: ⁊ sic quantitas concurrit ad signationem materie vt actus: propter quem talis capacitas fit. Agens vero v: efficiens illam: et talis signatio seu capacitas preest ipsi quantitati in genere cause materialis: et non potest ex hoc inferri: ergo non fit per quantitatem: eo q fit quantitate in genere cause formalis: que sicut ⁊ finis inter causas posteriores inesse numeratur.

Ad quartum. ¶ Ad quartū dicitur: q non solum quantitas tali modo signat materiam sed etiam qualitates proprie. Materia enim fortis ita est capax harum qualitatum: quod non aliarum: sed quia sola quātitas immediate recipitur in substantia: et ex sola quantitate oritur radicaliter distinctio materialis, ideo ad propositum, materiam signatam, materiam sub certis dimensionibus ⁊ non sub certis qualitatibus dicimus.

Ad quintum. ¶ Ad quintū dicitur: q quantitas illa que ad indiuiduationem vt originale nō intrinsecū indiuiduationis principium concurrit est quantitas terminata. Nec obstat quod sequatur formam: quia etiam forma sequitur potentiā materie: a qua tamen causatur. ⁊ concedimus hanc substantiam esse causam materialem huius quantitatis: sed econuerso in genere cause formalis hāc quātitatē esse cām huius signationis materie mō p̄expósito.
¶ Ad confirmationem Antonii trombete dicitur: q quantitas terminata ad indiuiduationem concurrens non stat in indiuisibili: sed latitudinem habet. sicut enim quelibet species naturalis determinat sibi quantitatem maximam ⁊ minimam infra quandam latitudinem. ita ⁊ quodlibet indiuiduum determinat sibi hanc quātitatem infra tales limites ⁊ non indiuisibili. vnde potest fieri rarefactio sine eius (vt indiuiduat tua est) variatione: nō enim hic accipitur quantitas terminata punctualiter: sed cum certa latitudine.

Ad sextum. ¶ Ad sextum dicitur concedendo cōsequentiam primam: sed negando quod ex hoc sequatur falsitas illius ppositionis fundamētalis firmissimi edificii. Peccauit enim arguens peccato maximo non distinguens inter differentiam formalem ⁊ formarum: omnis enim differentia formalis est specifica: non autem omnis differentia formarum: vt dicit. s. Tho secundo cōtra Gentiles. cap. 81. alioquin forma huius ignis ⁊ forma illius ignis distinguerentur specifice cum sint forme ⁊ differant. vnde linea mathematica diuisa in partes habet duo indiuidua. quelibet enim pars linee est linea: ⁊ illa indiuidua sunt forme ⁊ differunt: sed non differentia formali. Appellatur autem differentia formalis illa que est per principia quidditatiua. hic enim semper oritur a forma in eo quod forma: qualis non est inter hanc lineam ⁊ illam: cum sit eadem vtriusque quidditas. verum arguentis error est valde puerilis: sicut forme ⁊ differunt: ergo differunt formaliter: est monachus ⁊ est albus, ergo est monachus albus.

Ca. 81.

Ad septimū. ¶ Ad vltimum negatur consequentia: licet enī id quod est in predicamento substantie sit prius simpliciter quolibet alio predicamento: tamen aliqua conditio (sine qua indiuiduū vt sic non est in predicamēto) pōt esse posterior in genere cause formalis ⁊ alterius p̄dicamēti: eo q cā formalis est posterior in esse.
¶ Ad confirmationem dicitur q quodlibet predicamentum completur per res sui generis: si loquamur de his que ponantur in p̄dicamentis: ⁊ de ratione reponendi ea in illis: non autem si loquamur de conditione rei reposite in predicamento: sortes enim non est nisi substantia: ⁊ ratio ponens ipsum in predicamento est substātia: conditio autem indiuiduationis: sine qua non est ratio reponēdi ipsum in predicamento: non inconueniens quod contingat aliquod accidens: puta quātitatem.

Ad primū Scoti. ¶ Ad primum vero eorum que p oppositā conclusione adducta sunt: dicitur q minor est falsa: ad materiam namque signatam primo sequitur vnitas numeralis.

Ad secundū. ¶ Ad scđm dr q differētia indiuiduorum reducit ad q̄titates: q̄tita

tes autem differūt sitibus ꝓpriis: q̄ sunt differentie q̄titatis: situs autē non solū integrat ex illis duobus .s. ꝑmanētia ꝛ cōtinuatione partiū: sed ex his duob⁹ cū tertio ordine .s. partiū in toto: vt docet alber. in predicamentis: cap̄. de q̄titate: per hoc enim differt a situ speciali predicamēto q̄ dicit ordinem partiū in loco: vnde situs in proposito distinguunt suis ordinibus partium in toto q̄ sunt de eorū rōne: ordines autem seipsis: in diffinitione enim ordinis cadit distinctio: et sic patet ꝙ non est eque dubiū de his ad q̄ facim⁹ reductionem: et de q̄titatibus: et ꝙ non oportet q̄titates ꝓpter hoc distingui formaliter: talis enim ordo partium in toto vt materiale quid est in ipsa q̄titate: quod in nulla alia forma inuenitur.

Caput tertiū. ¶ Ad tertiū Antonij trōbete dicit ꝙ minor est falsa: materia eñi signata: vt ꝓbata est: est id cui prima repugnat diuidi vt vse in particularia: ratione enim eius repugnat echeitati. Caput iij.

Cō. x. Patet ergo ꝙ essentia hominis ꝛ socra. non differunt nisi secundum signatum ꝛ nō signatum, vnde Cōmē. dicit super. vij. metap. ꝙ socra. nō aliud est q̄ animalitas ꝛ rationalitas, que sunt quidditas eius, sicut etiam essentia generis et essentia speciei secundum signatum et non signatum differunt, q̄uis alius modus designationis sit vtrobiq̄, quia designatio indiuidui respectu speciei est per materiam determinatā dimensionibus, designatio autē speciei respectu generis est per differentiam constitutiuā q̄ ex forma rei sequitur.

Postq̄ Determinatū est quid sit essentia substātiarū compositarū in cōi: in hoc tertio cap. intendens agere de differentia essentiarū cōpositarū inter se: cū essentie composite sint tres: scilicet generica: specifica: et indiuidualis: quinq̄ facit. Primo loquitur de differentia earum absolute. Secundo determinaturus de differentia earum: vt subsunt primis intentionibus: et illarum nominibus: ostendit quomodo essentia generica differat a specifica. Tertio gen⁹: species: dr̄ia: diffinitio qualr̄ inter se differāt declarat. Quarto excludit quandā dubitationē. Quinto assignat differentiā inter essentiam specificam ꝛ indiuidualem.

Ad euidentiam Dicendorum prenotādum est ꝙ de essentijs possumus tripliciter loqui: primo de eis absolute absq̄ habitudine ad primas vel secūdas intentiones: secundo de eis vt subsunt nominibus prime intentionis: tertio vt subsunt nominibus secunde intentionis: verbi gratia: de natura humana contingit loqui secundum se: id est ſm ea que conueniunt sibi ratione sui: contingit et loqui de ipsa vt stat sub hoc nomine humanitas: et hoc nomine homo et similibus: cōtingit et tertio loqui de ipsa: vt stat hoc nomine species. sanc. Tho. ergo in prima huius capituli parte loquitur de essentijs rerum primo modo: in toto vero residuo loquitur de eis secūdo modo sumptis: in sequenti autem capitulo de eis tertio modo acceptis sermonem faciet (et hoc si non vis decipi in hoc capitulo diligentissime notato:) ponit igitur assignando differentiam inter essentiam genericam: specificam: et indiuidualem secūdum se sumptas hāc conclusionem: essentie predicte non differunt nisi secundum signatum et non signatum: hoc sic declaratur: animalis hominis sortis essentie proprie non differunt nisi per hoc: quia in ratione animalis cadit substantia animata sensibilis absq̄ determinatione eius per rationale: in ratione autem hominis ponitur substātia animata sensibilis rationalis: et sic additur in ea designatio per differentiam: ratio vero sor. ponit substātiam animatam sensibilem rationalem in istis carnibus et istis ossib⁹: et sic in ea additur designatio materie: que non ponebatur in ratione hominis: vnde absolute loquendo: et secundum suas rationes ꝓprias apparet has essentias: non nisi ſm signatum et non signatum differre id est ſm explicitam inclusionem alicuius designationis siue determinationis: ꝛ non explicitam inclusionem illius: licet talis designatio non vniformiter sit in natura specifica et in natura indiuidui: determinatio enim quam addit natura specifica supra genericam est formalis essentialiter diuersificans gen⁹: vtpote a forma in eo ꝙ forma sumpta. determinatio autem quam natura indiuidualis supra specificam addit est materialis: non formaliter sed materialiter tantum diuersitatem in specie faciens vtpote sumpta a materialis conditionibus rei. Ex his habes ꝙ homo et humanitas: animal ꝛ animalitas secundum se ad est naturas significatas: nullo modo differunt: eadem omnino est ratio nature significate per hominem ꝛ humanitatem: ita ꝙ nulla designatione differunt: sed vt post dicetur: differunt vt subsunt nominibus prime intentionis: quia vero distinctio per signatum et non signatum non est distinctio realis. Ideo dicit Comment. vij. metaphysi. consilio. x. ꝙ sor. substantialiter sumptus nil aliud est q̄ animalitas ꝛ rationalitas que sunt quidditas eius: sortetas enim que naturam sortis nominat: eadem realiter est animalitati ꝛ rationalitati. Cap. x.

¶ Hec autem determinatio vel designatio que est in specie respectu generis non est per aliquid in essentia speciei existens quod nullo modo in essentia generis sit, imo quicquid est in specie est etiam in genere vt nō determinatum, si enim animal non esset totum quod est homo, sed pars eius, non predicaretur de eo: cum nulla pars integralis predicetur de suo toto.

¶ In hac secunda parte capituli determinatur quomodo essentia generica differat a specifica secundum ꝙ ambe stant sub nominibus prime intentionis: puta quomodo differant essentia hominis et essentia animalis sub his nominibus homo ꝛ animal: ꝛ intendit ꝙ essentia significata per nomen genericum: puta animal: et essentia significata ꝑ nomen specificum: puta homo: non differunt per hoc ꝙ essentia significata per nomē specificum includat aliquam determinationem que omnino sit extra rem significatam per nomen genericū: sed per hoc ꝙ essentia per speciei nomen importata includit actu designationem specificam que fit per differētiam eius constitutiuam: sicut homo actu includit rationale: ponitur nanq̄ in eius diffinitione. Essentia vero nomine generico signata cōfuse et indeterminate importat designationem illam: sicut animal in potētia includit rationale: vt dicit Porphyrius: vnde animal ꝛ vniuersaliter omnis essentia generico nomine importata vt sic: totum includit qd̄ includit species: licet nō eodē modo. Et propterea ad posite differētie declarationem ponit talē cōclusionē: genus dicit totum esse speciei: quā sic probat omne ꝑdicatū dicit totū esse eius de quo predicatur: genus predicatur de ipa specie: ergo natura generica: puta animal: dicit totum esse speciei: maiorem probat per hoc: quia nulla pars predicatur de suo toto. Ubi aduertendum est ꝙ hic sermo verus est de predicatione in recto et directa: siue essentiali: siue denominatiua: et de parte: in eo ꝙ pars: ꝛ nō de parte vt significatur per modum totius: potest enim pars vtroq̄ modo significari: sicut materia significatur vt pars rei (per ly materia) significatur autem vt totum (per ly materiale.) his enim modificata conditionibus ꝓpositio illa .s. nulla pars predicatur de suo toto nullam patitur instantiam: cum enim dico: homo est albus: ly albus confundit in se totum quod est in homine: ꝛ similiter cum dico: homo est materialis: ly materialis cōprehēdit in se implicite totum quod est homo: et sic cum dicitur, homo est animal: ly animal, continet implicite totum quod est homo, modo (qui infra declarabitur.) et sic probandum est ꝙ essentia generico nomine importata includit designationem specificam: extra totum enim nihil est. in cap. de dr̄ia.

¶ Hoc autem quomodo cōtingat, videri pōt si inspiciat corpus scd̄m ꝙ ponit pars aīalis, ꝛ scd̄m ꝙ ponit genus, nō eñi pōt dici eo modo esse gen⁹ quo est pars integralis, hoc igitur nomē qd̄ est corp⁹ multipliciter accipi pōt, corpus eñi scd̄m ꝙ est in ꝑdicamento substātie dr̄ ex eo ꝙ hꝫ talē naturā, vt ī eo designari possent tres dimēsiones, ipse aūt tres dimēsiōes designate sunt corpus qd̄ est in genere q̄titatis. Cōtingit aūt in reb⁹ qd̄ habet vnā ꝑfectionē ad vlteriorē ꝑfectionē ꝑtingat sicut patet in hoīe q naturā sensitiuā habet ꝛ vlterius intellectiuā, similiter etiā ꝛ sup hāc ꝑfectionē q̄ ē habere talē formā, ꝛ vt ī ea possint tres dimēsiones designari, pōt alia ꝑfectio adiungi, vt vita vel aliquid hmōi. pōt ergo hoc nomē corpus rē quādā designare q̄ habet talē formā ex qua sequtur in ipsa designabilitas triū dimēsionū cū ꝑcisione: vt scꝫ ex illa forma nulla vlteri⁹ ꝑfectio sequat: sed si aliqd aliud supaddit sit ꝑter significationē corpis sic dicti: ꝛ hoc modo corp⁹ erit materialis et integralis pars aīalis: qr sic aīa erit preter id qd̄ significatum est noīe corpis ꝛ superueniens ipsi corpori: ita ꝙ ex ipsis duobus .s. ex aīa ꝛ corpe: sicut ex partib⁹ cōstituitur animal.

animal. Pōt etiā hoc nomē corp⁹ hoc modo accipi: vt significet rem q̄dā q̄ h₃ talē formā: ex qua possint in ea tres dimensiones designari: q̄cūq₃ forma sit illa: siue ex ea possit puenire alia vlterior pfectio siue non: ⁊ hoc modo corp⁹ erit gen⁹ animalis: q: in aiali nihil est accipe qd̄ i corpe implicite nō cōtineatur: nō enim anima est alia ab illa forma per quā in re illa poterāt designari tres dimensiones: ideo qn̄ dicebam ꝙ corpus est qd̄ habet talē formā ex qua pn̄t designari tres dimensiones in eo intelligebam quecūq₃ forma esset illa: siue anima esset, siue lapideitas, siue q̄cūq₃ alia forma, ⁊ sic forma aialis implicite ī corpore siue in corporis forma continetur, prout corpus est genus eius.

¶ Qm̄ declaratū est genus compari ad spēm: nō vt eius partem sed vt totū: aperire intendit hic quomodo res per genericum nomen significata possit vtroq₃ modo accipi: vt pars: scilicet ⁊ totū: ⁊ primo in corpore tanq̄ notiori: deinde in animali: dicēs ꝙ ex quo non potest eodem modo sumpta res esse pars rei et genus eiusdē (vt ostensum est) scire debes ꝙ hoc nomen corpus accipitur dupliciter: est enim equiuocum ad corpus quod res predicamenti substantie: ⁊ ad corpus quod est res p̄dicamēti quātitatis. Corp⁹ vt significat rem p̄dicamenti substantie: importat naturā ex qua est influere trina dimēsio. Corpus vero vt significat rem predicamenti, quātitatis importat ipsam trinam dimensionem. ¶ Iterū corp⁹ quod significat rē p̄dicamēti substātie: de quo nunc est s̄mo: accipitur duplr̄. Uno modo: vt significat naturā illā ex qua nata est fluere trina dimēsio cum p̄cisiōe oīs substantialis perfectionis vlterioris. Alio modo: vt significat illā met naturā absq₃ precisione vlterioris pfectionis substantialis. Causam huius et similium distinctionū assignat in litera: ex eo ꝙ res habēs aliquā pfectionem substātialē nō excludit a se aliquā aliā vlteriorē substātialē perfectionē: sicut hō ex eo ꝙ habet pfectionē sensitiuā non excludit a se pfectionē intellectiuā: et sil'r corpus ex eo ꝙ h₃ perfectionem corporeā nō excludit a se pfectionē vitalē: ⁊ sic de alijs: cum eñ prior perfectio substātialis nō excludat secundā ⁊ tertiam: ⁊ manifestū sit etiā ꝙ nō includit eas in actu: pōt prior perfectio concipi ⁊ significari: ⁊ cū precisione seu exclusione aliarū: ⁊ cū inclusione confusa earū. Ex eo nāq₃ ꝙ formaliter nō includit alias: potest precise cōcipi ⁊ significari. Ex eo v̄o ꝙ cōiunctionē cū alijs non excludit: potest cū aliarum confusa ⁊ potētiali inclusione concipi et significari: vnde natura significata per hoc nomen corpus: quia nō formaliter includit perfectionem vitalem: nec sensitiuam: nec intellectiuam potest cum precisione omnium horum concipi ⁊ significari: et quia non excludit adunationem essentialem sui cum illis: ideo potest absq₃ eorū precisione concipi et significari: vt confuse ⁊ determinate includens omnia illa: colligitur autem ex tex. triplex differentia inter hec: differūt enim primo in hoc q: corpus primo modo dicit corporeitatē solā: ex qua nata est fluere trina dimēsio ⁊ nulla vlterior pfectio: corpus v̄o scd̄o modo dicit formā quācūq₃ a q̄ sit corporeitas: ex qua nata est fluere trina dimensio cum quacūq₃ alia pfectione. Scd̄o differūt: q: corpus primo modo est pars spēi: eo ꝙ significatū formale spēi est p̄ter et extra significatū eius: sicut anima rōnalis est extra corporeitatē: sunt enim in homine duo: pfectio .s. corpalis, quā p̄cise acceptam patet non includere aliquo modo intellectualitatem: ⁊ perfectio intellectualis que est altera pars: corpus vero scd̄o modo est totum respectu speciei: eo q: pfectio seu forma formal'r importata per speciem includitur in significato corporis sic accepti: significat enim quācūq₃ formā a qua sit pfectio corporea: et sic anima intellectiua includit in ly q̄cumq₃. Tertio differunt: quia corpus primo modo non est in recta linea p̄dicamētali: sicut nec quecūq₃ pars: corp⁹ vero scd̄o modo est directe in p̄dicamēto substātie: sicut ⁊ quodlibet aliud genus.

¶ Et etiā talis est animalis habitudo ad hominē: si eñ aial noiaret tm̄ rem talē que h₃ quādā pfectionē vt possit sentire ⁊ moueri p principium in ipso existēs cū precisione alteri⁹ perfectionis: tūc quecumq₃ alia pfectio vlteri⁹ superueniret haberet se ad aial p modū partis: ⁊ nō sicut implicite cōtēta in rōne aialis: ⁊ aial non esset genus. Sed est genus s̄m quod significat rem quandam: ex cuius forma potest prouenire sensus et motus: quecumq₃ sit illa forma: siue sit anima sensibilis tantum: siue sit anima sensibilis et rationalis simul.

¶ Declarat hoc quoq₃ in hoc genere quod est animal: potest eñ animal accipi vt significat formam: ex qua precise oriantur sensus et motus quibus animal a non animali discernitur: vt dicitur primo de anima. tex. com. xix. Potest etiam accipi animal vt dicit formam quācumq₃ ex qua oriantur sensus et motus non precise: ⁊ sic est genus: primo aūt modo est pars speciei: vnde homo est cōpositus ex animali ⁊ intellectiuo principio tanq̄ ex suis partib⁹ essentialibus accipiēdo animal primo modo, sic enim extra significatum eius est intellectiua natura: animal vero secūdo modo est totum respectu hominis implicite includens specificas perfectiones: cū eñ sic dico, aial. dico, habēs naturā sensitiuā indeterminate relinquendo: per quam formam habeat sensitiuam naturam, et sic implicite includuntur oēs forme specifice: habetur enim natura sensitiua nō nisi per formā hominis: leonis vel bouis ⁊c. ex his patet differētia inter essentiam genericam ⁊ specificam: vt subsunt nominibus generico ⁊ specifico prime intētionis: quia scilicet differunt sicut includens implicite ⁊ includens explicite illamet.

¶ Si igitur genus significat indeterminate id totum qd̄ est in specie, non enim significat tātum materiam, similiter etiam differētia significat id totum quod est in specie ⁊ nō tantū formā, ⁊ etiā diffinitio significat totū ⁊ etiā spēs, sed diuersimode. Quia genus significat totū, vt quedā denominatio determinās id qd̄ est materiale in re sine determinatione proprie forme, vnde genus sumitur a materia q̄uis non sit materia, vñ p₃ ex hoc ꝙ corpus d̄r ex hoc ꝙ h₃ talem pfectionem vt possint in eo designari tres dimensiones, que quidē perfectio est, vt materialis se habens ad vlteriorem perfectionem. Differētia vero ecōuerso est, sicut quedā determinatio a forma determinata sumpta preter hoc ꝙ de intellectu primo sit materia determinata, vt patet cū dicitur animatū .s. illud qd̄ habet animā nō determinatur: quid sit vtrum corpus vel aliquid aliud. vnde dicit Aui. ꝙ genus non est in differētia, sicut pars essentia ei⁹, sed solum sicut ens extra quidditatē siue essentiā, sicut etiā subiectum est de intellectu passionum. et ideo genus non predicatur de differentia per se loquendo, vt dicit Arist. in .iij. de anima ⁊ .iiij. Topicorū. nisi forte sicut subiectum predicatur de passione, sed diffinitio siue species comprehendit vtrūq₃ scilicet determinatam materiam quam designat nomē generis: et determinatam formam quam designat nomen differentie.

¶ In hac tertia pte capituli comparat genus spēm differentiā ⁊ diffinitionē inter se quo ad cōuenientiam ⁊ differētiā. ¶ Cōuenire aūt hec oīa in hoc ꝙ qd̄libet eorū significat totū qd̄ est in specie. Qd̄ ex p̄dictis immediate sequit: si enim genus significat totum: quia vere ⁊ ppríe p̄dicat de specie: ⁊ ꝯfundit in se oīa ad q̄ se extendit: pari ratione differentia cum vere ⁊ proprie predicetur de specie: et confundit in se omnia ad que se extendit vt predicabile, totū significabit. Differentiam autem duplicem ponit inter ea. Differunt primo quo ad formalia significata eorum: quia formale significatum generis est perfectio materialis: formale autem significatum differentie est perfectio formalis: formale vero significatum speciei est aggregatū ex vtraq₃ perfectione nō distinguendo eas: formale autem significatum diffinitionis est similiter aggregatū ex vtraq₃ perfectione: sed diuidendo in singulas: verbi gratia: formale significatum animalis est natura sensitiua q̄ se habet vt materialis ad perfectionem intellectualem que formaliter importatur per rationale: et consequenter perfectio intellectualis se habet vt formalis: similiter formale significatum hominis ⁊ animalis rationale est aggregatum ex natura sensitiua et intellectiua: sed animal rationale separatim explicat vtrūq₃: homo vero non.

Pro intellectu horū nota ꝙ signatum formale nois ad p̄ns est perfectio seu forma determinate: et primo explicata per illud nomē. Materiale vero est illud qd̄ sub nois signati ōe cadit nō primo: vñ ꝯsiderato oī eo qd̄ tā formal'r q̄ material'r importat per gen⁹: spēm: d̄rīam: ⁊ diffinitionē: dicit ꝙ idē significant ⁊ ꝙ conueniunt: consideratis aūt formalibus eorū significatis: dicim⁹ ꝙ differūt ⁊ ꝙ nō significant idem. Sed ne vageris q̄rēdo differētiā

Vide Aui. 5. metap. c. 5. q̄ totum.

5. meta. c. 5. circa medium.

T. c. 10. cap. 3.

Immediate supra.

inter significatū formale speciei ⁊ diffinitionis: qm̄ nulla est: sed in
modo tn̄ exprimēdi idē formale significatū differunt. spēs. n. indi-
stincte actu tn̄ explicat totū. diffinitio vero diuidit in singula. vt

T. c. 5. dicit primo physicorū. tex. cō. 5. Genericum ergo nomen, puta aial
formalr̄ ⁊ determinate explicat materialē hois perfectionem. s. sen
T. c. 6. sitiuā: ⁊ ideo genus sumit̄ a materia. 8. meta. tex. cō. 9. Drīe vero no
T. c. 9. men puta rōnale formaliter ⁊ determinate explicat formalem rei
T. c. 15 perfectionem: ideo dicitur ibidē sumi a forma. Et sicut in formali
significato generis nō cadit perfectio per differētiam importata:
qr indeterminate in illo includitur: ita in formali cōceptu differen-
tie nō cadit genus eadem rōne: qr. s. perfectio generica indetermi-
nate cadit in noie differētie. Sicut enim ex eo ꝙ aial significat ha-
bēs naturā sensitiuā duo significat naturā sensitiuā formalr̄ ⁊ pri-
mo ⁊ qđ h̄z illā indeterminate: non. n. explicat an id sit hō vel bos
sic rationale ex eo ꝙ significat habens rōnalitatē duo significat. s.
rōnalitatē formalr̄ ⁊ primo: ⁊ habēs illā secūdario ⁊ indetermina-
5. met. cap. 6. te. non. n. determinat quid sit id habēs an homo vel aial. ⁊ iō dicit
Aui. ꝙ genus non est in drīa: sicut pars essentie eius. i. sicut pars
P̄dica- mento substā- tie. sui formalis significati: sed est extra formale significatū eius. sicut
subiectū est extra formale significatū sue passionis. Albū. n. pur ā
qualitatē significat: vt dicit̄ in predicamentis. Et lz genus non sit
de intellectu differētie tali modo. s. vt formalr̄ significatū per illā:
est tn̄ de intellectu eius alio mō: vt subiectū. s. est de intellectu passio-
c. 2. q. 4 nis. Dupl̄r. n. vt supra dictū est. aliquid cadit i rōne alicuius. Uno
T. c. 19 modo vt pars quiditatis. Alio mō vt subiectū eius: quo subiectū
T. c. 10. intrat diffinitionē passionis. vt habes. 7. meta. tex. cō. 19. ⁊ iō dicit
Cap. 3. Aristo. 3. meta. tex. cō. 10. ⁊ 4. topi. cap. 3. ꝙ genus per se nō predi-
catur de differentia nisi forte sicut subiectuz predicat̄ de passione.
Ratio primi dicti est: qr genus in nullo modo dicēdi per se p̄dicat̄
de differentia: nō quidē in quarto: qr differentia nō explicat cām
gn̄is. Nec in scđo: qr drīa nō ponit̄ in gn̄is diffinitiōe: nec ēt in pri-
mo proprie: qr predicata primi modi in recto que p̄prie predicant̄:
sunt ea que intrinsece in rōne cadunt: ⁊ nō ea que per additamētū
in ea sunt. homo. n. non predicat̄ proprie de risibili in primo modo.
qđ patet ex eo ꝙ ista: risibile est homo. est per accidēs. vt dr̄ primo
Ca. 18. poste. cap. 18. Ratio scđi est: qr si genus est de intellectu drīe: sicut
T. c. 35 subiectū est de intellectu passiōis. cōsequēs est ꝙ genus predicet̄
de drīa: sicut subiectū de passione. Nz dicit (forte) non dubitāns
est: sed nō determinātis. cōsueuit. n. apud ipsum res nō decisa sub
dubia verborum forma poni. ¶ Aduerte ꝙ licet intellectu differē
tie cadat genus determinate: nomen tn̄ differētie genus illud non
explicat determinate. rationale enim nō explicat animal cū rōnali
tate: sed habēs rōnalitatem: sicut ⁊ in diffinitiōe risibilis cadit ho-
mo: ⁊ tn̄ hoc nomen risibile non explicat hominem determinate:
significat enim habens risibilitatem.

Uide Aui. 5. meta. cap. 5. ¶ Et ex hoc patet ratio quare genus ⁊ species ⁊ differen
tia se habeant proportionaliter ad materiam formam et
compositum in natura q̄uis non sint idem cum illis: quia
neq̧ genus est materia: sed sumitur a materia vt signifi-
cans totum: nec differentia est forma, sed sumitur a forma
vt significans totum, vnde dicimus hominem esse animal
rationale ⁊ non ex animali ⁊ rationali. sicut dicimus eum
esse ex corpore ⁊ anima. Ex corpore enim ⁊ anima dicitur
esse homo, sicut ex duabus rebus quedam tertia res con-
stituta que neutra illarū est. homo enī nec est anima neq̧
corpus, sed si homo aliquo modo ex animali ⁊ rationali di
catur esse, non erit sicut res tertia ex duabus rebus, sed si-
cut intellectus tertius ex duobus intellectibus. Intelle-
ctus enim animalis est sine determinatione forme specia-
lis naturam exprimens rei. ex eo qđ est materiale respectu
vltime perfectionis. Intellectus autem huius differen-
tie rationalis consistit in determinatione forme specialis,
ex quibus duobus intellectibus constituitur intellectus
speciei vel diffinitionis, et ideo sicut res cōstituta ex aliqui-
bus non recipit predicationem earum rerum ex quibus
constituitur: ita nec intellectus recipit predicationem eorū
intellectuum ex quibus constituitur, nō enim dicimus ꝙ
diffinitio sit genus vel differentia.

¶ Corollarie concludit scđam differētiam inter genus ⁊ speciem
⁊ differentiam: qr. s. genus proportionaliter se habet ad materiam
que est pars compositi: ⁊ non significat ipsam. differentia propor-
tionaliter se habet ad formam ⁊ non significat ipsam. species pro-
portionaliter se habet ad compositum ex materia ⁊ forma: ⁊ vt sic
non significat compositum ex materia ⁊ forma: sed aliquid comple
ctens genus ⁊ differentiam. In assignatione huius differentie s̄m
quodlibet membrum ponuntur due particule. puta in primo mem-
bro prima particula est ꝙ genus proportionaliter se habet ad ma-
teriam. scđa vero est ꝙ genus nō significat materiam. similiter in
scđo ⁊ tertio membris. Prima particula omniū sequitur ex supra-
dictis. Si enim perfectio generica que formaliter importatur per
genus est materialis respectu perfectionis. differentialis que for-
maliter importatur per differentiam: oportet ꝙ sicut se habet ma-
teria respectu forme in composito naturali, puta forte: ita genus re
spectu differētie in composito rationali: scilicet specie. vt sicut ma-
teria est potentialis ⁊ perficitur ac specificatur per formam: sic ge-
nerica perfectio est potentialis perfectibilis ⁊ specificabilis per
differentiam. Secunda vero particula (licet sequatur etiam ex su-
pradictis) qr ex eo ꝙ genus differentia ⁊ species significat totum:
sequitur immediate ꝙ genus non significet materiam: qr materia
non est totum. ⁊ ꝙ differentia non significet formam quia forma
non est totum. ⁊ ꝙ species vt sic non dicat compositum ex mate-
ria ⁊ forma: eo ꝙ partes eius vt sic non sunt materia ⁊ forma: sed
genus ⁊ differentia. Attamen. s. Tho. probat eam tali ratione: ma
teria ⁊ forma sunt partes sui totius: sicut due res tertie rei: genus
⁊ differentia non sunt partes sui totius, scilicet speciei: vt due res
tertie rei. ergo genus ⁊ differētia non sunt materia ⁊ forma speciei.
Maior patet ex se. homo enim est alia res a materia sua ⁊ alia a sua
forma. (Nec est cure modo vtrum sit res distincta realiter vel s̄m
rationem ab illis duabus coniunctis.) sufficit enim nobis qđ sit
tertia res realiter distincta a qualibet parte. Minor vero declara-
tur hoc modo. si genus ⁊ differentia componerent speciem vt due
res tertiam: tunc homo esset compositus ex animali ⁊ rationali.
hoc est falsum. ergo a destructione consequentis genus ⁊ differen
tia non componunt speciem vt due res tertiam: quod erat proban
dum. consequentia patet ex se. falsitas vero consequentis proba-
tur: ex eo ꝙ nulla pars predicatur de suo toto. vt supra dictum est.
habetur quarto topicorum capitulo. 11. animal autem predicatur Ca. 11.
de homine: similiter rationale. dicimus enim ꝙ homo est animal
⁊ ꝙ est rationalis.

Aduertendum Est ꝙ. s. Tho. in textu explanando
maiorem exemplariter dicit: ꝙ ho-
mo dicitur esse ex anima ⁊ corpore: sicut ex duabus rebus tertia
res. Circa que verba dubitatur quō hoc sit verū (eius doctrinam
sustinendo) ponentis vnicam formam substantialem in composi-
to. quecunq̧ enim sunt idem realiter non constituunt aliqđ: vt due
res tertiam. perfectio autem corporea ⁊ anima sunt idem realiter si
vnica forma ponitur. quō ergo constituent hominem vt due res
tertiam? ¶ Hanc dubitationem propter eius magnam difficulta-
tem diuersi diuersimode soluunt. Quidam dicunt ꝙ corpus ⁊ ani
ma non sunt s̄m rem partes hominis: sed s̄m rationem tantum. lz
enim anima sit vere pars: corpus aūt s̄m rem est totum. dicit enī
compositum ex materia ⁊ forma que est anima: ideo non est com-
positus ex anima ⁊ corpore tanq̄ ex duabus partibus s̄m rem sed
s̄m rationem: sed bene est compositus ex eis tanq̄ ex duabus re-
bus: eo modo quo totū ⁊ pars sunt due res: vt tertia res s̄m ratio-
nem distinctam ab altera. s. corpore: ⁊ s̄m rem ab altera. scz anima.
¶ Alij dicunt ⁊ in idem redit: ꝙ homo est compositus ex anima ⁊
corpore: sicut ex causa formali: ⁊ eo cuius est causa formalis. Di-
uerse enim res sunt (s̄m Auic.) causa formalis ⁊ id cuius est causa
formalis: sicut lucidum est compositū ex luce ⁊ lucido. vnde ⁊ isti
dicunt ꝙ est compositus homo ex duabus rebus. s. toto ⁊ parte: sz
non ex duabus partibus s̄m rem. ¶ Alij dicunt ꝙ locutio ista est
intelligenda per synecdochē. homo est compositus ex anima ⁊ cor
pore rōne sue partis. s. materie. ¶ Mihi aūt pro nunc videt̄ dicen
dum ꝙ homo est cōpositus ex aīa ⁊ corpore nō solum tanq̄ ex dua
bus rebus tertia res: sed tanq̄ ex duabus partibus s̄m rem totū:
accipiendo corpus non vt est genus: sed vt significat partem: ⁊ ac-
cipiendo aīam precise: vt diffinitur scđo de anima. Significat aūt
corpus sic acceptū compositum ex materia ⁊ perfectiōe corporea T. c. 6.
precise. Anima vero perfectionem vitalem precise. Probatur in-
tentum sic. corpus differt realiter ab anima: ⁊ non vt totū a parte.
ergo vt pars a parte. probat̄ media: qr totū cōfuse saltem includit
partem. corpus aūt sic acceptum excludit aīam: vnde in diffinitio-
ne anime ponitur corpus vt subiectum deferens animā: vt ibi di-

est sanct. Tho. Prima propositio ex se est euidens et ab omnibus concessa:consequentia autem ex sufficienti diuisione robur trahit: oportet enim vel vt totum a parte:vel vt pars a parte:corpus realiter differre ab anima:si realiter differunt:homo igitur est compositus ex corpore z anima tanq̃ ex partibus realiter distinctis:quod erat intentum.Et aduerte q̃ corpus pars cum importet corporeitatem precise extra ipsam est identitas perfectionis corporee ad animam: seu perfectionem vitalem : accidit enim(accidente extraneo)corpori precise q̃ eius perfectio sit idem cum anima:per se enim prescindit animam:z ideo per se loquendo subtiliter dictum est hominem componi realiter ex anima et corpore. Unde secundum hoc ad obiectionem deductam : dic q̃ licet perfectio corporea seu forma corporeitatis sit eadem realiter anime : corpus tamē aliud est realiter ab anima:z ipsa perfectio corporea per se loquendo non est eadem realiter ipsi anime : imo ipsam excludit precise acceptam:z ideo corpus et animam cum precisione per se loquendo realiter partes ipsius hominis conceduntur esse. Huic responsioni fauent verba text. vbi assignatur pro causa dicti precisio anime a significato corporis.Quod diximus de corpore et anima respectu animalis dicere poterís de animali z anima intellectiua respectu hominis:de corpore et forma lapidis respectu lapidis:z sic de alijs semper accipiendo terminos precise pro partibus : licet non consuetum sit dici inanimata componi ex corpore et forma specifica sicut animata ex anima et corpore propter latentem differentiam inter corporeitatem et formam inanimatorum : et etiam quia forma animatorum eleuat compositum ad hoc q̃ moueat seipsum oportuit in ipso distinguere partem mouentem z partem mota:animam.s.z corpus:quod non inuenitur in formis inanimatorum.

Aduerte Secundo q̃ sanct. Tho.ad clarificandam mi- norem dicit q̃ homo non est ex animali et rationali: sicut ex duabus rebus tertia res:sed sicut intellectus tertius ex duobus intellectibus. ¶ Ubi sciendum q̃ genus species et differentia possunt accipi tripliciter. ¶ Primo modo pro re significata per nomen genericum specificum et differentiale prime intentionis. ¶ Secundo modo pro conceptu formali talium nominum.¶ Tertio modo pro re significata per eorum nomina secunde intentionis:verbi gratia, animal homo z rationale possunt accipi primo pro re significata per hec nomina:secundo pro conceptibus eorum formalibus:tertio pro relationibus generis speciei et differentie:primo modo nec species nec diffinitio est composita ex genere et differentia eo q̃ res significata per speciem et diffinitionem est eadem realiter cum re significata per genus et differentiam: idem enim non componitur ex seipso.Tertio modo similiter nec species nec diffinitio est composita ex genere et differentia eo q̃ relatio speciei relatiue apponitur relationi generis (vt dicitur a Porphyrio.) Nullum autem correlatiuum componitur ex suo correlatiuo : et vniuersaliter non apparet quomodo relatio possit componi ex alijs relationibus : vnde sicut relatio quam significat hic nomen propositio non est composita ex relatione predicati ad subiectum : sed est relatio attributa ab intellectu ipsi complexo ex predicato et subiecto : ita relatio diffinitionis est relatio attributa tali formato conceptui in prima operatione intellectus explicanti distincte genus et differentiam.

¶ Secundo vero modo tam species q̃ diffinitio est composita ex genere et differentia : conceptus enim formalis speciei integratur ex conceptu formali generis et conceptu formali differentie tanq̃ ex duabus partibus : verbi gratia,conceptus formalis hominis est aggregatum quid ex conceptu formali animalis et conceptu formali rationalis.Quod ex supradictis sic deducitur: ex eo enim q̃ ostendimus genus et differentiam et speciem differre in significato formali liquet q̃ conceptus formalis animalis est conceptus perfectionis sensitiue : et conceptus formalis rationalis est conceptus perfectionis intellectiue : et conceptus formalis hominis : est conceptus vtranq̃ perfectionem complectens ex illis tanq̃ conceptus tertius illorum adunatione formatus : et sic homo est ex animali et rationali tanq̃ intellectus tertius ex duobus intellectibus : id est tanq̃ conceptus tertius ex duobus conceptibus et non tanq̃ res ex duabus rebus : et quia nulla pars vt pars predicatur in recto de suo toto : ideo intellectus siue conceptus formalis animalis non predicatur in recto de intellectu id est conceptu formali hominis. Ista enim est falsa: conceptus formalis hominis est conceptus formalis animalis:quia conceptus formalis hominis aggregat totum ex intellectiua et sensitiua perfectionis coniunctum : conceptus vero formalis animalis non nisi partem : scilicet perfectionem sensitiuam dicit(licet vt supra dictum est secundum conceptum seu significatum materiale et formale simul totum dicat)homo ergo secundum suum formalem intellectum seu conceptum acceptus non est animal neq̃ rationale:sed ex animali et rationali. Et sicut dictum est de homine qui est species:ita dicito de animali quod est diffinitio:animal enim rationale secundum suũ formalem cōceptum:nō est animal neq̃ rationale:sed ex animali z rationali : differt namq̃ formalis conceptus animalis rationalis a conceptu formali animalis:z a conceptu rationalis sicut totum a partibus.

Hoc autem Quod dictum est , conceptum formalem scilicet speciei z diffinitionis componi ex conceptibus formalibus generis z differentie potest dupliciter intelligi.Uno modo de conceptu mentali. Alio modo de conceptu obiectali formaliter sumpto.Si primo modo adhuc dupliciter intelligi potest.Uno modo de conceptu mentali fm esse subiectiuũ: seu fm id quod est.Alio modo de illo fm esse representatiuum: cō ceptus mentalis speciei fm id quod est non est compositus ex cō ceptibus mentalibus generis z differentie fm id quod sunt:eo q̃ omnes sunt qualitates simplices : nec possunt distingui in plures partes componentes. Non enim est imaginandum cum intellect9 format conceptum diffinitionis hominis scilicet animal rationale:eo q̃ formet plures cōceptus:sed vnum tantum:qui est quedã simplex qualitas:distincte singulas representantem : sicut et in re extra:res diffinita est habens rem generis et differentie absq̃ cōpositione reali:vnde hoc primo modo dictum nostrũ non est verum: conceptus vero mentalis speciei fm esse representatiuum formaliter acceptus est compositus ex conceptibus mentalibus generis et differentie fm esse representatiuum formaliter acceptis sicut idolum representans totum ex idolis partium : homo enim in mente representat aggregatum ex perfectione sensitiua et intellectiua: animal vero in mente formaliter non representat nisi perfectionē sensitiuam,rationale autem non nisi intellectiuam:vnde hoc modo verificatur dictum nostrum.Conceptus alit obiectalis speciei formaliter sumptus cum nil aliud sit q̃ significatum formale conceptus mentalis eiusdem est cōpositus fm rõnem ex cōceptibus obiectalibus generis z differentie formaliter acceptis:sicut significatum formale ipsi est compositum fm rationem ex significatis formalibus generis z differentie(vt supra ostensum est.)vnde homo acceptus vt est obiectus conceptui mẽtali suo.s.specifico non est animal neq̃ rationale:sz ex animali z rationali:accipiendo etiã animal z rationale fm q̃ obiecta sunt suis mentalibus conceptibus:vt ostendit falsitas huius propositionis.obiectũ formale speciei est obiectum formale genericum siue differentiale : dicit enim homo vt sic aggregatum ex perfectione sensitiua et intellectiua:animal vero vt sic non nisi vnam partem aggregati:scilicet sensitiuam naturam:z rationale:vt sic nõ nisi alteram partem scilicet intellectiuam perfectionem:manifestum est autem q̃ aggregatum non est aliquod aggregatorum : vnde et hoc modo dictum nostrum veritatem continet : et est maxime ad propositum. Et sic animal quo ad rem importatam nec est pars nec totum respectu hominis z animalis rationalis : quo ad significatum vero materiale z formale simul est totum: quo ad significatum formale autem est pars tam obiectaliter q̃ representatiue sumptum. Unde cũ dico,homo est animal rõnale:si res ipsa solum attendaf:nec partis nec totius ratio saluabif:si vo res ipsa sic significata.s.implicite includẽs inferiora inspiciatur:totius ratioñe habet : si autẽ res ipsa sic significata attẽdatur fm id quod explicite includit vt sic:partis ratioñe sortitur pp̃ter quod animal ponif in diffinitione hominis:vt res:res enim de re predicatur vt totũ:qz p̃dicaf in recto:z vt pars qz additur differentia que aliud explicat zc. ¶ Quo supra diximus de specie dicito de diffinitione:seruato semp eo qd dicif primo phy sico.tex.cõ.v.s.q̃ diffinitio diuidit in singula:nõ autem species. ¶ Nec fallaris nostra dicta in hac materia legens et supra(qm supra)per concepum formalem cõceptum mentalem distinctum contra obiectalem accepimus : in hac materia vero per intellectum seu conceptum formalem tam mentalem conceptum q̃ obiectalem formaliter sumptum intelligi volumus.

¶ Quamuis autem genus significet totam essentiam speciei,non tamen oportet vt diuersarum specierum,quarum est idem gen9,sit vna essentia:quia vnitas generis ex ipsa indeterminatione vel indifferẽtia p̃cedit:nõ autẽ ita q̃ id quod significaf per genus,sit vna natura numero in diuersis speciebus cui superueniat res alia q̃ sit differẽtia determi-

Marginal notes: 8.z.c.4. — 6.6 ph. — T.c.5. c.1.q.2.

minãs ipsum: sicut forma determinat materiam que est
vna numero: sed qꝛ genus significat quandam formam: ta
men non determinate hanc vel illam quã determinate dif
ferentia exprimit que nõ est alia ꝙ illa que indeterminate
significabat per genus: et ideo dicit Cõmentator in .xi. me
taphy. ꝙ materia prima dicit̃ vna per remotionẽ omniũ
formarũ: sed genus dicit̃ vnum per cõitatem forme signa
te: vnde patet ꝙ per additionẽ differentie remota illa in
determinatione que erat causa vnitatis generis remanent
species diuerse per essentiam.

cap. 14

¶ In quarta parte capituli huius intendit excludere talem obie
ctionem. Quecũqȝ habent vnũ genus habent vnã essentiã: diuer
se species habent vnũ genus: ergo diuerse species habent vnam
essentiã: qd̕ est falsum: qꝛ species differunt essentialiter. maior pro
bat̃ ex eo ꝙ genus sm̃ predicta dicit totam essentiam specierum.
(Et licet ista obiectio faciliter solui posset dicẽdo ꝙ species habẽt
eandem essentiã generice: nõ tñ specifice) qꝛ tamen argumentũ al
tiorem difficultatem petit: ex altiori principio rñdere oportuit. In
ducta est enim hec obiectio ad concludendũ diuersas species ha
bere eandem essentiam simplr̃ et nõ generice: vt patet ex medio as
sumpto sic arguendo: ea quorũ tota essentia est vna habẽt eandem
essentiã simplr̃: diuersarũ specierũ eiusdem generis tota essentia
est vna. ergo diuerse species eiusdẽ generis habẽt eandẽ essentiã
simplr̃. minor patet ex eo ꝙ genus dicit totam essentiam specierũ:
et est vnũ in eis. ¶ Ad huius obiectionis exclusionẽ declarat quõ
genus est vnũ et innuit talem distinctionem: aliquid significat vnũ
dupliciter. Uno modo per positionem vnius determinate rei signi
ficate. Alio modo per indifferẽtiam seu indeterminationẽ pluriũ
rerum importatarum. primo modo genus nõ significat vnum sed
scdo modo. Illud enim primo modo significat vnũ cuius significatũ
sm̃ se acceptũ est vna aliqua natura et determinata: sicut hõ signi
ficat humanitatem que est certa et determinata natura. s. humana.
Illud aũt qd̕ significat vnũ scdo modo hȝ significatũ nõ aliquam
determinatã naturam: sȝ plures naturas indeterminate: sicut aial
significãs perfectionẽ seu naturã sensitiuã nõ significat aliquã cer
tam et determinatã naturã siue formã. nulla enĩ est in vniuerso for
ma que sit anima sensitiua sed quelibet est vel bouina vel leonina
vel humana &c. vnde dr̃. 7. physicorum. tex. com. 31. ꝙ iuxta genus
latent multa. et 10. metaphy. tex. com. 24. ꝙ natura generis diuer
sa est in speciebus. et primo de anima. tex. com. ꝙ ratio animalis sm̃
vnũquodqȝ animal est altera. est igitur genus vnũ secũdo modo.
vnde ad formam rationis dicitur sm̃ premissam distinctionem ꝙ
quorum est tota essentia vna primo modo, eorũ est essentia eadem
simpliciter. non autem quorum tota essentia est vna secũdo modo:
sicut est in proposito. specierum enim totam essentiam non adunat
genus nisi vnitate indeterminationis.

T. c. 31.
T. cõ. 24.

Aduertendum
autem est in litera appositã fuisse differentiam inter vnitatem generis
et vnitatem materie prime ad maiorẽ predictorũ euidentiã: quã et
differentiam ponit Cõmen. 12. metaphy. Commen. 14. vbi nota ꝙ
de materia cõtingit loqui duplr̃. Uno modo vt est quoddã totum
vniuersale respiciens hãc materiã vel illã vt partes subiectiuas: et
sic de ipsa modo nõ est sermo. idẽ enim est iudiciũ de eius vnitate et
de vnitate cuiuscȝ vniuersalis. Alio modo cõtingit loqui de ea so
litarie sumpta sm̃ se: nõ put est vniuersalis aut particularis: necȝ
prout est in hac specie vel illa: et sic de ea loquitur Commẽ. ibi: et s.
Tho. hic. Differunt ergo vnitas materie sic accepta: et vnitas ge
neris in hoc: ꝙ vnitas materie est vnitas numeralis fundata su
pra determinatam rem. vnitas vero generica est vnitas non nume
ralis sed indeterminationis fundata supra diuersas naturas inde
terminate. Cum autem audis vnitatem materie prime esse vnita
tem numeralem intellige negatiue non positiue. Dicitur enim ali
quod vnũ numero dupliciter: positiue scilicet et negatiue. Illud est
vnum numero positiue qd̕ est vnũ per positionem proprietatis seu
differẽtie numeralis: sicut sor. et hoc modo materia prima sm̃ se nõ
est vna numero: qꝛ nullã proprietatem indiuidualẽ includit. Illud
est vnũ numero negatiue qd̕ vniuersale eẽ non sit, est nõ plura nu
mero. hoc aũt est illud qd̕ nullũ distinctiuũ includit in se: vnde plu
ralitatẽ et numerũ habere queat: et hoc mõ materia prima sm̃ se est
vna numero: et talis vnitas numeralis fundat̃ supra determinatam
entitatẽ: et rẽ illẽ. s. q̃ est materia: q̃ nullũ distinctiuũ includit cũ ab oĩ
denudata sit actu cuius est distinguere: et ideo dicit Com. ꝙ mate
ria est vna per remotionẽ omnium formarum: qꝛ vnitatem suã ne
gatiue habet: ex hoc ꝙ nõ habet distinctiuas formas. Genus aũt
non esse vnum numero: necȝ positiue: necȝ negatiue proprie loquẽ
do ex eo patet: qꝛ vnitas numeralis tam positiue ꝙ negatiue fun
datur supra certam et determinatam rem: qd̕ in genere non inueni
tur. dicit enim genus plures naturas et res ex quibus numerari po
test. Sed et ꝙ genus sit vnum vnitate indeterminationis: ex eo pa
tet ꝙ nature plures per genus importate non adunantur in eius
significatione: nisi propter hoc ꝙ indeterminate significat eas. ani
mal enim ideo adunat in se equum bouem leonem &c. qꝛ non deter
minate explicat quis eorum sit habens perfectionem sensitiuam.
et ideo dicit Commen. ibi: ꝙ genus est vnum per cõmunitatem for
me signate. i. ex eo ꝙ communiter et non determinate formas signi
ficat. vnde et patet quomodo proposito. s. Tho. deseruit inducta
autoritas. si enim materia et genus in hoc differunt ꝙ materie vni
tas est per negationem formarum supra entitate determinata fun
data: et genus non est vnum nisi propter hoc ꝙ significat commu
niter plura. consequens est ꝙ genus non sit vnum nisi ex indeter
minatione: quod erat propositum.

vel. 8. ca. 14.

¶ Et qꝛ (vt dictum est:) natura speciei est indeterminata
respectu indiuidui: sicut natura generis respectu speciei:
inde est ꝙ sicut id qd̕ est genus prout predicatur de specie
implicite in sua significatione, quãuis indistincte. totum id
qd̕ determinate est in specie: ita id qd̕ est species sm̃ quod
predicatur de indiuiduo: oportet qd̕ significet totuȝ quod
essentialiter est in indiuiduo licet indistincte: et hoc modo
essentia speciei significatur nomine hominis. vnde homo
de sorte predicatur. Si autem significatur natura speciei
cum precisione materie signate: que est principium indiui
duationis: sic se habebit per modum partis: et hoc modo
significat nomen humanitatis: humanitas enim significat
id vnde homo est homo. Materia autem signata non est
illud: vnde homo est homo. et ita nullo modo cõtinetur in
ter illa ex quibus homo habet ꝙ sit homo. cum igitur hu
manitas in suo intellectu includat tantũ ea ex quibus ho
mo habet qd̕ sit homo. patet qd̕ a significatione eius exclu
ditur vel prescinditur materia determinata vl̕ signata. Et
qꝛ pars non predicatur de toto: inde est ꝙ humanitas nec
de homine: nec de sorte predicatur. vnde dicit Aui. ꝙ qui
ditas compositi non est ipsum compositum cuius est qui
ditas: quãuis et ipsa quiditas sit composita: sicut huma
nitas licet sit composita: non tñ est homo. imo oportet qd̕
sit recepta in aliquo qd̕ est materia signata. Sed qꝛ (vt di
ctũ est) designatio speciei respectu generis est per formas:
designatio aũt indiuidui respectu speciei est per materiã:
ideo oportet vt nomen significans id vnde natura generis
sumitur cum precisione forme determinate perficientis spe
ciem significet partem materialeȝ totius: sicut corpus est
pars materialis hoĩs: nomẽ aũt significãs id: vnde sumit̃
natura speciei cũ p̃cisiõe materie designate significat partẽ
formalẽ: et iõ humanitas significat̃ vt forma quedã. Et dr̃
ꝙ est forma totius: nõ quidẽ quasi superaddita partibus
essentialibus materie et forme: sicut forma domus super
addit̃ partibus integralibus eius. sȝ magis est forma que
est totũ. s. formã cõplectẽs et materiã: cũ precisione tñ eorũ
per que materia est nata designari. Sic ergo patet ꝙ essen
tia hoĩs significat̃ hoc nõie homo. et hoc nõie humanitas:
sȝ diuersimode vt dictũ est: qꝛ nomẽ hõ significat eã vt to
tũ inquãtũ. s. nõ precẽdit designationẽ materie: sȝ implicite
cõtinet eã: et indistincte sicut dictũ est ꝙ genus ɔtinet drĩã.
et iõ predicat̃ hoc nomẽ hõ de indiuiduis: sȝ hoc nomẽ hu
manitas significat eã vt ptẽ: nec cõtinet in sua significatiõe
nisi id qd̕ est hoĩs inquãtũ hõ: et precidit oẽm designationẽ
materie. vñ de indiuiduis hoĩs nõ predicatur. et ppter hoc

5. met. 5. post me.

quandoqꝫ hoc nomẽ essentia inuenitur predicatum de re: dicitur enim sortis essentia quedam ⁊ quandoqꝫ negatur: sicut dicimus ꝙ essentia sortis non est sortes.

¶ In hac quinta ⁊ vltima parte huiꝰ capituli comparat essentiā specificam ad indiuiduū ſm totalitatem partialitatem predicabilitatem ⁊ formalitatem. ¶ Ad quorum euidentiam aduertendum est ꝙ sicut supra de essentia generica dictum est ꝙ potest significari per modum totius ⁊ per modum partis: ita nūc dicitur ꝙ essentia specifica potest accipi vt significata nomine prime intētionis per modum totius ⁊ per modum partis. Per modum quidē totius sicut essentia humana significatur per (ly homo:) per modū vero partis sicut illamet significatur per (ly humanitas). Differt autē ipsa a se altero modo significata in hoc ꝙ significata per modum totiꝰ implicite includit indiuidua: significata vero per modū partis excludit illa a sui significatione. Quod sic declaratur exemplariter. homo cum significet habens naturam humanam implicite includit sub (ly habēs) omnia indiuidua humana: habens enim naturā humanā est quodcumqꝫ indiuiduū humanū: humanitas autem cum significet quo homo est homo: omne aliud ab humanitate excludit a ly quo: nullum enim aliud ab humanitate est quo homo est homo: et ideo cum principia indiuiduātia sint aliud ab humanitate (vt supra dictum est) sequitur ꝙ humanitas excludit principia indiuiduantia a sui significatione: ⁊ consequenter indiuidua q̄ sine indiuiduatione intelligibilia non sunt. sicut nec species absqꝫ differētia intelligi pōt: ⁊ cum pars vt pars non p̄dicetur de suo toto: omne autem p̄dicatum in recto habet rōnem totius: ideo essentia primo modo: id est per modū totius significata de indiuiduis in recto predicatur: significata vero per modum partis nequaqꝫ: et propter hoc illa est vera: sor. est homo: illa autem falsa, proprie loquendo: sor. est humanitas (vt Auicen. testatur) et sic iam patet proportio essentie specifice ad indiuiduum ſm tria: scilicet totalitatem partialitatem ⁊ predicabilitatem. ¶ Quo ad formalitatē vero declaratur apposita differentia inter essentiam genericā per modum partis significatam respectu speciei: et essentiam specificam per modū partis significatam respectu indiuidui. Differunt enī in hoc ꝙ illa est pars materialis speciei: ista vero est pars formalis indiuidui. Et ratio est: quia illa scilicet essentia generica cōparatur ad alterā partem speciei vt materia ad formam et perfectibile ad suam perfectionem: cū designatio seu determinatio generis ad speciem fiat per differentiam: que sumitur a specifica forma que perficit et complet perfectionem genericam: ista vero scilicet specifica essentia comparatur ad alteram partem indiuidui: vt forma ad materiam: et perfectio ad perfectibile: cum designatio seu determinatio speciei ad indiuidua fiat per materiam signatā: quam imperfectiorem esse specifica forma, qua essentia specifica sumitur: constat: et ideo animalitas est pars materialis hominis: humanitas vero est pars formalis sor. et dicitur ꝙ est forma totiꝰ non quasi superaddita ⁊c.

Cap. 2. · Cap. 5.

Ad euidentiam

horum verborum est notandum ꝙ forma totius ⁊ forma partis: vt in secūdo capitulo visum fuit: differūt realiter: nō sicut vna forma differt ab alia forma: puta albedo a dulcedine: sed sicut totum et pars: et ideo dicitur hic ꝙ forma totius non est quasi superaddita partibus. i. non est forma addita materie et forme: sicut forma domus est forma addita lignis lapidibus cemento et ceteris partibus: sed magis est forma q̄ est totum. i. ipsum cōpositum resultans ex partibus. Quod cū per modū partis formalis significatur: forma totius appellatur: eo ꝙ totius est complete certificatiuum ⁊ distinctiuum et determinatiuum: he enim sunt conditiones forme. Et residuum sermonis epilogus per se patens est. Caput iiij.

Cap. 2.

Viso quid significetur nomine essentie in substātiis compositis: videndum est quomodo se habeat ad rationem generis speciei et differentie: quia autem cui conuenit ratio generis speciei vel differentie: predicatur de hoc singulari signato: impossibile est ꝙ ratio generis vel speciei vel differentie conueniat essentie secundum ꝙ per modum partis significatur vt nomine humanitatis vel animalitatis. et ideo dicit Auicen. ꝙ rationalitas non est differentia, sed differentie principium, et eadem ratione humanitas non est species, nec animalitas genus.

5. meta. cap. 6. i principio.

In hoc

Quarto capitulo intendens determinare quo modo essentia substantiarū cōpositarū se habeat ad intentiones logicas. s. genus spēm differētiam: quatuor facit: primo sex cōclusionibus determinat intentum: scđo excludit quendā Auer. errorē: tertio excludit quandā aliā obiectionē: quarto rūdet cuidā tacite obiectioni. ¶ Pro intellectu prime partis notāde sunt due distinctiones. ¶ Prima est ista. Natura seu essentia substantie cōposite pōt tripliciter accipi: primo vt significata per modū partis: secundo vt per se existens separata a singularibus: tertio vt significata per modum totius. ¶ Scđa distinctio que est subdiuisio tertij membri est ista: natura substantie composite significata per modum totius pōt accipi tripliciter: primo ſm se: scđo ſm esse quod hꝫ in singularibus: tertio ſm esse quod habet in intellectu. ¶ His prelibatis: scias ꝙ ſm singula mēbra harum diuisionum ponit singulas cōclusiones: ſm prima q̄dē duo mēbra vtriusqꝫ diuisionis ponit quatuor negatiuas: ſm vero vltima vtriusqꝫ ponit duas affirmatiuas: ita ꝙ ſm quamlibet diuisionem primo ponit duas negatiuas: deinde tertiam affirmatiuā: ⁊ sic fiunt sex cōclusiones. ¶ Prima ergo ꝯclusio negatiua est. essentia substantie cōposite significata p modū partis sicut aīalitas humanitas rōnalitas nō est genus neqꝫ spēs neqꝫ differētia. quā ꝓbat sic: tam genꝰ q̄ʒ spēs q̄ʒ drīa p̄dicatur in recto de hoc particulari supposito: puta sorte: essentia substantie cōposite significata per modū partis non predicatur in recto de hoc particulari supposito: ergo essentia taliter significata nō est genus: nec spēs: nec differētia: omnes ꝓpositiones patent (ex p̄cedēti cap.) ⁊ ideo dicit Auicen. ꝙ rōnalitas que significat per modum partis nō est differētia: sed p̄ncipiū differētie: ⁊ similiter aīalitas non est genus: sed gñis p̄ncipium: ⁊ humanitas nō est species sed speciei principiū sicut albedo est principium albi: ⁊ pars est principium eius cuius est pars.

Cap. 3. 5. meta. cap. 6. i principio.

¶ Similiter etiam nō potest dici ꝙ ratio generis speciei differentie conueniat essentie secundum ꝙ est quedam res existens extra singularia: vt Platonici ponebant: quia sic genus et species non predicarentur de hoc indiuiduo: non enim potest dici ꝙ sortes sit hoc: quod ab eo separatum est. Nec separatum illud proficit in cognitione huius singularis signati.

¶ Hic ponitur scđa cōclusio negatiua essentia substātie cōposite per se nō in singularibꝰ exñs nō est spēs seu genꝰ. Et ꝓbat eā duplici rōne. Primo sic: genus seu species predicatur de hoc particulari essentia per se subsistens non in singularibus nō predicatur de hoc particulari: ergo essentia p se subsistens non in singularibus nō est genus seu species: maior patet: minor probatur sic: subiectū est id quod in recto de eo predicatur: sortes non est homo separatus: ergo sortes nō est subiectum respectu hois sepati: ergo homo separatus nō predicatur de sorte: qđ erat assumptū in minore. Secūdo sic: genus seu spēs est id quo indiuidua cognoscuntur: essentia per se subsistens non in singularibus non est id quo indiuidua cognoscuntur: ergo essentia per se subsistēs non est genus neqꝫ spēs: maior patet: ex eo ꝙ vnūquodqꝫ per suum genus spēm differētiā cognoscitur. Minor ꝟo ex eo ꝙ vnūquodqꝫ cognoscitur quidditatiue per id quod est in eo: ⁊ non per id quod non est in eo.

¶ Et ideo relinquitur ꝙ ratio generis vel speciei vel differentie conueniat essentie ſm ꝙ significat per modū totius vt nomine hominis vel animalis prout implicite ⁊ indistincte continet totum hoc quod in indiuiduo est.

¶ Hic ponitur tertia ꝯclo affirmatiua: essentia substātie composite signata per modū totiꝰ est spēs genus vel drīa ⁊c. ꝓbatur sic. genꝰ spēs seu differētia substātialiter continet ⁊ implicite totū qđ est in indiuiduis: essentia sustantie cōposite non nisi significata per modū totius cōtinet implicite totū esse indiuiduorū: ergo essentia substantie cōposite significata p modū totius est genus vel spēs vel differētia. Propōnes oēs (ex p̄cedēti cap.) patent: vbi diximus genus spēm differentiā ꝯuenire in hoc ꝙ significāt totū qđ est in inferioribus: ⁊ sua abstracta excludere ea que sunt in inferioribus: est igitur animal genus homo species rationale differentia.

Cap. 3.

¶ Natura autem vel essentia sic accepta potest dupliciter considerari. Uno modo ſm naturam ⁊ rationem propriam: et hec est absoluta consideratio ipsius: et hoc modo nihil est verum de ea dicere, nisi ꝙ conueniat sibi ſm ꝙ huiusmodi. Unde quicquid aliorū sibi attribuitur falsa

est attributio. verbi gratia homini in eo ꝙ est hō conuenit rationale ꝛ animal ꝛ alia que in eius diffinitione cadunt. Album vero vel nigrum vel qdcunq; hmōi qd non est de rōne humanitatis non conuenit homini in eo ꝙ est homo. Ideo si queraꝛ vtrū ista natura possit dici vna vel plures: neutrū cōcedendum est: qꝛ vtrūq; est extra intellectum humanitatis: ꝛ vtrūq; potest sibi accidere. Si enī pluralitas esset de ratione eius nunq̄ posset esse vna: cū tñ vna sit ſm ꝙ est in sorte. Similiter si vnitas esset de intellectu ꝛ rōne eius: tūc esset vna ꝛ eadē natura sortis ꝛ platonis. nec posset in pluribus plurificari. Alio modo cōsideraꝛ ſm ꝙ hʒ in se in hoc vel in illo: ꝛ sic de ipsa predicaꝛ aliquid per accidens ratione eius in quo est: sicut dicitur qd homo est albus: qꝛ sortes est albus: q̄uis homini non conueniat in eo ꝙ est homo. Hec autem natura habet duplex esse. vnum in singularibus: aliud in anima: ꝛ ſm vtrunq; consequunꝛ accidentia dictā naturam: ꝛ sic in singularibus habet multiplex esse ſm diuersitatem singularium, ꝛ tamen ipsi nature ſm propriam considerationem. s. absolutam, nullū istorum esse debet. falsum enim est dicere qd natura hominis inquātum hmōi habeat esse in hoc singulari. si enim esse in hoc singulari conueniret homini inquātum est homo, non esset vnq̄ extra hoc singulare. Similiter. si conueniret homini inquātum est homo nō esse in singulari, nunq̄ esset in eo. Sed verum est dicere ꝙ homo inquātū est hō nō hʒ ꝙ sit in hoc singulari vel in illo. patet ergo qd natura hois absolute considerata abstrahit a quolibet esse, ita qd non fiat precisio alicuius eorum, ꝛ hec natura sic cōsiderata est, que predicatur de omnibus indiuiduis.

¶ Hic anteq̄ ponaꝛ quarta conclusio inchoaꝛ scda diuisio supra posita cuius terminos opʒ predeclarari ad intellectū cōclusionū. ¶ Natura per modū totius significata (ſm naturā seu rōnē propriā: vel ſm se) idem sonat ꝙ natura cōsiderata ſm eas cōditōes siue ea predicata que cōueniūt sibi ex sua diffinitione seu in primo mō dicendi per se. ¶ Natura vero ſm esse in singularibus idē sonat ꝙ natura cōsiderata ſm eas cōditiōes siue ſm ea predicata q̄ cōueniūt sibi ex hoc ꝙ in singulari vel in singularibus esse habet. ¶ Natura aūt ſm esse in intellectu idē sonat ꝙ natura cōsiderata ſm eas cōditiones siue illa predicata que cōueniunt sibi ex hoc ꝙ hʒ esse in intellectu. Differūt aūt quadrupl'r vt ex textu colligiꝛ. cōditiōes cōueniētes nature ſm has diuersas acceptiōes: eo ꝙ cōditiōes debite nature ſm se sunt predicata essentialia. hō. n. ſm se nō est nisi aial rōnale. cōditiōes vero debite nature reliquis duobus modis sunt predicata denoīatiua. h. n. nō est res illa que conuenit ei ex esse in singularibus: sʒ ab ea denominaꝛ. non. n. hō est albedo que cōuenit ei ex hoc qd est in sorte: sʒ ab ea denominaꝛ albꝰ. Silr homo non est res illa que cōuenit ei ex esse in intellectu: puta relatio vniuersalitatis aut speciei: sʒ denoiaꝛ ab ea vniuersalis: ꝛ spēs. Et lʒ hic duo vltima mēbra in hoc cōueniāt ꝙ attenduntur penes predicata denominatiua: differunt tamen qꝛ predicata denominatiua que conueniunt nature ſm esse in singularibus aliquid ponūt reale supra ipsam sicut album addit supra hominem naturam albedinis: que est ens reale. predicata vero denominatiua que conueniūt rei ſm esse in intellectu nihil ponūt reale supra naturā ipsam: sed denominationem negatiuam aut relatiuam ſm aliquam relationem rōnis. Cum. n. dico. homo est species. ly species. nihil reale addit supra hominem: sed solā relationē rōnis qua respicit suum genus. species. n. generis est species. ¶ Scdo differunt istius diuisionis posite membra in hoc ꝙ natura absolute sumpta nec est vna numero: nec plures numero. si. n. esset vna numero non posset reperiri in pluribus numero: qd patet esse falsum: eo ꝙ natura humana est in sorte ꝛ platone. cōsequentia probaꝛ sic. natura ſm se est vna numero. ergo non pōt esse distincta numero. ergo non pōt reperiri in pluribus numero: qd erat intentū. Prima cōsequentia harum ex eo est clara: qꝛ impossibile est alicui conuenire oppositum eius qd cōuenit ei ſm se: sicut impossibile est homini cōuenire irrationale, distinctio aūt numeralis est opposita vnitati numerali: ꝛ ideo si natura ſm se habet vnitatem numeralem nūq̄ habere pōt distinctionem numeralem. Similiter probatur ꝙ natura ſm se nō sit plures numero: sequereꝛ. n. naturam humanā non esse in sor. qꝛ non posset habere vnitatem numeralem: ex. quo vendicat sibi ſm se distinctionem numeralem. Natura autē ſm esse in singularibus vnitatem ꝛ distinctionem numeralem sortitur: propterea nāq; homo est vnus numero: qꝛ sortes est vnus numero: ꝛ propterea homo est distinctus numero in pluribꝰ: qꝛ sortes ꝛ plato sunt distincti numero. ¶ Tertio differunt in hoc qꝛ natura ſm se sumpta nullum esse sibi vendicat. s. nec esse in singulari aut singularibus: nec esse in intellectu: nec etiam vendicat sibi non esse in singulari ꝛ singularibus: aut non esse in intellectu: qd patet ex eisdem fundamētis. si. n. esse in singulari esset de ratione sua nunq̄ extra illud inueniretur: cum nihil inueniatur extra id qd est de eius ratione. similiter si esse in singularibus esset de eius ratione: non posset in vno inueniri: qꝛ in vno natura existens non est in pluribus. similiter si esse in intellectu esset de ratione eius: nunq̄ posset extra intellectum reperiri. eodem modo si non esse in singularibus aut singulari esset de eius ratiōe, nunq̄ posset habere esse in aliquo singulari: ꝛ si nō esse in intellectu esset de eius ratiōe: nunq̄ posset habere esse in intellectu: ex illo fundamento: nulli potest conuenire oppositum qd est de ratione sui: vnde natura absolute sumpta ab omni esse ꝛ non esse abstrahit sine precisione idest nec includit: nec excludit aliqd huiusmodi esse vel non esse. Natura autem tam scdo q̄ tertio modo accepta: alterum illorum esse includit ꝛ alterum excludit: vt de se patet. homo enim ſm ꝙ est in singularibus non est in intellectu ꝛ ecōtra: ſm qd est in intellectu nō est in singularibus. ¶ Quarto differūt: qꝛ natura per modum totius significata ſm se sumpta est ea que predicatur de indiuiduis cum dicitur sortes est homo. Natura autem sumpta tam prout est in singularibus: q̄ prout in intellectu non predicatur de indiuiduis: qd declaratur sic. Id predicatur de indiuiduis: qd attribuiꝛ illis in propositione: sed natura absolute accepta ꝛ non ſm esse in singularibus: neq; ſm esse in intellectu attribuitur indiuiduis in propositione. ergo natura absolute sumpta ꝛ nō ſm esse in singulari vel in intellectu predicatur de indiuiduis: maior est nota ex terminis: minor declaratur exemplariter cū dico sortes est homo: sensus propositionis est: sortes est animal rationale: ita ꝙ in ista propositione nihil attribuitur sorti nisi esse animal rationale: que sunt conditiones nature humane absolute accepte: vt patet. non enim cum dico sortes est homo: attribuo sorti aliqd debitum nature humane ex esse in singularibus. aut ex esse in intellectu: neq; attribuo sorti habere naturaꝫ humanam cū aliquo addito: sed tantum attribuo sorti habere naturam humanā seu esse animal rōnale: que sunt vt dictū est cōditiōes nature humane ſm se accepte. Natura igiꝛ primo modo sumpta est que predicaꝛ de indiuiduis ꝛ non natura scdo ꝛ tertio modo.

In hoc Loco anteq̄ vlterius procedaꝛ: dubia quedā examināda sunt. Circa predicta dubiū est. Primo circa primam differentiam assignatam in eo qd dictum est ꝙ nature ſm se sumpte nō insunt nisi predicata quiditatiua. hoc enim patiꝛ difficultatem tum propter transcendentia: tum propter quedā predicata negatiua. si. n. transcendentia que sunt ens res vnū aliquid verū ꝛ bonū conuenire asseranꝛ nature absolute sumpte erūt predicata quiditatiua. etsi sic ponenꝛ in diffinitione. nulla. n. diffinitio est completa nisi omnia predicata quiditatiua includat. transcendentia aūt in diffinitione poni oēs negāt. ¶ Confirmatur cōsequētia ex dictis. s. Tho. in litera vbi habeꝛ ꝙ que insunt nature absolute sunt de diffinitione illius. Si aūt transcendētia dicanꝛ nō cōuenire nature absolute: tunc homo ſm se sumptus nō est aliquid: nec res nec vnum quid: qd omnino negatur.

De predicatis Uero negatiuis occurrit difficultas talis: qꝛ negatiōes naturarū disparatarū si cōueniūt nature absolute erūt pdicata quiditatiua: ꝛ sic negatio erit de diffinitiōe substātie. Si aūt cōueniunt nature ſm esse in singularibus vel in intellectu: tūc accipiēdo hoiē absolute: ista erit falsa: homo nō est leo: qd videtur irrationabile.

Ad horum Dissolutionē cōsiderādū est prio quō trāscēdētia se habeāt ad naturas rerū supra quas cadūt. vt aūt supra in qōne de significatiōe entis tactū fuit: nullum trāscēdentiū importat aliū gradū: seu aliā naturā a gradibus seu naturis eorū quibus apponunꝛ. cum. n. dico. ens hō: vnus homo: res homo: verus hō: bonus hō: aliqd homo: nullū aliū gradū ab humanitate significo: sed ipsam humanitatem diuersis modis. ly enim ens significat humanitatē prout hʒ esse. ly vnus. illā prout nō est diuisa formalr. ly res: illam prout ratitudinē habet: vtpote non

cap. i. q. 2.

ex intellectu fabricata: ly bonum: ipsam prout perfectiua est appetitus. ly verum: ipsam: vt perfectiua est intellect⁹: ly aliquid: ipsam vt aliud quid est ab alijs. Simili modo est dicendū accepto quocumq; gradu generico: vt fallaciter exemplo manifestari potest.

Considerandum Est secundo ꝙ cum primū inter transcendētia sit ens (eo ꝙ eius ratio ceteroꝝ rationes preuenit) ⁊ omnia cōuertantur cum ente tanꝙ eius passiones cum declaratum fuerit quomodo ens cōueniat naturis rerum planum erit de ceteris. Scotus ergo primo senten. distinc. tertia quest. tertia: opinatur ens esse vniuocum et predicari (inquit) de omnibus inferioribus exceptis vltimis differentijs. Et primum quidem horum tanꝙ per se notū supponens secundi duplicem rationem reddit. ¶ Primo quia si differētie includant ens vniuoce dictum de eis: ⁊ non sunt omnino idem: oportet ꝙ sint diuersa aliquid idem entia: ⁊ consequēter sequitur ꝙ differentie vltime sunt proprie differentes: ⁊ sic habent alias differentias et non sunt vltime. ¶ Secūdo quia sicut ens compositum in re est compositum ex actu et potentia: ita conceptus compositus per se vnus est cōpositus ex conceptu actuali ⁊ potentiali determinabili ⁊ determinā te. Sicut ergo resolutio compositi in re stat ad simpliciter simplicia: scilicet actum vltimum ⁊ potentiam vltimā: ita ꝙ actus nihil potentie: et potentia nihil actus includat: ita resolutio conceptus debet stare ad conceptus simpliciter simplices actualem ⁊ potentialem determinabilem tantum ita ꝙ nihil determinantis includat: et determinantem tantum: ꝙ nihil determinabilis includat: tales sunt conceptus entis ⁊ vltime differentie: ergo vltima differentia non includit formaliter ens.

Margin: Scot. 1. dist. 3. q. 3. in sol. q. 3. vt s̄. dictū est. c. 2. q. 3. prima rō.

Contra Primum arguitur: quia sequeretur ꝙ ens poneretur in diffinitione: contra Aristot. octauo metaphysi. text. com. xvj. ¶ Preterea: sequitur ꝙ esset nugatio in diffinitione: vt supra in questione de vniuocatione entis deduximus. ¶ Contra secundum dictum arguo sic. Omne id de quo formaliter sumpto predicatur in secundo modo passiones entis includit in se formaliter ens: sed de vltima differētia formaliter sumpta predicantur in secundo modo passiones entis: ergo vltima differentia includit in se formaliter ens. Minor patet quia vltima differentia est per se vna et intelligibilis. Maior probatur sic: omne formaliter includens medium proprium a priori per quod demōstrant passiones entis includit in se formalr ens: patet ista qr entis conceptus est illud medium. Sed omne id de quo formaliter sumpto predicantur in secundo modo passiones entis includit in se formaliter medium per quod tales passiones de eo sunt demōstrabiles: ergo omne tale includit formaliter ens. Patet ista minor: quia implicat oppositum. Si enim a. formaliter non includit propriū medium concludendi. b. quomodo de. a. formaliter sumpto erit a priori demonstrabile. b. ¶ Secundo arguo: ⁊ in idem redit. Omnis passio conueniens pluribus formaliter sumptis conuenit eis ratione alicuius communis in eis formaliter inclusi: cui illa passio primo conuenit: sed vnitas vel intelligibilitas est passio conueniēs omnibus vltimis differentijs formaliter sumptis: ergo conuenit eis ratione alicuius communis formaliter inclusi in eis cui primo conuenit: tale autem est ens: ergo omnes differentie vltime includunt ens. Minor est per se nota. Maior est Aristotel. primo posteriorum. ¶ Nec potest dici ad maiorem ꝙ sufficit subiectum denominatiue includi in eis quibus formaliter sumptis cōuenit passio illi⁹ subiecti. Quia cū tota ratio quare passio alicuius insit alteri: sit participatio illius subiecti primi: si alicui formaliter sumpto inest passio: eidem formaliter sumpto inest et subiectum: ⁊ si formaliter sumptum subiecti expers est: quomodo formaliter sumptū illius passionem habere potest. Vt arguatur sic: id quod formaliter sumptum a se subiectum excludit: etiam a se passionem excludit: sed vltime differentie formaliter sumpte non excludunt a se passiones entis in secundo modo: ergo nec excludunt ens in primo modo. ¶ Nec patiantur aures tue audire responsionem Francisci de maytonis dicentis regulam adductam posteriori sticam Aristotel. non tenere in transcendentibus. Voluntaria enim et destructiua totius metaphysice glossa est. ¶ Ad rationes autem Scoti dicitur ꝙ cum tam prima ꝙ secunda supponant ens habere conceptum obiectiuum vnum simpliciter nihil concludit. ¶ Dicitur secundo ad secundam ꝙ argumentum a simili claudicat: licet enim sit similitudo quo ad aliquid inter compositum naturale et intellectuale: dissimilitudo tamen est magna in proposito: quia partes compositi naturalis mutuo se excludunt: quia quedam res speciales sunt: partes autem compositi intellectualis non possunt mutuo se excludere: quia altera (puta ens) est adeo vniuersalis vt nihil possit eam subterfugere.

Margin: T. c. 16. c. 2. q. 3. rōne. 2. T. c. 12. Primo sen. q. 6. q̄ q̄rit verum a simpliciter simplicibus possit abstrahi aliquis cōceptus cōmunis in fi.

Auicenna Autem Alpharabius et Algazel vt testatur Albertus in postpredicamentis: cap. ix. opinantur ꝙ ens non cōueniat nature absolute sumpte. Unde dicūt hanc consequentiā non valere: homo est substantia: ergo homo est ens: eo ꝙ ens significat aliquid additum essentie rei: quod non est de eius ratione: quod expresse etiā de Auicen. refert Commētator quarto metaphysice. cōmēto. iij. ⁊ x. metaphysice. cōmento. viij.

Margin: Cap. 9. Cap. 3. Cap. 8.

Sanc. Tho. Autem cuius est opus quod exponendū suscipimus super quarto metaphy. lec. ij. supra tex. com. iij. ⁊ super. x. lec. secunda: supra tex. com. viij. expresse in hoc reprehendit Auicen. vnde sententia eius non est censenda eadem opinioni Auicenna: licet difficile sit videre in quo differat ab ea: cum ipse teneat nullum aliud a deo esse ens per suam essentiam: sed per aliquid additum sue essentie: et expresse dicat in quolibet. ij. quest. ij. arti. primo: ens non esse predicatum essentiale: et in primo contra Gen. cap. xxvj. dicat ens non cadere in cōceptu substantie: quod est genus generalissimum. ¶ Propter quod a quibusdam dicitur ꝙ ens dupliciter sumitur: scilicet nominaliter et participialiter. Et ꝙ ens nominaliter quidditatiue ⁊ intrinsece de omnibus predicatur: sic enim vnumquodq; est ens per essentiam suam. Ens vero participialiter cum idem sonet ꝙ existens non est predicatum quidditatiuum: sic enim nihil aliud a deo est ens per essentiam suam: vnde secundum istos ens nominaliter conuenit nature absolute: non autem ens participialiter. Addunt quoq; ꝙ ens nominaliter est diuisum in decem predicamenta: et est transcendens conuersum cum alijs: proprie loquendo: non ens secundo modo: et ideo reprehensibilis erat Auicen. qui hanc distinctionem pretermisit. ¶ Mihi autem aliter dicendum occurrit. Dico enim ꝙ ens participialiter est id quod est transcendens: diuisum in decem predicamenta. Quod ex eo patere potest ꝙ sanctus Thomas prima parte quest. v. et. vj. et in quest. de veritate: quest. xxj. ostendit bonum: quod etiam diuiditur in decem predicamenta (vt dicitur primo ethicorum.) conuerti cum ente participialiter non nominaliter vt clare patet ex duobus. ¶ Primo ex eo quod dicit ꝙ cum bonum et ens conuertantur sicut res est ens: ita bona: sed non est ens per essentiam suam: ergo nec bona: in quo processu vt fallacia equiuocationis vtetur: non nisi de ente participialiter est sermo. Secundo ex eo quod dicit: Id quo res formaliter est bona non esse ens: quod dictum de ente nominaliter falsum est: quia esse actualis existentie: quo res est ens et bona: est ens nominaliter. Ens igitur quod conuertitur cum homo quod est transcendes: diuisum in decem predicamenta est ens participialiter. ¶ Sz in entis nomine duo aspici possunt: scilicet id a quo nomē entis sumitur: scilicet ipsum esse quo res est. Et id ad quod nomē entis impositum est: scilicet id quod est. Supra enim (in principio operis) dictū est: ens significare id quod est in quolibet predicamento: et in hoc differre ab essentia que significat id quo res in predicamento reponitur. Unde primo physic. text. com. xiij. Aristotel. loco ly ens. ponit ly quod est. Auicen. ergo attendens ad id quo res est: vnde nomen entis sumptum est: dixit simpliciter, ens esse predicatum extra essentiam rei. sanct. Tho. vero intuens id quod est: ad quod nomen entis impositum est, Auicen. non adhesit. Nanq; ipsum quod est non predicat aliquid extra essentiam rei. Insuper aduertens ꝙ ipsum quo res est: scilicet actualis essentia: non est extranee nature ab ipso quod est: sed per principia propria ipsius quod est constituitur inter predicata accidentalia: ens annumerare noluit: hoc enim non potest asseri de quocumq; alio extra essentiam rei. Nihil enim extra essentiam rei per propria principia ipsius rei constituitur nisi rei existentia. Quodcumq; enim aliud per principia propria alterius generis constituitur: scilicet genus proprium et differentiam propriam: et vniuersaliter propria illius predicamenti principia. Ipsum autem existere: non nisi per genus et differentiam et principia ipsius quod est constituitur. Et hec est ratio qua sanct. Tho. arguit Auicen. quarto metaphysice: vbi supra. vnde ens predicatum de aliquo puta homine: cum non trahat hominem extra proprium genus et propriam differentiam: nec ratione ipsius quod est: nec ratione ipsius quod est substantiale predicatum esse relinquitur cum Aristotel. et Commentatore: vbi supra: licet non sit omnino eodem modo substantiale quo predicata illa que in diffinitione cadunt. His prelibatis: ad dubium dico ꝙ transcendentia non sunt predicata propria nature secundum suam absolutam considerationem neq; secundum esse in singularibus: neq; secūdum esse in intellectu: sed sunt predicata communia nature quomodolibet accepte: conuenien=

Margin: Circa T. c. 3. Circa T. c. 8. Quoll. 2. q. 2. art. 1. ꝯ̄ Gen. c. 26. Primo per. q. 5 ar. 1. ad primū de veri. q. 21. c. 7. vide cō. hui⁹ doc. et poste. c. 6. i p̄n. ⁊ circa mediū. Duo includūt i p̄dicamento entis. c. primo in p̄nc. T. c. 13. Discordia vtz S. D. ⁊ Auic. Circa T. c. 3. T. 2. c. 3 Ad dubiū primū principale.

tia non solum concomitatiue: sed ⁊ causaliter. Et de natura quidem tam secundo ꝙ tertio modo accepta patet. ex hoc enim ꝙ homo in singularibus inuenitur entis: vnius rei: ⁊ reliquorum rationem habet. Similiter ex hoc ꝙ habet esse in intellectu ens est aliquo modo indiuisum ⁊c. debetur enim sic sibi aliquod esse (licet rationis.) De natura autem primo modo sumpta: ex dictis patere potest: ⁊ ex eo ꝙ in quocunqꝫ inuenitur posterius transcendens: inuenitur ⁊ prius. Manifestum est autem de posterioribus transcēdentibus: que sunt vnum: res: aliquid ⁊c. ꝙ conueniunt nature absolute. Unde de homine absolute loquendo. ista est vera. homo est ens. Unde ⁊ s. Tho. dicit super. 10. meta. vbi supra. ꝙ ens predicat naturas decem generum: sm ꝙ sunt actu vel potentia: ⁊ non tantū sm ꝙ sunt actu.

Circa T. c. 8.

¶ Ad rationem in dubio tactam qua dicebatur. si sic. ergo transcendentia essent ponenda in diffinitione. ¶ Dicitur primo ꝙ nō oportet omnia predicata essentialia poni in diffinitione: sed ea tantum que explicant alium gradum essentialem diffiniti: qualia non sunt transcendentia: de quibus dictum est ꝙ eundem gradum predicant: quem genus vel differentia importat. Unde. 8. Meta. tex. Commen. 16. dicit Aristo. ꝙ ideo nec ens ponitur in diffinitionibus, nec vnum: qꝛ ens statim est vnumquodqꝫ. diffinitio enim completa tunc est: cum omnes rei gradus explicantur a prima potentia vsqꝫ ad vltimum actum intrinsecum: qḋ sine transcendentibus: que nullum gradum addunt: fit.

S. ca. j. q. 2. fi. T. c. 16

¶ Dicitur scḋo de ente ꝙ qꝛ ens importat aliquo modo ipsum esse: qḋ pertinet ad questionem an est: ⁊ non ad questionem quid est: ideo a predicatis quidditatiuis aliqualiter declinat. ¶ Ad dictum. s. Tho. dicitur ꝙ transcendentia duo habent: ⁊ ꝙ in nulla diffinitione ponantur ratione dicta: ⁊ ꝙ in quolibet conceptu includantur. vt dicitur de ente. 3. Meta. tex. Commen. 10. qḋ scḋm ideo dictum arbitror: qꝛ transcendentia quemlibet gradum comitantur: ⁊ ideo conceptui nulli desunt. Et sic dico ꝙ ea que nature absolute conueniunt in cuius ratione cadunt conueniunt rei in eo ꝙ talis. homo enim in eo ꝙ homo est ens: res aliquid ⁊c. Ex his diligens lector habes vnde diuersa dicta sancti Tho. sane intelligere debeas.

Immediate supra. T. c. 10

¶ Quo ad predicata negatiua vero dicitur breuiter ꝙ negationes ille possunt dupliciter accipi. formaliter scilicet ⁊ fundamentaliter. Si formaliter falsum est qḋ conueniant nature absolute. per opus enim intellectus attribuuntur ei. cum negationes entia rationis sint. Si fundamentaliter. cum negatio super affirmatione fundetur. conceditur esse predicata quidditatiua: sed sic sumpte: nihil aliud sunt quam genus ⁊ differentia propria. Fundamentum enim negationum naturarum disparatarum de homine nihil aliud est quam natura hominis. ex hoc namqꝫ ꝙ homo est animal rationale: non est leo neqꝫ bos ⁊c.

Ad secundū dubiū ḋ negatiuis p̄dicatis

Questio. vj.

Optima ⁊ subtilissima.

Dubium Secḋo est circa dictum. s. Tho. in litera in assignatione secunde differentie. quo dicitur qḋ natura absolute sumpta nec vnitatem nec pluralitatem habet.

¶ Uidetur enim hoc esse impossibile cum id quod vnum non est: diffinibile non sit. vt dicitur septimo Meta. text. Commen. 13. imo nec intelligibile. vt habetur quarto Metaphy. text. Commen. 10. Et si vnitatem nature absolute habere concedatur, qualis sit illa vnitas non est facile assignare: cum non numeralis sit (vt declaratum est) nec specifica: nec generica: cum he, ex intellectu fiant: nec analogica vt de se patet. homo enim non est vnum analogice. Nec etiam facile quisquam dicet, an vnitas illa sit realis: an non. ¶ Ad euidentiam huius dubitationis quinqꝫ facienda sunt. Primo videndum est quid sit vnitas quelibet. Secundo vnde habeat vnitas realitatem. Tertio quomodo vnitas quelibet sit, extra animam. Quarto respondendum est dubitationi mote. Quinto quedam obiectiones excludende sunt.

T. c. 13. T. c. 10.

In expositione lre.

Quo ad primum sciendum est ꝙ cum vnum nihil addat supra ens: nisi priuationem diuisionis: ita quod vnum nihil aliud est quam ens indiuisum: vt dicitur quarto Metaphy. text. Commen. 3. Unitas quelibet nihil aliud est quam rei indiuisio. Et quia quelibet priuatio per suum habitum cognoscitur: ideo vnitas que indiuisionem sonat: ex natura diuisionis quam priuat, cognosci debet: ⁊ sm diuisionis multiplicitatem: multiplicitatem vnitatis accipere oportet. ¶ Considerandum est igitur ꝙ diuisio est duplex: quedam est materialis per principia indiuiduationis causata. quedam est formalis que per essentialia principia fit. Et hec habet latitudinem: quia quedam est per essentialia principia propria. Quedam vero per principia essentialia communia. ⁊ hoc iterum habet latitudinem sm ꝙ principia essentialia communia sunt magis ⁊ minus communia. verbigratia. Inter sortem ⁊ platonem est diuisio numeralis ⁊ non formalis: quia non causatur distinctio eorum ex essentialibus: sed indiuidualibus principijs. Inter sortem vero ⁊ hunc leonem. dato ꝙ leo ⁊ homo essent sub eodem genere proximo: est diuisio formalis per essentialia principia propria: vltimas, scilicet differentias tantum. Inter sortem vero ⁊ hanc plantam est maior diuisio formalis per principia, scilicet essentialia communia sorti ⁊ multis alijs speciebus: scilicet sensibile ⁊ insensibile. Inter sortem vero ⁊ hunc lapidem est diuisio formalis adhuc maior per communiora principia. scilicet per animatum ⁊ inanimatum. Et sic semper ascendendo intenditur diuisio formalis: adeo ꝙ inter sortem ⁊ hanc albedinem est maxima diuisio formalis: vtpote per propria ⁊ communissima principia essentialia. scilicet substantiuum ⁊ dispositiuum modos entis predicamentorum constitutiuos. ¶ Similiter per omnia de vnitate dicendum est. Unitas enim est duplex. Quedam numeralis ⁊ quedam formalis. Unitas numeralis attenditur penes priuationē diuisionis numeralis. Unitas autem formalis attenditur penes priuationem diuisionis formalis. ⁊ hec habet latitudinem. Quedam enim priuat diuisione formali omnino causabili per principia propria ⁊ cōia. ⁊ hec est vnitas formalis simpliciter. Quedam vero priuat diuisione formali non simpliciter: sed taliter causabili. s. per principia communia. ⁊ hec est vnitas formalis sm quid: ⁊ habet latitudinē sm ꝙ diuisio priuata causabilis est a magis ⁊ minus communibus principijs essentialibus. verbigratia, sortes est vnus numero: quia non est per materiales differentias in se distinctus. Homo est simpliciter vnus formaliter: qꝛ nō compatitur secum diuisionem formalem quācunqꝫ. Animal vero est vnum formaliter inquantum non compatitur secum diuisionē per sensibile ⁊ insensibile: non tamen habet vnitatem simpliciter: quia compatitur secum diuisionem per rationale ⁊ irrationale. Corpus vero est minus vnum formaliter: est enim vnum: qꝛ non est in se diuisum per corporeum ⁊ incorporeum. Est autem minus vnum, qꝛ compatitur secum diuisionem formalem maiorem: scilicet per animatum ⁊ inanimatum. Ens autem minime vnum est. Unum quidem est pro quanto non est in se diuisum proportionaliter. Minime vero pro quanto tantam diuersitatem formalem cum sua vnitate compatitur. Ex his patet primum: quid scilicet sit vnitas quelibet: quia scilicet vnitas est indiuisio: ⁊ talis vnitas est talis indiuisio. i. diuisionis priuatio: ita ꝙ nihil aliud est dicere, Sortes est vnus numero: idest sor. est ens carens diuisiōe numerali. Homo est vnus formaliter: idest homo est ens carens, diuisione formali. hec de primo.

Quo ad Scḋm est sciendum ꝙ ens reale dupliciter accipitur. Uno modo vt distinguitur contra ens ab intellectu fabricatum. Alio modo vt distinguitur cōtra nō existēs actu. Primo modo omnis res predicamētalis est ens reale siue sit siue nō. Scḋo modo id tm̄ qḋ realiter existit extra causas suas est ens reale. Et qꝛ hoc proprie est ens reale apud sanctum Thomam dicentem in questionibus de potentia dei. q. 3. ar. 5. ad scḋm: ꝙ res antequam existat est nihil. ⁊ est sententia hec conformis Aristoteli in predicamentis dicenti ꝙ destructis primis substantijs: impossibile est aliquid remanere: ideo vnitas sicut ⁊ cetera realitatē habet proprie loquendo: pro quanto ipsa existit actu extra animam ⁊ causas suas. hec de secundo.

Potentia. q. 3. ar. 5. 2. in p̄dicamento substantie.

Quo ad Tertiū ppono tres propositiōes. ¶ Prima est. quelibet vnitas supradicta tam scilicet numeralis quam formalis existit extra animam. ¶ Secunda est: nulla vnitas communis extra animam pluribus suppositaliter distinctis existit in rerum natura. ¶ Tertia est: omnis vnitas formalis existens extra animam multiplicatur realiter ad multiplicationem ipsarum rerum. ¶ Prima propositio est adeo manifesta qḋ nullus sane mentis potest eam negare. In sorte enim preter omnem intellectus operationem apparet vtraqꝫ vnitas. Caret enim in seipso diuisione numerali ⁊ formali causabili per principia propria ⁊ communia: et sic indiuisionem numeralem ⁊ formalem habet. Unde in sorte non est sola vnitas numeralis sed formalis multiplex secundum multitudinem predicatorum quidditatiuorum: et sicut non sola indiuidualitas sortis est extra animam sed quodlibet eius predicatum quidditatiuum: ita non, sola vnitas numeralis: sed quelibet eius vnitas formalis extra animam dicenda est esse.

probat prima propositio.

Ad intelligentiam Uero secunde est notandum ꝙ res potest intelligi cōmunis extra animam dupliciter. Uno modo positiue. Alio modo negatiue. Illa res est cōis positiue, que indiuisa manēs in pluribus

probat secūda propositio.

suppositaliter distinctis invenitur. Illa vero est communis negative que nulli supposito est propria. Primo modo rem cõmunem nullam recolo asserentem dari extra animam nisi essentiam divinã fm fidem Christianam. Secundo modo videtur a quibusdã poni res extra animam communis de quibus sermo erit infra: ⁊ qr hoc alienum a veritate mihi videtur: ideo de tali cõmunitate intelligẽdo secundam propositionem probo dupliciter. *In hac qõne.* ¶ Primo sic. nulla res exigens quiditatem solitarie inveniri extra animam existit in rerum natura: sed unitas communis extra animam negative pluribus suppositaliter distinctis est res exigens quiditatem solitarie inveniri extra animam. ergo nulla unitas communis extra animam pluribus suppositaliter distinctis existit in rerum natura. Maior sic probatur. Nullum exigens ad suum existere aliqd impossibile invenitur: sed quiditatem extra animam solitarie inveniri est impossibile. oportet enim ipsaz esse in aliquo supposito. ergo id qd exigit ipsam solitarie inveniri nunq̃ existit in rerum natura. Minor autem probatur sic. Id qd exigit quiditatem non propriaz alicui supposito extra animam exigit ipsam solitarie existentem. Sed unitas communis extra animam pluribus suppositaliter distinctis exigit quiditatem non propriam alicui supposito. ergo unitas cõmunis extra animam pluribus suppositaliter distinctis exigit quiditatem solitarie inveniri in rerũ natura. Huius preallegati premisse note sunt ex terminis. maior quidem: qr quiditas non proprie alicui supposito necessario est solitarie. si .n. nõ est solitarie est in aliquo supposito: ⁊ si est in aliquo supposito: est propria illi. Minor vero patet: qr commune ⁊ proprium sunt opposita: commune enim includit negationem proprij ⁊ econverso. Statim enim ut res appropriata est alicui communis negative esse desinit: eo q negatione appropriatiõis caret: ⁊ statim ut communis negativa est appropriata alicui non est: eo q negationem appropriationis habet. Oppositum ergo predicati infert oppositũ subiecti in utraq; premissa. ¶ Preterea scdo probo sic. Omnis res existens in rerũ natura est res particularis. Nulla unitas communis extra animam pluribus suppositaliter distinctis est res particularis. ergo nulla talis unitas est in rerum natura. Maior est nota ex communi peripatheticorum sententia. Minor probatur sic. Omnis res particularis est alicui uni supposito propria: aliter non esset particularis. Nulla unitas communis extra animam pluribus suppositaliter distinctis est alicui uni supposito propria. Hoc patet ex terminis. ergo nulla talis unitas est particularis. ¶ Tertia propositio probatur sic. *probat tertia propositio.* Quotiescunq; aliqua duo sunt convertibiliter idem realiter: multiplicato realiter uno multiplicatur ⁊ reliquum: sed res una ⁊ unum sunt convertibiliter idem realiter. ergo multiplicata realiter multiplicabitur realiter ⁊ eius unitas. Sed pluralitas numeralis est realis. ergo plurificata re numeraliter plurificabitur ⁊ eius unitas. unde in sorte ⁊ platone sicut sunt due corporeitates animalitates ⁊ humanitates: ita sunt due unitates formales sequentes corporeitates: ⁊ due sequentes animalitates: et due sequentes humanitates. Oportet enim fm numerum predicatorum essentialium esse numerum unitatum formalium in quolibet individuo. Sicut enim quodlibet predicatum quidditativum dat aliquid esse: ita dare oportet aliquam unitatem, unum enim et ens idem sunt, ut dicitur quarto meta. tex. cõ. 3. ¶ Ex his patet tertiũ: quomodo scilicet unitates habeant esse extra animam: quia sunt non communes: sed particulate ⁊ multiplicate numeraliter iuxta numerum individuorum quorum sunt. Hec de tertio. *T. cõ. 3.*

Respõdet ad q. principalē. **Quo ad** Quartum dico q natura absolute sumpta habet unitatem quandam: ut efficaciter concludit ratio adducta: que est sancti Tho. in tractatu de natura generis. ¶ Et quando queritur aut illa unitas est numeralis aut specifica. Dico quod est unitas formalis que alia est a numerali: sicut divisio formalis alia est a materiali. Nec illa unitas formalis est specifica aut generica formaliter: sed est fundamentum unitatis specifice et unitatis generice. He enim unitates formaliter ab intellectu fiunt: alia vero omnem actum intellectus prevenit. Quod autem in litera dicitur quod natura absolute sumpta nec est una nec est plures: intelligendum est de unitate ⁊ pluralitate numerali. *l hac. q.*
¶ Ad id vero quod dubitationi additur: an ista unitas sit realis, aut non, dico quod secundum se est realis primo illorum modorum: quos (supra) posuimus: accipiendo ens reale sicut et natura ipsa absoluta sumpta: et sicut natura secundum esse in singularibus est ens reale secundo modo: ita unitas illa que semper naturam comitatur in particularibus posita est realis vere ⁊ proprie. Idem enim est iudicium de natura et eius unitate. Hec de quarto.

Quo ad Quintum duo dubia propria occurrunt. ¶ Primum est circa scdam propositionẽ in qua dictũ est q nulla est unitas cõmunis extra aiam. ¶ Secundũ est circa id quod nunc dictũ est: qua s. alietate sit alia unitas formalis a numerali in sorte. ¶ Contra primũ enim instatur sic. Quecũq; suppositaliter distincta sunt unum formaliter extra animam: habent aliquã unitatẽ cõmunẽ eis extra aiam. sor. ⁊ pla. sunt unũ formaliter extra aiam, ergo sor. ⁊ Pla. habẽt aliquã unitatẽ sibi cõmunez extra aiam. Maior ex eo videt manifesta q si aliqua suppositaliter distincta sunt unũ in eo in quo sunt unũ nõ distinguunt: ⁊ sic illud unum est commune utriq; extra aiam ex quo sic sunt unum. ¶ P. humanitas que est in sorte quantum est ex se, non est determinata ad sor. vel Pla. ergo unitas formalis humanitatis que est in sor. quantum est ex se: est communis negative sorti ⁊ Platoni. cõsequentia est nota: qr etiam unitas formalis non est determinata quantum est ex se ad sor. ⁊ Platonem. Antecedens autem de se est manifestum: datur ergo extra animam aliqua unitas communis negative pluribus suppositaliter distinctis.

Circa Secundum dubium videtur q inter unitatẽ formalẽ ⁊ unitatẽ numeralẽ in sorte existentẽ sit alietas realis qr quarumcũq; privationum habitus distinguuntur realiter: ipse quoq; distinguunt realiter: sicut qr visus ⁊ auditus distinguũtur realiter: cecitas etiam ⁊ surditas realiter differunt: sed unitatis formalis et numeralis habitus distinguuntur realiter, ergo ⁊c. patet ista: quia divisio formalis et divisio numeralis adeo distinguuntur q in reb⁹ separatis a materia formalis sine numerali inveniatur: et in istis inferioribus individua eiusdẽ speciei numeralem divisionẽ absq; formali habeãt. ¶ Ad opposita vero respiciẽti apparebit q sit alietas rõnis tm: qr sicut se hz natura formalis ad naturã individualẽ: ita unitas formalis ad unitatẽ numeralẽ: sed natura formaliter sumpta est eadẽ nature numeraliter sumpte: et non nisi ratione ab ea distinguitur: ergo unitas formalis est eadem realiter unitati numerali: ⁊ non nisi ratione ab illa est alia.

Pro dissolutione Primi dubij nota q aliqua duo suppositaliter distincta esse unum formaliter cõtingit dupliciter. ¶ Uno modo per hoc q illa duo adunentur in aliquo extra animam cõmuni utriq; indiviso in utroq; illorũ. ¶ Alio modo p hoc q illa duo habent mutuã negationem inter se divisionis formalis. Exemplum primi non invenio in rerum natura: nisi (ut dictum est) fm fidem christianam in trinitate. Exemplum secundi: invenitur in omnibus individuis eiusdẽ speciei. Sor. enim nullo intellectu cõsiderãte habet hãc negationẽ: scilicet q nõ est divisus a Platone formaliter: et Plato similiter non est divisus a sorte formaliter: et quia ad eos esse unum formaliter: nihil aliud requiritur q̃ esse indistinctos formaliter: ideo simpliciter verum est sortem et Platonẽ esse unũ formaliter extra animam. Committitur ergo fallacia consequentis in argumẽto a superiori ad suum inferius affirmative: esse enim unum formaliter est supius ad habẽtia aliqd cõmune indivisum in eis extra aiam et ad habentia duas naturas cũ mutua negatione divisionis formalis. Non enim est imaginandum sor. ⁊ Plato. esse unum formaliter: quia cõveniant in aliquo in quo non distinguuntur extra animam: sed ideo quia uterq; negatione divisionis formalis ab altero gaudet. Unum enim formaliter nihil aliud est q̃ non divisum formaliter. Et quod dicimus de unitate formali simpliciter inter sortem et Platonem intellige de unitate formali secundum quid inter sor. et hunc leonem: et hunc lapidem ⁊ hanc intelligẽtiam ⁊c. Sicut enim quia sor. ⁊ Plato habent duas naturas inter quas nõ cadit divisio formalis: ideo sunt indistincti formaliter simpliciter extra animam: ita quia inter sortis et huius leonis naturas non cadit divisio formalis talis qualis nata est causari per sensibile et insensibile. ideo sor. et hic leo sunt indistincti formaliter secundum quid. Ita etiam quia inter sor. et hunc lapidem non est divisio formalis per corporeum et incorporeum, ideo sor. et hic lapis sunt indistincti formaliter secundum quid: ita quoq; quia inter sortem et Gabrielem non est divisio formalis, quia nata est causari per modos entis: scilicet per se et in alio: ideo sortes et Gabriel sunt indistincti formaliter fm quid: et consequenter sunt unum formaliter absq; omni opere intellectus: iam enim pluries dictum est, unum idem sonare quod ens indivisum. ¶ Ad secundum dico q aliud est dicere: natura humana existens extra animam fm se est communis pluribus negative seu indifferens negative. Et aliud est dicere natura humana existẽs extra animã est cõmunis pluribus seu indifferens negative, prima enim est vera: secũda vero est falsa. Et veritas prime patet ex supradictis: ubi diximus q *In hac quest.*

rature q̄ est extra aiam (puta natura fortis) fm se .i. solitarie sumpta nō est determinata, neq̄ appropriata alicui: et cōsequenter est indifferēs seu cōmunis negatiue. Falsitas aūt scđe patet ex eo q̄ ois ꝓpositio est simpliciter falsa, in qua pdicatū repugnat subiecto ratione conditionis explicite importate in illo: sicut ista est simpliciter falsa, ignis nō approximatus combustibili comburit: qꝛ comburere repugnat igni non approximato passo. Sed illa ꝓpositio secunda .s. natura existēs extra animam est communis pluribus negatiue: est huiusmodi, ergo ista est falsa.

Ad euidentiam Dūnosus scito q̄ cum dico natura fm se, seu natura absolute, dico duo .s. naturam et solitudinē: et eius cōditionem. Similiter cū dico natura existēs extra aiam, dico duo .s. naturam et particularē existentiā sibi coniunctā et eius conditionē. Unde aliqd cōuenit siue repugnat nature absolute ratione nature: et aliqd ratione solitudinis. Similiter aliqd cōuenit siue repugnat nature existenti extra, ratione nature et aliqd ratione associationis eius ad particulare. Cū igitur cōmunitas negatiue que est predicatum in proposito ne nostra nō conueniat nature absolute ratione sui .s. nature: qꝛ nō est eius predicatū quidditatiū: sed conueniat ei ratione explicite conditionis per ly (fm se) seu ly (absolute) que est solitudo. Ex hoc enim natura est cōmunis negatiue: qꝛ solitarie accipit absq̄ determinatione ad hoc vel illud. Oportet q̄ repugnet nature sub oppo sita conditione sumpta ratione illius opposite cōditionis. Explicat autem conditionem oppositā solitudini natura existēs extra: eo q̄ explicat coniunctionem eius ad particularem existentiam: que solitudinem illius tollit. Et ideo communitas negatiue repugnat nature existenti extra: non ratione nature: sed ratione conditionis explicite per ly existēti extra aiam: et consequenter propositio illa in qua subiectum erat natura existens extra: et predicatum erat cōmunitas negatiue est simpliciter falsa. Statim enim vt natura perdit solitudinē: communitatē quoq̄ perdere cogit. Amittit aūt solitudinē q̄ꝑmum in alio est. ¶ Unde apparet respōsio ad argumentū q̄ licet tam natura q̄ vnitas formalis quantū est ex se .i. solitarie sit cōmunis negatiue. Ipsa tn̄ existens (extra) non est cōmunis: sicut ipsa: quantum est ex se non est cum alio. Ipsa tn̄ existens extra necessario est cum alio: et sic non licet inferre. Ipsa quantum est ex se non est cum alio, ergo ipsa existens extra nō est cum alio: ita non licet inferre. Ipsa quantum est ex se: est communis negatiue, ergo ipsa existens extra: est communis negatiue. Utrobiq̄ enim idem peccatum accidit: et est fm fallaciam accidentis. Et si hoc intuitus fueris: videbis in quo differt positio Scoti in secundo sen. di. 3. q. 1. a positione nostra: et vnde in talem opinionem incidit. Dicit enim ipse naturam specificam: puta humanitatem ratione sui sequi hec duo: scilicet vnitatem formalem et communitatem negatiuam: seu indifferētiam ad plura numero. Dicit nāq̄ in fine illius questionis: q̄ non oportet querere causam: quare natura sit communis: qꝛ natura ipsa est causa sufficiens sue cōmunitatis: sed bene oportet querere causam: quare sit singularis: qꝛ non ex se est singularis: et ideo sicut extra animam inuenitur natura vna formaliter: ita inuenitur natura cōmunis pluribus. Nos aūt in primo nō dissentimus: sed in secundo. Dicimus enī naturam ratione sui sequi vnitatem formalē: sed cōmunitatem negatiuā fatemur nō sequi eā ratione sui: sed ratione solitudinis sue: sicut singularitatē sequi eā diximus ratione associationis eius ad existentiam, et qꝛ conditio solitudinis nō cōuenit nature ratione sui: nec ratione ipsius esse: qđ habet extra animā: sed ratione intellectus: qui natus est adunata diuidere: ideo ante oēm actum intellectus nulla cōmunitas in natura inuenit: et sicut q̄renda est causa: vnde habeat natura esse solitariū: et esse extra: qꝛ de se neutrum habet: ita querenda est causa: vnde habeat naturam cōmunitatē et singularitatem: de se enī neutrū habet. ¶ Causa autem vnde falsitas in hac Scotica processit opinione: videt duplex. ¶ Prima est equiuocatio illius termini (ex se) seu (de se). Potest enim vtrumq̄ eorū accipi dupliciter. Uno modo positiue: et sic dicit aliquā habitudinem cause. Alio modo negatiue: et sic dicit solitudinem .i. non cum alio, et primo modo intellexit naturam esse communem ex se: ita q̄ ipsa est sibi sufficiens causa sue cōmunitatis: vt ex verbis eius ibi patet: cum tamen debuisset intelligere secundo modo: natura enī ex se .i. non cum alio est indifferens et communis: sicut qn̄ dicitur: natura ex se est sola, ly (ex se) nō dicit aliquam causalitatem: sed tātum negationem coniunctionis cum alio. ¶ Secunda causa est distantia inter propositionem negatiuam et affirmatiuā de predicato infinito: reduplicatione addita. Licet enim ex affirmatiua de predicato infinito sequaf negatiua: et econuerso, vt dicitur in scđo

Scot. 2. di. 3. q. 1

Causa duplex erroris pessimi Scotistarum.

Scđa.

perihermenias, qn̄ non sunt reduplicatiue: cū reduplicatione tñ licet ex affirmatiua de pdicato infinito, sequaf negatiua de pdicato finito: non tn̄ econtra. Hanc enī homo in eo q̄ homo nō est albus: nō sequit ista: homo in eo q̄ homo est nō albus. Si enī homo in eo q̄ homo esset nō albus: nunq̄ homini contingi posset albedo: qꝛ qđ conuenit alicui fm q̄ ipsum, conuenit ei semp necessario et p se. Apparet aūt in hoc defecisse manifeste ꝓcessum Scoticū: cum enī cōmune negatiue idē sonet q̄ nō ꝓpriū argumētatus est sic, natura: puta humanitas: inquantum talis non est ꝓpria alicui, ergo humanitas inquantū humanitas est non ꝓpria: vbi expsse patet defectus pdictus. Et q̄ sic processerit: patet ex suo processu. Cōclusio enī sua est affirmatiua de pdicato infinito cū concludat ergo natura ex se est cōmunis .i. non ꝓpria. Antecedēs vero est negatiuū .s. natura non est de se hꝰ .i. ꝓpria alicui. Similiter patet ex alio processu quē ibi inducit .s. humanitati sor. ratione sui nō repugnat esse in alio, ergo humanitas sor. ex se est communis: vbi aperte patet predictus defectus. Reduplicationem enī in primo processu sonat ly (ex se: seu de se) in secundo ly (ratione sui tc.) Et hoc est valde notandū in hac materia: et in materia de vniuersalibus: eo q̄ hinc oia pendent. Attentum ergo oportet esse q̄ hec ꝓpositio, natura ex se est cōmunis: si debet esse vera: oportet q̄ tam (ly ex se) q̄ (ly communis) teneaf negatiue fm viam nostrā et veritatem: et tunc idē est: ac si dicaf, natura non cū alio sumpta: est non ꝓpria alicui: qđ patet esse verum. Scđm vero Sco. (ly ex se) tenetur positiue et male: et sensus est. Natura ratione sui siue inquātum talis est non ꝓpria alicui: quod est manifeste falsum.

¶ Attentio: adhuc sic: quod aliud est dicere natura puta humanitas: inquantum huiusmodi non est ꝓpria alicui. Et aliud est dicere humanitas: inquantum huiusmodi est non ꝓpria seu cōmunis quod idem sonat in proposito. Prima enim est vera: quia humanitati in eo quod humanitas non conuenit quod sit appropriata alicui. Secundum vero patet esse falsum ex eadem radice: quia humanitati in eo quod humanitas non conuenit quod sit non appropriata alicui. Abstrahit enim ab vtroq̄ scilicet ab esse proprio: et ab esse non proprio. Si enim humanitas in eo quod humanitas esset non appropriata: nunquam humanitas esset appropriata alicui quia vt dictum est ex primo posteriorum, qđ conuenit alicui secundum q̄ ipsum presupponit de omni necessarium et per se. Quod autem nature ratione sui non conueniat ista communitas, licet supra indirecte probatum fuerit, vbi duabus rationibus deducta est falsitas istius propositionis, vnitas existens extra animam est communis pluribus suppositaliter distinctis. Ad falsitatem enim huius sequitur falsitas illius: quia quod non conuenit rei extra animam non conuenit ei ratione sui. Directe tamē nunc probo sic. Omne quod sequitur aliquam naturā ratione sui: predicatur simpliciter .i. sine aliqua additione de supposito illius nature: sed communitas sequitur naturam humanā per te ratione sui, ergo communitas predicaf simpliciter .i. sine aliqua additione de supposito nature humane. Processus bonus in tertio prime, conclusio aūt est falsa, ergo altera premissarum: non maior vt declarabitur, ergo minor: que est positio tua. Falsitas conclusionis patet: qꝛ ista est simpliciter falsa, sor. est communis pluribus et si addatur (ly ex se) adhuc est falsum dicere: sor. ex se est communis pluribus. Ueritas maioris declaratur sic. Quod sequitur naturam ratione sui: aut est passio: aut modus: aut predicabile per se: aut per accidens: aut separabile: aut inseparabile. Modo omnia ista: si comitantur naturam ratione sui: ita se habēt q̄ sicut natura pdicaf essentialiter de indiuiduo: puta homo de sor. ita ista pdicāturi denominatiue i suo ordine de ipsomet iduiduo: vt ps discurrēdo. ¶ Et confirmatur hoc qꝛ in proposito nostro naturam humanam sequuntur vnitas formalis et cōmunitas ratione sui (fm te). Unde neutrius est alia causa querenda nisi natura ipsa. ergo sicut vnitas formalis predicatur simpliciter de sor. ista enim est simpliciter vera, sor. est vnus formaliter: ita communitas predicabitur de sor. simpliciter dicendo, sor. est communis. Hoc est falsum, ergo tc. Que natura est maior ratio de vnitate q̄ de communitate: et quare eorum que sequuntur naturam ratione sui: alia predicentur de indiuiduis: alia non. Non enim erit facile fingere randeo Scoti: quas ibi facit: qꝛ non concludunt communitatem dari extra animam: sed vnitatem: ideo superfluum iudicaui adducere. Si que autē ex eis: aut ex positis ab eodem in septimo meta. ad communitatem probandam adducerentur non erit difficile sumere responsionem ex dictis ad duas illarum hic inductas.

Cap. 1. Text. 3.

T. c. 11. i hac. q.

Ad secundum dubiū.

Ad secundi dubij Euidentiam sciendum q̄ vnum cum dicat ens indiuisum: in-

portat aliquid positiuum: ⁊ aliquid priuatiuum. Si loquamur de vnitate formali ⁊ vnitate numerali substantiali: quo ad propositū quod important sic sunt idem realiter: ⁊ distinguuntur sola ratione. Sic idem realiter sunt sor. ⁊ homo: ⁊ ratione distinguuntur: eo quod eadem res est que est vna formaliter ⁊ numeraliter. Si autem loquamur de his vnitatibus quo ad priuationes diuisionum importatas: sic dico quod distinguuntur realiter: dummodo non fiat vis in hoc qꝺ distinctio realis sit passio entis realis: eo qꝺ alia priuatio est priuatio diuisionis formalis: ⁊ alia est priuatio diuisionis numeralis. Sicut alia est diuisio formalis: ⁊ alia est diuisio numeralis. Nec inconueniens in vno esse plures vnitates substantiales realiter distinctas: quo ad priuationes importatas: esset autē impossibile in vno esse plures vnitates substantiales realiter distinctas quo ad res positiuas quas important. Unde vtriusqꝫ rationis adducte conclusio concedenda est diuersimode loquendo: nec aliter respondere est opus.

[Dubiū tertiū.]

Dubium est Tertio circa assignationem quarte differentie: nō enī videtur verum ꝙ natura absolute sit illa que predicatur de indiuiduis: qꝛ natura absolute sumpta, nō est vniuersalis: neqꝫ communis. In huiusmodi autem propositionibus: sor. est homo: ⁊ sor. est animal: ⁊ similibus predicatur vniuersale: et superius de particulari ⁊ inferiori. Similiter etiam cum queritur: an ista predicatio: sor. est homo: sit equalis de equali: vel inferioris de inferiori: non videtur posse responderi: tenendo quod natura absolute predicatur cum illa: nec equalis: nec superior sit. ¶ Ad hoc dicendum est quod sicut in natura extra est considerare ipsam rationem agendi: et est considerare conditionem eius sine qua non operatur. Uerbi gratia in colore consideratur natura eius: ex qua est visibilis: ⁊ consideratur particularitas que est cōditio sine qua non est visibilis. Ita in natura predicabili est considerare duo. s. id quod predicatur ⁊ attribuitur subiecto: ⁊ conditionem sine qua non attribuitur illi. Sicut in hac propositione sor. est homo: id quod attribuitur subiecto est ipsa natura humana: ⁊ nihil aliud. Conditio vero sine qua ly homo, non predicatur de sor. est esse vniuersale superius commune: vel aliud huiusmodi: vt enim infra patebit: ⁊ habetur ab Aristo. septimo metaph. tex. com. 46. Nulla res predicatur nisi vt habet esse in intellectu: eo quod predicatio ab intellectu dependet. Unde ad dubium dico quod natura secundum suam rationem est id quod predicatur de ipso indiuiduo. Est enim predicatio rei de re. Superioritas tamen et vnitas et cetera huiusmodi sunt conditiones eius. Et ideo ad interrogationem an in illis predicationibus sit predicatio equalis vel superioris: dico quod est predicatio superioris. ¶ Nec obstat quod superioritas non insit nature absolute que predicatur: quoniam non dicit san. Tho. quod nature absolute: prout abstrahit ab omni esse: cōueniat hec cōditio. s. predicatio de indiuiduis: sed dicit quod rei cui cōuenit illa conditio: est natura absolute ⁊ nō aggregatum ex natura ⁊ esse in intellectu seu in singulari. Nō enim cū dico, sor. est homo. est sensus. sor. est homo ḡm esse in intellectu: aut in singulari: aut superiori: aut equali: sed sor. est habens humanitatem.

[in fi. h9 capl'i. t.c. 46.]

¶ Unde valde attendenda est distinctio inter id quod predicatur et conditionem predicati: qua non attenta forte decepti sunt dicentes absolute ex hoc textu haberi ꝙ ista. homo est aīal: nec est predicatio supꝉioris: nec inferioris: nec equalis. Sensus ergo lr̄e est: natura absolute q̄ est ꝑdicat̄. i. natura ḡm ꝯdōnes sibi debitas rōne sui est id quod attribuitur singularibus: ⁊ non ḡm cōditiones sibi debitas ex esse in intellectu vel singulari. cum quo stat: ꝙ esse in intellectu vniuersalitas ⁊ superioritas sint cōditiones sine quibus natura ipsa non predicatur de singularibus.

¶ Non tamē potest dici ꝙ ratio vniuersalis conueniat nature sic accepte: quia de ratione vniuersalis est vnitas et communitas. Nature autem humane neutrum eorum cōuenit ḡm suam absolutam considerationem. Si enim communitas esset de intellectu hominis: tunc in quocūqꝫ inueniretur humanitas inueniretur communitas: ⁊ hoc falsum est: quia in sor. non inuenitur communitas aliqua, sed quicquid est in eo indiuiduatum est.

¶ Hic iam ponitur quarta conclusio negatiua: essentia substantie composite absolute sumpta non est vniuersalis: vt species ⁊c. probatur sic. Uniuersale est vnum commune multis: essentia substantie composite ḡm se non est vna communis multis: ergo essentia substantie composite ḡm se non est vniuersalis ⁊c. Maior est

[T.c. 27]

Aristot. secundo posteriorum. Minor vero probat̄ ex eo ꝙ si ḡm se essentia substātie cōposite esset vna ⁊ cōmunis: in quocumqꝫ inueniretur illa essentia esse vna ⁊ cōmunis multis qꝺ est impossibile: ⁊ cōsequentia pꝫ ex eo ꝙ omne qꝺ cōuenit alicui ḡm se ꝯuenit ei in quocūqꝫ ponat̄: vt ex ꝑmo posteriorū apparet. Impossibilitas aūt ꝯn̄tis adeo est manifesta: vt Auic. dicat scꝺo sue metaphysice, ꝙ nullus sane mētis potest oppositum illius opinari. Quis enim est adeo fatu⁹ qui dicat essentiā sor. sibi cōmunem esse ⁊ Platoni.

[T.c. 11.]

Sed hic Occurrit dubiū circa propositionē illā: supra quā fundat̄ totus processus. s. omne qꝺ conuenit alicui ḡm se conuenit ei in quocūqꝫ ponatur: videtur enim multas habere instantias. Motus enim ḡm se est velocitabilis in infinitum. ex sexto physicorum: tex. cō. xv. Motus autem in celo positus nequaqꝫ: sed est velocitas: vt dicitur secundo celi. tex. com. xxviij. ¶ Similiter continuum ḡm se est diuisibile in infinitum: ex sexto physicorum. tex. cō. iij. Continuum autem in re naturali positum non: cum omnium natura constantium determinata sit ratio magnitudinis: vt dicitur secundo de anima. tex. com. xlj. ¶ Similiter motus ḡm se hꝫ contrarium: ex. v. physicorū. tex. cō. viij. ⁊ xiiij. Motus aūt in celo positus caret contrario: primo celi: tex. cō. xx.

[T.c. 15. T.c. 28 T.c. 3. T.c. 41 T.c. 8. ⁊ 14. T.c. 20]

Ad hec Et similia dicitur prenotādo ꝙ aliud est dicere. a. conuenit aliquid ḡm se: et aliud est dicere. a. non repugnat aliquid ḡm se. Ad veritatē enim primi exigit̄ ꝙ. a. vendicet sibi illud in primo vel scꝺo vel quarto modo ꝑseitatis. Ad veritatem secundi sufficit ꝙ ipsi. a. vt sic, non repugnet illud. Ad veritatem quoqꝫ primi sequitur illud conuenire sibi in quocunqꝫ ponatur. Ad veritatem scꝺi non. Multa enim sunt que nō repugnāt animali in eo qꝺ aīal: que tñ nō inueniuntur in quolibet animali. Quicquid aūt cōuenit aīali in primo vel scꝺo vel quarto mō dicendi per se inuenitur in omni aīali. Unde in proposito dico ꝙ nulla instantiarum adductaruꝫ est contra propositionē assumptā: eo ꝙ omnia que in illis dicuntur: intelligenda sunt per non repugnantiam ⁊ per conuenientiam. ¶ Cum enim dicitur motum esse velocitabilem in infinitum: intelligimus motui vt sic non repugnare velocitatem in infinitum. ¶ Similiter ꝗcū ꝺr continuū esse diuisibile in infinitū: intelligit̄ cōtinuo: vt sic non repugnare diuisibilitatē in infinitū. ¶ Similiter cum ꝺr: motum habere ꝯtrariū: intelligimus motui vt sic non repugnare habere contrarium. ¶ Qꝺ si hoc non placet: dicito quod aliud est dicere. a. in eo ꝙ. a. conuenit aliquid: ⁊ aliud est dicere. a. in eo ꝙ. a. non conuenit aliquid: vt patet. Et qꝺ quicquid conuenit. a. in eo ꝙ. a. cōuenit omni. a. Quicquid autem non conuenit. a. in eo ꝙ. a. non oportet negari ab omni. a. Risibile enim nō conuenit animali in eo ꝙ animal: ⁊ tñ non negat̄ ab omni animali. Conuenit enim animali in homine. Et subiungito ꝙ oēs propositiones in instantijs adducte sunt intelligende negatiue vt sit sensus. Motus est velocitabilis in infinitum. i. motus vt sic, non est determinate velocitatis. Similiter continuum est diuisibile in infinitum. i. continuum vt sic: non est determinate diuisiōis. Similiter motus hꝫ ꝯtrariū. i. motus vt sic: non determinat sibi esse absqꝫ contrario: ⁊ sic ḡm vtrūqꝫ modū respondendi: remanet propositio assumpta vniuersaliter vera. ¶ Posset tñ ⁊ aliter dici ad has instātias. Sed qꝛ magis ad formam propositionis attendo q̄ȝ ad materiam: ideo impresentiarum pertranseo.

¶ Similiter, etiam non potest dici ꝙ ratio generis accidat nature humane ḡm illud esse qꝺ habet in indiuiduis: qꝛ non inuenitur in indiuiduis natura humana ḡm vnitatem: vt sit vnum quid conueniens cuilibet. qꝺ ratio vniuersalis exigit.

¶ Hic ponitur quinta conclusio negatiua. s. essentia substantie cōposite ḡm esse qꝺ habet in singularibus nō est vniuersalis. probat̄ sic. Uniuersale est vnum in multis: essentia substantie cōposite ḡm esse qꝺ habet in indiuiduis: non est vna in multis: sꝫ diuersa in multis. ergo essentia substantie composite ḡm esse qꝺ habet in indiuiduis non est vniuersalis: ⁊ consequenter: nec species: nec genus: nec differentia que vniuersalitatem supponunt.

¶ Relinquitur ergo ꝙ ratio speciei accidat nature humane secundum illud esse quod habet in intellectu. Ipsa enim natura habet esse in intellectu abstractum ab omnibus indiuiduantibus: et habet rationem vniformem ad omnia indiuidua: que sunt extra animam: prout essentialiter est imago omnium: et inducens in cognitionem omnium inquantum sunt homines;

⁊ ex hoc ꝙ talem relationem habet ad oīa indiuidua, intellectus adinuenit rationem speciei, ⁊ attribuit sibi, vnde dicit Commen. primo de anima, ꝙ intellectus est q̃ facit vniuersalitatem in rebus, hoc etiam Auic. in sue metaphysice octauo dicit.

Cō. 8. in medio.

¶ Hic ꝑ locū a diuisione cōcludit sexta cōclusio affirmatiua determinatiua q̄stē difficultatis. s. essentia fm esse in intellectu est vniuersalis. s. gen⁹, species, differētia ⁊c. ꝓbat sic. Unū in multis ⁊ de multis est vniuersale, natura fm esse in intellectu est vna in multis ⁊ de multis, ergo est vniuersale. Probatio minoris. Uniformiter se habēs ad multa: vt essentialis eorū imago: est vnū in multis ⁊ de multis, natura fm esse in intellectu est huiusmodi: quia habet esse abstractum ab omni difformitate indiuiduorum essentialiter eorū cognitionem gignens, ergo ⁊c.

Ad euidentiā Huius cōclusiōis ⁊ rationis: q: termini multipliciter dicti fm Aristo. doctrinā distinguēdi sunt. Nota primo distinctiones terminorū in cōclusione positorū. ¶ Esse in intellectu cōtingit dupliciter. Subiectiue ⁊ obiectiue. Esse in intellectu subiectiue est inherere ipsi sicut accidēs suo subiecto: vt albedo superficiei. Esse in intellectu obiectiue, est terminare actum intellectus. ¶ Intellectus est duplex in nobis: agens ⁊ possibilis, vt dicit tertio de anima. tex. cō. 17. Intellectus agens est ille qui abstrahit spēm intelligibilem a phātasmatibus. Intellectus possibilis est ille qui intellectionem recipit in se. ¶ Uniuersale duplex, in representando: ⁊ in ꝑdicando. Uniuersale in representando in proposito est qđ representat rem nō representando cōditiones eius indiuiduales. Uniuersale in predicādo est illud qđ predicaf de multis differētibus fm esse. ¶ His visis, scito cōclusionē illā. s. natura fm esse in intellectu est vniuersalis trifariā verificari. ¶ Primo sic: natura fm esse obiectiuum in intellectu agēte: est vniuersalis in predicando. ¶ Scđo sic: natura fm esse subiectiuum in intellectu possibili est vniuersalis in representando. ¶ Tertio sic: natura fm esse obiectiuū in intellectu possibili est vniuersalis in predicando.

t. cō. 17.

Sciendū Est secundo ꝙ res extra. fm ꝙ est actu intelligibilis est obiectiue in intellectu agente: sic eñ terminat eius actionē: q: ad hoc positus est ab Arist. intellectus agens: vt faciat rē intelligibilē in potentia: intelligibilem in actu: vt Cōmen. dicit tertio de anima. cō. 18. Fit aūt actu intelligibilis res extra ab intellectu agēte: nō per hoc ꝙ recipiat: aut ꝑdat aliq̄d fm esse ꝑ illius actionē: sed ex hoc ꝙ eius spēs intelligibilis ꝓducif ab intellectu agēte. Per hoc eñ res extra representatur nō representatis cōditionibus indiuidualibus: cū quib⁹ in potentia intelligibilis erat nō in actu. Uñ ipsa ꝓductio spēi intelligibilis est factio rei extra, intelligibilis in actu. Habet enim ratio illa duos terminos. Unū intra animā. s. spēm intelligibilē q̃ realiter ꝓducitur de nouo in intellectu possibili. Et aliū extra. s. rē. cuius est illa spēs que nihil reale est hoc acq̄rit. sed tñ denolationē extrinsecā. s. ꝙ est abstracta ab hoc: ⁊ nūc: qđ est actu intelligibilis ⁊c. ¶ Natura autē extra fm ꝙ est actu intellecta est obiectiue in intellectu possibili: sic enim terminat eius actionem que est intelligere. Fit aūt ⁊ est actu intellecta res extra: non per hoc ꝙ aliquid accipiat: aut amittat per actionē intellectus possibilis: sed ex hoc ꝙ cōceptus eius formatur ab intellectu possibili: tunc eñ res intelligitur q̄ñ eius cōceptū formamus. Unde ipsa cōceptus formatio est factio rei extra, actu intellecte. Habet eñ et hec actio duos terminos. Unū intra animam. s. conceptū qui realiter fit: qui nihil aliud est q̄ꝫ expressa similitudo rei: rē presentē obiectaliter faciēs intellectui possibili. Et alterū extra. s. rem q̃ ex producto conceptu extrinsece denominatur actu intellecta. ¶ Ex his patet q̃ sit differentia: ⁊ que sit cōueniētia inter rem obiectiue in intellectu agēte ⁊ intellectu possibili. Differentia siquidē est, q: ex hoc ꝙ obiectiue in intellectu agēte fit: ⁊ est actu intelligibilis: nō autem intellecta. Ex hoc vero quod est obiectiue in intellectu possibili que iam erat actu intelligibilis: fit actu intellecta. Conuenientia autem est: q: tam ex hoc quod est obiectiue in intellectu agente: q̄ꝫ ex hoc qđ est obiectiue in intellectu possibili habet quod sit representata absqꝫ indiuidualibus conditionibus: et consequenter quod sit abstracta ab hoc ⁊ nunc ⁊c.

Cō. 18.

Sciendū Est tertio ex Auic. 5. meta. c. 1. ꝙ vniuersale in ꝑdicando: est id qđ in intellectu nō est impossibile ꝑdicari de multis. Et hoc tripliciter potest se habere. ¶ Primo ꝙ illa multa sint actu in rerū natura: sicut homo obiectus intellectui est vniuersale respectu sor. ⁊ pla. ¶ Scđo ꝙ illa multa non sint: possint tñ esse: sicut domus eptangula obiecta intellectui: est vniuersale respectu plurium eptangularū q̃ non sunt: possunt tñ esse. ¶ Tertio ꝙ illa multa: nec sint: nec possint esse: sicut luna obiecta intellectui est vniuersale respectu plurium lunarū quas impossibile est esse. Et Gabriel obiectus intellectui est vniuersale respectu plurium Gabrieliū: quos implicat contradictionē esse. Uniuersale primo modo vocaf a san. Th. prima parte. q. 13. vniuersale fm rem ⁊ fm rationē: q: res illa realiter est in pluribus: ⁊ nō solū vt obiecta intellectui. Uniuersale tertio mō vocaf ibidē vniuersale seu cōmune fm rōnem tm̄: q: res illa nō inuenif realiter in pluribus: sꝫ vt obiecta intellectui tm̄. Uniuersale scđo mō ibi nō distinguif cōtra vniuersale primo mō. Posset tñ noie ꝓprio dici vniuersale fm rationē ⁊ fm rem: in potētia tñ. Nec solū noīa ibi imponunf a san. Tho. Sed ⁊ dictorū ratio assignaf valde subtilis q̃ sup quatuor ꝓpositiōes fundaf. ¶ Prima est, vniuersalitas ⁊ ꝑdicabilitas nō conueniūt rei fm se: nec fm esse qđ habēt extra aiaꝫ, patet illa ex dictis. ¶ Scđa est, res materialis q̃ sola ꝑ ꝓpriā speciē cognoscif a nobis fm ꝙ est in intellectu nr̄o obiectiue repñtaf absqꝫ cōditiōibus indiuidualibus, patet illa etiā ex dictis. ¶ Tertia est, res immaterialis et deus ipse fm ꝙ est in intellectu nr̄o obiectiue repñtaf ꝑ modū rerū materialiū. s. nō repñtatis ꝓprietatibus indiuidualibus. Patet illa: q: res ille nō cognoscunf a nobis fm ꝙ i seipsis sunt: sed ꝑ modū rerū materialiū: nec ꝑ ꝓprias species: sed ꝑ species rerū materialiū. ¶ Quarta est, res oīs vt repñtata absqꝫ cōditionibus indiuidualibus: nō magis respicit vnū q̄ꝫ plura indiuidua. Patet illa: q: vt abstracta est: equaliter ad vnuꝫ ⁊ multa se hꝫ. Nihil eñ fingi pōt: vnde abstractū vt abstractū vnū magis respiciat q̄ꝫ plura: vel ecōtra. (Unde ⁊ notāter Auic. apposuit in diffinitiōe vniuersalis illā particulā fm ꝙ est in intellectu). Multa eñ sunt vniuersalia q̄bus tam fm esse extra: q̄ꝫ fm propriam rationē repugnat predicari de pluribus: vt de intelligentijs dicetur. Nulli autē vniuersali fm ꝙ est in intellectu representatū absqꝫ propria ⁊ particulari exīstētia seu ꝓprietate et hypostatica repugnat predicari de pluribus. Ex quibus formatur talis ratio. Res quelibet ⁊ sola equaliter se habens ad vnū et plura indiuidua est vniuersalis in actu in predicando. res quelibet sola vt representata intellectui nostro, est equaliter se habēs ad vnū ⁊ plura inferiora, ergo res quelibet ⁊ sola, vt representata intellectui nostro est vniuersalis in actu in predicando. Maior patet ex diffinitione vniuersalis assignata ab Aristo. primo perihermenias. Minor vero quo ad scđam partē patet ex prima propositione: quo ad primam autem partem ex reliquis tribus.

1. p. q. 13 art. 9. c.

In hoc capitu.

c. 5. q. 9

c. 5. circa principium.

Ex his Corrolarie elicio ꝙ ad hoc ꝙ aliquid sit vniuersale in actu in predicando non exigitur actualis relatio nature obiecte ad particularia: sed sufficit qđ res ipsa sit in ea dispositione fm quā intellectus ad libitū possit illā relationē sibi vere attribuere: nihil addendo preter ipsam actualem relationem. ¶ Istis prelibatis: iam patere potest conclusio intenta secūdum omnes tres sensus assignatos. ¶ Et pro primo quidem sensu argui potest sic. Id quod intellectu non est impossibile predicari de multis: seu (vt Arist. verbis vtar) aptum natum est predicari de multis, est vniuersale in predicando: sed res secundū esse obiectum in intellectu agēte est huiusmodi. ergo res fm esse obiectiuū in intellectu agente est vniuersalis in predicando. Maior patet ex Auic. ⁊ Arist. Minor vero probatur sic. res abstracta a conditionibus indiuidualibus vt sic, est apta nata predicari de pluribus: res secundum esse obiectiuum in intellectu agente, est abstracta a conditionibus indiuidualibus, ergo ⁊c. Premisse omnes ex dictis sunt manifeste.

Primus sensus.

Ex his Habes quam male dixerit Sco. scđo sen. di. 3. q. 1. in rñsione ad primū: dicēdo ꝙ nature ante actū intellectus possibilis nihil hꝫ: nisi ꝙ cōuenit sibi extra alam. Patet eñ iā ꝙ fm sententiam Aristo. est actu intelligibilis abstracta ab hoc ⁊ nunc: ⁊ consequenter vniuersalis in actu ante actum intellectus possibilis. ¶ Pro tertio sensu arguere aliter non est opus: eo ꝙ eodem modo procedendum esset. ¶ Scđs aūt sensus intelligēntibus terminos ex rationibus terminorū clarus est. Natura nāqꝫ fm esse subiectiuū in intellectu possibili, nihil aliud est q̄ꝫ similitudo immaterialis sui repñtatiua in illo existens. Similitudo aūt immaterialis a singularibus abstracta rē vniuersaliter necesse est representet: eo ipso ꝙ abstracta est. Si eñ rem vniuersaliter nō repñtet: sed particularibus cōditionibus immixtam: ⁊ non a materialibus conditionibus abstractam: non

2. di. 3. q. 1.

Cap. 1.

esset vniuersalis: ergo in representando est vniuersalis res ipsam scdm q est subiectiua in intellectu possibili: id est species seu similitudo ipsius nature pro quanto representat naturam ipsam non representatis conditionibus indiuidualibus. ¶ Et nota q quia natura ipsa habet duas similitudines in anima: scilicet speciem intelligibilem et conceptus: siue speciem impressam: et speciem expressam: ideo scdm vtranq speciem est vniuersalis in representando. (Quare aut oporteat duas spes ponere: et quo: si deus concesserit nobis vitam, alibi dicetur). ¶ Cuius autem conclusio secunda possit omnibus modis dictis verificari: attamen primus et tertius sunt ad propositum litere. Intendimus enim hic de vniuersali in predicando quod intentionem logicam sonat: et no de vniuersali in representando qd nulla intentione scda logica dicit vniuersale: sed ex esse proprio qd scdm rem sortit. ¶ Literam sic glosare potes. Ipsa enim natura habet esse in intellectu agente vel possibili tam obiectiue q subiectiue abstractum ab omnibus indiuidualibus conditionibus. Et habet rationem vniformem (obiectiue in predicando: subiectiue in representando) ad omnia indiuidua que sunt extra prout essentialiter est similitudo omnium obiectiue in essendo: subiectiue in representando inducens in cognitionem omnium inquantum sunt homines: quia vt sic assimilantur. Et ex hoc q talem rationalem, scilicet vniformitatis et similitudinis essentialis vel representatiue habet natura ad omnia indiuidua intellectus adinuenit rationem speciei: id est secundam intentionem que est spes: et attribuit ipsi nature vniformiter se habenti ad indiuidua ex hoc q representatur absq omni indiuiduantium difformitate.

Circa Dicta est questio no modica. An vniuersalia in actu sint extra animam. An fiant per opus intellectus quemadmodum dictum est. In hac questione primo declarabitur titulus. Secundo ponetur opinio Scoti. Tertio ponetur opinio sanc. Tho. Quarto rndebitur ad argumenta in oppositum.

Quo ad Primum: quia hec questio diuersimode intellecta, diuersis modis a philosophis determinata est: in presentiarum peripateticam sententiam supponendo. s. q vniuersalia non subsistant extra singularia declaranda est quo intelligat. ¶ In noie vniuersalis tria intelligimus. Primo vniuersalitatem que est relatio ronis. Scdo rem que denominatur vlis ab illa vlitate. Tertio aptitudinem ad essendu in multis que est quid mediu inter illa duo et est fundamentu primum: quare res suscipiat illam relatiuam denominationem: ideo enim rei intellectus attribuit relationem vniuersalitatis. Qr res illa apta nata est esse in pluribus. No vertitur in dubiu: an illa relatio que vocat vniuersale formaliter sit extra aiam: cam enim oes ab intellectu fieri dicunt. Nec queritur an illa res que denominat vniuersalis q vocat vniuersale obiectiue in potetia sit extra animam. Cois enim snia est q quq res illa est extra aiam: quq non. Si enim res illa est res realis: puta homo bos et huiusmodi: ponitur extra aiam. Si aut res illa sit ens rationis non ponitur extra vt subiectum: predicatum: propositio: syllogismus et similia. Sed dubitatio est an (aptitudo ad essendum in multis) sit extra animam: ita q absq omni tpore intellectus inueniat res apta nata esse in multis que vocatur vniuersale in actu obiectiue. An solum extra animam sit res. Aptitudo autem ad essendu in multis inest rei per opus intellectus. Et qr aptitudo illa complet rationem vniuersalis in actu obiectiue sumendo vniuersale: licet no formaliter: ideo querere an extra animam inueniatur totum hoc. s. res apta nata esse in pluribus: est querere: an sit extra animam vniuersale in actu obiectiue.

Vle duplr, sed iur.

Et debes Scire ad euidentiam terminorum q sicut albu accipitur dupliciter. scz formaliter et subiectiue: ita vniuersale accipitur dupliciter. s. formaliter et subiectiue. Subiectiue enim accipi non potest: eo q vniuersalitas in nullo est subiectiue cum sit ens ronis. Uniuersale formaliter est ipsa vniuersalitas que relatio ronis est. Uniuersale obiectiue subdiuiditur in vniuersale obiectiue in actu: et in vniuersale obiectiue in potentia. Uniuersale obiectiue in actu est totum hoc. s. res vna apta nata esse in pluribus. Uniuersale obiectiue in potentia est res ipsa vna formaliter non adiungendo sibi aptitudinem ad essendum in pluribus. Ex his patet in quo stat difficultas: et patet in quo quid nominis terminorum in titulo questionis positorum. Intendimus enim no de vniuersali formaliter: nec de vniuersali obiectiue in potentia: qr in his conuenimus: sed de vniuersali obiectiue in actu. Propterea cu loquimur de vniuersali in actu absq additione obiectiue intelligi volumus ne in equiuoco laboremus. Hec de primo.

Sco. 7 met. q. 16. et. 2. vlt. 3. 4.

Quo ad Scdm Sco. super. 7. meta. q. 16. sequendo fundamenta sua: q. s. naturam extra animam sequant vnitas formalis et coitas: opinat rem vnam aptam natam esse in pluribus dari extra animam. Et per hoc dicit vniuersale in actu esse in reru natura absq omni tpore intellectus. Adducit quoq ad hoc multas rationes: quas in medium afferre esset limites intentionis nostre excedere: propterea eas afferam: ex quarum solutione reliquarum debilitas innotescit. ¶ Arguit primo per locum a diffinitione ad diffinitum sic. Circunscripto quocunq actu intellectus res est apta nata esse in pluribus. ergo datur vniuersale in actu extra animam: tenet consequentia qr vniuersale obiectiue in actu: vt distinguitur contra singulare et predicabile diffinitur (primo perihermenias). Uniuersale est qd aptum natum est esse in pluribus. Antecedens probatur. qr si no: ergo aptitudo ad essendum in pluribus repugnat sibi: nec conferri sibi posset saltem ab intellectu: qr tunc pari ratione posset dare sorti talem aptitudinem. ¶ Preterea vniuersale in actu est proprium obiectum intellectus: igitur precedit actum intellectus. tenet consequentia. ex scdo de anima: vbi dicitur q obiectu est prius actu. ¶ Preterea obiectum scientie realis est ens extra animam: vniuersale in actu est obiectum scientie realis. igitur vniuersale in actu est ens extra animas. ¶ Preterea relatio mensure est realis (quinto meta.) sed illa fundat in aliquo vniuersali: probat. qr oportet esse aliqd vnum mensura aliaru specierum: sed non vnum numero scdm Arist. ergo vniuersale. ¶ Preterea. operatio seu passio realis primo et adequate inest vniuersali: vt intelligere hoi. ex primo posterioru. igit dat vniuersale extra aias. ¶ Preterea contrarietas est oppositio realis: et eius extrema sunt vniuersalia no singularia, ergo dant vniuersalia extra aias. ¶ Preterea si vniuersale sit ab intellectu quomodo res pdicat de re: et quomodo vniuersale est vbiq et semp incorruptibile et eternu: et quomodo materia et forma ptinet ad qdditatem vniuersalis physici: et quomodo vniuersaliu tm est diffinitio: et quomodo genera et species: et vniuersaliter predicamenta sunt entia extra animam. ¶ Preterea, si nihil esset in re nisi singulare, nulla esset vnitas realis: nisi numeralis que est propria singulari: consequens est falsum, ergo etc. Hec de secundo.

Primo. cap. 15. Lec. 10. Scdo T. c. 32. Tertio. Quarto. T. c. 20. Quinto. T. c. 39. Sexto. Septimo. Octauo.

Quo ad Tertiu scito nos sequentes. s. Tho. ac p hoc comune peripateticoru doctrinam oppositam in hac re p ferre sententiam. Dicimus namq q illoru trium q in vniuersalis noie intelligunt: vnu tm quq est extra aiaz. s. res ipsa vna formaliter reliquis duobus opus intellectus consequentibus: qd et probat similimodo arguedo (quo supra argutu est). Quicqd sequit naturam ratione sui: simpliciter pdicat de indiuiduo illius nature. sed aptitudo ad essendu in pluribus aperte sequit naturam: puta humanitatem ratione sui. ergo aptitudo ad essendu in pluribus pdicat simpliciter de indiuiduo humane nature: igit ista erit vera. sor. est aptus natus esse in pluribus: qd est impossibile. Maior manifesta fuit supra ex eo q oia que comitant naturam ratione sui: non separant ab ea posita in indiuiduo: et consequenter pdicant de eo: qr (esse in) fundat dici de. ¶ Preterea ois aptitudo fluens ab aliqua natura inuenit in qualibet singulari natura inferiori ad illam: sed aptitudo ista. s. ad essendu in pluribus, fluit ab aliqua natura: puta ab humanitate. ergo aptitudo ad essendu in pluribus inuenit in qualibet natura humana. pcessus bonus, et conclusio falsa: ergo altera pmissaru non maior q ex terminis patet. ergo minor q est conclusio aduersarioru. Falsitas conclusionis pbat sic. illa aptitudo attribuenda no est cuilibet humanitati: q in qualibet humanitate impossibilis est reduci ad actu. patet ista: qr aliter ociose data esset talis aptitudo. Aptitudo enim est pter actu: sed aptitudo ad essendu in pluribus est huiusmodi. s. q in qualibet humanitate posita impossibilis est reduci ad actum: qr impossibile est vt humanitas sortis actu sit in sorte et Platone: aut migret de sorte in Platonem. ergo aptitudo ad essendu in pluribus no est attribuenda cuilibet singulariter humanitati. Dicamus igit rem vnam esse extra animam. Aptitudinem aut ad essendum in pluribus conuenire rei scdm esse qd habet in intellectu: qr conuenit ei sub solitudinis conditione posite. Solitarie enim accepta natura apta nata est in multis (saltem scdm rationem) esse. Solitudo autem cum importet separationem nature a proprietatibus indiuidualibus, non conuenit rei nisi in intellectu agente vel possibili obiecte.

opinio sancti Tho. In hoc eo. c. q. 5. circa fi. Scdo.

Et aduertas Ad maiorem nre positionis euidentiam q hic accidit similis defectus Scoto illi qui positus est (supra). Cum enim aptitudo ad essendu in pluribus sit idem quod non repugnantia ad essendum in pluribus: arguit sic. Nature pura humanitati inquantum humanitas non repugnat esse in pluribus, ergo humanitati inquantum humanitas conuenit aptitudo seu non repugnantia ad essendum in

hoc eo. ca. q. 5. circa fi.

pluribus: ⁊ cōsequēter humanitas est vniuersalis absq; ope intellectus. Apparet aūt manifeste pctm̄ in hoc pcessu cū ex negatiua infert affirmatiua de pdicato infinito reduplicatione addita. Prima eñ ppositio q̄ est negatiua veritatē habet. Scd̄a vero q̄ affirmatiua est: est impossibilis: qd̄ patet ex eo q̄ humanitas inq̄tum humanitas abstrahit a repugnātia ad essendū in pluribus ⁊ non a repugnātia ad essendū in pluribus sicut abstrahit ab albo ⁊ non albo. Si eñ humanitas vindicaret sibi inq̄tū humanitas non repugnantiā ad essendū in pluribus, nullo pacto humanitati posset cōuenire repugnantia ad essendū in pluribus: ⁊ sic nec p se nec p accidēs posset repugnare humanitati esse in pluribus: qd̄ est manifeste falsum. Humanitati eñ sortis ratione adiuncte hecceitatis repugnat esse in pluribus: cōsequentia tenet: q2 oppositū eius qd̄ cōuenit alicui (fm q̄ ipsum) nullo modo potest inueniri in illo: vt habes ex primo posteriorum. Quamuis igit̄ nature ratione sui non repugnet esse in pluribus: non tñ vendicat sibi ratione sui nō repugnātiam ad essendū in pluribus: ⁊ cum eā non vendicet sibi fm esse qd̄ habet in singularibus, relinquit̄ q̄ vendicabit eā sibi fm esse qd̄ in intellectu sortit̄. Et q2 ad hoc q̄ aliquid sit vniuersale in actu, exigit̄ q̄ vēdicet sibi non repugnantiā ad essendū in pluribus: cū in diffinitione eius ponat̄: qd̄ enim ponit̄ in diffinitione p se competit diffinito: ideo res ratione sui nō potest esse vniuersalis in actu: sed qm̄ primum est obiecta intellectui agenti vel possibili, fit vniuersalis in actu: q̄ vniuersalis erat in potentia. Quomodo aūt fiat huiusmodi reductio potētie ad actū (iam dictū est) s. q̄ ab intellectu agente fit p productionē speciei intelligibilis: ab intellectu vero possibili per formationē conceptus. ❡ Quod si aliquis finxerit vniuersale in actu cōstitui per negationē repugnantie ad essendum in pluribus: ⁊ nō exigere affirmationē non repugnātie: aduertat se errare propter tria. ❡ Primo propter hoc q̄ in diffinitione vniuersalis affirmatiue cadit ipsa aptitudo seu non repugnātia ad essendū in pluribus. ❡ Scd̄o q2 si ad vniuersalem sufficit negatio repugnantie ad essendū in pluribus: ad singulare quoq; sufficiet negatio repugnātie ad essendū in vno solo. Sicut eñ vniuersale se habet ad multa, ita singulare ad vnū tantum: ⁊ si sic est: tūc humanitas inq̄tum humanitas, erit vniuersalis ⁊ singularis: de ea eñ vt sic, negatur vtraq; repugnantia. ❡ Tertio q2 cum vniuersale in actu distinguat̄ contra singulare: sicut singulari repugnat esse in pluribus: ita vniuersali in vno tantum: humanitati autem de qua negat̄ repugnātia ad essendum in pluribus non repugnat esse in vno tantum, ergo negatio talis repugnantie non sufficit ad constituendū vniuersale in actu. Et potest hec ratio formari contra principale sic. Uniuersale in actu repugnat esse in vno tātum: humanitati inquantum humanitas nō repugnat esse in vno tantum: aliter non posset saluari in vnico tantum indiuiduo, ergo humanitas vt sic, non est vniuersalis in actu. Similiter dicas de quacunq; alia natura. Hec de tertio.

Marg.: T. c. 11. — In hoc 20. cap.

Quo ad

Quartū respondendū est argumētis in oppositum. Et primi quidem negatur antecedens. Ad cuius probationē dicit̄ negando consequentiā. Non eñ valet res circūscripto actu intellectus nō est genus, ergo sibi repugnat esse genus. Stat eñ q̄ abstrahat ab vtroq;: sic aūt est in pposito. Natura eñ ipsa circūscripto actu intellectus abstrahit ab aptitudine ad essendū in pluribus ⁊ a repugnantia ad essendū in pluribus: vt ex dictis patet. ❡ Ad secundū dupliciter respondet̄ ⁊ vtroq; modo bene. Primo negatur consequentia, si sermo sit de intellectu agente: q2 potentia actiua non presupponit obiectum suum: sed facit illud. Si autem sermo sit de intellectu possibili: concessa consequentia prima non sequitur, ergo vniuersale i actu est extra animam: quia fit per actum intellectus agentis. Secundo dicitur quod cum vniuersale in actu nominet duo, scilicet rem et aptitudinem ⁊c. res ipsa est obiectum: aptitudo autem est modus obiecti seu conditio sine qua res nō est obiecta. Sufficit autem quod res ipsa que est obiectum precedat actum intellectus: et non oportet quod modus eius precedat. Obiectum enim ait Aristo. est prius actu non modus obiecti. Unde ad formam argumenti negetur consequentia: q2 etsi posterioritati antecedentis non obstet aptitudinem esse medium obiecti: obstat tamē illationi consequentis ex eo, prioritas eñ modi non potest inferri ex posterioritate obiecti. ❡ Per hoc idem respondetur ad tertium: quod scilicet res obiecta scīe reali est extra animam: non modus rei obiecte: vniuersale autem in actu nominat vtrūq; scilicet rem ⁊ modum: ⁊ ideo vniuersale in actu non sequitur esse extra animam: ex eo quod res de qua est scientia est extra. ❡ Ad formam argumenti dicitur, quod vera existente maiore committitur fallacia figure dictionis: mutatur enim res obiecta in modum rei seu in rem cum modo.

Marg.: Ad primum. — In. q. Ad secundū. — 2. de. ar. t. cō. 33. — Ad tertium.

Sed cōtra

Istas respōsiones instat Sco. ibi. Et primo contra primam sic. Quicquid est per intellectum agentem est prima intentio, ergo nullum vniuersale est in genere substātie, cōsequenter nulla est predicatio in quid superiorum de inferioribus. ❡ Preterea, vniuersale precedit sensum vt alias probatum est, ergo precedit intellectum agentem. ❡ Preterea, intellectus agens et possibilis sunt vna potentia: alias quilibet homo haberet duos intellectus: sed vnius potentie est vnum obiectum: quare si precedit actum vnius, precedit actum alterius. ❡ Preterea secundum hoc nō esset generatio vniuoca sine actione intellectus agentis. ❡ Dicetur forte quod non habeat aliquam vnitatem realem generans et genitum: sed similitudinem. ❡ Contra, quia proximum fundamentum similitudinis est vnitas. quinto metaphisice: sed non generans neque genitum, ergo aliquid commune vtrique.

Marg.: Primo. — Scd̄o. 2. d. 3. q. 1. i q̄nta via contra ad. — Tertio. — T. c. 20.

Contra secundam

Uero responsionem arguit: qz a nullo intellectu considerante non erit vniuersale in actu: et ita scientia habitualis non esset obiecti vniuersalis in actu. ❡ Preterea, obiectum inquantū est prius actu non intelligitur sub hoc modo, ergo vel sub opposito modo: sed non sub nullo, ergo ⁊c. ❡ Preterea aut ille modus est factus ab intellectu: aut non: si non, habetur intentum. si sic; ergo non est necessarius in obiecto: quia prius obiectum est intellectum sine illo modo causato per intellectionem obiecti.

Ad has

Instātias respōdet̄ presupponēdo sepe iā dictum q̄ vniuersale duo dicit: rem ⁊ aptitudinē seu vniuersalitatē. Uniuersale pro re posita in predicamēto est predicabile scibile obiectū intellectus: diffinibile ⁊ huiusmodi. Uniuersale aūt pro aptitudine est modus seu cōditio rei predicamentalis predicabilis scibilis diffinibilis ⁊c. neq; intellectus agēs: aut possibilis facit rem: sed modū tantū. ❡ Ad primā ergo cōceditur q̄ vniuersale p eo q̄ fit ab intellectu agēte nō est in predicamento substātie: vlterior aūt consequētia nullā habet apparentiā. ❡ Ad secundā negat̄ antecedēs. visus eñ etsi sit coloris vniuersaliter: vt habes a s. Tho. prima scd̄e. q. 26. ar. 6. nō tñ est coloris vniuersalis. ❡ Ad tertiā similiter negat̄ antecedēs, necessariū eñ est vt dicit̄ tertio de aīa. tex. cō. 17. in aīa nostra esse duos intellectus. s. agentē ⁊ possibilē: q̄ nō possunt esse eadē potentia: cū potētia actiua ⁊ potētia passiua nō sint eadē apud Arist. ❡ Ad quartā negat̄ cōsequentia, ⁊ dicit̄ q̄ respōsio illa ibi data est optima sane intellecta. Ad improbationem eius dicit̄ q̄ similitudo fundat̄ supra res ipsas: puta duas albedines vel humanitates tanq̄ fundamentū: ⁊ q̄ vnitas nō est fundamentū similitudinis: sed conditio fundamenti: fundat̄ eñ similitudo ppue dicta supra duas res habētes illā conditionē. s. mutuam negationē distinctionis formalis, puta duas albedines: ⁊ hoc modo intelligendus est Aristo. 5. meta. Et dato q̄ vnitas esset fundamentū: adhuc non sequeret̄ dari aliq̄d cōmune vnū vtriq;: dicam eñ q̄ similitudo non fundat̄ supra vnū qd̄ est generās: neq; supra vnum quod est genitum: sed supra vnū quod sunt generās ⁊ genitum. Iam autem declaratum est supra committi fallaciā consequentis si sic procedat̄: generās ⁊ genitū sunt vnū formaliter, ergo habent aliquid vnum commune vtriq;.

Marg.: Ad primum. — Ad secundū. — Prima scd̄e. q. 29. ar. 6. — Ad tertium. t. cō. 17 — Ad q̄rtum. — t. c. 20. — in hoc c. q. 5.

Ad primum

Eorum q̄ contra secundā respōsionē adducunt̄, dicit̄ q̄ precise loquendo de intellectu possibili secatur vniuersale queadmodum sciētia, ita q̄ sciētia in actu est vniuersalis in actu: scientia in potentia est vniuersalis in potētia: ⁊ scientia in habitu est vniuersalis in habitu: quod tunc accidit q̄n cum volumus ipsum in actu facimus. Egrediendo aūt ad intellectum agentem: dicitur q̄ nullo intellectu considerante: dummodo producta sit species intelligibilis: datur vniuersale in actu: ex eo q̄ Philosopho dormiente rosa: cuius species intelligibilis in illius intellectu conseruat̄: denominatur representata absq; hoc ⁊ nunc actu intelligibilis ⁊c. ❡ Ad secundum dicitur q̄ obiectum vt prius actu nullum sibi vendicat modum. abstrahit enim ab omni esse et modo quidditas. ❡ Ad tertium dicitur q̄ modus ille fit ab intellectu agente: ⁊ cum infertur, ergo non est necessarium: negatur consequentia: quia potentia actiua non presupponit conditionem sui obiecti: sed facit. Dicitur secundo q̄ dato quod non fieret ab intellectu agente: fit ab intellectu possibili: et similiter negatur illa consequentia. Ad probationem dicitur q̄ falsum assumit scilicet quod prius intellectus intelligit rem: deinde facit eius modum: simul enim vtrunq; fit: intellectus enim formando cōceptam rem absq; hoc ⁊ nūc apud

ſe facit:neqꝫ pōt imaginari ꝙ prius faciat rem: deinde abſqꝫ hoc ꝛ nunc.ſicut ſoꝛ.ſimul generat hominem hunc ꝛ non prius hoīem: deinde hunc. ¶ Ad quartum negatur ꝙ relatio menſure fundeẗ in aliquo vniuerſali:fundaẗ enim neqꝫ in vniuerſali:neqꝫ in ſingulari,vt ſic:ſed in natura vna formaliter que in ſingulari reperiẗ:ꝛ ſic nō eſt vnum numero:ꝛ ſic mēſura aliorum.ſed vnū formaliter.

Ad.4 princi= pale.

¶ Ad quintum diciẗ ꝙ nihil aliud cōcludit niſi ꝙ vniuerſale pro re eſt extra animam:ſic enim accepto vniuerſali ineſt primo paſſio ſeu realis operatio.homo.n.eſt cui primo conuenit ridere:nō hō vniuerſalis:alioquin riſibile nō inueniret in hoīe non vniuerſali:puta ſorte. ¶ Ad ſextum dicitur ſimiliter ꝙ extrema cōtrarietatis ſunt res ipſe nō res particulares vt ſic:neqꝫ vniuerſales:aliter res non vniuerſales.ſ.hec albedo ꝛ hec nigredo non eſſent contrarie.

Ad.5.

Ad.6.

¶ Ad ſeptimū dicitur ꝙ ſtant iſta duo ſimul:vniuerſale predicaẗ de rebus:ꝛ vniuerſale fit ab intellectu:eo ꝙ vniuerſale pro re eſt id qḋ predicaẗ:ꝛ quo ad hoc non fit ab intellectu. vniuerſale aūt pro aptitudine eſt cōditio rei que predicaẗ:ꝛ talis fit ab intellectu:predicatio.n.nō debeẗ rebus niſi habētibus cōditionē aliquā intētionalē.Unde ꝛ Ariſt.7.meta.tex.cō.46.ait,ꝙ ſubſtātia non diciẗ de ſubiecto:q: loquebaẗ de ea ſm ſuā naturā. In predicamētis vero vbi de ſubſtātia induta accidētia intentionalia loquebaẗ dixit ſubſtantiā dici de ſubiecto. ¶ Ad id vero qḋ ibi addiẗ ſ.ꝙ oīa illa verificanẗ de vniuerſali pro re:ſ.exponenda eſt affirmatiua propoſitio negatiue.vt ſit ſenſus:vniuerſalia ſunt vbiqꝫ ꝛc.i.nature ipſe denominate vniuerſales nō terminant ſibi locum neqꝫ tempus. Similiter dicitur ad id qḋ ſubiungitur ꝙ forma ꝛ materia pertinent ad quātitatem vniuerſalis.i.rei phyſice que denominaẗ vniuerſalis.Similiter vniuerſalium nō eſt diffinitio.i.rerū que denominate ſunt vniuerſales. Similiter res denoiate genera ſpecies ꝛ dñe ſunt extra animā:conditiones aūt earū ſunt per opus intellectus.

Ad.7.

t.cō.

¶ Ad octauum dicitur ꝙ per ly ſingulare duo intelligere poſſumus:qñqꝫ intelligitur ipſa ſingularitas:qñqꝫ totum.ſ.res ſingularis.primo modo accipiendo ſingulare conceditur conſequentia:ſed antecedens nō eſt verū.ſcḋo modo antecedēs peripateticum eſt: ſed conſequentia nihil valet (ſupra enim iam diximus) in ſingulari multas vnitates exiſtere ꝛ non tantum numeralem.

Ad.8.

hoc.c. q.5.

¶ Et quāuis hec natura intellecta habeat rationem vniuerſalis ſm ꝙ comparatur ad res que ſunt extra animā, q: eſt vna ſimilitudo omniū.tamen ſm ꝙ habet eſſe in hoc intellectu vel in illo eſt ſpecies quedam intellecta particularis.ꝛ ideo patet defectus Commentatoris in tertio de anima:qui voluit ex vniuerſalitate forme intellecte vnitatē intellectus cōcludere,q: non eſt vniuerſalitas illius forme ſm hoc eſſe qḋ habet intellectum, ſed ſm ꝙ ad res refertur vt ſimilitudo rerum. Sicut etiam ſi eſſet vna ſtatua corporea repreſentans multos homines, conſtat ꝙ illa imago vel ſpecies ſtatue haberet eſſe ſingulare ꝛ proprium ſm ꝙ eſſet in hac materia,ſed haberet rationem cōitatis ſm ꝙ eſſet commune repreſentatiuum plurium.

Cō.5.

¶ In hac ſcḋa parte capituli huius.Auer.errorē remouere intēdit q̄ in tertio de aīa.com.5.ex vniuerſalitate forme intellecte voluit declarare vnitatē intellectus hoc modo.qḋ eſt vniuerſale ſuā vniuerſalitatē retinēs eſt indiſtinctū numero forma intellecta.i.natura ſm eſſe in intellectu ſubiectiue eſt vniuerſalis ſuā vniuerſalitatē retinēs.ergo eſt indiſtincta numero:igiẗ ſubiectū eius qḋ eſt intellectus poſſibilis nō eſt diſtinctus numero:ꝛ ſic vnus intellectus in oībus hoībus cōcludiẗ.Maior videẗ ex ſe nota.q: vniuerſalitati opponiẗ diſtinctio numeralis. Minor vero ex eo patet ꝙ ſpecies intelligibilis repñtat vniuerſale.Hec ratio(etſi alterius principiū exigat pro ſui diſſolutione ꝛ pro ſui probatione)attñ q̄trū p̄ſentis intētionis eſt ex dictis ſic deſtruiẗ.Uniuerſale eſt aliqḋ duplex.ſ.in eſſendo ꝛ in repñtando.Uniuerſale in eſſendo eſſet ſi daretur natura hoīs ſeparata vt idea Platonis:ꝛ de tali vniuerſali vera eſt maior:ſed falſa minor.Uera quidē maior q: tali vniuerſali cū ſm eſſe vniuerſalitatē ſortiaẗ ſm eſſe quoqꝫ repugnabit diſtinctio numeralis,vnde impoſſibile eſt imaginari plures hoīes vniuerſales.Falſa aūt eſt minor,q: ſpecies intelligibilis nō eſt vniuerſalis in eſſendo cū ſit in ſingulari ſubiecto.ſ. intellectu poſſibili q̄ indiuiduū quoddā eſt(licet immateriale).Uniuerſale vero in repñtando(vt dictū fuit)eſt qḋ rem vniuerſalē repreſentat:ꝛ de tali vniuerſali falſa eſt maior:licet minor ſit vera,ꝛ maioris quidē falſitas ex eo cognoſci poteſt,ꝙ tale vniuerſale vniuerſalitatē nō habet ſm ſuū eſſe quo reſpicit ſubiectū,vnde vnitas vel pluralitas numeralis in accidētibus oritur:ſed habet vniuerſalitatem ſm repreſentationē que reſpicit obiectū:vnde non repreſentat obiecta diſtincta numero:ſed vnum ꝛ idē obiectū omnino repreſentant oēs ſpecies cuiuſdaꝫ rei:puta ſpecies humanitatis in te ꝛ in me:ſicut eadem ſortis facies a pluribus per plures ſpecies:idem omnino repreſentantes videtur.Minoris autem ſic intellecte veritas ex ſupradictis liquet:ſpecies enim intelligibilis repreſentat naturā nō repreſentādo conditiones particulares eius vt dictum eſt.hec eſt ſententia litere in hac parte.

hoc eo. capto.

¶ Et q: nature humane ſm ſuam abſolutā conſiderationem conuenit ꝙ prediceẗ de ſorte,ꝛ ratio ſpeciei non conuenit ſibi ſm ſuā abſolutam.ſ.humane nature cōſiderationē,ſed eſt de accidētibus que cōſequuntur eā ſm quoddā eſſe qḋ habet in intellectu,ideo nomen ſpeciei nō predicaẗ de ſorte,vt dicat,ſoꝛ.eſt ſpecies, qḋ de neceſſitate accideret ſi ratio ſpeciei conueniret homini ſm eſſe qḋ habet in ſorte,vel ſm ſuam abſolutam conſiderationem.ſ.inquantum eſt homo,quicquid enim conuenit homini,inquantū eſt homo,predicatur de ſorte.

¶ In hac parte tertia capituli huius taleꝫ obiectionem ex ſupradictis excludere intendit: quia qḋ predicatur de predicato predicatur et de ſubiecto:ſed ſpecies p̄dicatur de homine quod eſt predicatum reſpectu ſortis:ergo ſpecies predicatur de ſorte:ꝛ ſic ſortis erit ſpecies:concluſio eſt falſa:maior vera ex antepredicamentis habetur.Huius obiectionis peccatum vnde oriatur ex ſuprapoſita diſtinctione eorum que cōueniunt nature:manifeſtat ſimul ex hoc inſinuās q̄ conueniens tradita fuerit doctrina(cum ex ea difficultates accidentes diſſoluātur).Cū enim dictum ſit ꝙ triplicia ſunt que de natura predicātur: quedam ſcilicet abſolute:ꝛ quedam ſm eſſe in intellectu : et quedam ſm eſſe in ſingulari : ea que conueniunt nature ſm eſſe in intellectu, non conueniunt ei abſolute:neqꝫ ſm eſſe in ſingulari : cum oppoſita ſint : et ideo in predicto proceſſu error accidit : quia denominatio ſpecifica homini ſecundum eſſe in intellectu conuenit:ꝛ concluditur de homine ſm eſſe in ſingulari:dum infertur:ergo ſortes eſt ſpecies. Ut autē ad formam argumenti dici poſſit innuit talem diſtinctionem. Predicari de predicato contingit dupliciter.Uno modo vt predicato id eſt ſecundum quod illud predicatur de altero:ſicut animal predicatur de predicato ſortis:ſcilicet hoīe:ſm id ſm quod homo p̄dicatur de ſorte:ſm idem enim homo recipit predicationem animalis:ꝛ predicatur de ſorte, ſecundū ſuā naturā:ꝛ hoc modo maior eſt vera:minor autem falſa.Alio modo contingit predicari de predicato non vt predicato:id eſt non ſm illam rationē qua illud predicatum de ſuo ſubiecto predicatur : ſicut in propoſito:ſpecies nō predicatur de homine inquantum homo eſt predicatum ſortis.i. non predicatur de homine ſm illud eſſe quo homo predicatur de ſorte:eo ꝙ homo predicatur de ſorte ſm ſuum eſſe quidditatiuum abſolute:ſpecies autem predicatur de homine non ſecundum eiꝰ eſſe quidditatiuum:ſed ſm eſſe quod in intellectu habet:ꝛ hoc modo maior eſt falſa: minor autem vera ſemper : ergo altera premiſſarum eſt falſa . Et hoc eſt quod in litera dicitur, ꝙ ratio ſpeciei non cōuenit homini ſm ſuam abſolutam cōſiderationem ſm quā conuenit ſibi predicari de ſorte: quia ſic oporteret etiam conuenire ſorti(vt ſupra dictum fuit)ſed conuenit ei ſm eſſe in intellectu ſm quod eſſe predicatur de ſorte.

In hoc cap̄. q. 5.ſi.

¶ Et tamen predicari conuenit generi per ſe cum in eius diffinitiōe ponatur. Predicatio enim eſt quoddam quod completur per actionem intellectus componentis et diuidentis , habens tamen fundamentum in re, ipſam vnitatem eorum quorum vnū de altero dicitur. Unde ratio predicabilitatis pōt claudi in ratione huius intentionis que eſt genus que ſimiliter per actionem intellectus completur,nihilominus id cui intellectus intentionem predicabilitatis attribuit,cōponens id cū altero nō eſt ipſa intētio generis,ſed potiꝰ id cui intellectus intentionē generis attribuit ſicut qḋ ſignificaẗ hoc nomine aīal.ſic ergo patet qualr eſſentia vel natura ſe hꝫ ratione ſpeciei , quia ratio

T.c.11. immateriale. tertio de anima. tex. cõment. 11. ⁊ 15. agens aũt rem
T.c.15. immaterialem oportet esse immateriale: eo ꝙ agens non potest esse ignobilius suo effectu, vt dicitur. 3. de anima. tex. commen. 18. ⁊ tex. commen. 40. recipere quoq; immateriale nõ potest res im-
T.c.õ.5 materialis: vt patet tertio de anima. cõmẽto quinto, vnũquodq; recipit per modũ recipientis: ⁊ per idẽ innotescit ꝙ habere non potest res immaterialis immateriale cognoscibile in seipsa. Minor aũt ab omnibus cõceditur. Frustra enĩ esset substantia intellectualis nisi aliquid intelligeret: cũ vnumquodq; sit propter suã
t.cõ.17 operationem, vt dicitur secundo celi. tex. com. 17.

¶ Nec potest dicere aliquis ꝙ intelligibilitatem non impediat materia quelibet: sed materia corporalis tantum. Si enim hoc esset ratione materie corporalis tantum cũ materia non dicatur corporalis nisi sm ꝙ stat sub forma corporea: tunc oporteret ꝙ hoc haberet materia a forma corporali. s. impedire intelligibilitatem. Et hoc non potest esse quia ⁊ ipsa forma corporalis actu intelligibilis est: sicut ⁊ alie forme sed ꝙ a materia abstrahuntur. Unde in anima intellectiua ⁊ intelligentia nullo modo est compositio ex materia ⁊ forma: vt hoc modo accipiatur materia in eis sicut in substantijs corporalibus: sed est ibi compositio forme ⁊ esse. Unde in commento none propositionis libri de causis dicitur ꝙ intelligentia est habens formam ⁊ esse: ⁊ accipitur ibi forma pro ipsa quidditate vel essentia simplici.

¶ Qr posset aliquis credere rationem factã recipere responsionem: ideo intendit hic excludere responsionem que posset imaginari sufficiens. Ad hoc posset aliquis distinguere de materia corporali ⁊ materia simpliciter: ⁊ dicere ꝙ maior est vera de materia corporali: non aũt de materia simpliciter: ⁊ cõsequenter concedere ꝙ omnis substantia intellectualis est immunis a materia corporali: non aũt a materia: quia nõ materia: sed materia corporalis impedit intelligibilitatem in actu. ¶ Contra hanc fugam instatur ratione ducente ad impossibile sic. Materia corporalis impedit intelligibilitatem p se, ergo forma corporalis est id vnde materia habet ꝙ impediat intelligibilitatẽ: hoc est impossibile: ergo a destructione cõsequentis ⁊c. cõsequentia est nota ex terminis. Cũ enim materia corporalis duo dicat. s. ly materia: ⁊ ly corporalis: ⁊ ex ly materia sm aduersarium nõ impedit intelligibilitas in actu restat ꝙ hoc impedimentum sit ex ly corporalis, sed ly corporalis, nihil addit supra materiam nisi formam corpoream, ergo ex forma corporali seu corporea oritur ꝙ materia impediat intelligibilitatẽ in actu. Falsitas aũt cõsequentis probatur sic. Omnis
T.c.11. forma nõ cõcepta cũ materia est actu intelligibilis: patet ista ex tertio de anima. tex. commen. 11. Forma corporea est forma sm se non concepta cum materia: accipitur enim distincta cõtra materiã: ergo forma corporea sm se est actu intelligibilis. Tunc vltra: nihil sm se actu intelligibile ex se impedimentum prestat intelligibilitati: forma corporea est huiusmodi: ergo forma corporalis nõ est id vnde materia impedimentũ intelligibilitatis sumat: qd erat probandũ. Est igit tam anima intellectiua ꝙ intelligentia quelibet nõ cõposita ex materia ⁊ forma. Si accipiamus cõpositionem ex materia ⁊ forma vniuoce: prout. s. materia et forma nominant
In cap. secũdo hic: co. cap. Dubio sequenti. post q. 10. partes essentiales rei: quẽadmodum dictũ est substãtias aliquas esse cõpositas (in precedentibus) sed est in eis aliud genus cõpositionis. s. ex forma ⁊ esse: de quo infra erit sermo: ⁊ sic habet prima pars intenti. s. ꝙ essentia in substantijs intellectualibus nõ significat cõpositum qd ex materia ⁊ forma. Remanet ergo modo declarandũ quomodo significet formã tm̃, propterea subiungit.

¶ Et quomodo hoc sit planum est videre. Quecunq; enĩ ita se habent adinuicem ꝙ vnum est causa esse alterius: illud quod habet rationem cause potest habere esse sine altero: sed non conuertitur. Talis aũt inuenit habitudo materie ⁊ forme ꝙ forma dat esse materie: ⁊ ideo impossibile est esse aliquam materiam sine forma: tñ non est impossibile esse aliquam formam sine materia. forma enim non habet in eo ꝙ forma dependentiam ad materiam: sed si inueniantur alique forme que non possunt esse nisi in materia: hec accidit eis sm ꝙ sunt distantes a primo principio qd est actus primus ⁊ purus. Unde ille forme que sunt propinquissime primo principio sunt forme per se sine materia subsistentes: non enim forma sm totum genus suũ materia indiget vt dictum est, ⁊ huiusmodi forme sunt intelligentie: ⁊ ideo non oportet vt essentie vel quidditates harum substantiarum sint aliud ꝙ ipsa forma.

¶ Intendens in his verbis declarare quomodo essentia in substantijs simplicibus significet formam tm̃ tali ratione hoc pbat. Quecunq; ita se habẽt ꝙ vnũ est causa esse alterius: ⁊ non econuerso aliud qd habet rationẽ cause: potest esse sine altero: sed forma ⁊ materia ita se habẽt ꝙ forma causat esse materie ⁊ non econuerso, ergo forma pot esse sine materia: ⁊ materia nõ sine forma. Tũc vltra, essentia intelligentiarũ non est cõposita ex materia et forma, ⁊ nõ potest esse materia tantũ, ergo est forma tantum.

Et nota Quod maior proposito potest dupliciter intelligi. Uno modo sic, quod id quod est causa alterius ⁊c. idem numero possit esse sine altero: ⁊ sic non assumitur a nobis quia est falsa ⁊ extra propositum. Falsa quidem: quia subiectum causat esse proprie passionis et non econtra, ⁊ tamen subiectum non potest esse sine propria passione. Extra propositum vero: quia nolumus concludere quod forma que est in materia sit sine materia: sed quod aliqua forma non exigit materiam.
¶ Alio modo intelligitur maior sic. quod id quod habet rationẽ cause secundum suum ordinem potest esse sine altero idest secundum aliquod sui ordinis potest reperiri sine altero. et sic est vera, et ad propositum. Uera quidem: quia causa cum independens sit a causato: consequens est, vt aliquod pertinens ad suum ordinem possit habere esse extra causatum. Ad propositum vero: quia intendimus concludere quod forma secundum suum genus non dependet a materia: ita quod aliqua forma potest inueniri separata. Unde et in minori notanter non assumitur forma materialis seu habens esse in materia: sed forma sine additione aliqua ad insinuandum quod loquimur de forma vt forma est: non vt talis vel talis. Patet autem minor illa ex nono metaphysic. tex.
T.c.13. ⁊ 15. commento. 13. ⁊ 15. vbi habetur quod actus est prior potentia simpliciter et independens ab ea. Ex eo enim quod forma essentialiter est actus: materia autem essentialiter potentia: si actus secundum totam suam latitudinem non dependet a potentia, consequens est quod forma secundum totum suum ordinem non dependeat a materia. Materiam autem cum essentialiter sit potentia: necesse est dependere a forma, sine qua actualitas non inuenitur, et sic patet minor, quia a forma absolute in eo quod forma dependet materia in suo esse: sicut potentia ab actu: et non econuerso. Quod vero alicui actui conueniat ꝙ quod non inueniatur nisi receptus in aliqua potentia, hoc est ex eius imperfectione: et non habet hoc in eo quod actus, et similiter quod alique forme non sint nisi in materia, hoc habent ex sua imperfectione: que attenditur penes distantiam a primo principio deo glorioso: ⁊ propinquitatẽ ad primam materiam, vnde tales forme nõ solũ causant esse materie: sed ⁊ ipse causate sunt quodãmodo a materia. Cause enĩ sunt sibinuicẽ cause, vt dicit secun
T.c.30 do phys. tex. com. 30. Essentia igitur substantiarum intellectualium est immaterialis ⁊ forma tantum. Questio. viij.

Circa hanc partem occurrit questio, ⁊ hec est octaua: an materia possit esse sine forma. In hac qõne tria facienda sunt, primo ponetur Scoti opinio, secũdo ponetur opinio san. Tho. tertio respondebitur rationibus in oppositum.

Quo ad primũ Scotus in scdo sen. dist. 12. q. 2. opinatur posse materiã esse sine forma. Arguitq; ad hoc
Sco. 2. di. 12. q. 2. probandum multipliciter. ¶ Primo sic. non minus dependet accidens a substantia ꝙ materia a forma: sed accidens potest esse sine substantia, vt patet in sacramento altaris. ergo materia potest
Scdo. esse sine forma. ¶ Preterea, absolutum distinctum et prius alio absoluto potest esse sine illo absq; contradictione: materia respectu forme est huiusmodi. ergo potest esse sine forma. minor est euidens. maior probatur, quia prius in eo quod prius non dependet a posteriori et accipitur hic ex quinto metaphysi. tex. com-
T.c.16. men. 16. priora sunt que possunt esse sine alijs, alia non sine ipsis.
Tertio ¶ Preterea, quicquid absolutum facit deus in creaturis mediante causa secunda: que non est de essentia causati: potest

facere sine illa: sed materiam deus facit mediante forma que non est de essentia eius. ergo potest facere sine illa. ¶ Preterea quicquid deus immediate creat immediate conservat vel conservare potest. sed materiam deus immediate creat. ergo immediate conservare potest. ergo sine omni forma. ¶ Preterea cum nihil deus extra se necessario velit et hoc quod vult materiam esse non est necesse quod velit materiam esse nisi propter necessariam connexionem utriusque: sed inter materiam ⁊ formam non est talis necessaria connexio: ergo ⁊c. Quod autem non sit talis necessaria connexio inter materiam et formam probatur: quia tunc sequeretur quod materia determinaret sibi necessario aliquam determinatam formam. probatio consequentie. quod determinat sibi genus forme determinat sibi aliquam speciem in genere illo: ⁊ quod determinat sibi speciem determinat sibi esse in aliquo individuo illius speciei. omne enim quod de necessitate est homo necessario est hic vel ille homo: consequens autem est falsum. materia enim nullam sibi determinat formam: ergo relinquitur quod materia non determinat sibi genus forme ad hoc quod sit. ¶ Confirmatur. quicquid contingenter se habet ad quodlibet generis absoluti: contingenter se habet ad id genus absolutum: sed materia contingenter se habet ad quamlibet formam: ergo materia contingenter se habet ad genus forme. ¶ Probatur adhuc quod si materia sibi determinat de necessitate genus forme quod etiam de necessitate determinat sibi unum individuum solum illius generis: quia unum essentiale ⁊ unum singulare est impossibile dependere a pluribus essentialiter eiusdem generis: materia autem est una essentialis ⁊ singularis: ergo impossibile est quod dependeat a pluribus formis eiusdem generis: ⁊ sic si necessario determinat sibi genus forme necessario quoque determinabit sibi aliquam unam formam: quod falsum est. Hec de primo.

Quarto

Quinto

Quo ad Secundum s. Tho. in prima parte. q. 66. ar. primo et in questionibus de potentia dei. q. 4. arti. primo ⁊ in quodl. q. 3. arti. 1. confirmat id quod hic dicit, scilicet materiam non posse esse sine forma duabus rationibus. ¶ Prima est ducens ad impossibile sic. si materia existeret absque omni forma: materia simul non esset ⁊ non esset: hoc implicat contradictionem. ergo. probatur consequentia quo ad secundam partem: quia quo ad primam ab adversariis conceditur. Impossibile est effectum formalem separari a forma: sed existere est effectus formalis forme. sic enim diffinitur: forma est que dat esse rei. ergo impossibile est ponere existentiam sine forma. sicut enim impossibile est esse album sine albedine: ita esse in actu sine actu: actus autem primus cuius est dare esse idem est quod forma. Ex illa ergo propositione: materia existit absque omni forma. sequuntur duo contradictoria simul vera: ex eo enim quod materia existit sequitur quod sit in actu. ex eo autem quod est absque omni forma: sequitur quod non sit in actu. Huic rationi dat Sco. quandam responsionem: que quia non nisi chimerica: ⁊ tanquam indigna de qua verba fiant: omittatur. quolibet enim proferente contraria solicitum esse stultum est: ait Arist. a quo didicimus in libro nono Metaphysi. quid sit actus ⁊ quotuplex. ¶ Secunda ratio s. Tho. ad hoc idem est ista. omne individuum determinatum ad genus completum vel incompletum in rerum natura per se existens est in aliqua certa specie per se vel reductive: materia sola neque per se neque reductive est in aliqua certa specie: ergo materia sola non potest esse individuum quodcunque in rerum natura. Minor est ex se clara. non enim facile esset fingere in qua determinata specie esset materia sola. Maior probatur ex eo quod individuum omne tam completum quam incompletum: si per se existit in rerum natura separatum (quod dico propter individuum generis: ut hec substantia: hoc animal ⁊c.) non continetur sub genere per se vel reductive immediate: sed mediante specie. inter genera enim ⁊ individua mediat species: ⁊ inter principia generis et principia individui mediant principia speciei pariformiter. ¶ Insuper hec maior potest probari ad hominem assumendo dicta Sco. 5. argu. ibi enim ipse expresse assumit quod quicquid determinat sibi genus aliquod determinat sibi aliquam certam speciem illius generis.

Prima q. 66. ar. 1. ⁊c. po. q. 4 artic. 1. quodl. q. 3.

Primo top. ca. nono. T. c. 11.

¶ Et potes etiam ex dictis Sco. ibi arguere ad hominem et probare oppositum intenti sui sic. Quicquid determinat aliquod genus, determinat sibi aliquam certam speciem illius generis: materia sola determinat sibi genus substantie. ergo determinat sibi aliquam certam speciem substantie saltem reductive. ergo materia sola esset in aliqua certa specie substantie. hoc est falsum: minor est omnium ⁊ processus bonus: ergo ⁊c. ¶ Hanc veritatem approbat Aristo. (ut ipse Sco. confitetur) loco allegato. Sed quia dicit ex falso fundamento Aristote. hanc conclusionem tenuisse. scilicet ex hoc quod deus non potest agere sine causis secundis: ostendo in hoc Scotum errare et dicas Commen. secundo enim Physi. Commen. 12. Auer. ex eodem precise fundamento quod sanctus Tho. adduxit in prima ratione tenet istam conclusionem. ubi nullam fieri mentionem de connexione causalitatis prime cause apparet: sed tantum de actu et potentia: ita quod ex natura actu et natura prime materie que est pura potentia concludit Auer. quod duo contradictoria essent simul vera: ut deductum est ⁊c. ¶ Auicenna quoque in secundo Metaphysice sue. capitulo tertio tenet conclusionem Scoti esse impossibilem: ⁊ tamen posuit expresse materiam esse creatam. Unde hec tanquam destructiva Metaphysicalium principiorum vitanda est. Hec de secundo.

2. dist. 3. q. 2.

Co. 12. 1. Phy. ca. 36. ⁊ septuagesimo

Quo ad Tertium respondeo. Ad primum negatur antecedens. plus enim dependet potentia pura ab actu quam actus imperfectus ab actu perfecto. ¶ Sed contra hoc instat Antonius trombeta sic. magis dependet posterius a priori quam prius a posteriori: sed accidens est posterius substantia: materia autem est prior forma: ergo magis dependet accidens a subiecto quam materia a forma. ¶ Forte diceretur (ait) quod materia non est prior: sed posterior forma. Contra: nam licet materia sit posterior forma ordine perfectionis: est tamen prior ordine generationis: et consequenter prior simpliciter. ut arguatur sic: quandocunque sunt aliqui duo ordines: quorum unus simpliciter est prior altero: quicquid est in ordine priore est simpliciter prius quocunque existente in ordine posteriore: sed ordo originis ⁊ ordo perfectionis ita se habent quod ordo originis est simpliciter prior ordine perfectionis (⁊ hoc in natura limitata) ergo quicquid est prius origine est prius simpliciter quocunque priore ordine perfectionis: sed ita est quod materia est prior origine forma: licet forma sit prior perfectione: ergo materia est simpliciter prior forma. processus bonus: ⁊ maior probatur: quod scilicet ordo originis est simpliciter prior ordine perfectionis. nam priora generatione sunt posteriora perfectione. natura enim semper procedit de imperfecto ad perfectum: ergo quicquid est imperfectius est simpliciter prius quocunque perfectiori: sed materia prima est imperfectior forma: ergo materia prima est simpliciter prior forma. Tunc ultra. est simpliciter prior forma. ⁊ omne prius in suo priori potest esse sine posteriori: ergo ⁊c. ¶ Ad hoc respondetur triplici responsione: ad insinuandum argumenti multiplicem defectum. ¶ Primo dicitur quod forma: licet sit posterior materia ordine generationis: est tamen prior etiam ordine generationis materia existente. Magni enim refert dicere materiam ⁊ materiam existentem: sicut superficies est prior albedine: albedo tamen est prior superficie habente esse album. unde in proposito cum sermo sit de materia existente: si enim poneretur materia sola in rerum natura oporteret ipsam existere. patet falsum assumi. ¶ Secundo dicitur quod aliud falsum ibi assumitur, scilicet quod ordo generationis sit simpliciter prior ordine perfectionis stando infra limites nature finite. cum enim actus sit prior potentia simpliciter: tam si ponatur deus finitus quam infinitus. ut patet ex nono Metaphy. tex. Commen. 15. ⁊ 12. textu Commen. 30. ⁊ prioritas actus sit prioritas perfectionis. consequens est quod secundum Aristote. et veritatem ordo perfectionis sit simpliciter prior ordine generationis. Amplius id quod est prius natura ratione ⁊ tempore est simpliciter prius. ordo perfectionis prior natura ratione et tempore ordine imperfectionis qualis est ordo generationis qui se tenet ex parte cause materialis: ordo igitur perfectionis est prior simpliciter. media quoque propositio est Arist. octavo physi. tex. co. 75. ubi expresse loquitur in natura finita ad probandum s. motum circularem esse primum. Unde ad probationem: concesso quod priora generatione sunt imperfectiora ⁊ quod natura procedit de imperfecto ad perfectum negatur consequentia. ergo ordo generationis est simpliciter prior: licet enim agens naturale prius attingat imperfectum quam perfectum: oportet tamen prius agens in se perfectum esse: ut dicitur in 12. metaph. tex. com. 40. ¶ Hic adverte tu, quod oportet mendacem esse memorem in questione de primo cognito. Antoni. trombeta quas impugnat propositiones has nunc assumit ⁊c.

Ad primum.

T. c. 15. T. c. 30.

t. co. 75

t. c. 40. q. 1. vid.

¶ Tertio dicitur quod dato toto processu: ultima consequentia nihil valet. falsum est enim quod omne prius possit secundum rem absolui a posteriori quolibet (ut ad secundum dicetur). ¶ Sed contra primam responsionem que ponit materiam non habere propriam existentiam: sed eam mendicare a forma instatur sic. Cuicunque convenit actu causare pro aliquo signo convenit ⁊ existere

pro eodē signo: sed materie prime in primo signo quo recipit formam: convenit causare, ergo pro tunc sibi convenit existere: sed pro illo signo non habet existentiam forme, ergo propriam. ¶ Et cōfirmatur, quia materia aut causat compositum ⁊ recipit formā quando existit: aut quando non existit, non quando non existit, ergo quando existit, ergo pro tunc convenit sibi propria existentia: quia existentia forme sequitur totum compositum. ¶ Et confirmatur secundo: quia causa non mendicat a suo effectu, materia autem causat existentiam compositi ⁊ forme, ergo non mendicat existentiam ab eis ⁊c. ¶ Ad hec dicitur qđ sufficit cause pro quolibet instanti temporis quo actu causat habere existentiam: nec apparet necessarium quod pro quolibet signo nature insit existētia sibi quo inest causalitas: ordo enim nature talis est in eodē instanti temporis: quod. s. materia recipit formam: ex quibus resultat compositum cui iam esse actualis existentie advenit: quo ipsum compositum primo: forma secundo: ⁊ materia tertio existunt. ¶ Ad formam autem prime instantie negatur maior. Ad primā confirmationem dicitur, quod materia causat quando existit: quia pro omni instanti quo causat existit (quando) enim est terminus temporalis. ¶ Ad secundam confirmationem dicitur quod licet causa ut causa non mendicet a suo effectu: tamen causa materialis mendicat a suo effectu qui est eius causa in altero genere cause: eo qđ cause sunt sibiinvicem cause, quinto metaphy. tex. com. 2. ¶ Oportet autem has responsiones a scotistis admitti: quia cū Sco. ponat secundo sen. distin. 3. q. 3. existentiam esse ultimum actum posteriorem tota coordinatione predicamentali: licet non distinctum realiter a re: cuius est oportet essentiam materie ex natura rei habere habitudinem ad suam existentiam ut potentiam ad actum. Et tunc potest argui sic: essentia materie ut distincta contra suam existentiam causat ex natura rei in genere cause materialis suam existentiam recipiendo eam, ergo sibi pro illo signo convenit existentia: ⁊ sic habet existentiam anteq̄ recipiat eam: similiter stando in illo signo: aut essentia materie recipit ex natura rei suam existentiam quādo est aut quando nō est ⁊c. ¶ Ad secundum principale negatur maior. Ad eius probationem dicitur, quod non sola dependentia: sed necessaria connexio aliquorum potest esse causa inseparabilitatis eorum. Ad id quod adducitur ex quinto metaphy. dicitur quod universalis affirmativa nō convertitur simpliciter. ista enim est vera: quecunq̄ possunt esse sine aliis ⁊ alia non sine ipsis sunt priora: sed non convertitur: quecunq̄ sunt priora possunt esse aliis: ⁊ alia sine ipsis.

T. cō. 2. 2. dis. 3. q. 3. — *Ad secundū.* — *T. c. 6.*

Et nota Quod maxima illa scotica: omne prius absolutum ⁊c. non potest salvari (etiam sequendo viam Sco.) quod pro nunc ex duobus manifestatur. Primo ex eo quod partes essentiales simul sumpte sunt priores toto: et tamen apud Sco. non possunt esse sine toto. ¶ Secundo ex eo quod predicamentum quantitatis est absolutum prius predicamento qualitatis presertim quo ad quartam speciem eius: ⁊ tamen non potest fieri quantitas continua sine figura. Si enim quantitas sine figura fieri dicatur aut finita aut infinita: non infinita: quia illa nō dabilis: ⁊ si forte imaginetur dari adhuc cū oporteat esse lineatam: aut ergo linea recta aut curva: ⁊ sic esset figura: si finita, ergo figurata: figura enim est que termino vel terminis clauditur: ⁊ similiter aut habet lineas rectas aut curvas: aut circulares ⁊c. ¶ Ad tertium quicquid sit de maiori: negatur minor: forma enim ⁊ si nō sit de essentia materie: est tamen de essentia materie existentis. ¶ Ad quartum dicitur: quod cū medium sit duplex effectivum et formale: quicquid immediate deus causat effective potest absq̄ media causa effectiva conservare: non autem absq̄ media causa formali quale medium est forma respectu materie. ¶ Ad quintū negatur quod inter materiam ⁊ formam non sit necessarium connexio. Ad cuius probationem negatur consequentia: cuius probationis falsa est maior, per id autē quod additur. s. sm quod necessario est homo: necessario est hic vel ille homo nihil aliud habetur: nisi qđ quia materia necessario determinat sibi genus forme: ideo materia nō potest esse sine hac vel illa forma: quod est intentum nostrū. Non enim valet consequentia. a. necessario est homo: ergo. a. necessario est hic vel ille determinate: sed vage, ⁊ sic cōceditur: materia necessario determinat sibi formam, ergo necessario determinat sibi hāc vel illam formam nō determinate sed vage. ¶ Ad cōfirmationem cū dicitur quicquid cōtingenter se habet ad quodlibet generis absoluti: cōtingenter se habet ad genus ipsum: eodē modo respondetur distinguendo cōtingenter se habere ad quodlibet determinate vel vage. Primo eīn modo falsa est maior. Scđo vero falsa est minor: materia eīn non contingenter: sed necessario se habet ad quālibet formam indeterminate ⁊ vage. ¶ Ad aliā probationē dicitur q̄ unū essentialiter unū ⁊ singulare negative sicut est materia prima, potest essentialiter dependere in esse a pluribus eiusdē generis indeterminate et vage sm qđ illa plura habent unam rationē cōmunem sicut in proposito oēs forme conveniunt in hoc q̄ dant esse actuale. Reflecte hoc argumētum cōtra Scotum de quātitate ⁊ figura ⁊ forte persuadebis sibi infirmitatem eius: quantitas enim continua determinat sibi genus figure: nullam tamē sibi figuram vendicat. Hec de quarto.

Ad tertium. — *Ad quartum.* — *Ad quintum.*

¶ In hoc ergo differt essentia substātie composite ⁊ substantie simplicis: quod essentia substantie composite: non tantum formam nec tantum materiam: sed complectitur formam ⁊ materiam, essentia vero substantie simplicis est forma tantum. Et ex hoc causantur due alie differentie: et una est quod essentia substantie composite potest significari ut totum vel ut pars: quod accidit propter materie designationem, ut dictum est, ⁊ ideo non quomodolibet predicatur essentia rei composite de ipsa re composita. Nō enim potest dici quod homo sit quidditas sua. Sed essentia rei simplicis que est sua forma: non potest significari nisi ut totum cum nihil sit ibi preter formam: quasi formam recipiens ⁊ ideo quocūq̄ modo sumatur essentia substantie simplicis de ea predicatur. Unde Avicen. dicit qđ quidditas substātie simplicis est ipsummet simplex: quia non est aliquod recipiens ipsam.

Quinto meta. c. 5. post mediū.

¶ In hac secunda parte capituli comparat essentias substantiarum simplicium essentiis substātiarum compositarum triplicem differentiam inter eas assignando. Prima differentia est q̄ essentia substantie simplicis significat formam tantum: essentia autem substantie composite significat compositū quid ex materia ⁊ forma, utraq̄ pars differentie patet ex supradictis. Secūda differentia est, quod essentia substantie cōposite potest significari ut totū ⁊ pars: non autem essentia substātie simplicis. Unde oritur quod quia predicatum nō debet habere rationem partis: quod essentia substantie composite quādoq̄ predicatur de ea: ⁊ quādoq̄ non. cum. s. significatur ut pars. Essentia autem substātie simplicis: q̄ ut pars denotabilis non est: semper predicatur de eo cuius est.

Ad evidentiam Huius differētie notandum: quia primo aspectu apparet falsa ex eo q̄ se. patet: quod in positis nominibus substantiis separatis possunt significari earum essentie in abstracto ⁊ in concreto: ⁊ consequenter ut totū ⁊ pars: possum enim dicere, gabriel ⁊ gabrielitas: deus ⁊ deitas ⁊c. Sed licet ita appareat: diligēter tamen inspicienti oppositum illucescit. ¶ Considerandum enim quod loquimur de essentiis rerum ⁊ conditionibus earum: que eas sequuntur: ⁊ non de illis que ex solo opere intellectus fiunt. essentie enim substantiarum compositarum ex eo quod duas partes realiter habent: seu ex eo quod sunt forme in materia, ex se habēt: unde intellectus fundet in eis significationem per modum partis ⁊ per modum totius. Cum enim significat formam illam in habente seu deferēte: significatur: ut totum ⁊ concretum ut homo. cū autem significat illam non ut in habente seu deferente: sed per se significat in abstracto ⁊ per modū partis: ut humanitas. Essentie autem substantiarum immaterialium: quia dicunt formas non receptas in materia: ideo ex se non habent quod significentur in concreto et in abstracto: ut totum ⁊ pars ⁊c. non enim est ibi deferens nec delatum. Sed quia intellectus noster intelligit res simplices ⁊ altissimas per modū rerum compositarum: ideo ut dicunt Commenta. 12. metaphy si. cōmēto. 39. ⁊ san. Tho. prima parte. q. 13. fuit necesse: ut in illis formaret abstractum ⁊ concretum: et intelligeret eas per modum totius et partis. Differentia ergo posita hic est cum additione intelligenda: sic quod essentia substantiarū compositarum ex se habet quod significabilis sit per modum totius ⁊ partis: essentia autem simplicium ex se non habet quod significetur per modum totius ⁊ partis: sed ab intellectu tantum, et ideo diversitas que inter abstractum ⁊ concretum in substantiis compositis est ex parte rei: ⁊ reducitur ad distinctionem que est inter subiectum deferens et formam delatam. Diversitas autem que est inter abstractum ⁊ concretum in substātiis separatis nō est id

Capitulo. 39. s. q. 13. a.

ex parte intellectus: vt Com. ibi dicit. Et propter hoc dicit Auicē. ꝙ quiditas simplicis est ipsum simplex: ⁊ quiditas compositi non est ipsum compositum.

cap. 19. fi. 5. me ta. ca. 5

Circa hanc particulam est vnum dubium: an verum sit ꝙ in substantijs separatis idem sit quiditas ⁊ id cuius est. i. natura ⁊ suppositum. Est aūt rō dubitandi: qr s. Tho. in quolibet. 2. q. 2. ar. 2. dicit ꝙ cū apud Arist. 7. Meta. tex. Com. 20. ⁊ 21. in his quibus admiscet aliqđ accidens: natura ⁊ suppositum distinguantur: ⁊ in intelligentijs alijs a prima aliqđ accidens sit in omnibus excepta prima. natura ⁊ suppositum distinguuntur siue quiditas ⁊ id cuius est. ¶ Ex alia parte. 3. de anima. Com. 9. dicit in separatis a materia idem est qđ quid est: ⁊ id cuius est. Et in prima parte. s. Tho. q. 3. ar. 3. expresse hoc dicit qđ ⁊ apparet hic autoritate Auicenne.

quolib: 2. qō. 2. arti. 2. T. c. 20 ⁊. 21. T. cō. 9 1. qō. 9. arti. 3.

Ad intellectum huius difficultatis est notādum ꝙ cū nomine nature intelligatur id qđ per diffinitionem significatur: nomine autem suppositi indiuiduum habens illam quiditatem ſm triplicem gradum substantiarum in vniuerso tripliciter inuenitur differentia suppositi a natura. ¶ In substantijs siquidem materialibus suppositum differt a natura dupliciter ſm rem: ⁊ vltra hoc ſm rationem. Differt primo modo intrinsece: qr aliquod reale suppositum sibi intrinsecum includit quod non includit natura. s. principia indiuiduationis. Si enim sortes diffiniretur in eius diffinitione poneretur hec materia que non ponitur in diffinitione nature humane. Differt secundo extrinsece: qr aliquid reale extrinsecum sibi includit suppositum. s. esse actuale existentie: qđ non includit natura. existentia enim primo est actus suppositi: cuius est fieri: que tamen caderet in diffinitione sortis si diffiniretur. Differt tertio ſm rationem: vt patet. ¶ In substantijs autem separatis alijs a prima suppositum differt a natura duobus modis tantum. s. extrinsece ſm rem ⁊ ſm rationem. nihil enim reale intrinsecum sibi includit suppositum in eis quod non includat natura. qr non indiuiduatur per aliquod positiuum contrahens naturam specificam: quod sit velut differentia indiuidualis supposito intrinseca sicut est in substantijs materialibus. Sed qr in eis (vt patebit) existentia differt realiter a natura que primo (vt dictum est) est actus suppositi: ideo suppositum in eis differt extrinsece a natura. addit enim extrinsece realitatem existentie. Differt secunda ſm rationem: vt patet. ¶ In deo vero glorioso suppositum vno modo tantum differt. s. ſm rationem: qr nec natura diuina indiuiduatur per additum: nec existentia sua distincta est realiter ab eius essentia: vnde patet ꝙ vtraqꝫ pars dubij est vera aliquo modo: ⁊ ꝙ in substantijs separatis differunt secundum rem quod quid est ⁊ id cuius est: quia extrinseca differentia differunt ſm rem: ⁊ qđ sint idem: qr non differunt per aliquam intrinsecam differentiam realem: hanc autem esse mentem san. Tho. diligenter intuenti dicta eius in locis allegatis facile innotescere potest.

In eo. capitulo.

¶ Secunda differentia est, qr essentie rerum compositarum ex eo ꝙ recipiuntur in materia designata, vel multiplicantur ſm diuisionem eius: contingit ꝙ aliqua sint idem specie ⁊ diuersa numero. Sed cum essentia simplicium nō sit recepta in materia non pōt ibi esse talis multiplicatio. Et ideo nō oportet ꝙ inueniantur plura indiuidua vnius speciei in illis substantijs. Sed quotquot sunt indiuidua tot sunt species: vt Aui. dicit expresse.

¶ Hic ponitur tertia differentia in ordine vocata scđa inter eas que oriuntur ex prima: ⁊ dicitur ꝙ differunt etiam in hoc essentia substantie composite ⁊ essentia substantie simplicis. ꝙ essentia substantie composite est plurificabilis numero in eadem specie sicut essentia humana distinguitur numero in socrate ⁊ platone. Essentia autem substantie simplicis. i. separate a materia: non est plurificabilis in plura indiuidua eiusdem speciei: sed quodlibet indiuiduum constituit vnam speciem ⁊ distinguitur specifice ab alio. Et fundamentum eius est in duabus propositionibus. Quarum prima est. Cum actus sit qđ diuidit ⁊ separat. 7. Meta. text. com. 49. omnis diuisio aut est formalis aut quantitatiua: vt Arist. inquit. 3. Metaphy. tex. Com. 11. ⁊ Commentator, primo Physicorum. cō. 6. ¶ Secunda est. forme specifice sunt indiuisibiles formaliter. Ex his enim deducitur ꝙ forme specifice que recipiuntur in materia diuiduntur ad diuisionem materie per quātitatem ⁊ sic fiunt multa indiuidua eiusdem speciei. Forma autem specifica non recepta in materia omni diuisione caret ⁊ formali quidem ex eo quod species specialissima est: quantitatiua autem ex eo quod non est recepta in materia quam sequitur quantitas: ⁊ ideo non possunt esse multa indiuidua in eadem specie: multitudo enim diuisionem sequitur.

Ca. 49 T. c. 11. Cō. 6.

Questio. ix.

Circa hanc partem occurrit questio: an quelibet species substantiarum separatarum vnū tantum habeat indiuiduum. In hac questiōe tria sunt facienda. Primo ponet opinio Scoti cum fundamentis. secundo ponet veritas peripatetica. tertio respondebitur argumentis in oppositum.

Quo ad primum Scotus secundo sententiarum di. 3. q. 7. opinatur plures esse intelligentias eiusdem speciei talibus medijs. ¶ Primo sic. omnis quiditas quantum est de se est cōicabilis: intelligentia est aliqua quiditas. ergo quiditas intelligentie est de se communicabilis. ergo potest inueniri in pluribus. Maior probatur. qr si quiditas omnis non esset cōicabilis: vel communicabilitas repugnaret ei ratione perfectionis quiditatiue aut imperfectionis: non ratione perfectionis: qr communicabilitas (ſm fidem catholicam) conuenit quiditati diuine que summe perfecta est. Nec ratione imperfectionis: qr communicabilitas conuenit quiditatibus substantiarum cōpositarum: que sunt imperfecte. Cum ergo ratione neutrius repugnet sibi: restat maior vera. ¶ Preterea omnis quiditas intelligibilis sub ratiōe vniuersalis absqꝫ contradictione est plurificabilis numero: quiditas separata est intelligibilis sub ratione vniuersalis absqꝫ contradictiōe. ergo est plurificabilis numero. Maior probatur ex eo quod implicat intelligi sub ratione vniuersalis. ⁊ esse de se hoc: est enim vniuersalitas opposita hecceitati: sicut implicat intelligere essentiam diuinam sub ratione vniuersalis. quia est de se hoc.

Sco. 3. di. 3. q. 7. prima.

Scda.

¶ Preterea. deus potest hūc angelum in hac specie annichilare. isto annichilato deus potest speciem hanc reparare in aliquo alio indiuiduo non in eodem (ſm istam opinionem) qr ſm istos homo non posset resurgere idem numero nisi anima intellectiua remanente eadem numero. ergo in eadem specie erūt plura indiuidua saltem successiue. ¶ Preterea. anime intellectiue distinguuntur numero in eadem specie: ⁊ tamen sunt immateriales. ergo ⁊c.

Tertia

Quarta.

¶ Preterea Aug. in enchiridion. ca. 29. dicit ꝙ qr tota natura seu species humana ruerat: ideo misertus deus ad eam saluandā venit: non aūt venit ad saluandam naturā angelicam: qr tota nō ruit. Ecce ꝙ Augu. dicit totam naturā angelicam non lapsam esse per peccatum qđ non potest esse verū si tot sunt species quot sunt indiuidua: sic enim multe nature angelice lapse totaliter essent: humana autem tantum vna: cum humana non sit nisi vna. ¶ Preterea. Damascenus in elementario. cap. 12. dicit ꝙ ſm vnamquāqꝫ speciem fecit deus angelos. ¶ Preterea. arguit ad idem in quolibet. q. 2. ꝙ predicta opinio est damnata Parisius in pluribus articulis. Primus est. si quis dixerit deum non posse multiplicare formas sine materia: error. Secundus. si quis dixerit formam non recipere diuisionem sine materia: error. Tertius. ꝙ qr intelligētie nō habent materiam deus non posset eiusdem speciei facere plures: error. ¶ Qđ si dicatur inquit Anto. trombeta ꝙ ista sententia non est damnata vbiqꝫ dato ꝙ Parisius sic sit. ¶ Contra. nam sententia damnata in aliqua vniuersitate famosa vbiqꝫ est damnata aut suspecta de heresi non solum autoritate diocesani: sed etiam autoritate domini Pape (vt patet extra de hereticis. capitulo ad abolendam.) Hec de primo.

Quinta

Sexta.

quolib. q. 2. articulus parisi.

Quo ad secundum veritas peripatetica ab Arist. Commentatore ⁊ san. Tho. accepta est ꝙ quelibet intelligentia constituat vnam speciem: ita ꝙ non possint ibi inueniri plura indiuidua eiusdem speciei. Et san. Tho. quidem in questionibus disputatis de spiritualibus creaturis. arti. 8. ⁊ in scđo contra Genti. capi. 93. ⁊ in prima parte. q. 50. arti. 4. ⁊ alibi probat hoc multis rationibus: quarum duabus nunc vtendum est. ¶ Prima ex earum immaterialitate sumitur: vnde omni principio distinctiuo numeraliter carent: ⁊ formatur ratio sic. Omnis species habens plura indiuidua habet in se distinctiuum numerale: intelligentia non habet tale principium distinctiuum. ergo minoris probationē habes supra immediate ante questionem. Et nota ꝙ hec ratio est sumpta ex. 12. Meta. tex. Com. 49. vbi fit hec consequentia. Celum. i. primum principium est vnum specie ⁊ plura numero. ergo est materiale: vnde expresse datur intelligi quod immaterialitas est sufficiens causa nō plurificationis numeralis. Sed quia Sco. expresse dicit loco preallegato, quod opinio sua est contra Aristote. ideo omittam autoritates. ¶ Secunda ratio san. Tho. est sumpta ex ordine vniuersi fundata super tres propositiones. Quarum prima est: vniuersum habens tres partes. scilicet sphe=

s. Th. 1. q. 50. ar. 4.

tex. cō. 49.

ram generabilium ⁊ corruptibiliũ:corpora celestia: et substãtias immateriales habet pro bono intrinseco ordinẽ, hec habetur.12. tex.cõ.52. ❡ Scđa propositio est, ꝙ ordo est duplex.s.per se ⁊ per accidens. Ordo per se inter essentialiter ordinata: vt species que sunt sicut numeri.8.meta.tex.cõ.10. Ordo per accidẽs est inter indiuidua eiusdem speciei:vt dicitur tertio metaphy.tex.cõmen.11. ❡ Tertia propositio est, ꝙ ea pars vniuersi in qua est ordo per se purus est potior ea in qua est ordo per se admixtus ordini per accidens ex.12.meta.tex.cõ.52.vbi cõparatur prima pars vniuersi filijsfamilias quibus nihil ordinatum per accidens inest. Super his propositionibus fundaꝛ talis ratio. Id quod caret ordine p accidẽs non habet plura indiuidua eiusdẽ speciei: suprema pars vniuersi caret ordine p accidẽs: ergo non habet plura indiuidua eiusdem speciei.maior ex terminis patet, minor licet ex Arist. habeatur loco allegato (qꝛ isti tñ negant Arist.in hac parte sicut et alibi)ratione probatur sic. Non minus excludit ordinem per accidens suprema pars vniuersi ꝙ̃ media pars:cum suprema sit perfectior ⁊ bonitas vniuersi in ordine consistat:⁊ ordo per accidens sit imperfectum quid ⁊ deficiens ab ordine per se:imo ordinatum per accidens est inordinatum:eo ꝙ per accidens est conditio diminuens rationē ordinis:sed media pars excludit ordinẽ per accidens vt patet:corpora enim celestia nõ habent plura indiuidua eiusdem speciei:nõ enim est nisi vnus sol vna luna ⁊c. ergo suprema pars vniuersi a fortiori excludit ordinem per accidens. Hec de secundo.

[margin: T.c.52 — T.c.10. — T.c.11. — T.c.52]

[margin: Răđet ad argumentum. Ad primum.]

Quo ad Tertium respondetur argumentis Scot. Et ad primum quidẽ vt terminos theologicos admisceamus:qꝛ argumẽtum theologicum est:dicitur ꝙ communicabilitas est triplex. Quedam cũ diuisione essentie:sicut vniuersale cõmunicabile est particularibus. Quedã vero absqꝫ diuisione alicuius essentie ⁊ esse per identitatem: sicut essentia diuina cõmunis est tribus suppositis. Quedam per assumptibilitatẽ ad hypostaticam vnionem:sicut natura humana communicabilis est oĩbus suppositis diuinis. Si in premissis Sco.assumit communicabile primo modo falsa est maior,patet in essentia diuina. Si secundo modo falsa etiam est maior:nulla enim essentia creata est illo modo communicabilis. Si tertio modo falsa quoqꝫ est maior,vt patet de essentia diuina. Si autem accipiatur cõmunicabile neutro illorum modorum:sed pro communicabili in communi non descẽdendo determinate ad hoc vel illud communicabile cõcesso toto argumento non concluditur ꝙ quidditas angelica sit cõmunicabilis:sicut vniuersale particularibus. Committitur enim fallacia consequentis a superiori ad inferius affirmatiue. Unde probatio adducta nihil contra nos facit. Communicabilitas primo modo repugnat intelligentijs propter earũ perfectionẽ. Cõmunicabilitas secundo modo repugnat intelligentijs propter earũ imperfectionẽ. Cõmunicabilitas tertio modo conuenit eis ex earũ imperfectione:qꝛ esse distinguitur realiter ab earũ essentia. ❡ Ad secũdum dicitꝛ distinguendo maiorem. Aliquid enim esse intelligibile sub ratione vniuersalis conuenit dupliciter. Uno modo ex parte rei ⁊ intellectus (vt verbis.s.Tho.vtar.) Alio modo ex parte intellectus tantũ. Primo modo maior est vera ⁊ minor falsa. Secũdo modo maior est falsa licet minor sit vera:cũ enim vniuersalitatis fundamentũ ex parte rei sit inuentio illius quidditatis in pluribus indiuiduis simul vel successiue. Fundamentũ vero ex parte intellectus sit representatio illius quidditatis nõ representatis cõditiõibus indiuiduatiõis vt sic:illud est vniuersale vtroqꝫ modo.s.ex parte rei ⁊ intellectus:qđ vtroqꝫ fulcitꝛ fundamẽto:sicut humana essentia est intelligibilis sub ratione vniuersalis ex parte rei:quia ipsa est realiter diuisa ⁊ inuenta in multis: et ex parte intellectus: quia representatur absqꝫ hic ⁊ nunc. Illud autem est vniuersale ex parte intellectus tantum,quod altero tantum fulcitur fundamento scilicet representatione ⁊c. ita quod eius vniuersalitas ex hoc solo habetur quod obiectiue in intellectu ponitur: cui obijcitur res secundum conditiones quidditatiuas non indiuiduales vt sic:⁊ hoc modo quidditas intelligentie est vniuersalis. Licet enim indiuiduale ⁊ specificum esse ibi idem habeat principium:quia tamen representatur vt talis res non vt hoc:quia nõ representatur secundum ꝙ in se est: sed secundum modum rerum compositarum:in quibus aliud est natura ⁊ aliud est indiuiduũ illius nature:ideo est vniuersalis vt obiecta est tãtum. Et hoc eodem modo est predicabilis quidditas intelligentie de pluribus scilicet nec actu nec aptitudine:sꝫ vt obiecta est intellectui: vt ab Auicen. habes. 5. metaphy.quinimo ipsa quidditas diuina hoc modo communis ⁊ vniuersalis secundum rationem est, vnde et numerum pluralem apud grammaticos habet. ❡ Ad probationem autem maioris sic negate patet responsio: cum enim dicitur ꝙ implicat quidditatem esse de se hanc ⁊ vniuersalem et predicabilem de pluribus:hoc est verum accipiendo vniuersale ex parte rei ⁊ similiter predicabile. Uniuersale enim secundum rationem tantum est vnum in multis: ⁊ de multis vt obiectum est tantum. Uniuersale autem ex parte rei est in multis secundum rem : licet vnitatem habeat vt obiectuꝫ est. Hec si vis plene intelligere memento eorum que dicta sunt in.q.de vniuersalibus. ❡ Ad tertiuꝫ dicitur quod in casu illo repararetur necessario idem numero angelus:ex eodem enim gabriel est hic ⁊ gabriel. Nec est verum ꝙ apud nos deus non possit idem numero reparare:licet dicamus quod si in resurrectione non resumeretur eadem anima numero que non annichilata esse debet: si resurrectionis ratio saluanda est : non,esset idem homo numero cum quo stat idem numero posse reparari a deo. ❡ Ad quartum dicitur quod non est simile de intelligentijs ⁊ animabus intellectiuis quo ad hoc:quia anime sunt partes speciei corporibus vnibiles : non autem intelligentie:sed de his infra erit amplior sermo. ❡ Ad quintum respõdet san. Tho.quod natura humana ⁊ angelica possunt dupliciter accipi. Uno modo secundum esse nature:⁊ sic natura humana est vna :angelica vero plures. Alio modo accipiuntur secũdum esse vie.s.vt viatrices ad beatitudinem supernaturalem : ⁊ sic sicut natura humana est vna:ita tota latitudo angelicarum specierum est vna natura:eo quod sicut omnes homines vno modo tendũt ad patriam. scilicet per liberum arbitrium flexibile remediabiliter: sic omnes angeli vno modo tendũt ad beatitudinem. scilicet per liberum arbitrium flexibile irremediabiliter. semel enim flexum reuerti amplius non potest.apprehendunt enim immobiliter. Et propterea Augu. vt theologus loquens ad quem pertinet consideratio de homine ⁊ angelis in esse vie ⁊ patrie vocauit omnes angelos vnius nature. ❡ Ad sextum dicitꝛ quod Dam.forte opinionem illorum quos in hoc non sequimur imitans dixit illa verba. Uel per speciem intellexit speciem subalternam non specialissimam:⁊ hoc mihi placet magis : cum non constet ipsum contrarie opinionis esse : ⁊ tunc large speciei nomen accipiendum est:si veritatem habere debet. ❡ Ad septimum dicitur primo : quod argumentum procedit ex malo intellectu articulorum Parisiensium. illi enim sunt contra Auerroystas:qui animam intellectiuam non multiplicabilem numero dicunt : quia est forma immaterialis . vnde sensus primi articuli est . si quis dixerit deum non posse multiplicare formas sine materia idest sine dependentia a materia : error . Similiter secundi. si quis dixerit formas non recipere diuisionem sine materia idest sine dependentia a materia : error. Similiter tertij quod quia intelligentie non habent materiam : deus non posset eiusdem speciei facere plures: error. non habent materiam idest dependentiam a materia vel non posset idest ex impotentia dei procederet. ❡ Uel dicatur secundo quod articuli Parisienses inquantum tangunt vel tangere videntur doctrinam sanc. Tho. reuocati sunt per dominum Stephanum episcopum Parisiensem apud Bertilacum anno domini.1325.die iouis ante sacras cineres : vt patet in literis que incipiunt , Magistra rerum experientia certis indicijs euidenter demonstrat. ❡ Dicitur tertio quod cum sanctissimus Urbanus Papa doctrinam sancti Tho.approbauerit in extrauaganti que incipit (Laudabilis deus in sanctis suis et in sui maiestate mirabilis.) mirum est quomodo isti audeant contra romane ecclesie approbationẽ reducere articulos Parisienses. Sunt autem verba domini Pape in calce extrauagantis ad vniuersitatem Tholosanam : ista, Uolumus insuper et tenore presentium vobis iniungimus vt dicti beati Thome doctrinam tanquam veridicam et catholicam sectemini eamqꝫ studeatis totis viribus ampliare. Datum apud Montem Flasconem ⁊c . Hec verba attendant aduersarij : ⁊ videant quanta temeritate contra mandatum summi Pontificis catholicam sancti Thome doctrinam impugnare nituntur.

[margin: 1.q8.13. a.9.c. — Cap.1.]

[margin: 8.ca.4. q.7. — Ad tertium. vide s. th. q̃li. 5.q.5. — Ad q̃rtum. — Ad quintum. c.6.q.13 i de spiritualib⁹ creaturis. q. vni.a.8. ad primum. — Ad sextum. — Ad septimũ. De articulis Parisiensib⁹. — Reuocati fũt articuli parisiẽses, vt tangũt doctri. s. Th. Ard de istis articulis capreo lĩ. 2. di stin. 2. q. 2. ad 8.cõtra primaꝫ conclusioneꝫ.]

❡ Huiusmodi ergo substantie quamuis sint forme sine materia: non tamen in eis est omnimoda simplicitas nec sunt actus puri sed habent permixtionem potentie: ⁊ hoc sic patet. Quicquid enim non est de intellectu essentie vel quidditatis hoc est adueniens extra:et faciens compositionem cum essentia,quia nulla essentia sine his que sunt partes essentie intelligi potest. Omnis autem essentia vel

quiditas intelligi potest sine hoc ꝙ aliquid intelligatur de esse suo facto. Possuz enim intelligere quid est homo vel fenix: ⁊ tñ ignorare an esse habeant in rerum natura: ergo patet ꝙ esse est aliud ab essentia vel quiditate.

¶ In hac tertia parte capituli huius probatur substantias separatas esse compositas ex esse ⁊ essentia. ¶ Sed anteq̄ȝ ad probationem accedatur prenotandū est in substantiis materialibus inueniri quatuor realiter distincta. s. materiam: formā: essentiam compositam ex eis: ⁊ essentiam. In homine enim est considerare materiam in qua recipitur eius forma: ⁊ formam ipsam que est illius materie actus: ⁊ essentiam humanam que nec est materia nec forma: ⁊ esse actualis existentie quo homo formaliter existit in reruȝ natura: vnde fit vt in istis substantiis due compositiones pertinentes ad genus substantie reperiantur. Quarum prima est ex materia ⁊ forma. Secunda est ex essentia ⁊ existentia que vocatur compositio ex esse ⁊ essentia. ¶ Conueniunt autem inter se ⁊ differunt he compositiones. ¶ Conueniunt quidem in duobus. Primo in hoc ꝙ vtraq̄ȝ constat ex actu ⁊ potentia: materiam enim ⁊ formam clarum est se habere: vt potentiam ⁊ actum: essentia aūt ⁊ esse ex eo liquet ꝙ se habent vt potentia ⁊ actus: quia quiditas quelibet ex hoc ponitur in rerum natura ꝙ existentiam acquirit. ¶ Secundo conueniunt in hoc ꝙ vtriusq̄ȝ extrema sunt in eodem genere: tam enim materia ⁊ forma hominis quam essentia ⁊ esse eius in genere substantie ⁊ specie humane reponuntur. ¶ Differunt autem quo ad decem. ¶ Primo. q2 extrema prime compositionis sunt partes substantie ⁊ non sunt substantia proprie loquendo: vt patet. Materia enim ⁊ forma non sunt in genere substantie nisi reductiue: vnde predicationem substantie (que est genus generalissimum) non nisi in obliquo suscipiunt. Extremorum vero secunde compositionis neutrum est pars substantie: sed alterum est substantia: essentia. s. que est in recta linea predicamentali: alterum vero extra substantiam. s. existentia. ¶ Secundo differunt. q2 extremum illud quod se habet vt potentia in prima compositione est ens pure potentiale: materia. s. Extremum vero illud quod se habet vt potentia in secunda compositione non est pura potentia: sed ens in aliqua specie quiditatiue completum (essentia. s.) ¶ Tertio differunt. quia extremum illud quod se habet vt potentia in prima compositione non est id quod est: nec quod fit proprie loquendo. Materia enim non fit: vt dicitur. 7. Metaphy. tex. Commen. 27. eiusdem autem est esse: cuius est fieri: cum fieri ad esse terminetur. Extremum vero id quod in secunda compositione se habet: vt potentia est id qđ est: ⁊ fit: cum omnis factio ad compositum terminetur: vt ibidem dicitur. ¶ Quarto differunt. quia extremum illud quod in prima compositione se habet: vt actus non est vltima actualitas rei: sed causat alium vlteriorem actum: forma enim hominis que eius materiam informat causando totum compositum complet proprium receptiuū ipsius existentie: ⁊ sic eam causat que est vlterior actus. Extremum vero illud quod in secunda compositione se habet: vt actus est vltima actualitas illius generis: post existentiam enim formis nihil sibi substantiale amplius aduenit. ¶ Quinto differūt. quia extremum illud quod in prima cōpositione se habet vt actus est ita actus: quod tamen comparatur ad aliud vt potentia. Extremum vero illud quod in secunda compositione se habet vt actus est ita actus quod ad nihil ipsius rei comparatur vt potentia. Qđ patere potest aduertendo proportionem que est inter formam et existentiam. Est enim proportio forme ad esse actuale: sicut proportio diaphaneitatis ad lumen: forma siquidem recipit existentiam ⁊ causat eam: sicut diaphaneitatis lumen. Sicut namq̄ȝ aer in eo quod aer non est capax luminis: sed oportet ipsum diaphaneitate informari: vt proprium receptiuū luminis fiat: ideoq̄ȝ neq̄ȝ aer nec diaphaneitas: sȝ aer diaphanus est qui primo luminosus est: licet secundario tam aer quam diaphaneitas lumine clareat: ita in proposito materia sola non est capax existentie: quia actus in propria suscipi debet potentia: sed oportet in ipsa formam recipi vt proprium receptiuum existentia fiat: non materia nec forma: sed compositum ex eis. Id enim quod primo existit est compositum: cuius primo etiam est fieri: tamen tam materia quam forma secundario actuatur illamet existentia: vnde sicut diaphaneitas est causa formalis aeri diaphano: ⁊ eius complementum formale ad hoc: vt proprium susceptiuum luminis sit: et cum hoc comparatur ad lumen adueniens: vt potentia recipiens: licet secundario ad actum: ita forma est causa formalis composito et complementum eius formale ad hoc: vt proprium receptiuum existentie sit: ac per hoc comparatur ad ipsam existentiam subsequentem: vt potentia recipiens: secundario tamen ad actum receptum: vnde fit vt ipsum esse actualis existentie ad nihil aliud comparetur: vt potentia ad actum: sed sit vltima actualitas omnis rei: etiam ipsius forme. ¶ Sexto differunt: quia extremum illud quod in prima compositione se habet vt actus: est de intellectu: seu diffinitione rei extrinsece. forma enim secundum omnes intrinsece in diffinitione concipitur. Extremum vero illud quod in scđa compositione se habet vt actus est extra quiditatem rei. diffinitio enim nō significat esse: vel nō esse: vt dicit primo posteriorum. ¶ Septimo differunt q2 ex extremis prime compositionis fit vnum tertiū per se vnum. Ex extremis vero secunde compositionis non fit vnum tertium per se vnum: neq̄ȝ per accidens proprie loquendo. Et colligitur ratio huius differentie ex supradictis. vnum enim per se nō fit nisi ex duobus: quorum vtrūq̄ȝ est pars substantie. nulla enim substantia completa facit vnum per se cū quocūq̄ȝ alio: ⁊ quorum alterum est pura potentia. ex duobus enim actibus nō fit tertium per se vnum: ⁊ quorum alterum est ita actus vt possit cōparari ad aliquid aliud vt potentia. partes enim sunt materia totius: quinto Metaphy. tex. com. 3. Cum autem in prima compositione omnes iste cōditiones saluentur. in scđa vero nulla: sequit ꝙ in scđa compositione nō fiat vnū tertiū per se: neq̄ȝ ēt vnum per accidens fit: q2 vnum per accidens aggregat res diuersorum generum: cū his tamen stat ꝙ essentia per se adunetur cū esse. ¶ Octauo differunt q2 prima cōpositio est compositio ex his: ⁊ ideo fit ibi vnum tertiū. Secunda vero est compositio cuȝ his. Nulla enim res datur que constet ex essentia: ⁊ existentia proprie loquēdo: sicut datur res cōstans ex materia ⁊ forma: sed essentia componit cum existentia et econuerso. ⁊ ideo dictum est ꝙ adunantur per se: non tamen componendo tertium. ¶ Nono differunt quia prima cōpositio ad pauciora se extendit quam scđa. Extrema enim prime compositionis non inueniuntur nisi in rebus sensibilibus. eam nāq̄ȝ solam ex materia ⁊ forma constare supra conclusum est. Extrema vero secunde compositionis reperiuntur ⁊ in rebus sensibilibus ⁊ in rebus immaterialibus. habent enim intelligentie quiditatem ⁊ existētiam. vnde prima compositio infert scđam ⁊ non econuerso. omne enim compositum ex materia ⁊ forma est compositum ex essentia ⁊ esse: sed non conuertitur. ¶ Decimo differunt quo ad passiones suas: compositionem enim primam quantitas: accidentia sensibilia: et transmutatio saltem localis sequuntur. Compositionem autem secundam neq̄ȝ generatio neq̄ȝ corruptio neq̄ȝ transmutatio aliqua physica sequitur: sed tantum recipere ⁊ recipi: perficere ⁊ perfici: q2 hec sequuntur actum ⁊ potentiam: illa vero materiam ⁊ formā.

In litera igitur hanc scđam cōpositionem in omni ente citra primum inueniri probat tali cōclusione proposita. Omne ens aliud a primo est cōpositū ex esse ⁊ essentia. Ratio talis est omne habēs aliquid realiter sue quiditati coniunctuȝ qđ est extra essentiā eius est compositum ex quiditate ⁊ illo additamento. i. essentia et esse: omne ens aliud a deo habet aliquid reale sue quiditati realiter cōiunctum extra essentiam eius, scilicet esse. ergo omne ens aliud a deo est compositum ex esse ⁊ essentia. Maior relinquitur a sancto Thoma pro manifesta. Et est modificanda ita ꝙ illud additum sit extra essentiam rei particulariter sumptam (qđ dico propter inferius cum sit extra essentiam superioris: non tamen componit cum illo) ⁊ etiam deseruit sic modificata propositio: q2 esse est extra essentiam formis. non enim poneret in eius diffinitione si diffiniretur. Relinquitur igitur manifesta maior: q2 duo adunata quorum neutrum est contrahens alterum: ⁊ alterum se habet vt actus: ⁊ alterū vt potentia: non nisi per compositionem realiter sunt coniuncta. Minor autem patet ex sexta differentia. ⁊ Aristo. primo posteriorum dicente: ꝙ nulla diffinitio significat esse.

¶ Nisi forte sit aliqua res cuius quiditas sit suum esse: et hec res non potest esse nisi vna ⁊ prima: q2 impossibile est vt fiat plurificatio alicuius nisi per additionem alicuius differētie sicut multiplicatur natura generis in speciebus. Uel per hoc ꝙ forma recipitur in diuersis materiis: sicut multiplicat natura speciei in diuersis indiuiduis. Uel per hoc ꝙ vnum est abstractum ⁊ aliud in aliquo receptum: sicut si esset quidam color separatus esset alius a colore non separato ex ipsa sua separatione. Si autem ponatur aliqua res que sit esse tantum: ita vt ipsum esse sit subsistens: hoc esse non recipiet additionem differentie: quia tam non esset esse tantum sed esse: ⁊ preter hoc forma

[Margin notes, left column: Conuenit ⁊ differētia inter cōpositionem ex materia ⁊ forma ⁊ cōpositionem ex essentia ⁊ esse. — Differunt. Primo — Scđo — Tertio — T. c. 27 ⁊. 12. me. tex. cō. 12. — Quarto. 7. met. t. cō. 27 — Quinto — Non optime hanc subtilissimā doctrinā.]

[Margin notes, right column: Sexto — T. c. 25 — Septimo. — T. cō. 3 — Octauo. — Nono — cap. 2. ca. 5. in principio. — Decimo. — format rationē litere i tex. positam. — T. c. 25]

aliqua. Et multominus reciplet additionem materie: q2 iam esset esse non subsistēs: sed materiale. Unde relinquitur ꝙ talis res que sit suum esse, non potest esse nisi vna, vnde oportet ꝙ in qualibet alia re preter eam sit aliud esse suum: ⁊ aliud quidditas vel natura: seu forma sua. Unde in intelligentijs oportet ꝙ sit esse preter formam: ⁊ ideo dictum est ꝙ intelligentia est forma ⁊ esse.

¶ Hic ponitur secunda ratio ad idem que inducitur per modū exclusionis tacite responsionis: q2 aliquis posset dicere ad rationem factam ꝙ aliqua res est: cuius quidditas est suū esse: ⁊ illius diffinitio non abstrahit ab existere. Contra hoc mōꝫ inducitur secunda ratio probans ꝙ in vno solo ente scilicet primo essentia est idem quod existentia: ⁊ consequenter in quolibet alio esse ⁊ essentia distinguuntur realiter. Ratiocinatur ergo sic. Omne plurificabile seu plurificatum altero trium modorum multiplicatur: vel per additionem differentie formalis: vel per receptionem vtriusq3 in materia: vel per receptionem vnius in materia ⁊ alterius separationem: sed quidditas que est suum existere nullo istorum modorum est multiplicabilis: ergo quidditas que est suum esse: nec plurificabilis: nec plurificata est: ergo est vna tantum: ⁊ sic omne aliud ab ea non est sua existentia: processus clarus. Maior vero declaratur: qm̄ cum pluralitas sequaf diuisionē: diuisio alicuius fit per differentias formales: sicut natura generica animalis multiplicatur in homine ⁊ leone. Uel per differentias indiuiduales: sicut natura specifica multiplicatur in sorte ⁊ platone propter hoc ꝙ humanitas sortis est in alia materia signata ab illa in qua est humanitas platonis. Uel tertio modo potest imaginari diuisio inter aliqua duo eiusdem nature propter hoc ꝙ alterum est omnino separatum a materialibus conditionibus. alterum vero cōcretum est illis: sicut homo separatus apud Platonem: distinguitur ab homine particulariter propter hoc ꝙ homo separatus est immaterialis. natura vero sortis est recepta in hac materia. Nec apparebit discurrenti per omnia predicamēta aliquis alius modus realis multiplicationis in vniuerso. Nec aliquis mihi obijciat ꝙ quantitas ⁊ substantia distinguuntur realiter: ⁊ tamen non ꝑ differentias formales, nec ⁊c. Qm̄ siue modis siue differentijs fiat diuisio non refert: dummodo contrahens ad aliquam limitatam naturam trahat contractum. Minor autē declaratur quo ad oēs eius particulas. Primo ꝙ nō sit multiplicabilis per modum generis, patet ex eo ꝙ genus recipit additionem differentie: per quam trahitur natura generis ad determinatā naturam specificam: et sic perdit genus puritatem propriam: animal enim contractū ad humanam speciem non est purum animal: sed animal humanū, quidditas vero que est sua existentia est ipsum esse purum ⁊ non coartatum. statim enī ꝙ contraheretur perderet puritatem: ⁊ essent ibi duo (esse .s. ⁊ quidditas) ad quam contractum esset. Secūda pars minoris clarius patet. quod enim recipitur in alio non est esse purum ⁊ per se subsistens: sed sustentatur in alio: quidditas autem q̄ est suum esse est pura: ⁊ consequenter per se subsistens: ⁊ non alteri admixta in quo sustentetur. Per idem quoq3 patet tertia pars minoris: si enim vna quidditas que est suum esse est separata: altera que est recepta ex hoc ꝙ est recepta nō poterit esse eadem sue existentie. vt enim dictum est, esse receptum nō potest esse idem quidditati: ⁊ sic concluditur ꝙ quidditas q̄ est suum esse, est vna tantū que est prima causa omnium: ac per hoc cetera habent esse distinctum a suis essentijs,

¶ Omne autem quod conuenit alicui vel est causatum ex principijs nature sue sicut risibile in homine: vel aduenit ab aliquo principio extrinseco sicut lumen in aere ex influētia solis. Non autem potest esse ꝙ ipsum esse sit causatum ab ipsa forma vel quidditate rei, dico sicut a causa efficiente: quia sic aliqua res esset causa suiipsius: ⁊ aliqua res seipsam in esse produceret: quod est impossibile: ergo oportet ꝙ omnis talis res: cuius esse est aliud a natura sua: ꝙ habeat esse ab alio.

¶ In hac parte quarta huius capituli declaraf intelligētias habere esse a deo effectiue: in quo omnino idem est esse cum essentia, primum horum in sua vniuersali cōclusione hoc .s. omne aliud a prima causa est productū ab ipsa, probaf sic, omne habens esse distinctū a sua quidditate est ꝓductū effectiue a prima causa: omne ens aliud a causa prima habet esse distinctū a sua quidditate, ergo omne ens aliud a prima est effectiue ꝓductū a prima causa. Minor supponif ex dictis ⁊ dicēdis. Maior probaf sic. omne illud cui cōuenit aliq̄d distinctū a sua quidditate: ita se habet ꝙ vel ipsum est causa effectiua illius: aut habet illud ab alio effectiue. non enī potest imaginari tertiū: risibilitas siquidē ⁊ albedo ⁊ q̄cq̄d aliud cōuenit homini: aut causaf ab ipso homie effectiue: aut ab aliquo alio qđ nō est hois quidditas: sed impossibile est vt aliqđ ens efficiat suā propriā existentiā, vt dicif .2. de aīa. tex. cō. 47. ergo oportet ꝙ illā habeat ab alio effectiue. Qꝫ aūt sit impossibile: vt aliqđ ens efficiat suā propriā existentiā patet ex eo qđ sequeref ꝙ illud esset anteq̄ꝫ esset. ex eo enī ꝙ efficeret, esset: oīe enī efficiēs existit. 3. phy. tex. com. 17. ex eo vero ꝙ suū propriū esse causaret suuꝫ existere eius causalitatem sequeretur, ⁊ sic esset anteq̄ꝫ esset.

t.c.47.

t.c.17.

¶ Et quia omne quod est per aliud reducitur ad id quod est per se sicut ad causam primam: ideo oportet ꝙ sit aliqua res que sit causa essendi omnibus rebus: eo ꝙ ipsa est esse tātum, alias iretur in infinitum in causis: cum omnis res que non est esse tantum habeat causam sui esse, vt dictum est, patet ergo ꝙ intelligentia est forma ⁊ esse, ⁊ quod esse habeat a primo esse quod est esse tantum: ⁊ hoc est prima causa que deus est.

imedia te.ā.

¶ Hic declaratur scđm propositorum hec conclusio: scilicet essentia prime cause est suuꝫ existere: tali ratione: omne qđ est per aliud tale preceditur ab eo qđ est per se tale: omne ens aliud a prima causa est per aliud tale .i. ens ergo preceditur ab eo qđ est per se ens. qđ autem est ex se ens causa est oībus vt entia sint. vt dicif secūdo Meta. tex. Com. 4. prima ergo causa est ex se ens seu per se ens: et consequenter sua quiditas est ipsum esse: aliter non esset per se: sed per aliud a sua quiditate ens: ⁊ consequenter dependeret ab alio: vt ante posita ratione deductū est. Maior propositio etsi habeatur secundo Physi. tex. com. 66. ⁊ 8. textu Commē. 39. tamen in litera probatur ex eo quod aliter sequeretur processus in infinitum in causis. si enim non esset deuenire ad vnum per se tale: sed omnia essent per aliud talia: qua ratione ante vnum est aliud: eadem rōne ante illud erit aliud: ⁊ sic in infinitum. Minor vero est conclusio precedentis rationis.

T.c.4.

T.c.66

T.c.39.

Questio .x.

Circa hanc partem dubitatur an intelligētie effectiue sint producte a deo. ¶ Et pro parte quidem negatiua arguif sic. omne agens aliquid agit illud per motū: nulla causa substantiarū immaterialiū agit eas per motū: ergo nulla cā earuꝫ est agens eas. Maior est Arist. primo de generatione, tex. Com. 45.

¶ Et confirmaf: q2 apud Arist. 12. Meta. tex. commen. 12. omnis productio exigit tria: a quo: ex quo: ⁊ ad qđ: que in substantijs immaterialibus saluari non possunt. ¶ Preterea. primo Physicorū, tex. Commen. 33. cōis conceptio philosophorum est: ꝙ ex nihilo nihil fit: sed si intelligentie sunt effectiue a deo sunt ex nihilo ⁊c.

T.c.4.

T.c.12.

T.c.33.

¶ Preterea. 4. celi, com. primo nullum eternum inquit Auerrois habet efficiens vere nisi per modum forme ⁊ finis. Similiter. 12. Metaphysi. Com. 44. reprehendit modernorum morem dicens: ꝙ in separato a materia non est vere agere. ¶ Preterea nullum possibile ex se est necessarium ex alio apud Commentatorem. 12. Metaphy. Commen. 41. nisi motus sed intelligentie si sunt effectiue a deo sunt possibiles ex se. ergo non sunt necessarie ex alio. ergo corruptibiles.

Auerro. ca. 1. ca. 44. pº me. Secunda rō. cō. 41.

In hac Dubitatione: quoniam nostra etate in hoc Patauino studio non vertitur in dubium: an ita sit ꝙ deus creauerit intelligentias: sed an hoc sit ſm mentem Aristotelis et Commentatoris. ideo breuiter ⁊ incidenter persuadere volumus quod omnes intelligentie sunt a deo effectiue ſm commentatorē: ⁊ consequenter Arist. omnes enim admittunt in hac re consequentiam istam. Deinde qm̄ multi in hac re querunt moduꝫ quo apud Com. productio ista sit declarabif ⁊ modus productionis. ¶ Primum declaraf sic: id qđ est maxime ens ⁊ verum est causa entitatis ⁊ veritatis in ceteris. 2. Metaphysi. textu Commen. 4. deus est maxime ens ⁊ verum: ergo deus est causa entitatis in ceteris.

T.c.14

¶ Si dicatur quod est causa finalis ⁊ nō effectiua. ¶ Contra. 12. Metaphy. Commē. 36. ⁊ 44. quelibet res separata a materia cuiuscūq3 est principium finale, est principium efficiens. ergo si deus est principiū finale intelligentiarū erit ⁊ principium efficiēs earū. ¶ Dicitur forte ꝙ Commen. non ponit illā propositionem vniuersaliter sicut assumpta est: sed indefinitam. ¶ Cōtra. commentator ex separatiōe a materia seu ex immaterialitate rei ponit causalitatem effectiuam cōcomitari causalitatem finalem respectu eiusdem

Ca. 36. ⁊ med. ⁊ 44.

Ibidem de forma bal net ⁊c.

effectus: vt patet ibi. ergo vbicunq; reperitur immaterialitas cum causalitate finali respectu alicuius: oportet etiam reperiri causalitatem effectiuam respectu eiusdem. ¶ Confirmatur ex verbis Commentatoris in de substantia orbis capitulo secundo: vbi expresse dicit celum egere intelligentia non solum mouente: sed largiente in sua substantia permanentiam eternam. par autem est ratio de intelligentiis. Quod si dicatur quod loquitur de causa finali ⁊ formali exemplari. replica facta est. ⁊ adde quod ibi dicit Commentator: quod finis significat agens significatione necessaria (⁊ sunt verba valde notanda.) Confirmatur adhuc. quia Auerrois in. 12. Metaphy. ⁊ nunc nunc declarabitur: non solum ponit ipsas produci: sed etiam modum quo a prima causa omnes producuntur assignat. ¶ Modus autem productionis ab ipsomet ponitur. 44. Commento. 12. Metaphysi. vbi reprehendit Auicen. non quia ponebat intelligentias produci a deo: sed quia ponebat quod deus causaret eas per modum nature. scilicet quod ab vno vnum tantum procedat. Posuit enim Auicen. deum gloriosum qui pura actualitas est intelligendo se producere primam intelligentiam: que producta intelligendo deum producebat secundam intelligentiam. intelligendo autem se secundum id quod habet de actualitate producebat animam primi orbis. intelligendo autem se secundum id quod habet de potentialitate producebat orbem primum. ⁊ similiter secunda intelligentia faciebat vsq; ad vltimã: que presidet sphere actiuorum ⁊ passiuorum. Reprehenditur ergo Auicenna de hoc quod vnum tantum procedere a deo immediate dicebat. vnde dicit: non enim est illic prouentus: neq; consecutio neq; actio: ita quod dicamus quod vna actio sequitur vnum agentem: vbi apparet quod propterea apposuit (ly ita quod vna actio) vt declararet modum productionis se impugnare. Unde ⁊ vere productionis modum subiungit in verbis sequentibus dicens, tantum enim est illic causa ⁊ causatum ſm quod dicimus intellectum est causa intelligentis. Ubi scito ex Alberto. 12. Metaphysi. quod contemplatio intelligentiarum, si veritatem inuenire queris: in eas vt operatiuas non speculatiuas tendat. sunt enim essentialiter opifices vt earum instrumenta corpora. s. ⁊ celestia presc ferunt. Inter artes enim talis inuenitur processus: quod ars communis ⁊ principalis speciales artes subseruientes causat exemplariter ⁊ effectiua (partialiter saltem) prout diuersis modis est imitabilis. verbi gratia. ars militaris causat equestrem ⁊ frenefactiuã ⁊ alias huiusmodi vt sic. ⁊ sic ⁊ aliter imitabilis. omnes enim inferiores artifices intuendo artem principalem ⁊ communem ad eius imitationem formant operationes suas proportionatas illi. deus autem gloriosus est ars prima ⁊ communissima imitabilis ab omnibus artibus specialibus quales sunt omnes intelligẽtie. Unde ipsa ars diuina vt sic imitabilis puta per modũ talem qualis est motus saturni causat artem intelligentie saturni: ⁊ vt alio modo imitabilis: puta per operationes tales quales sunt iouis causat artem intelligentie iouis: ⁊ sic de alijs. causat dico non solũ exemplariter: sed effectiue ⁊ totaliter. Ars enim vniuersalis in humanis ideo non causat nisi partialiter ⁊ exemplariter artes speciales: quia non potest nisi concurrente lumine intellectus agentis in alterius intellectus fieri. Si namq; ars vniuersalis esset separata a materia per se subsistens ex se non prohiberetur quin posset artes speciales sui imitatiuas effectiue producere. Unde cũ ars diuina sit per se subsistens ⁊ summe efficax non requirit coagens: sed sola intelligendo se vt pluribus modis imitabilẽ artes speciales orbiũ motiuas tanq; propriorũ instrorũ produxit: ⁊ quia artes ille non sunt recepte in aliquo: oportet ꝙ sint subsistentes: ⁊ quod sint non solũ forme intelligibiles sed intelligentes. Omnis enim res immaterialis si est subsistens est intelligens ſm doctrinam Ari. 3. de anima tex. Com. 16. vnde cum deus immediate producat plures artes speciales subsistentes: sequitur ꝙ immediate producat plures intelligẽtias. ipse enim sunt essentialiter artes: ⁊ sic ibi est tantum causa et causatum sicut intellectum: idest ars communis intellecta: est causa intelligentis artificis subseruientis. ¶ Confirmant hunc sensum verba sequentia quibus ait: ꝙ non est impossibile: vt id quod est per se intelligentia ⁊ intellectum sit causa plurium entium secundum quod ex eo intelliguntur multi modi. Ars enim diuina que est pura intelligẽtia ⁊ purum intellectum secundum quod intelligitur a se practice pluribus modis imitabilis plures artes producit. quarum cuilibet: quia quod concipit de arte communi: est ratio operandi cum sumat principia sua ab illa. ideo subdit quod aliud est quod concipit de primo motore motor orbis iouis: ⁊ aliud quod concipit motor orbis saturni: et est causa in anima eius scilicet quod operetur. ¶ Confirmat quoq; hoc idem proportio inter intelligentias assignata ab ipso Commentatore in Commen. 44. ꝙ habitudo intelligentiarum aliarum ad primam est habitudo artium specialium ad communem: ita quod sicut artes speciales perficiuntur ⁊ causantur a communi in humanis: ita proportionabiliter intelligentie alie perficiũtur ⁊ causantur a prima.

Cap. 2. — ca. 44. — vbi. s. c. 44. parum post ỏn capitu. — no hãc diuinã declarationẽ. — T. c. 16. t. 15. — In eodẽ commen.

Ad primum

In oppositum dicitur quod agens dupliciter sumitur. Quandoq; proprie pro illo quod ex sua actione infert passionem que magis facta abijcit a substantia: ⁊ sic sumitur ibi ab Aristote. agens. sic enim opponuntur agens ⁊ patiens. Alio modo pro omni eo ꝙ in genere cause efficientis causat: ⁊ sic agens communius est mouente: vt patet ex. 7. Metaphy. Commen. 31. ¶ Ad confirmationem primam dicitur quod ⁊ illud ⁊ similia intelligenda sunt de productione Physica. scilicet per motum ⁊ mutationem. ¶ Similiter dicitur ad scdm. ¶ Ad autoritates Commentatoris adductas ⁊ similes sibi dicitur ꝙ loquuntur de agente proprio dicto ⁊ productione Physica: vel contra positionem Aui. ꝙ vnum ab vno emanat. ¶ Ad rationem scdam concessa maiore negatur minor. stat enim apud Arist. Commen. ⁊ s. Tho. ⁊ veritatem aliquid esse ab alio effectiue: ⁊ tamen esse necessarium ex se.

Ad primum. — Ad confirmationem primã. Cõ. 31. — ad rõnem. — Ad secũdam rõnẽ.

Ad cuius euidentiam

Notande sunt quatuor propositiones. Prima est. Possibile ex se est id quod habet in seipso potentiam ad non esse. patet ista ex terminis. ideo enim aliquid est in ordine possibilium ⁊ non in ordine necessariorum: quia habet in seipso potentiaz ad non esse. Si enim careret potentia ad non esse, impossibile esset ipsum non esse: ⁊ sic necessarium esset illud esse.

Secunda propositio

Est. Id solum habet in seipso potentiam ad nõ esse: cuius aliquid habet potentiam ad aliud esse. patet ista ex eo quod nulla potentia per se primo appetit non esse: omnis enim appetitus per se tendit ad aliquod esse sed quia cum illo ad quod tendit non potest stare esse quod habet. ideo ex consequenti appetit non esse quod est priuatio forme quam habet. Sicut materia aque per se primo appetit formam ignis: sed quia cum forma ignis non potest simul stare aque forma. ideo ex consequenti appetit priuationem forme aque quam habet. potentia ergo omnis appetens non esse prius natura appetit aliquod aliud esse. Notanter autem dixi in hac propositione (cuius aliquid habet potentiam) quoniam non totum appetit aliud esse sed pars potentialis. non enim tota aqua appetit esse ignis sed eius materia.

Tertia propositio

Est: necessarium ex se est illud quod caret potentia ad esse ⁊ non esse. patet ista ex terminis quinto Metaphysice. textu Comment. sexto. Necessarium enim est quod impossibile est aliter se habere. quod autem caret potentia ad esse et non esse impossibile est aliter se habere. omnis enim successio que dicitur sic ad aliter se habere fit per posse hoc esse perdere et aliud acquirere.

T. c. 6.

Quarta propositio

Est ꝙ nec intelligentie: nec corpora celestia habent aliquid sui quod sit in potentia ad aliud esse. Ista quo ad intelligentias est per se nota: quia sunt simplices forme: quo ad corpora celestia vero ſm Auerroim similiter dicendum est: quia sunt substantie simplices apud ipsum. scdm autem sanctum Thomam ex eo est vera ꝙ materia cuiusq; eorũ nõ est capax nisi forme quam habet. ¶ Ex quibus quatuor propositionibus succincte declaratis patere potest ꝙ ſm veritatem intelligentie ⁊ corpora celestia sunt necessaria ex se arguendo sic. Omne carens potentia ad esse ⁊ non esse est necessarium ex se: intelligentie ⁊ corpora celestia carent potentia ad esse ⁊ non esse. ergo ⁊c. Cum hoc tamen stat quod sint effectiue ab alio. potest enim vnum necessarium esse effectiue ab alio necessario. vt dicitur octauo Physico. text. Commen. 15. ⁊ quinto Metaphy. textu Comment. 6. Unde intelligentie ⁊ corpora celestia dupliciter sunt necessaria ⁊ ex se ⁊ ab alio. ex se quidem formaliter et intrinsece: ab alio vero effectiue ⁊ extrinsece. ¶ Unde Commentator. 12. Metaphysi. Commen. 41. dicit, quod non potest esse aliquid possibile ex se. necessarium vero ex alio nisi motus: ⁊ non dixit impossibile est aliquid esse necessarium esse ex se ⁊ ex alio. ⁊ cum hoc inspexeris fugabuntur omnes dubitationes inter dicta eius in de substantia orbis: ⁊ hic. reputauit enim impossibile nisi in motu aliquid esse necessarium ex alio precise. pro nunc sufficiant hec.

T. c. 15. T. c. 6. — Cõ. 41. No. vera hec ⁊ optia.

¶ Omne aut est quod recipit aliquid ab alio est in potētia respectu illius: et hoc quod receptū est in eo est actus eius, ergo oportet quod ipsa forma vel quidditas que est intelligētia sit in potentia respectu esse quod a deo recipit: et illud esse receptum est per modum actus, et ita inuenitur actus et potentia in intelligentijs, non tamen forma et materia nisi equiuoce, vnde etiam pati recipere subiectum esse ⁊ oīa huiusmodi que videntur rebus ratione materie conuenire equiuoce conueniunt substantijs intellectualibus ⁊ corporalibus, vt in tertio de anima Commentator dicit.

Ca.14. circa princip. ca. magno. cir ca pnc.

¶ In hac quinta particula declaratur talis conclusio: intelligentie sunt composite ex actu et potentia quo est ⁊ quod est: sic omne quod recipit aliquid ab alio effectiue est compositum ex recipiente potentia et actu recepto: intelligentie recipiunt aliquid ab alio: scilicet esse a deo. ergo intelligentie sunt composite ex potentia et actu. Maior ex eo patet quod nihil est in seipso. Minor autem ex precedentibus nota est. Et quamuis sic sit quod in intelligentijs inueniatur actus et potentia: non tamen habent formam et materiam. In plus enim se habent actus et potentia quam forma et materia: vnde pati recipere et subijci et similia que sunt passiones materie equiuoce in inferioribus et superioribus reperiuntur. Alia enim est ratio recipiendi ibi et hic: ibi absque omni motu et materiali conditione: in istis vero non nisi cum motu et indiuidualibus conditionibus: vt et Commentator testatur .iij. de anima. commen. xiiij.

¶ Et quia vt dictū est intelligentie quidditas est ipsamet intelligentia, ideo quidditas vel essentia eius est ipsum quod est ipsa, et esse suum receptum a deo est id quo subsistit in rerum natura, et propter hoc a quibusdam huiusmodi substantie dicuntur componi ex quo est et quod est vel ex quo est ⁊ essentia, vt Boetius dicit.

Cap. 5. 14. ipī. In lib. de hebdomadibus cap. 1.

¶ Assignat rationem: quare intelligentie dicuntur composite ex quo est ⁊ quod est: omne compositum ex quidditate que est ipsum suppositum et esse est compositum ex quo est et quod est: intelligentie sunt composite ex quidditate que est ipsa intelligentia ⁊ esse quo subsistunt: ergo sunt composite ex quo est et quod est: omnia assumpta ex predictis sunt manifesta. Questio x.

Circa Supradicta due dubitationes sunt. ¶ Prima est an esse actualis existentie et essentia distinguantur realiter. ¶ Secunda est an intelligentie sint composite ex actu et potentia. ¶ Circa primam tria agenda sunt: primo ponetur opinio Scoti. Secundo ponetur opinio Sancti Thome. Tertio respondebitur argumentis in oppositum.

Scot. 3. d. 6. q. 1.

Quoad primum

Scotus in tertio sententiarū distinctione sexta questiōe prima, opinatur esse actualis existentie et essentiam rei esse idem realiter: licet distinguantur ex natura rei, sicut modus intrinsecus ⁊ quidditas cuius est: sicut nec albedo distinguitur a suo modo intrinseco (gradu: scilicet) vt tria vel vt quattuor. Ad probandum autem hoc licet adduci possent rationes Scoti: quia tamen vnionē nature humane cum supposito diuino concernunt: decem rationes inductas ab Antonio trombeta in quolibeto suo nunc recitādas primo censui. ¶ Primo arguit vt ipse dicit contra fundamētum Thome sic: manente eadem ratione manet idem effectus: sed tota ratio quare ponitur ab istis essentiam differre ab esse est propter indifferentiam essentie ad esse ⁊ non esse: nam vt dicunt lapis est in potentia vt sit ⁊ non sit. ergo vbi talis indifferentia inuenitur ibi ponenda est talis distinctio: sed ita est quod est consimilis indifferentia esse ad esse ⁊ non esse. esse enim rose in hyeme nō est: in vere autem est, consimilis etiam indifferentia est essentie ad essentiam ⁊ non essentiam. essentia namque creature ab eterno non est. ergo esse differt realiter ab esse: et essentia differt ab essentia: quod est ridiculum. ¶ Preterea, quandocunque sunt aliqua duo essentialiter ordinata ⁊ realiter distincta. prius potest sine contradictione fieri absque posteriori, sed essentia non potest fieri sine existentia, ergo: minor patet, quia essentia particularis que sola fit necessario est existens. ¶ Preterea, quecunque distinguuntur realiter se habent sicut res ⁊ res: sed essentia ⁊ existentia non se habēt sicut res ⁊ res. ergo ⁊c. patet ista: quia res proprie loquendo conuertitur cum ente in actu actualitate existentie. ¶ Preterea, nulla res componit cū sua realitate. ergo nulla quidditas differt realiter a sua existentia. tenet consequentia: quia existentia est ipsa realitas rei, nihil enim aliud est dicere rem esse realiter quam existere: ⁊ econuerso: antecedens autem est de se notum. ridiculum est enim dicere quod aliquid componat cum sua realitate. ¶ Preterea, homo verus non componit cum sua veritate: nec homo affirmans cum sua affirmatione, ergo quidditas non componit cum sua existentia, consequentia patet ex eo quod rei existentia nihil aliud est quam positio veritatis ⁊ affirmatio huius. antecedēs autem oppositum nō videtur bene intelligibile. ¶ Preterea. existentia ⁊ essentia habent idem contradictorium, ergo non distinguuntur realiter, consequētia est nota. antecedens vero manifestatur ex eo quod nihil est quod priuet esse quin priuet essentia: nec est aliud nihil priuans esse: et aliud nihil priuans essentia. ¶ Preterea, homo in potentia non componit cum homine in actu, ergo essentia ⁊ existentia nō componunt: ⁊ consequenter non realiter distinguuntur. consequentia relinquitur per se nota: quia essentia est in potentia, existentia vero est actualitas eius. Antecedens vero patet ex eo quod actus ⁊ potentia diuidunt ens: vt conditio diminuens ⁊ perficiens: sicut verum et pictum diuidunt animal, vt Commentator dicit nono metaphysi. commento septimo. homo ergo in potentia cum non sit homo simpliciter cum sit homo in actu solam conditionem distrahentem perdit positum sub conditione perficiente: ⁊ sic nullam compositionem habet cum homine in actu. ¶ Preterea esse existentie si est distinctum realiter a quidditate non est substantia nec accidens. ergo. probatur antecedens. quod enim non sit accidens vt concessum ponatur. Quod autem non sit substantia, probatur: quia aut est materia: aut forma: aut compositum nullum illorum est apud Thomam, ergo ⁊c. ¶ Preterea, existentia ⁊ essentia distinguuntur realiter. ergo in qualibet generatione substantiali sunt duo termini totales ⁊ duo termini formales, consequens est impossibile, ergo ⁊c. consequentia probatur quoad vtramque partem supponendo duo. Primum est quod compositum per se vnum fit ex per se actu: et per se potentia ex octauo metaphysice, vbi nullam causam nouit Aristoteles, quare compositum substantiale est per se vnum: nisi quia materia est per se potentia, forma vero per se actus. Secundo supponitur quod essentia est per se potentia, existentia vero per se actus. Ex quibus concluditur quod id quod resultat ex esse et essentia est per se vnum, quo dato sequitur quod erunt duo composita per se vnitatem habentia: quorum alterum erit compositum ex materia et forma: alterum ex esse et essentia: et cum vnumquodque per se vnum natum sit terminare generationem, ergo in generatione erunt duo termini totales: ⁊ sic patet prima pars. Erunt etiam duo termini formales: scilicet existentia: ⁊ forma substantialis: quod etiam probatur sic. terminus formalis generationis est id quo aliquid generatur: sed tam existentia quam forma est id quo aliquid generatur, ergo ⁊c. probatur minor sic. eo modo quo aliquid est ratio essendi est ratio generandi: sed existentia est ratio essendi. ergo est ratio generandi. Vel formetur sic ratio. eo modo quo aliquid generatur eo modo est: sed per seipsum compositum non generatur per esse sic quod esse sit terminus generationis. ergo non habebit esse per ipsum esse. consequens est falsum. ergo altera premissarū non, maior. ergo minor. ¶ Preterea ex existentia ⁊ essentia fit per se vnum, ergo datur processus in infinitum in essentijs, consequens est impossibile. ergo ⁊c. Antecedens patet ex precedenti ratione, ⁊ probatur sic. Nam sicut ex materia ⁊ forma resultat tertium per se vnū: quia illa est per se potentia hec per se actus: ita ex existentia et essentia cum etiam existentia sit per se actus et essentia per se potentia; eadem enim ratio est. consequentia autem probatur: quia si ex esse ⁊ essentia fit tertium per se vnum cum illud iterum distinguatur a sua existentia componet cum ea: ⁊ ex eis fiet aliquod per se vnum: ⁊ iterum arguitur eodem modo de illo: ⁊ sic in infinitum. Hec de primo.

Anto nius trōbeta in quoli. media. 1. — Scdo. — Tertio — Quarto. — Sexto. — Septimo. — Cō. 7. — Octauo. — Nono. — T. c. 15. — Decio.

Quoad secundum

Opinio sancti Thome ab eo posita in secundo contra Gentiles, capitulo. 52. est quod in omni creatura quidditas ⁊ eius esse actualis existentie distinguuntur realiter, ⁊ licet hec conclusio nunc in textu probata sit: attamen ad pleniorem declarationē deducam tres probationes ex sancto Thoma ibi.

Op. sci Tho. 2. contra Gen. c. 52. prīa ratio.

¶ Prima est: omnis essentia creata habet aliquid sibi realiter coniunctum preter suū esse: nullum esse irreceptum habet aliquid sibi annexum preter se. ergo nullum esse irreceptum est essentia create: ⁊ consequenter esse ⁊ essentia non sunt idem. esset enim ipsum esse irreceptum si esset idem essentie, sicut et ipsa essentia irre-

ceptae est: de substantiis loquendo. Maior est nota per se: sor. enim preter suum esse habet quantitatem albedinem et similia: similiter substantie separate vt nuc supponimus habent aliquod accidens, (puta actum intelligendi saltem.) Minor vero declaratur ex eo q si affirmatio est causa affirmationis negatio erit causa negationis: sed precisa causa: quare esse habeat aliquid preter se annexum est: quia esse est receptum in alio in quo potest recipi aliud: quod patet ex hoc q esse substantiale sor. et esse album eiusdem nulla alia ratione adunatur nisi quia vtrunq recipitur in sor. sunt enim tantum vnum subiecto: cum ergo esse non erit receptum non remanebit aliquis modus quo potest habere aliquid sibi annexu. ¶ Confirmatur hoc: quia esse substantiale sortis: aut adunatur cum alijs preter se identice: et hoc est manifeste falsum: esse enim substantiale sor. non est esse album. Aut sicut potentia et actus: ita q esse substantiale sit potentia et accidentale actus eius: et hoc non: quia nullum esse actualis existentie potest poni subiectum alterius cum sit vltima actualitas: remanet igitur q ea ratione adunentur: quia ambo recipiuntur in tertio: et ideo sublato hoc ab ipso esse actualis existentie: q sit: scilicet receptum: aufertur etiam q possit habere aliquid sibi annexum: et hoc est quod Boetius dicit in hebdomadibus: q ipsum quod est aliquid habet sibi preter se coniunctum: ipsum vero esse nihil.

Ca.1.propone.4

Secunda ro.

¶ Secuda ratio ad idem est. Omne esse irreceptum est infinitum simpliciter: nullum esse creature est infinitum simpliciter: ergo nullu esse creature est esse irreceptum: ergo distinguitur ab essentia etc. minor est per se nota: maior probatur sic: omne purum esse est infinitum simpliciter: omne esse irreceptum est purum esse: ergo omne esse irreceptum est infinitum simpliciter. Maior est nota ex terminis (esse enim ideo est limitatum quia non est purum sed predicamentis mixtum) esse enim limitatur per naturas predicamentales: a quibus si depuletur omni finitate carens infinitum omnino restabit. Minor vero etiam patet ex precedenti ratione: et ex ratione facta supra in textu. ¶ Et adhuc exemplariter declaratur: albedo si ponatur non recepta in aliquo est pura albedo: et nihil haberet nisi se tantum: et esset infinita in specie albedinis: vt de se clarum est: non enim potest a sano intellectu imaginari albedo separata definita ad aliquem modu albedinis: omne enim quod est per se tale habet omne perfectionem possibilem illi nature: sicut homo separatus apud Platonem habet omnem perfectionem possibilem nature humane. ¶ Nec valet id quod Antonius trombeta contra hoc dicit sumptum ex Scoto secundo sententiarum distinctione tertia questione vltima: quod si albedo esset separata: et haberet omnem perfectionem possibilem tali speciei: sequeretur quod albedo esset infinita simpliciter: quia haberet perfectionem infinitorum indiuiduorum possibilium esse sub specie albedinis. Hoc inquam nihil valet: quoniam sicut infinita indiuidua albedinis etiam simul posita non sunt perfectionis infinite simpliciter cum sint limitata ad speciem albedinis: ita nec albedo separata eorum perfectiones habens erit infinita simpliciter: sed in tali specie.

2.d.3.q.4.

Tertia ratio.

¶ Tertia ratio est ista: id quod conuenit nature specifice absq omni causa effectiua distinguitur realiter ab eo quod conuenit illi non nisi per aliquam causam effectiuam: sed predicata quidditatiua conueniunt rei absq omni causa effectiua: existentia autem non conuenit rei nisi per aliquod efficiens: ergo predicata quidditatiua et existentia rei distinguuntur realiter: maior est per se nota. Minor etiam quo ad secundam partem est clarissima: quo ad primam vero declaratur sic: seclusa omni causalitate effectiua respectu rose: quero an ista sit vera, rosa est substantia corporea: si sic: habeo intentum. si non: ergo rosa absolute sumpta non est in predicato: et predicata primi modi possunt intelligi non ad esse rei: et diffinitio separatur a diffinito: que omnia non sunt imaginabilia etc. ¶ Videtur etiam hec opinio ab antiquis deriuata, Platone scilicet, Alpharabio, Auicenna, Algayele, Boetio, Hylario, Alberto et eorum sequacibus: licet ab Aristotele nihil manifesti in hac re habeamus. Hec de secundo.

Vide: as huius doc. comment. l.2, pos. c.6. circa prin. c.2.3 Gen. c. 52.

Quo ad tertium

Respondetur argumentis in oppositum. Et ad primum dicitur premittendo q arguens non vidit sanctu Thomam in fonte: vt enim apparet ex secundo contra gentiles: vbi ex intentione septem rationibus fundat suam opinionem seu positionem: ratio assumpta ab arguente non nominatur inter illas: vnde peccauit imponendo nobis hoc esse totum fundamentum positionis nostre: licet illa ratio ex dictis sancti Thome primo sententiarum: distinctione octaua questione quarta articulo secundo elici possit (vbi tamen de hac re non tractat) et est formanda sic ratio illa: essentia particulariter sumpta est indifferens ad esse et non esse: ergo distinguitur realiter a suo esse. Nec valet responsio sua dicens: quod in antecedente oportet addere quod essentia habeat propriam realitatem aliam a realitate existentie (quia hoc est voluntarium.) Distinctio enim realis est inter materiam et formam: quas philosophi non dubitant habere eandem realitatem existentie: cum ex eis ponant vnum per se fieri.

1.d.8.q.4.ar.2.

¶ Ad argumentum ergo contra hanc rationem factum dicitur quod falsum est: quod esse sit indifferens ad esse et non esse et essentia ad essentiam et non essentiam: nihil enim est indifferens ad aliqua duo: quorum alterum sibi determinat in sua diffinitione: constat autem quod esse est de intellectu esse: et essentia de intellectu essentie. Quod autem esse rose in hyeme non sit sed in vere: hoc ideo est: quia essentia rose cui semper sua predicata quidditatiua adsunt ad actum essendi non peruenit: et non ideo quia ipsum esse sit indifferens. Cum autem addit quod essentia est indifferens ad essentiam et non essentiam: quia non est ab eterno: non videtur intelligere vocem propriam. Ex negatione enim actus essendi ab eterno bene sequitur quod rosa sit indifferens ad esse et non esse: sed non quod sit indifferens ad rosam et non rosam: vt enim dicunt Alpharabius, Auicenna, Algayel et Albertus: siue rosa sit: siue non sit: semper est rosa et semper est substantia corporea etc. (si aliquo termino mensure in his vti licet.)

Ad secundu.

¶ Ad secundum negatur vtraq premissa: et maior quidem supposita ostensa est esse falsa: minor vero ostenditur in Christo: in quo humanitas absq creata existentia actuali est.

Ad tertium.

¶ Ad tertium negatur maior ad intellectum arguentis: non enim requiritur ad distinctionem realem quod vtrunq eorum habeat propriam existentiam.

Ad quartum.

¶ Ad quartum dicitur, quod sicut esse est duplex: scilicet existentie et essentie: ita duplex est realitas essentie et existentie: et licet nulla res componat cum sua realitate essentie: tamen cum hoc stat, quod componat cum realitate existentie: vnde essentia hominis absolute in reali predicamento, substantie scilicet reponitur: posita autem in rerum natura fit realis realitate existentie.

Ad quintum.

¶ Ad quintum dicitur eodem modo: quia etiam verum conuertitur cum ente et re: vnde simpliciter homo duplr est verus: scz veritate essentie: et existentie. homo verus veritate essentie no coponit cum tali veritate que nihil aliud est q fundamentalis coformitas ad sua predicata quidditatiue: componit autem cum sua veritate existentie: id est cu esse quod fundat hanc veritatem: homo est similiter dicitur de affirmatione.

Ad septum. Cap.1.

¶ Ad sextu negatur antecedens: cuius probationis vtrunq assumptum est falsum. Cum enim quot modis vnum oppositorum dicitur tot dicatur et reliquum (in primo topicorum) sicut ens dupliciter dicitur: scilicet ens quidditatiuum et existentie: ita non ens seu nihil dicitur dupliciter: scilicet nihil qdditatiue et nihil existenter: homo enim absolute sumptus cum sit in predicamento substantie est ens quidditatiue: non tamen extra nihil oppositu actuali existentie: et ideo aliud est nihil oppositum enti predicamentali seu essentie: et aliud quod opponitur existentie (actuali etc.) et similiter alia est negatio essentie: et alia est negatio existetie.

Ad septimu.

¶ Ad septimum negatur consequentia: non enim idem est dicere homo in potentia componit cum homine in actu: et essentia coponit cum existentia. prima enim est falsa: quia idem non componit cum seipso: secunda autem est vera: quia extrema realiter distinguuntur: vnde non est eadem proportio existentie ad essentiam: et hominis in actu ad hominem in potentia. Inter prima enim est proportio potentie receptiue ad actum: et distinctio realis vtroq extremo posito extra causas suas: inter secunda vero non: sed est proportio eiusdem ad seipsum secundum diuersas sui dispositiones simul incompossibiles scilicet esse in potentia et esse in actu.

Ad octauu. in h co. de cap.

¶ Ad octauum negatur antecedens: existentia enim substantie est substantia: et existentia accidentis est accidens (et vt supra patet) existentia substantie non est materia nec forma nec compositum: sed actualitas omnium eorum: et sic est reductiue in genere substantie. ¶ Sed contra hoc instat arguens sic: omne quod est reductiue in genere reponitur vt principium ipsius: sed esse no est principium substatie: ergo no est in genere substatie reductiue. ¶ Ad hoc dicit q cum esse sit vltima actualitas rei: et vltimu in generatione sit primum in intetione: esse erit in genere substantie vt principium formale vltimatum ipsius substantie: per hoc enim res reponitur in genere substatie: q est capax esse substantialis: et em differentie in omnibus generibus (vt infra declarabitur) sumuntur ab ordine ad ipsum esse.

Cap.4. p.3.

Ad nonum.

¶ Ad nonum negatur consequentia. Ad cuius probationem dicit: q primum suppositum male intellectum adducitur: eo q Arist. viij. metaphysice, textu coment. xv. que ar-

T.c.15.

guens adducit non dicit ꝙ ex per se potentia ⁊ per se actu resultet vnum tertium: sed ꝙ ideo res habens partes est vna: q2 altera est actus: altera vero potentia: ⁊ intelligendum est (sicut supra declaratum fuit) si ad compositionem realē referatur .s. ꝙ altera pars est pura potentia: eo ꝙ ex duobus actibus non fit tertium per se vnum: modo quidditas rei ⁊ existentia eius non se habēt sicut pura potētia ⁊ actus: nec sunt partes vt patet, vnde autoritas illa nō est ad propositū. Relinquitur ergo falsum esse ꝙ ex esse ⁊ essentia fiat tertium per se vnum: ⁊ consequēter probatio consequētie quo ad primam partem nihil valet: quia non sunt ibi duo composita.

In hoc eodem caplo.

¶ Ad probationem vero consequentie quo ad secūdam partem dicitur ꝙ non inconuenit generationē habere duos terminos formales difformiter, vnum primo: alterum secundario, terminus formalis generationis primus est forma: secundarius autem esse, sicut per oppositum creatiōis terminus formalis primo est esse: secundarius vero forma, et hoc modo conceduntur argumenta.

¶ Quod si intēdat probare ꝙ esse sit terminus generationis primo, respōdetur ⁊ dicitur ꝙ id quod assumit scilicet eo modo quo aliquid est ratio essendi est ratio generandi: falsum est: licet enim sit verum ꝙ id quod est ratio essendi sit ratio rei ꝙ generetur: non tamen est verum ꝙ eo modo quo est ratio essendi sit ratio generādi, ⁊ ratio est: quia res per generationē non exit de non esse omnino ad esse: sed de priuatione ad formā, vt dicitur .j. physicorū, creationis enim est proprium vt res transferat de non esse omnino ad esse: quo fit vt esse quod est primo ratio essendi: merito sit ⁊ primo ratio prime productionis que est creatio, ⁊ forma que est secūdario ratio essendi: sit prima ratio secunde productionis: generationis scilicet vnde ⁊ primo physicorum principia generationis ponuntur forma ⁊ priuatio. ¶ Per idem patet ad aliam formā, eiusdem rationis. falsa enim est maior, alius namq3 est modus quo res generatur: ⁊ alius quo est, est enim per formam secundario, per se autem primo: generatur vero econuerso. ¶ Ad decimum patet responsio ex dictis, falsum enim est antecedens.

t.c.75. — T.c.66 ⁊ 67. — Ad decimū secundū dubiū.

Circa secundum Dubium sciendum est communem philosophorum sententiā esse intelligentias alias a prima non esse actus omnino puros: sed admixtionem in se potentie habentes, verū diuersitas inter eos magna est de modo quo hec duo actus scilicet ⁊ potentia eis insunt. ¶ Et vt reliquos omittamus: ne limites intentionis nostre egrediamur: Sco. in primo sententiarum, distinctio .8. q. secunda, opinatur omnem creaturam esse compositam ex actu ⁊ potentia hoc modo quia quelibet creatura cum non sit nihil: oportet quod habeat aliquam actualitatem, ⁊ cum sit definita ad tale genus vel speciem seu gradum perfectionis: oportet quod habeat in se negationem alterius perfectionis possibilis reperiri in latitudine entis: ⁊ sic sit possibilis, quicquid enim est ens ⁊ caret aliqua perfectione in ente possibili est simpliciter possibile, ⁊ sic quelibet res est composita ex actu ⁊ potentia obiectiua: ex eo enim quod est habet in se actum: ex eo vero quod est ens possibile habet in se potentiam: possibile namq3 a potentia dicitur. Cum autem solus deus sit actus non possibilis .i. nō potens terminare actionem alicuius agentis sui factiui: intelligentie apud ipsum erunt composite ex actu ⁊ potentia obiectiua tantum: quia nullam in earum substantia receptiuam formam ponit.

S. v. intelligētie sint cōposite ex actu ⁊ potentia. op. sco. 1. d. 8. qō. secunda.

Sanctus Thomas Autem ex fundamentis in dubitatione precedenti positis opinatur intelligentias ⁊ quamlibet creaturam esse cōpositas ex actu et potentia: sicut ex duabus rebus distinctis realiter: esse scilicet et essentia, nec oportet repetere probationes: sed soluere rationem Sco. quam ibidem facit contra hoc. Arguit enī sic: si in qualibet creatura est compositio ex duabus rebus accipio alteram illarum rerum componentium: et quero an sit simplex an composita. Si simplex: ergo non quelibet res creata est composita. Si composita, iterum queretur de partibus eius: ⁊ sic in infinitum.

rō. sco. vbi. s.

¶ Ad hoc facillime respondetur, procedit enim argumentum ex malo intellectu positionis nostre, cum namq3 dicitur ꝙ quodlibet aliud a deo est compositum (ly quodlibet) distribuit non nisi pro his que vere sunt ⁊ proprie esse habent: que apud Arist. et veritatem sunt sola subsistentia, omne ergo suppositum tam substātiale ꝙ̄ accidentale (si sic loqui licet) est compositum ex actu ⁊ potentia realiter distinctis: quidditate scilicet ⁊ esse, fortis enim qdditas vt declarauimus distinguitur realiter a suo esse: ⁊ huius albi albedo distinguitur realiter a sua propria existentia: vt ex dictis patere potest. Non enim sumus adeo insensati vt dicamus omnem entitatem qualitercunq3 esse compositam. componentia enim vltima in resolutione quis dubitat oportere esse simplicia. Dicimus igitur in proposito intelligentias cum subsistant habere in se qdditatem ⁊ existentiam adunatas vt potentiam et actum: ⁊ sic compositas esse ex duabus rebus realiter distinctis. Sco. autem sententiam tenere potest suam absq3 alterius lesione: sed linguā coercere debet.

Rñdetur. — Septimo metaphysice. t.c.27. 1. q. prece.

¶ Et quia in intelligentijs ponitur potentia ⁊ actus: non erit difficile inuenire multitudinem intelligētiarum: quod esset impossibile: si nulla potentia in eis esset. Unde dicit Commen. in tertio de anima, quod si natura intellectus possibilis esset ignorata⁹ non possemus inuenire multitudinem in substantijs separatis. est ergo distinctio earum adinnicem secundum gradum potentie et actus: ita quod intelligentia superior: que plus propinqua est primo habet plus de actu et minus de potentia: et sic de alijs, et hoc completur in anima humana: que tenet vltimum gradum in intellectualibus substantijs. vnde intellectus potentialis eius se habet ad formas intelligibiles sicut materia prima: que tenet vltimum gradum in esse sensibili ad formas sensibiles, vt Commentator tertio de anima dicit: et ideo Philosophus comparat eam tabule rase: in qua nihil est depictum. Et propter hoc: quia inter alias substantias intelligibiles plus habet de potentia: ideo efficitur intantum propinqua rebus materialibus vt res materialis trahatur ad participandum esse suum: ita ꝙ ex anima et corpore resultat vnum esse in vno cōposito: ꝙ̄uis illud esse prout est anime: non sit dependens a corpore: et ideo post istam formam que est anima: inueniuntur alie forme plus de potentia habentes ⁊ magis propinque materie: intantum ꝙ esse earum sine materia nō est: in quibus etiam inuenitur ordo et gradus vsq3 ad primas formas elementorum que sunt propinquissime materie: vnde nec aliquam operationem habent nisi secundum exigentiam qualitatum actiuarum et passiuarum et aliorum: quibus materia ad formam disponitur.

c. magistro cir ca fi. Ca. 5. — Tertio de aīa. T.c.14

¶ In hac sexta ⁊ vltima parte huius capituli de multitudine intelligentiarū agens primo ꝓponit duas cōclusiones. ¶ Quarū prima est: ꝙ s̄m fundamenta predicta nō est difficile inuenire pluralitatem intelligentiarum. ¶ Secunda est: ꝙ absq3 talibus fundamētis impossibile est inuenire in eis pluralitatem: et hoc quidem non nisi autoritate Commen. iij. de anima. commen. xiiij. Probatio vero prime conclusionis est: quia quādocūq3 est aliquod mediū per participationem vtriusq3 extremi plurificatur penes maiorē participationem vnius ⁊ minorē alterius. verbi gratia, imponat nomē colorib⁹ medijs ⁊ vocent̄ .a. tunc .a. quia est inter albedinē ⁊ nigredinem mediū per ꝑticipationē multiplicatur in plures species: puta pallidū: croceū: citrinum: ꝓpter maiorem appropinquationem ad albedinē ⁊ recessum a nigredine: ⁊ ecōuerso: sed intelligētia est quid mediū s̄m prehabita inter duo extrema .s. actum purum ⁊ puram potentiā: participās naturā vtriusq3: q2 habet actum coniunctum potentie: ergo intelligētias plures esse ex hoc fundamēto facile perpendi potest .s. ex eo ꝙ sunt composite ex actu ⁊ potentia.

Ad horum Euidentiam est sciendum ꝙ in latitudine entis sunt duo extrema sc3 deus gloriosus actus purus omnino: ⁊ materia prima pura potētia omnino: reliqua omnia sunt intermedia: vtpote habentia actū ⁊ potentiā: ⁊ attenditur coniessentialis seu specifica multitudo penes appropinquationem ⁊ elōgationem ab extremis: quia enim aliquid magis sapit naturam actus ꝙ̄ aliud: ⁊ illud ꝙ̄ aliud: adeo plura sunt et dignitas in eis est penes maiorem appropinquationem ad extremum nobile .s. actum purū: quanto enī res est actualior ⁊ min⁹ potentialis: tanto nobilior: oēs igitur forme intermedie ꝑticipāt actū ⁊ potentiā. Sz inter eas quedā tn̄ actualitatis sortite sunt: vt adeo propinque sint actui puro: quod per se absq3 materia subsistat: t. vtpote ab ea valde elongate: non tamen sine admixtione poten-

tie:cuius puritas est ratio materie quod sit extremum:et inter has tanta latitudo est secundum maiorem et minorem participationē actus et potentie:vt vltima earum tantum potentialitatis habeat quod materiam informet(anima:scilicet intellectiua.)hec enim inter omnes formas subsistentes elongata est maxime ab actu puro:propter quod contingit quod adeo appropinquat alteri extremo: vt materiam ipsam recipiat:et ad eius esse trahatur. Alie autem forme tantum potentialitatis habent:ꝙ a materia dependent in esse et fieri:inter quas etiam magna latitudo inuenitur: dū quedam quibusdam actualiores sunt. Quod ex operibus cognoscere potes(operatio enim fecit cognoscere formam;)vnde forme elementorum que sunt maxime potentiam habentes: vtpote materie propinquissime nullius sunt principia operationis nisi per materiales qualitates: scilicet caliditatem: frigiditatem. Forme vero mixtorum vtpote eleuatiores a materia altiori modo operantur: sicut adamas trahit ferrum non ratione caliditatis aut frigiditatis: sed ex nature proprietate. Forme autem animalium longe actualiores dignoscuntur: cum seipsa mouere et alia discernere intuemur.

Ex his Non solum percipitur ꝙ facilis sit aditus ad pluralitatem intelligētiarum cognoscendam: sed etiā quod impossibile est fingere illam absq; hoc fundamento. Quomodo enim latitudo potest inueniri in eo quod actu ⁊ potentia careret'Commune est nanq; omnibus extremis:si extrema sunt: latitudinem in seipsis nō cōpati:essent enim vltima et nō vltima:vt de se patet:et ideo oportet media esse illa in quibus latitudo queritur que vtriusq; extremi naturam sapiant. Et quia intellectualem naturam:quam ex hoc ꝙ intellectualis est:scimus actualitatem habere:non cognosceremus habere potentiam admixtam nisi videremus animam nostram illam habere:cum potentia equiuoce dicatur de potentia rerum intellectualium:et de potentia rerum sensibilium:⁊ sine potentia non potest intelligi multitudo substantiarum intellectualium:ideo Commentator ait:ꝙ si non esset nota natura intellectus possibilis:non possemus intelligere pluralitatem in substantijs abstractis.

Notanda Sunt in hac litera tria. ¶ Primum est hoc quod ex dictis Commentatoris adducitur ꝙ si non esset nota natura intellectus possibilis non possemus scire pluralitatem in substantijs immaterialibus. ¶ Secundum est: ꝙ sanctus Thomas non dicit animam intellectiuam esse adeo potentie participem:vt forma materialis sit:sed vt materia trahatur ad participandum esse ipsius anime. ¶ Tertiū est:quia dicit anime ⁊ corporis esse vnū ⁊ idē esse:quod est independens a corpore.

Tertio de ala c.5.fi.

Primo Dicto videtur obuiare processus Aristot.xij.metaphysice:textu commen.xliij.vbi ex pluralitate motuum pluralitatem intelligentiarum concludit: ⁊ nullo modo meminit actus ⁊ potentie. ¶ Sed hoc recte intelligentibus non obstat. Aliud est enim concludere numerum motorum: et aliud est concludere pluralitatem substantiarum intellectualium: licet enim idem subiecto sint motores orbium:⁊ substantie immateriales: differunt tamen ratione:adeo vt ad diuersas scientias pertinet secūdum Commentatorem.xij.metaphy.com.vj.⁊ ideo ex pluralitate motuum quamuis pluralitas motorum vt sic concludi possit: non tamen pluralitas substantiarum intellectualium vt sic. Intendunt igitur Auerrois et sanctus Tho. ꝙ intelligentiarum inquantum intelligentie sunt multitudo non nisi per notam naturam intellectus possibilis discernitur a nobis:licet earum inquātum motrices sunt orbium ex suorum effectuū numero pluralitas inferatur. ¶ Vel dicito ꝙ venatio illa supposita notitia habita in libro de anima: vbi radicaliter innotuit pluralitas substantiarum intellectualium possibilis querit ex numero motuum quot sunt. Quod autem ibi supponatur motores proprios orbium habere potentiam admixtam:potest persuaderi ex eo quod supponitur ibi scilicet motores proprios orbium esse proportionatos suis orbibus: ita vt vnus vnum tantum moueat orbem. Et si stella adderetur vel non moueret vel tardius: vt dicitur secundo celi. textu comment.lxxj. Talis enim proportionis seu commensurationis cum alterum extremum sit res materialis: scilicet orbis:reliquū extremum a potentia omnino denudatum putandum non est:imo a sano intellectu non est intelligibile.

T. c6. 43.

C6. 6.

T.c.71.

Propter Secundum intelligendum est inueniri duplicem rerum ordinem in vniuerso: intelligibilium:scilicet et sensibilium. Ordo sensibilium materialis est materiam sibi necessario vendicans:omnes enim substantie sensibiles materiam habent licet diuersimode:vt dicitur.viij.metaphysice, tex.commen.in.et.xij. Ordo intelligibilium immaterialis est et a materia non dependens. Intelligibile enim est vnumquodq; per separationem a materia: vt dicitur.iij.de anima.text.comment.xj. Cum ergo materia sit sub aliqua forma sensibilis ordinis: cuiusmodi est omnis forma habens omnes vires suas sensibilibus organis affixas:non egreditur limites proprios:ipsa enim ad illud genus pertinet. Cum vero sit sub forma intelligibilis ordinis: extra limites suos ascēdit:et trahi dicitur ad id quod capacitatem eius transcendit:scilicet esse rei a se non dependentia: et quia supremū infimi attingit infimum supremi secūdum doctrinam Dionysij in libro de celesti hierar.cap. ideo supremum inter sensibilia: homo scilicet seu materia eius coniungitur infime forme intelligibilis ordinis:scilicet anime intellectiue:et eius esse participat:⁊ propter hoc dicitur quod materia trahitur ad esse eius:eleuatur enim materia ad superius.

T.c 3.e 12.t.14

T.c.16.

Ad euidentiam Tertij adducēde sunt rationes Scoti contra hoc dictum sancti Thome:vt magis veritas elucescat. Scot.in quolib.quest.ix.et.iiij.senten.distinc.xliij.quest.prima.sex motiua contra hoc facit: quorum aliqua recitantur ab Antonio Trombeta in quest.vtrum corruptum per potentiam diuinam possit idem numero redire: in qua tam ipse ꝙ Sco.vbi supra sanct.Tho.opinionem non suam attribuunt de eo quod ibi queritur:et hoc quia locuti sunt non tota lege perspecta:et iuxta Aristot.ad pauca respicientes de facili enunciant. ¶ Arguit ergo primo in proposito sic:esse anime et hominis est idem:ergo anima coniuncta corpori non est perfectior seipsa extra corpus: consequens est contra sanctum Thomam prima parte quest.lxxxix.vbi dicit:animam habere perfectiorem statum in corpore ꝙ extra:consequentia autem probatur: quia nihil habens idem esse: ex hoc solo est perfectius quod aliquid communicat alteri: licet alterum perficiatur ex hoc: communicare enim licet supponat perfectionem in communicante: non tamen dat illam et:modo anima in corpore si semper retinet idem esse:nihil in corpore plus habet: nisi quod communicat esse suum corpori:ergo ex hoc non est perfectior seipsa separata. ¶ Et confirmatur:quia ex hoc solo quod causa non communicat aliquid nullam imperfectionem acquirit:ergo anima non est imperfectior separata:si idem esse retinet: nihil enim amisit nisi sui communicationem corpori. ¶ Preterea:anima habet idem esse cum homine:ergo homo non est perfectior in essendo ipsa anima in essendo. Antecedens est falsum: consequentia vero probatur: quia quecumq; habent omnino idem esse sunt eque perfecta in essendo vel saltem id cui communicatur illud esse non est perfectius in essendo communicante. ¶ Preterea. Homo vt homo est tertium ens realiter distinctum ab vtraq; sui parte:scilicet anima et corpore:ergo habet proprium esse aliquid ab esse partium: et consequenter non est idem esse anime et hominis. Tenet consequentia:quia distinctum ens debet habere distinctum esse. ¶ Preterea:esse hominis in morte corrumpitur:esse autem anime non corrumpitur: ergo esse anime et hominis non sunt idem: consequentia plana est: et antecedens probatur: quia sicut generatio terminatur ad esse compositi: scilicet hominis: ita corruptio ad non esse ipsius. ¶ Preterea. Homo post mortem non manet: ergo nec esse eius. Tunc vltra:esse hominis non manet post mortem: ergo esse anime et hominis non est idem: cum esse anime remaneat: processus totus clarus est:excepta prima consequentia: que probatur: ex eo quod nullius actuale esse inuenitur:cum illud cuius est non inuenitur. ¶ Preterea in homine est alia forma preter animam:ergo in eo est aliud esse preter esse anime:consequentia est nota:quia quelibet forma habet proprium esse:antecedens vero alias probatum est.

v.eē ale sit etiā ipsius corporis scot.qll. q.9. 4. d.43.q. prima.

Primo

Confirmatur.

Scdo.

Tertio

Quarto.

Quīto.

Sexto.

Anteꝙ ad argumenta Hec respōdeatur aduertas primo:fundamentum sanc.Tho.vniuersaliter esse:in omni composito non inueniri nisi vnum esse substantiale actualis existentie:de quo nunc sermo est:eo ꝙ vnam tantum formam substantialem in composito tenet: ab vna enim forma non est nisi vnum esse substātiale.b ¶ Sz inter esse hominis ⁊ esse aliorum hec diuersitas est:quod licet tam esse hominis quam aliorum sit primo actus suppositi(vt quod)in homine: tamen totum compositum mendicat illud esse a forma: cuius est primo actus vt proprij et completi principij: in alijs vero compositis forma mendicat illud a composito. Et est ratio disparitatis:quia in solo homine qui supremum tenet locum inter sensibilia:ordo inferior sensibilis:scilicet trahitur ad ordinem superiorem intelligibilem et immaterialem. Unde esse homi-

1.per.q. 76.a.4 q.8.a.q. 9.qll.11. q.5.1.p. q.76.a. 3.t.4. potētia del.q.3. a.9. neq; forme essētotū.1. q.76.a. 4.

b Ista

ter hominem et alia composita materialia.

nis cum ab anima intellectiua fluat: immateriale et altioris ordinis q̃ homo est: sicut et ipsa anima: et ideo homo mendicat illud ab anima cui est proprium: vtpote ad suum pertinens genus: et inde est quod post mortem hominis anima remanet, esse etenim proprium independens erat a composito corrupto: et sic illud retrahendo ad se subsistit. Ceterorum vero esse cum sint eiusdem ordinis cum compositis quibus attribuuntur: sicut et forme a quibus fluunt: forme ipse mendicant a compositis sicut et fieri: ita quod tandiu illo gaudent quandiu in compositis sunt. vnde corruptis compositis ipse (cũ sine existentia remanere nõ possint) desinũt statim.

Aduerte Secũdo pro solutione argumentorum tres propositiones. ¶ Prima est: q cũ duplex sit perfectio rei: prima scilicet et secunda: res creata potens causare: etsi non efficiatur perfectior secundum defectionem primam: ex hoc quod actu causat, efficitur tamen perfectior secundum perfectionem secundã, patet hoc ex tribus. Primo ex eo quod est magis in actu res actu causans re in potentia causante: operatio enim est actus secundus cause, perfectio autem actualitatem sequitur sicut imperfectio potentialitatem. Secundo patet ex eo quod vnumquodque est perfectius coniunctum suo fini q̃ separatum ab illo: res autem actu operãs coniuncta est suo fini intraneo: qui est operatio: iuxta illud secundi de celo et mũdo. tex. commẽ. 17. vnumquodque est propter suam operationem. Tertio patet idem quod vnumquodque quanto est similius deo, tanto perfectius est: res autem actu causans est similior deo quam non actu causans: quia non solum assimilatur deo secundum hoc quod est: sed etiam secundum hoc quod est cõmunicare se aliis.

2. cõ. 17.

¶ Secunda propositio est: res est perfecta simpliciter non propter perfectionem primam: sed propter vltimam hoc traditur a Boetio in libro de hebdomadibus dicẽte: intueor in rebus aliud esse qđ sunt, et aliud esse quod bona sunt: et declaratur a s. Tho. prima parte. q. quinta. arti. primo ad primum.

Libro de hebdomadibus. 1. qõ. 5. artic. 1. primũ.

Ad cuius Intellectum nota q vt idem dicit prima parte. q. 6. ar. tertio triplex est perfectio rei. scilicet prima secundum quam res constituitur in suo esse sicut prima perfectio hominis est esse suum substantiale. ¶ Secunda vero est secundum quam est potens proxime ad suas perfectas operationes: sicut vires anime et habitus eas informantes: quibus homo in pfectã operationem potest exire. ¶ Tertia autem perfectio est secundum quam coniungitur suo fini: sicut speculatio que hominem substantiis separatis vnit. Manifestum est autem non esse hominem simpliciter perfectum: qui sola nature bonitate gaudet: aut qui a proprio fine procul est, vnde ordo entis simpliciter ad ens secundum quid oppositus est ordini perfecti simpliciter ad perfectum secundum quid: secundum namque esse substantiale homo ens simpliciter dicitur, perfectus autem secundum quid, ideo enim qui nullam aliam perfectionem habet: nisi quia est homo perfectus non asseritur simpliciter: sed cum additione dicimus q est perfectus secundum esse substantiale. Secundum vero esse accidẽtale quale est habituum et operationum: ens secundum quid homo dicitur: perfectus autem simpliciter: nihil enim tunc sibi deficit eorum que ad perficiendum hominem exiguntur. Patet ergo intenta propositio: qđ scilicet res est perfecta simpliciter ex vltima perfectione. ¶ Tertia propositio est ista: realis pars essentie perfectior est in toto existens q̃ separata: et declaratur sic: vnumquodque est perfectius cum est in complemento sui esse specifici q̃ cum deficit ab illo: pars autem essentialis quando est in toto: est in complemento sue speciei: ad cuius integritatem essentialiter ordinatur: cum autem est separata ab eo: iam cum esse completo speciei non est natura specifica materiam et formam aggregante: perfectior igitur est in toto pars essentialis q̃ separata. ¶ Ex quibus ad propositum descendendo dicimus perfectiorem statum habere animam intellectiuam in composito q̃ extra: eo quod quando est coniuncta corpori, habet non solum perfectionem primam que est esse: sed etiam perfectionem secundam influendo vires suas corpori et communicando se: et sic similior est deo q̃ separata: licet deus omnino immaterialis et incomponibilis sit: sicut cor motum similius est deo q̃ non motum: licet deus sit omnino immobilis: perfectio enim eorum consistit in hoc. ¶ Est preterea perfectior in corpore: quia in eo habet completum esse specificũ, quod nõ nisi partialiter obtinet separata: quamuis enim integrum esse existẽtie retineat separata quod in composito habebat: non tamen habet tũc integrum esse essentie completum in specie eo modo quo nata est habere: scilicet vt pars in toto: ad quod tamen habendum non accidentaliter sed essentialiter ordinatur: vnde falsum est animam separatam retinentem idem esse actualis existẽtie: nihil nisi sui communicationem ex separatione perdidisse: amisit enim esse quidditatiui specifici integritatem quandoquidem in sua specie integra non manet: vnde et beatus Tho. in questionibus de anima. q. j. ad xvj. ait principia essentialia alicuius speciei ordinari non ad esse tantum: sed ad esse huius speciei: licet igitur anima possit per se esse: non tamen in complemento sue speciei esse sine corpore.

Opposito modo ordo entis simpliciter et ordo perfectionis simpliciter.

q. de an. q. 1. 16.

Ad primum ergo Argumentorum negatur cõsequentia. Cuius probationem patet ex prima propositione assumere falsum: licet enim communicare supponat primam perfectionem: in communicante tamen perficit ipsam perfectionem secunda qua res perfectior simpliciter dicitur: imo apud Dionysium supremum quod participant creature de deo est: q communicatiue sunt. ¶ Dicitur secundo q etiam minor probationis est falsa: scilicet q anima separata hoc solo careat scilicet communicatione sui: vt patet ex tertia propositione: caret enim integritate specifica sui esse: et hoc est primum et principale quod reddit imperfectiorem animam separatam: ideo namque caret perfectionibus secundis: quia caret integritate specifica et non ecõuerso. ¶ Ad confirmationem patet ex prima propositione: quia causa creata ex hoc q causat: habet perfectionem secundam cuius priuatio imperfectio magna est: et in proposito aliquid plus est: quia anima separata non solũ desinit communicare se et vires suas: sed est in statu tali in quo impeditur a sui et virtutum suarum communicatione. et hoc est signum imperfectionis non modice. et est ea quam diximus scilicet separatio a completo esse quiditatiue sue speciei: vt expresse habetur a san. Tho. in questione de spiritualibus creatur. secunda ad quintum. ¶ Ad secundum negatur consequentia. Ad probationem dicitur: quod cum esse sit duplex, quidditatiuum et existentie actualis: primum non remanet in anima nisi partialiter. homo vero habet illud integraliter: et secundum tale esse homo est perfectior in essendo. Quo ad esse autem existentie potest dici homo perfectior quo ad modum habendi hunc scilicet quia habet illud vt suppositum. anima autem secundum alium modum perfectior dici potest: inquantum scilicet tale esse est sibi et non homini proprium (modo supra declarato) vnde se habent in hoc homo et anima sicut excedens et excessum. ¶ Ad tertium negatur consequentia de esse actualis existentie loquendo: non enim res distincta realiter ab alia habet aliam existentiam ab illa: iam enim dictum est partes et totum habere idem esse. Conceditur autem consequentia de esse essentie: sed hoc nostro fauet proposito. ¶ Ad quartum dicitur sicut ante: quod si in antecedente sit sermo de esse essentie: verum assumitur in prima eius parte: sed non in secunda: liquet enim ex supradictis: q esse specificum completum anime corrumpitur. ¶ Si autem sit sermo de esse existentie, potest dupliciter intelligi. Primo quod esse actualis existentie hominis desinat simpliciter. et sic est falsum: retrahit enim anima illud ad se. Alio modo potest intelligi quod esse hominis in morte, desinat esse hominis idest desinant informare hominem. et hoc modo conceditur: sicut enim de generatione hominis specialem sermonem facimus: et non sic de ceterorum propagatione animalium. dicente Aristotele, (in secundo de generatione animalium, capitulo tertio.) quod intellectus tantum venit ex extrinseco. et ipse solus est diuinus: eo quod operatio sua non habet communicationem cum operatione corporali omnino: ita de corruptione eiusdem specialis sermo esse debet: dicente eodem. 12. Metaphysice. textu Commenti. 17. quod in quibusdam nihil prohibet formam remanere post: vt si est anima talis: non omnis forsan sed intellectus. ¶ Ad quintum negatur prima consequentia. Et ad probationem vtendo distinctione facta dicitur quod cum esse actuale hominis dupliciter sumatur: scilicet secundum se seu simpliciter. Alio modo prout est huius. primo modo remanere non est impossibile corrupto homine. secundo modo non est intelligibile quod remaneat. nullius ergo rei esse actuale manet vt eius est quando id cuius est non inuenitur. potest tamen simpliciter inueniri. et ratio est in proposito sepe iam dicta: quia id esse non est proprium hominis sed anime. ideo oportet quod inueniatur semper quando est id cuius est proprium. et si desinat id cuius erat vt communicatum. ¶ Ad sextum negatur antecedens. ¶ Ad probationes vero alias factas sunt responsiones alias date. Relinquitur igitur verum esse de esse actualis existentie: quod vnum omnino est esse anime intellectiue et hominis: quod secundum se independens est a corpore: vtpote non causatum ab illo: quis

Ad primum.

Ad confirmationem.

q. de spiritualibus creat. qõ. 3. 5.

Ad. 2.

Ad. 3.

Ad. 4.

Cap. 3.

T. c. 17.

Ad. 5.

Ad. 6.

non est eductum de potentia materie: licet prout est huius scilicet hominis: non nisi in corpore inueniri possit.

Caput vj.

His visis, patet quomodo essentia inuenitur in diuersis. Inuenitur autem triplex modus habendi essentiam in substantijs: aliquid enim est sicut deus: cuius essentia est ipsum suum esse: et ideo inueniuntur aliqui philosophi dicentes ꝙ deus non habet essentiam: quia essentia eius non est aliud q̄ esse eius.

Cap. 5. l pnc. et circa mediū.

Hoc est principium capituli sexti: quod diuiditur in quatuor partes. In prima agitur de essentia dei. In secūda de essentiis intelligentiarum et anime. In tertia ostendit quomodo ista se habeant ad intentiones logicas. In quarta replicatur de essentijs compositis. De essentia ergo dei positurus duas conclusiones et exclusurus duos errores ponit primam conclusionem affirmatiuam talem. Essentia in deo significat ipsum esse eius: hanc conclusionem non aliter q̄ ex supradictis deducendo ponit. fuit nāq; supra probata et ab omnibus est concessa. Est autem intellectus conclusionis ꝙ esse actualis existentie diuinum est ipsa quidditas ei⁹: ita ꝙ predicatur de deo sicut predicatum primi modi dicendi per se: ita ꝙ ista: de⁹ est. est in primo modo perseitatis: quod de nullo alio a deo communis via fatetur: (dato etiam ꝙ esse et essentia in creaturis teneatur esse idē realiter: et quia ipsum existere est essentia dei:) ideo a quibusdam Platonicis scilicet dicitur ꝙ deus non habet essentiam quasi pura existentia sit.

De⁹ nō est i genere.

Et ex hoc sequitur ꝙ ipse non sit in genere: quia omne quod est in genere oportet quod habeat quidditatem ꝓter esse suum: cū quidditas aut natura generis aut speciei non distinguatur secundum rationem nature in illis quorum est genus vel species: sed esse est in diuersis diuersimode.

Hic ponitur secunda conclusio et negatiua: deus non est in genere: probatur in litera ex antedictis sic: omne quod est in genere habet quidditatem preter suum esse: deus non habet quidditatem preter suum esse: ergo deus non est in genere. Minor est conclusio precedens. Maior probatur sic: omnia que sunt in genere indistincta sunt in essentia generis vel speciei: distincta autem per diuersimode habere esse illius nature generice vel specifice: ergo esse nature generice vel specifice est preter naturam ipsam genericam vel specificam: et sic omne quod est in genere habet naturam preter suum esse. Antecedens huius consequentie est de se notum: homo enim et leo sunt indistincti in natura animalis: distinguuntur autem inter se per hoc quod diuersimode habent esse animatum: genus enim diuersum habet esse in speciebus: similiter sortes et Plato indistincti sunt in natura humana: distinguuntur autem inter se: quia habent diuersum esse humanum: non enim est intelligibile quod homo habeat idem esse in sorte et Platone: consequentia vero patet ex eo quod non videtur imaginabile quod id quo aliqua distinguuntur non sit preter id quo aliqua conueniunt. Et nota quod ad intentum huius rationis sufficit quod esse sit preter essentiam: id est preter conceptum quidditatiuum: sic enim sufficit differre principium conuenientie a principio differentie: vt patet de genere et differentijs: quorum altero conueniunt: alteris differunt species: et quia in solo deo esse est de conceptu quidditatiuo: ideo solus deus extra genus ponitur. Sed quoniam esse: ideo est preter conceptum quidditatiuum: quia est distinctum realiter ab essentia: et ideo est de conceptu quidditatiuo: quia est idem realiter essentie: ideo ex hac radice: scilicet quod esse et essentia sunt idem realiter in deo procedere dicitur quod deus non sit in genere. Nec te moueat ꝙ ratio ista digredi videtur ab esse actualis existentie ad esse quidditatiuum. quandoquidem in minore est sermo de esse actualis existentie: et postmodum in probatione maioris: quam oportet de eodem esse loqui: transitur ad esse quidditatiuum cum dicitur species conueniunt in genere et differunt in esse diuerso: hoc enim verificatur de esse quidditatiuo specifice accepto: homo nanq; et bos conueniunt in animali: et distinguuntur differentijs specificis quibus animal in eis diuersum esse specificum acquirit. Propter hoc inquam non oportet turbari: quoniam (vt in hoc patebit capitulo) differentie naturam genericam non diuersificant nisi in ordine ad diuersum esse actualis existentie: et ideo mira subtilitate sanctus Tho. digressus non est primam rationem distinctionis nature generice in inferioribus attendens: hoc autem (infra) melius intelligetur cum communissima regula assignabitur: vnde sumantur genus et differentia.

In hoc eo. cap.

Ad euidentiam Eius quod hic supponitur: scilicet ꝙ in deo esse est de conceptu quidditatiuo: quia est idē essentie: nota tres propositiones. Prima est quidditas que est sua existentia actualis non est ad aliquod genus determinata: hoc declaratur breuiter vnico medio sumpto ex secundo contra Gentiles. cap. xxv. sic: omnis quidditas in genere limitata est essentialiter designabilis per differentiam a qua mendicat esse in actu: nulla quidditas eadē sue actualis existentie est essentialiter designabilis per differentiā a qua mendicat esse in actu: ergo nulla quidditas eadem sue actuali existentie est ad aliquod genus determinata. Maior notificatur inducendo: animal enim est essentialiter determinabile per differentias: rationalem: scilicet et irrationalē: et ab eis mendicat esse in actu cum impossibile sit esse animal in actuali existentia nisi sit rationale vel irrationale: similiter color essentialiter est determinabilis per suas differentias: per quas existentiam actualem sortitur: non enim potest inueniri color nisi albus vel niger &c. minor autem intelligentibus terminos patet ex se quomodo nanq; existētia actualis mendicabit esse in actu ab aliquo alio formaliter? Si enim mendicat esse in actu ab aliqua differentia formaliter: cum esse in actu nihil aliud sit q̄ habere existentiam actualem: sequetur ꝙ existentia actualis habebit existentiam actualē formaliter per aliquid aliud a se: sicut animal per rationale formaliter acquirit existentiā actualem: hoc autem non videtur intelligibile. ergo &c.

Quomodo rū sit ꝙ i deo esse sit de ɔceptu q̄dditatiuo ts psius secūdo ɔ Gen. c. xxv.

Secunda propositio Est ista: existentia actualis ad nullum genus determinata: est purum esse: ista patet ex similibus: si nanq; animal nō sit determinatum ad aliquam speciem: purum animal erit: et albedo si non sit coartata in aliq̄ subiecto: pura albedo erit: ita et esse ad nullius nature predicamentalis capacitatem determinatum: purū esse necesse est: et si abstractio huiusmodi est per op⁹ intellectus: etiam puritas ipsa est ꝫm rationē. Si autem fuerit ꝫm rem: et puritas ipsa est ꝫm rem: vt de se patet.

Tertia propositio Est ista: esse est de cōceptu quidditatiuo puri esse tantum. Patet ista quo ad vtranq; exponētem: et quo ad primam quidem: quia non est intelligibile ꝙ de puro esse nō predicetur quidditatiue ipsum esse. Si enim de eo aliquid predicari potest quidditatiue: illud oportet esse ipsum esse: cū purum esse ponatur. Quod aūt cetera non recipiant esse in suis quidditatiuis conceptibus ex eo patet ꝙ cum esse non habeant in sua puritate sed suis quidditatibus coaptatum possunt ꝫm suas quidditates absq; esse et non esse diffiniri. Ex his deducit intentū sic: iō existētia est de cōceptu quidditatis rei: quia res illa est purum esse: ideo autē res illa est purū esse: quia nō est ad genus aliquod limitata: ideo autem res illa nō est ad genus limitata: quia est idem cum sua existentia: igitur de primo ad vltimū: ideo existentia est de conceptu quidditatiuo rei: quia res illa est eadem sue existentie. Et quoniam si affirmatio est precise causa affirmatiōis: negatio est causa negationis ex hoc ꝙ res creata non est eadem sue existentie: esse non est de eius cōceptu quidditatiuo. Unde cum deus gloriosus sit suum esse ipse nihil est aliud q̄ ipsum esse ꝫm rem separatum a naturis ꝑdicamētalibus in sua puritate subsistens.

Nec oportet si dicimus quod deus est esse tantum vt in errorem eorum incidamus qui deum dixerunt esse illud esse vniuersale quo quelibet res formaliter est. Hoc enim esse quod deus est huius conditionis est vt nulla sibi additio fieri possit. Unde per ipsam suam puritatem est esse distinctum ab omni esse: propter quod in commento none propositionis libri de causis dicitur quod indiuiduatio prime cause que est esse tantum est per puram bonitatem eius. Esse autem commune sicut in intellectu suo non includit aliquam additionem: ita nec includit in intellectu suo aliquam precisionem additionis: quia si hoc esset, nihil posset intelligi esse in quo super esse aliquid adderetur.

¶ Hic excluditur primus quorumdam error talis: scilicet deus est commune esse omnium: imaginati sunt isti quod cum omnia conveniant in hoc quod habent esse ipsum esse omnium, quo res formaliter sunt in communi seu in universali sit ipse deus gloriosus: moti sunt autem tali ratione: esse nulla additione specificatum est esse commune: deus est esse nulla additione specificatum: ergo deus est esse commune. Sed peccat ratio illa propter multiplicem maioris intellectum: dupliciter enim intelligi potest esse a nulla additione specificari. Uno modo secundum rem extra animam subsistendo. Alio modo secundum intellectus cogitationem tantum: primo modo maior est falsa: minor autem vera: secundo modo maior est vera: minor autem falsa: esse namque commune per intellectum in sua abstractione acceptum: nullam contradictionem includit: secundum vero quod est extra intellectum sine contractione non invenitur: omne namque esse est contractum ad substantiam vel accidens: esse autem quod est quidditas divina: est purum absque omni additione secundum rem et ex ipsa sua puritate: secundum rem est distinctum ab aliorum esse et hoc: et nullo modo commune sicut albedo separata ex hoc ipso quod esset pura albedo: esset distincta albedo ab aliis albedinibus cum substantiis mixtis et non esset albedo in communi. ¶ Peccat secundo maior illa: quia contingit adhuc dupliciter esse nulla additione specificari seu contrahi. Uno modo actu tantum. Alio modo actu et potentia: primo modo maior est vera: minor vero falsa: secundo modo maior est falsa: minor autem vera. Esse namque in communi: licet nulla sit additione contractum est tamen contrahibile: aliter nulla res haberet esse: que aliquid addit supra ipsum esse: et sic homo non haberet esse: cum ultima esse habeat humanitatem quantitatem etc. unde esse commune actu tantum specificatione caret: esse vero divinum nullam specificationem habet actu: nec aliquam habere potest: et ideo actu et potentia additione caret. Et hec est solutio quam in litera sanc. Tho. ponit sub aliis verbis dicens quod omne commune nec includit nec excludit additionem: id est non includit actu: potest tamen habere illam. Esse vero divinum non solum non includit illam: immo excludit: id est non solum non includit actu: immo nec potentia: et sic excludit illam: quod enim impossibile est convenire alicui excluditur omnino ab illo. De his diffuse habes in primo contra Gentiles cap. xxvij.

[margin: Vide primo contra Gentiles. c. 27.]

¶ Similiter etiam quamvis sit esse tantum non oportet quod deficiant ei relique perfectiones vel nobilitates: immo habet omnes perfectiones que sunt in omnibus generibus propter quod perfectum simpliciter dicitur: ut Philosophus et Commentator in quinto metaphysice dicunt. Sed habet eas modo excellentiori omnibus rebus: quia in eo omnes unum sunt. Sed in aliis diversitatem habent et hoc est quia omnes ille perfectiones conveniunt sibi secundum suum esse simplex. Sicut si aliquis per unam qualitatem posset efficere operationes omnium qualitatum: in illa una qualitate omnes qualitates haberet: ita deus in ipso esse suo omnes perfectiones habet.

[margin: Excluditur secundus error.]

¶ Hic excluditur secundus error talis scilicet deus non est simpliciter perfectus. Ratio autem huius erroris in proposito est ista. Id quod habet esse tantum est imperfectum respectu eius quod habet esse vivere et intelligere: sed deus habet esse tantum. ergo deus est imperfectior aliis. Maior est ex se nota. Minor vero ex dictis deducitur sic. quod est purum esse non est admixtum aliis: puta vivere et intelligere. aliter esset purum et non purum. deus est purum esse. ergo non est admixtus aliis, scilicet vivere et intelligere. et consequenter deus non habet nisi esse: quod erat probandum. defectus huius rationis in litera non explicatur: sed in primo contra Gentiles capitulo. 29. ubi declaratur quod ex hac propositione: deus est purum esse subsistens. sequitur deum esse universaliter perfectissimum. Et propterea notanter in textu dicitur. (immo habet omnes perfectiones etc.) ac si dicat quod ex hoc non sequitur deum aliqua perfectione carere: sed oppositum potius ex hoc concluditur. Est autem modus ex illo fundamento inventum deducendi talis: id cui convenit esse secundum totam virtutem seu potestatem ipsius esse: nulla perfectione seu nobilitate essendi caret: sed esse purum subsistens est id cui convenit esse secundum totam virtutem seu potestatem ipsius esse. ergo esse purum subsistens nulla perfectione seu nobilitate essendi caret.

[margin: Cap. 29]

Maior declaratur ex eo quod omnis perfectio cuiuscumque generis non nisi secundum aliquod esse est. Non enim sapientia perficit hominem nisi ea homo sapiens sit: nec iustitia perfectio hominis dici potest nisi ea homo iustus sit. Si igitur omnis perfectio attenditur secundum aliquod esse: id in quo tota plenitudo essendi reperitur: omnem perfectionem patet habere, et sic repugnat quod id habeat esse secundum totam amplitudinem suam et aliqua perfectione essendi careat. Minor vero exemplariter notificatur: sicut enim si albedo separata inveniretur: nihil ei de virtute albedinis deesse posset. (Ut enim supradictum est.) Ratio quare albedini huic non inest tota perfectio possibilis reperiri in specie albedinis est: quia coaptata est receptivo quod secundum totum posse eius non recipit eam. ita esse ipsum si receptum est in alio: coartatum est ad nature illius recipientis limites (substantiam, scilicet vel accidens) et consequenter limitatum ad illius generis nobilitatem. Si vero purum et non receptum in aliqua sit natura: illimitatum et infinitum simpliciter est: et omnes perfectiones possibiles in ente reperiri simpliciter prehabet. ¶ Cum autem audis quod albedo si separata sit. omnem perfectionem possibilem sue speciei habet. non intelligas (ut veritatis emuli obiiciunt) quod negatio: scilicet receptionis eius in alio daret sibi illam perfectionem: sed sicut receptio albedinis est conditio ad suam requisita imperfectionem: ita negatio receptionis est conditio sue illimitate perfectionis comes. Unde efficax argumentum ex receptione et separatione eius sumitur tanquam a conditionibus necessariis et inseparabilibus. ¶ Et quoniam habere perfectiones omnium generum potest intelligi dupliciter. Uno modo in seipsis. Alio modo in aliquo superioris ordinis: ideo ad declarandum quomodo ipse deus qui est ipsum esse essentialiter: habeat omnes perfectiones: dicit quod deus non habet omnes perfectiones in seipsis. i. distinctas abinvicem in propriis naturis: sicut homo habet sapientiam: iustitiam: prudentiam etc. Sic enim in deo oporteret esse maximam compositionem. sed habet eas indistincte unitas in suo esse simplicissimo. Illud quippe esse divinum equivalet omnibus perfectionibus omnium generum et excedit singulas et omnes simul. utpote res superioris et inaccessibilis ordinis. Cuius exemplum in luce solis habes: qua sola sol potest quicquid possunt omnia inferiora per tot varias qualitates. propterea a philosopho et Com. (quinto meta. capitulo de perfecto) dicitur quod deus solus est ens simpliciter perfectum universitatem perfectionum in se habens. Questio. xij.

[margin: non optima.]

[margin: t. c. 21]

Hic queritur

An perfectiones existentes in ipso deo sint aliquo modo distincte absque omni opere intellectus. ¶ In hac questione quinque agenda sunt. primo declarabitur titulus questionis. secundo recitabitur opinio Sco. cum fundamentis. tertio declarabitur opinio sancti Tho. quarto impugnabitur opinio Sco. quinto respondebitur argumentis in oppositum.

[margin: de distinctione perfectionum attributalium in divinis]

Quo ad primum

Scito primo perfectionem esse duplicem: quedam est perfectio simpliciter: et quedam est perfectio in hoc vel illo. Perfectio simpliciter est illa que in suo proprio ac formali conceptu dicit perfectionem cum nulla imperfectione ut sapientia bonitas et similia. Perfectio vero in hoc vel illo est que in suo proprio ac formali conceptu dicit perfectionem imperfectioni mixtam ut humanitas equinitas et his similia. Dixi (in proprio ac formali conceptu) quia includere aliquam imperfectionem in conceptu communi sibi et aliis aut materiali non derogat sue perfectioni simpliciter. Sapientia enim licet in sui generis conceptu: puta habitu seu qualitate imperfectionem dicat (potentialitatem scilicet) aut dependentiam etc. quia tamen in suo differentiali conceptu hoc formaliter non includit: non prohibetur quin perfectio simpliciter sit. Dixi (dicit perfectionem) propter relationem que in suo proprio ac formali conceptu cum nulla imperfectione nullam perfectionem sonat. ¶ Scito secundo quod perfectiones esse in aliquo contingit dupliciter. Uno modo formaliter. Alio modo virtualiter, esse formaliter in aliquo est esse in eo: ut forma est in habente ipsam: sicut humanitas albedo quantitas et alia huiusmodi in homine sunt. Esse autem in aliquo virtualiter est esse in eo ut effectus est in sua causa effectiva quemadmodum calor est in sole. Poteris autem comprehendere multum distare inter hos modos essendi in aliquo ex hoc uno eorum effectu pro nunc: quod ea que primo modo insunt intrinsece denominant suppositum tale. Ea autem que secundo modo insunt non denominant suppositum tale: ut

[margin: Perfectio simpliciter quid sit.]

patet in sole qui luce dicitur lucidus: calore autem non dicitur calidus. ¶ Amplius perfectiones esse in aliquo formaliter contingit dupliciter. Uno modo in suis proprijs naturis distinctas et limitatas: sicut in homine est esse intelligere et velle &c. Alio modo contingit eas esse formaliter in aliquo superioris ordinis unitas et illimitatas: sicut in solis luce sunt virtus calefactiua et desiccatiua et alie huiusmodi. ¶ Nec parum distant isti duo modi inter se. Longe nanque excellentius est esse in aliquo secundo modo (vt in exemplo dato apparet.) Quamuis igitur perfectiones omnium generum excellentiori modo sint in deo quam in creaturis: quia tamen perfectiones non simpliciter sunt in eo virtualiter tantum (eis enim non denominatur talis.) Perfectiones autem simpliciter sunt in eo formaliter et non in proprijs naturis limitate: sed vt in re superioris ordinis realiter indistincte et illimitate. Ideo vertitur in dubium an perfectiones simpliciter existentes formaliter in deo cum reali identitate sint aliquo modo absque omni opere intellectus distincte. hec de primo.

In quo stat difficultas.

Sco. I. d. 8. q. 3. per totum.

Quoad Secundum Sco. in primo sen. dist. viij. q. iij. opinatur perfectiones has esse distinctas preciso omni opere intellectus distinctione ex natura rei formaliter. Appellat autem distinctionem (ex natura rei) que innascitur ex ipsarum rerum natura: ita quod absque omni intellectus operatione est. Formalem vero addit: quia non omnis distinctio ex natura rei est formalis: sed ea tantum que ex quidditatibus seu rationibus formalibus fit. Probat autem intentum suum multis rationibus quarum eas adducendas censui, que ex puris naturalibus procedunt: quoniam theologiam nunc tradere non intendimus &c. ¶ Arguit ergo primo sic: sapientia et bonitas absolute distinguuntur formaliter ex natura rei: ergo sapientia infinita et bonitas infinita distinguuntur formaliter ex natura rei: antecedens est euidens. Consequentia autem probatur: quia infinitas non variat rationem formalem eius cui additur. In quocunque enim gradu perfectionis sue latitudinis intelligatur perfectio aliqua semper retinet eandem rationem formalem vt patet in omnibus. Si igitur sapientie et sapientie infinite est eadem ratio formalis: et ratio formalis sapientie distinguitur ex natura rei a ratione formali bonitatis: necessario sequitur quod ratio formalis sapientie infinite non includat ex natura rei rationem formalem bonitatis. ¶ Preterea distinctio precedens rationem primi distinctiui non est per tale distinctiuum: sed distinctio nature et intellectus precedit intellectionem, que est primum distinctiuum secundum rationem: ergo &c. probatur minor: quia si nulla distinctio eorum precederet: non magis distinguerentur intellectione vt intellectio est quam ea vt natura est. Quicquid enim distinguitur intellectione vt est omnino indistincta a natura distinguitur etiam natura. ¶ Preterea: illa que formaliter distincta intelliguntur intellectu intuitiuo: ergo habent distinctionem vt existentem: sed perfectiones diuine intelliguntur formaliter distincte ab ipso deo intellectu intuitiuo: ergo habent distinctionem vt existentem in eis. Talis non potest esse distinctio rationis: oporteret enim intellectum diuinum sua intuitione causare aliquam relationem rationis in sua essentia vt existentem: quod est absurdum: igitur talis distinctio est ex natura rei. Maior patet ex differentia inter intellectum intuitiuum et abstractiuum. Minor vero est clara de se. ¶ Preterea: deus intelligit essentiam suam vt veram: vult autem vt bonam: ergo veritas et bonitas distinguuntur ante omnem actum intellectus: tenet consequentia: quia distinctio obiectorum preuenit distinctionem actuum sicut causa effectum. ¶ Preterea: bonitas et veritas in deo non distinguuntur ex natura rei: ergo sunt formaliter synonima: consequens est contra te: consequentia autem probatur: quia bonitas et veritas non significant nisi ipsas puras perfectiones in re nullo modo distinctas in ea. ¶ Preterea: inter perfectiones diuinas est ordo demonstratiuus: quo doctores vnam ex alia demonstrant: est etiam distinctio inter predicationes formales et non formales. Dicitur enim quod sapientia non predicatur formaliter de bonitate: est et equalitas secundum Augustinum. xv. de trinitate: igitur distinguuntur ex natura rei. Ut quid enim doctores implent tot quinternos si omnia sunt idem formaliter? Preterea: inter perfectiones diuinas ante omnem actum intellectus inuenitur contradictio: ita quod deus intellectu intelligit et non vult: voluntate autem vult et non intelligit: ergo inter perfectiones diuinas est distinctio ex natura rei. ¶ Preterea: (ad complementum doctrine) distinctio fundans distinctionem realem non dependet ab opere intellectus: sed distinctio perfectionum diuinarum fundat distinctionem realem emanationum diuinarum: igitur est ex natura rei: et non ex intellectus operatione &c. hec de secundo.

Prima ratio.

Secunda

Tertia

Quarta.

Quinta.

Sexta.

Cap. 3.

Septima.

Octaua.

Quoad Tertium pretermissa trinitate personarum: declarande sunt tres propositiones: in quibus consistit sententia sanc. Tho. et veritatis. ¶ Prima est. In deo secundum se nulla est distinctio actualiter. ¶ Secunda est. In deo secundum se est distinctio rationis virtualiter seu fundamentaliter. ¶ Tertia est. In deo vt terminat actum intellectus nostri est distinctio rationis actualiter. ¶ Ad euidentiam prime propositionis sciendum est quod aliud est iudicium de rationibus formalibus rerum in proprijs naturis: et aliud est iudicium de rationibus formalibus earundem in re aliqua superioris ordinis formaliter existentibus. Res enim in proprijs naturis ideo secluso omni opere intellectus distinguuntur formaliter: quia se mutuo non includunt in suis formalibus rationibus. Ideo autem ratio formalis vnius non est alterius: quia quelibet earum ita est ipsa quod non altera: verbi gratia. Ideo virtus calefactiua et virtus desiccatiua in proprijs naturis distinguuntur formaliter ex natura rei: quia virtus calefactiua ita est calefaciendi principium quod non desiccandi et econuerso. Res autem adunate in aliquo superioris ordinis: sicut in vna simplici re altiori inueniuntur: ita in illius vnica ratione formali formaliter adunatur: sicque distinctione formali ex natura rei necesse est careant: cum desit ibi talis distinctionis radix iam dicta (limitatio: scilicet illa qua quelibet earum ita est ipsa quod non altera) neutra nanque earum cum sunt taliter vnite: est magis ipsa quam alia. Uerbi gratia, prosequendo exemplum datum: virtus calefactiua et desiccatiua in luce solis formaliter inuente sicut in vna lucis natura adunatur: ita in lucis ratione formali indistincte formaliter sunt: ita quod assignata completa solaris lucis diffinitione: non sit opus vltra earum querere diffinitiones. Completa enim diffinitione solaris lucis, eam in sua celsitudine qua inferiora indistincte in seipsa preaccipit cum declararet propter adequationem que debet esse inter diffinitionem et rem diffinitam virtutem eius calefactiuam et desiccatiuam manifestat quandoquidem virtus eius calefactiua non magis est ipsamet, quam sit lux et virtus desiccatiua et econuerso. Cum autem secundum Dionysium quinto capitulo de diuinis nominibus: perfectiones simpliciter sint in deo non ad proprias naturas definite: sed ad ipsius esse illuminationem eleuate: consequens est: vt sicut omnes in vna simplicissima re formaliter adunantur: ita in illius simplicissima ratione formali indistincte formaliter sint. Et sicut sapientia diuina non magis est sapientia quam bonitas et veritas et ipsum esse diuinum et econtra: ita ratio formalis ipsius esse diuini non magis includit ipsum esse quam sapientiam et bonitatem. (Si enim adequata diffinitio illius rei simplicissime que deus est daretur) in illa vnica ratione formali: quicquid est deus includeretur formaliter: aliter diffinitio celsitudinem diffiniti non adequaret: vnde et ipse deus gloriosus: qui seipsum per modum sui intelligit: vnicam tantum rationem formalem format: (verbum scilicet.) ¶ Potes ergo super hec arguere sic: quecunque formaliter adunantur in vnica et adequata ratione formali ipsius dei non distinguuntur formaliter ex natura rei: sed perfectiones diuine secluso omni opere intellectus adunantur in vnica et adequata ratione formali ipsius: ergo &c. probatur minor: quia non magis adunantur virtutes qualitatum inferiorum in luce solari quam perfectiones simpliciter in deo: sed ille adunantur formaliter vt ex se patet: et ab aduersarijs conceditur: ergo &c. probatur maior: quia aliter diffinitio non adequaretur diffinito. ¶ Secundo principaliter pro prima propositione arguitur sic. Omnis actualis distinctio ex natura rei fundatur super actuali oppositione ex natura rei: sed inter perfectiones nulla est actualis oppositio ex natura rei: ergo. maior habetur ex x. metaphysice. text. commen. xxiiij. minor probatur inductione: quod enim ibi non sit oppositio contradictoria neque priuatiua formaliter: ex eo patet quod vtriusque oppositionis alterum membrum est formaliter negatio quam ponere in deo formaliter nefas est. Nec sufficit quod sit ibi negatio fundamentaliter: quoniam distinctio actualiter exigit actualiter oppositionem: oppositio autem actualiter exigit extrema actualiter: vt patet regulariter de omni oppositione. Quod autem non sit oppositio inter eas contrarie patet ex eo quod alterum contrariorum semper est defectiuum. x. metaphysice tex. commen. xvj. Quod vero non sit oppositio relatiua inter illas ex se manifestum est. ¶ Nec obstat quod ex hoc sequi videtur quod in deo non sint multe perfectiones: sed vna tantum puta deitas: verissimum enim est quod deus ipse non est nisi vna perfectio illimitata: omnino prehabens in se multiplicatas et multiplicabiles in alijs perfectiones omnes. ¶ Ad euidentiam tam secunde quam tertie propositionis nota quod (vt in quadam questione supra diximus) sicut res illa simplicissima quam deum dicimus est id cui assimilantur omnes perfectiones

Secunda ratio.

t. c. 24.

T. c. 16

Cap. 1. q. 2. conclusione prima.

ectiones simpliciter in proprijs naturis existẽtes:ita est id cui assimilantur oẽs conceptus formales earũ cũ nihil aliud sint ꝙ̃ ipse perfectiones in esse intẽtionali. Ex hoc autem ꝙ de⁹ terminat cõceptiones has vt obiectum in eis intellectum:necesse est deũ ipm omnium earum correlatiuum intelligi pluribus relationibus rationis ſm earũ numerum:sicq̃ distinctionem in se rationis actualiter habere:ita vt deus obiectus pluribus conceptionibus seu rationibus formalibus dicatur habere in se distinctionem rationis formalem actualiter (obiectiue tamen) et propter pluralitatem conceptuum formaliũ:quibus obijcitur:et propter pluralitatem relationum rationis:quibus refertur seu referri intelligitur ad perfectiones predictas:tam in esse naturali ꝙ̃ in esse intẽtionali. Ex eo autem ꝙ in deo secluso omni opere intellectus est:vnde causare et terminare possit conceptus predictos: dicitur habere in se distinctionem rationis virtualiter seu fundamentaliter. Habet autem hec deus ipse ex summa et illimitata sui pfectione:cuius sicut nulla creatura est capax in esse naturali:ita nullus intellectus creatus in esse intentionali:quicunq̃ enim intellectus creatus (etiam videns deum per essentiam) impotens est ad formandum conceptũ vnum diuine adequatum perfectioni. Unde pro secunda propositione argue sic. Omne habens in se vnde causare et terminare ac verificare obiectaliter possit distinctas rationes seu conceptiones formales habet in se distinctionem rõnis virtualiter secluso omni opere intellectus:deus gloriosus est hmõi:ergo. ¶ Pro tertia vero ꝓpõne argue sic. Oẽ terminãs plures ꝯcept⁹ formales, hꝫ in se actualr̃ distinctionẽ rõnis:de⁹ est hmõi:ergo ⁊c. Hec de tertio.

Probatur secũda propositio.

Probatur tertia propositio.

Quo ad

Quartum arguitur cõtra Scotum tripliciter. ¶ Et primo sic. Distinctio formalis ex natura rei est maior distinctio distinctione reali:ergo perfectiones diuine non distinguuntur formaliter ex natura rei, consequentia tenet:et antecedẽs probatur sic. Distictio per intimiora est maior illa que fit per ea que sunt extra intima rei:distictio formalis ex natura rei est per maxime intima rei, distinctio autem realis per ea que sunt extra intima rei:ergo ⁊c. minor patet ex Sco. in primo senten. dist. secunda dicente ꝙ distinctio formalis ex natura rei fit per predicata primi modi que insunt rei in primo signo:distinctio autem realis fit per ea que insunt post. Maior probatur, distictio per aliqualiter intima est aliqualiter distinctio, distinctio per magis intima est maior distinctio, ergo distinctio per maxime intima est maxima distinctio. Si enim simpliciter sequitur ad simpliciter et magis ad magis:maximum necessario sequitur ad maximum ⁊c. ¶ Secundo arguitur sic:perfectiones diuine abstracte abstractione precisissima:sunt formaliter infinite, ergo sunt idem formaliter ex natura rei. Antecedẽs est Sco. in primo sen. dist. viij. q. iiij. in responsione ad argumentum principale:cõsequentia probat̃ supponẽdo ſm duplicem infinitatem (in responsione ad primum declaranda) dupliciter posse intelligi illud antecedens:scilicet de infinitate infra propriam rationem:et de infinitate infra entis latitudinem:tũc sic, aut intelligis illud antecedẽs verificari de infinitate prima:et hoc non:quia nullum prius includit formaliter suum posterius: perfectio autem diuina:puta sapientia:est prior infinitate illa: quia modus eius intrinsecus est ⁊c. Aut intelligitur de secunda infinitate: et tunc sequitur intentum:quia si sapientia diuina precise et formaliter sumpta est ita infinita:ꝙ ad nullam entis perfectionem simpliciter est formaliter terminata:oportet ꝙ infra sue rationis formalis ambitum omnem perfectionem simpliciter contineat:et ꝙ nullam a ratione sua perfectionem formaliter excludat:et consequenter ꝙ a nulla formaliter distinguatur ex natura sua:statim enim ꝙ ab alijs perfectionibus distingui ponitur, coartata formaliter infra entis ponitur latitudinem: quod est oppositum antecedentis sic intellecti. ponitur enim talem et tantam entis perfectionem formaliter importare:ita ꝙ non omnem. Uerbi gratia, ponitur ꝙ sapiẽtia formaliter ex natura sua eam perfectionem ponit:quam enti sapiẽtia addit:ita ꝙ non eam quam iustitia sua bonitas enti addit ⁊c. ¶ Tertio sic, perfectiones diuine distinguuntur formaliter ex natura rei:ergo inter eas est relatio realis, tenet consequentia: quia distinctio illa cum sit relatio existens in rerum natura necesse est ꝙ sit realis:sicut et quodlibet aliud existens in rerum natura reale est, consequens autem est contra Auicen. dicentem ꝙ eiusdẽ ad seipsum non est relatio realis.

1. dist. 2. q. 4.

In solõne. 1. q. ibi ꝓpo sui circa me.

Scdo.

Sco. 1. d. 8. q. 3. primũ principale.

Tertio

3. meta. cap. 10.

Quo ad

Quintum pro respõsione ad primum et destructionem Scoti fundamenti nota ꝙ aliquid esse infinitum cõtingit dupliciter. Uno modo ſm propriam rationem. Alio modo secundum ꝙ ens seu simpliciter. Illud est infinitum ſm propriam rationem quod nullis sue proprie latitudinis claudi tur terminis:licet sit ad talem entis gradum definitum: ꝙ non omnem essendi perfectionem habeat. Illud vero est infinitum: secũdum ꝙ ens seu simpliciter quod nullis infra totius entis latitudinem terminis limitatur: sed omnem habet perfectionem essendi. Exẽplum in quantitate molis. Quantitas si daretur infinita: esset secundum quantitatis rationem infinita:esset enim infinita quantitas, non tamen esset ſm esse infinita:esset nanq̃ ens finitum et limitatum ad quantitatis genus. Similiter in quantitate virtutis Albedo si esset infinita intensiue esset infinita secũdum propriam rationem, esset enim infinita albedo:non tamẽ esset infinitum ens: quia ad speciem esset definita. ¶ Non parum autẽ refert qua quis infinitate dicat esse aliquid infinitum. Prima enim infinitas cum attendatur penes ea que infra rei illius latitudinem sunt: rationẽ rei formalem in ea qua inuenit formali limitatione relinquit: vt patet in exemplis datis. Secunda autem infinitas quia attenditur penes ea ad que totius entis latitudo se extendit: rem et eius rationem formalẽ illimitat et eleuat ad hoc vt ipsa omnis sit perfectio in ente possibilis: et non magis sit ipsa, ꝙ̃ quecũq̃ alia perfectio simpliciter:ac per hoc distinctionem et formalem limitationem qua ab alijs formaliter ex natura rei absolute sumpta distinguebatur, eam comitari non sinit. ¶ Ad propositum ergo descendendo dico ꝙ licet sapientie et sapientie infinite prima infinitate sit eadem omnino ratio formalis:tamen sapientie infinite secunda infinitate est longe altior ratio formalis. Concludit enim in sua ratione formali omnem perfectionem simpliciter, et sic cum in deo sint perfectiones omnes infinite secunda infinitate:oportet omniũ vnam esse simplicem rationem formalem. ¶ Ad argumẽtum sub quacunq̃ forma fiat:rñdeatur:attendendo equiuocationem infinitatis:quoniam vt dictum est:infinitas prima est illa que non variat rationem formalem:et que attenditur penes gradus perfectionales proprie latitudinis rei:non autem secũda. Unde si perfectiones diuine non essent infinite nisi prima infinitate argumentum cõcluderet:quia autem habent secundam ante omnem actum intellectus:adeo nihil concludit. ¶ Nec obstat ꝙ forte infinitas prima cuiuscunq̃ perfectionis simpliciter inferat secũdam. Sufficit enim ꝙ ratione distinguant̃:vt aliquid secunda fiat ꝙ non prima. ¶ Similiter non obstat, si quis perfectiones communissimas puta esse bonitatem et similes ⁊c. vtrãq̃ infinitatẽ habere negaret: nesciens in eis imaginari primã: ꝓpterea ꝙ propria latitudine careãt. Hoc enim magis nostro fauet proposito:quoniã si vtranq̃ infinitatem habent (qđ alibi discutiendũ est) distinctione supradicta opus est. Si autem scđam tantũ absq̃ distinctione aliqua negãdum est esse et esse infinitum habere omnino eandem rationem formalẽ: et sic ruit totũ scoticum edificium. ¶ Ad scđm loquẽdo de distinctione actuali quacũq̃ negatur minor. Et ad eius ꝓbationẽ dicit̃ negando omnia assumpta. Sufficit enim ad hoc ꝙ aliqua distinguantur intellectione vt intellectio est:et non natura:distinctio rationis fundamentaliter inter naturã et intellectionem. Unde quando dicitur, Quicq̃d distinguitur intellectione:vt omnino indistincta est a natura:distinguitur etiã natura distingue (ly indistincta) actualiter vel fundamentaliter. Et primo modo dic esse falsum. Secũdo modo verum:sed tunc negato minorem subsumendã. s. sed intellectio et natura sunt indistincte fundamentaliter ante omnem actum intellectus:habent enim distinctionẽ rõnis fundamentalr̃ (vt declarauimus.) ¶ Ad tertium negatur minor, licet eñ deus intuea tur perfectiones suas ab eterno distincte, non tñ ab eterno distinctas actualiter. Licet ponere distinctionem ratiõis actualiter causari per actũ intellectus diuini non sit a philosophia alienũ. ¶ Ad quartum negatur consequentia. Sufficit enim ꝙ obiecta intellectus et voluntatis predistinguantur fundamentaliter:nec est op⁹ distinctione actuali pro tunc: sicut nec intellectus et voluntas dei pro tunc distinguuntur nisi fundamentali distinctione rationis. ¶ Ad quintum negatur consequentia: Synonymeitas enim cũ sit passio nominum:non attenditur penes identitatẽ rationis formalis rei ſm se:sed penes identitatẽ conceptus formalis seu mentalis:voces enim sunt note earum que sunt in anima passionũ. vnde cum veritas et bonitas dei habeant diuersos conceptus in nobis, non sunt synonyma. ¶ Ad probationem ergo dicitur ꝙ licet significent eandem rem formaliter ſm se:et solum illã vt rem significatam:tamen significant etiam distincte cõceptus mentales vt rationes significãdi, et hoc destruit synonymeitatem (vt dictum est.) ¶ Ad sextum dicitur ꝙ ex parte rei sufficit ad omnia illa distinctio rationis virtualiter seu fundamentaliter cum distinctione rationis actuali ex parte nr̃i. Loquimur eñ vt concipimus. Formamus autem distinctos conceptus:quorũ vnus ex alio oritur:et de

Nota optime. duplex infinitas.

Optie soluit̃ achilles sco.

Ad secundũ.

Ad tertium.

Ad q̃rtum.

Ad q̃ntum.

Ad sextum.

alio non predicatur:⁊ habet aliquam habitudinem quā alius non habet. Et ideo demonstrationes predicationesq̧ formales ⁊ idēticas facimus. Negamusq̧ de deo sub vno cōceptu: qđ affirmamus de ipso sub alio. Implent ergo libros doctores balbutiendo vt possunt excelsa dei humano more resonantes simplicissimam illam rationem formalem: omne qđ in deo est formaliter cōplectentem: nō nisi particularibus cōceptibus inspicere: tradereq̧ potētes: ⁊ non propter distinctionē que ibi sit ex natura rei. Equalitas autē inter perfectiōes diuinas ante oēm actum intellectus nō est nisi fundamētalis nō excessus inter se qui inter eas virtualiter tñ distinctas saluaẛ. ⁋ Ad septimum dr ꝙ qꝛ ante oēm actū intellectus non inueniẛ cōtradictio formaliter: sed fundamētaliter tñ: qꝛ alterū contradictoriū est formaliter negano que non est nisi per opus intellectus: ideo sufficit protunc inueniri distinctionē rōnis fundamentaliter: qđ cōcedimus: nec aliud exigiẛ. vt patet de se. ⁋ Ad vltimū dicit ꝙ emanatiōes diuine distinguunẛ ⁊ realiter ⁊ formaliter. ⁊ licȝ distinctiōis formalis earū fundamentū sit distinctio intellectus et volūtatis: non tñ distinctionis realis earum. nō enim ideo processiones diuine distinguunẛ realiter: qꝛ altera est ab intellectu: altera a voluntate: sed qꝛ habent realem oppositionē relatiuā (vt Boetius tradit.) Falsum ergo assumiẛ ꝙ. s. distinctio perfectionum diuinarum fundet distinctionem realem emanationum diuinarum. Ad fundandam aūt distinctionem formalem inter eas sufficit distinctio formalis fundamentalis inter intellectū ⁊ voluntatē: sicut ēt ipse processiones diuine non distinguunẛ formaliter ex natura rei: seclusa distinctiōe reali: sed distinctione rōnis virtualiter tñ ante omne opus intellectus: ita ꝙ absq̧ reali oppositione relatiua nō magis distinguunẛ ex natura rei q̄ȝ intellectus ⁊ voluntas. ⁋ Potest aūt breuius ad hoc ⁊ similia argumēta dici: ꝙ in diuinis est ante omnem actum intellectus distinctio formalis non formaliter sed virtualiter (idest eminenter contenta hoc modo: qꝛ quodlibet diuinum propria exequitur: ac si esset distinctum formaliter ab alio. Intellectus enim ita intelligit ⁊ non vult: ⁊ voluntas ita vult ⁊ non intelligit: ac si esset distinctio formalis formaliter inter intellectum ⁊ voluntatem. ⁊ sic de alijs. Fundatur autem talis modus habendi distinctionem formalem supra deitatis eminētem vnitatem formalem formaliter: ⁊ sufficit ad oīa saluāda que per distinctionem formalem formaliter saluanda inducuntur: qꝛ illi eminenter equiualet.

[margin: Ad sextum.] *[margin: Ad octauū.]* *[margin: De trinitate. ca. 12.]* *[margin: Alia solutio breuis ⁊ optima.]*

⁋ Secundo modo inuenitur essentia in substantijs creatis intellectualibus: in quibus est aliud esse quam essentia ipsorum: quamuis essentia sit sine materia: vnde esse earum non est absolutum sed receptum: ⁊ ideo limitatum et finitum ad capacitatem nature recipientis. sed natura vel quiditas earum est absoluta non recepta in aliqua materia: ⁊ ideo dicitur in libro de causis ꝙ intelligentie sunt finite superius: ⁊ infinite inferius. Sunt enim finite quantum ad esse suum quod a superiori recipiunt: non tamen finiuntur inferius: qꝛ earum forme non limitantur ad capacitatem alicuius materie recipientis eas: ⁊ in talibus substantijs non inuenitur multitudo indiuiduorum in vna specie, vt dictum est: nisi in anima humana propter corpus cui vnitur.

[margin: In c. 5.]

⁋ In hac secunda parte capituli huius de essentijs substantiarū intellectualium creatarum que in secundo ordine collocanẛ, quatuor propositiones colligit. ⁋ Prima est, in substantijs intellectualibus creatis esse est aliud ab essentia. ⁋ Secunda, in eis nō inuenitur materia. ⁋ Tertia, esse earū est finitum. essentia aūt infinita. ⁋ Quarta. nulla earum multiplicabilis est numeraliter nisi vltima: anima. s. humana. Prima ⁊ secūda (tanq̄ȝ declaratis omissis) tertiam explanat ratione ⁊ autoritate.

Ad rationis Autem euidētiam est notandū ꝙ actus finitur per potentiam in qua recipitur ⁊ potentia finitur per actum quem recipit (diuersimode tamen.) qđ enim est in potentia nō est determinatū: sȝ determinabile per actū ad quē est in potentia. cum aūt ipsum receperit ab eo formaliter finiẛ. Similiter actus ꝫm essentiam suam receptibilis est in hoc vel illo: ⁊ cōsequenter determinabilis ad hoc vel illud subiectū. Cum vero receptus est in hoc iam non remanet in eo amplitudo ⁊ indefinitio ad hoc vel illud. est enim ad hoc determinatus. Est ergo duplex finitas ⁊ duplex infinitas. altera. s. ex parte actus. altera ex parte potentie. Sed infinitas ex parte potentie imperfectionem sonat: cum sit per carentiam actus potentiā finientis. Infinitas aūt actus perfectionem maximam dicit: cum sit per carentiam potentie actum finientis. In cuius signum forme ꝫm rem non recepte in aliquo longe perfectiores sunt formis receptis vt patet. Cū ergo esse substantiarum intellectualium sit receptum in earum essentia: consequens est ꝙ sit finitum eo modo quo actus finitur per potentiam. vnde ⁊ contractum ⁊ limitatum est ad genus sue receptiue nature. s. cuius est. Quia vero essentia earum non est recepta in aliquo cum sit forma non recepta in materia: cōsequens quoq̧ est ꝙ sit infinita infinitate se tenente ex parte actus: non est enim determinata ad capacitatē alicuius materie ipsam recipientis sicut sunt forme rerum materialium. ⁋ His prelibatis formetur ratio sic. Id cuius esse est receptum: formis aūt irrecepta habet esse finitum: essentiam aūt infinitā: intelligentie sunt huiusmodi. ergo. Et nota ꝙ in ratione hac sermo est semper tam de finitate q̄ȝ de infinitate se tenente ex parte actus. Tali enim finitate esse intelligentiarum finitum est: ⁊ tali infinitate earuȝ essentia est infinita. Si enim loqui volumus de finitate se tenente ex parte potētie earum essentia finita inueniẛ: eo ꝙ potētia in eis est terminata per actū essendi. ⁋ Confirmatur autem hoc autoritate libri de causis: vbi dicit ꝙ intelligentie sunt finite superius ⁊ infinite inferius. qꝛ esse earum qđ est supremum in eis est receptum. essentia vero qđ infimum est non est recepta: ⁊ qꝛ essentia earum vt respicit id qđ est supra se formaliter: ipsum. scilicet actum essendi est finita recipiendo ipsum: vt autem respicit id qđ est infra se: materiam. s. est infinita: vtpote non recepta in ipsa ⁊c.

[margin: Probatur tertia propositio.]

Aduerte Hoc ad multorum supradictorum intelligentiā: ⁊ vt euites errorem eorū: qui horum fundamentum non intelligentes: dicūt ꝙ si esse ideo est infinitum simpliciter vt supra diximus: qꝛ in nullo receptum est: cū essentia tam substantiarum immaterialium q̄ȝ compositarum in nullo penitus recepta sit: erit infinita simpliciter: qđ est ridiculum. vnde ex irreceptione infinitatem arguere valde leue videtur. ⁋ Scito igitur positionē hanc fundari super hac propositione. Omnis res ꝫm suum ordinem receptibilis in alio: realiter irrecepta est infinita infinitate opposita finitati: quam res sui ordinis recepta contrahit. Dixi (ꝫm suum ordinem receptibilis in alio) propter composita ⁊ materiam que in tota sua latitudine irreceptibilia sunt. Dixi (est infinita infinitate opposita ⁊c.) qꝛ sicut non quodlibet receptibile est in quolibet: sed quilibet actus habet proprium receptiuum. vt habetur in scđo de anima. textu Commen. 24. ⁊ 25. ita non ex qualibet receptione sequitur quelibet finitas: sed determinata ex determinata ⁊ per oppositum ex tali irreceptione talis infinitas opposita. s. finitati: quam (si recepta esset) res illa contraheret. Verbi gratia. albedo cum sit receptibilis in subiecto si ponatur irrecepta erit infinita: non quacunq̧ infinitate: sed ea que opponitur finitati. quā in subiecto habet. In proposito ergo tam esse q̄ȝ forma ꝫm suum ordinē receptibilis rationem habet (neutri enim recipi repugnat) sed in alio ⁊ alio receptiuo. receptiuum enim propriū ipsius esse: est quiditas seu suppositū. forme vero est materia. Et ideo sicut alterius rationis est receptio forme in materia a receptione esse in essentia (vt supra ostendimus) ita alterius rationis est finitas forme per materiam a finitate esse per essentiam: licet conueniant in hoc qđ vtraq̧ est per modum quo actus finitur per potentiam: ⁊ similiter diuersarum rationum oportet esse infinitatem quam forma sortitur ex hoc quod est irrecepta in materia. ⁊ infinitatem quam esse sortitur ex hoc quod in quiditate nulla est receptum. Forma namq̧ ex hoc quod recepta in materia infra ipsam clauditur: amplitudinem suam qua ad hoc vel illud particulare est indefinita: amittit. ⁊ ideo ex hoc quod separata a materia est: non aliter est infinita nisi quia ad nullius materie capacitatem coartata eius terminus caret. Esse autem quia ex hoc quod recipitur in aliqua quiditate ad illius genus ⁊ speciem coartatur: si irreceptum ponatur ad nullum genus definitum erit: ⁊ consequenter cuiuslibet generis terminus carens simpliciter infinitum.

[margin: Tex. c. 24. et 26.] *[margin: Cap. 5. in 3. parte eiusdem capituli principi. hoc immediate supra.]*

⁋ Habes ergo dubij solutionem ex hoc quod non dicimus omne irreceptum infinitum: sed rem secundum suum ordinem receptibilem irreceptam ⁊ ex hoc quod non dicimus omnem rem ꝫm suū ordinem receptibilem irreceptam esse eodem modo infinitum: sed diuersimode. ex primo enim patet quod substantia composita nullam infinitatem ex sua irreceptione habet. ex secundo vero ꝙ essentia intelligentie que clauditur in ordine forme cum sit pura forma separata a materia: ⁊ non sit ipsum esse: ex sua irreceptione in materia est infinita: sed nō simpliciter ⁊c. ⁊ ꝙ esse diuinum quod sub

ipsius esse ordine cōcluditur ex sua irreceptione in quidditate seu essentia est infinitum simpliciter.

Habes Et hinc vnde Scotistarum & Scoti (eorum iudicio) peccatum deprehendas in primo sententiarū distinc.ij.quest.ij. vbi ab eis imponitur sanc. Tho. ratio vltimo ibi inducta ad concludendam dei infinitatem: que est talis: forma finitur per materiam: ergo forma que non est nata esse in materia est infinita. Jam enim nosti qualem infinitatem ratio hic concludat: et q infinitas dei altiores negat terminos secundū sanctum Thomam. ¶ Unde aduertas triplex ibi peccatum. ¶ Primum est: q ratio predicta ad concludēdam infinitatem simpliciter assumpta a nobis dicitur: cum apud nos non concludat nisi infinitatem secundum quid. ¶ Secundum est: quod ratio predicta secundum fallaciam consequentis sophisma asseritur quia forma prius natura est finita in se q̄ finiatur per materiam: sicut illud (tertij physicorum) corpus finitur ad aliud corpus: ergo si non est finitum ad aliud corpus est infinitum. Manifeste enim patet error: quia cum dicitur forma finitur per materiam: ly per, denotat causam precisam finitatis secundum quid supradicte: non enim forma secundū se est tali modo finita: cum secundum se sit indeterminata ad hanc vel illam materiam: et ideo bene sequitur: ergo forma que non est nata recipi in materia est infinita secundum quid. Si enim affirmatio est precisa causa affirmationis: negatio erit causa negationis: non est autem talis processus tertij physicorum: quia corpus non finitur per aliud corpus causaliter: et precise. ¶ Tertium est quod inficiari conatur aliud supradictum: scilicet q essentia intelligentie est finita superius per suum esse. Contra, inquit esse est posterius essentia: et accidens eius apud vos: ergo essentia intelligētie in primo signo nature videtur infinita intensiue: & consequenter non finibilis per esse in secundo signo. ¶ Ad hoc siquidem dicitur quod licet esse sit posterius essentia ordine generationis et accidens eius: id est extra conceptum formalem: tamen essentia in illo priori est finita simpliciter: per hoc q est receptiua ipsius esse: et non est ipsum suum esse &c. sicut enim per hoc q essentia est ipm esse est infinita simpliciter: (vt patet in deo ex dictis) ita per hoc q essentia nō est suum esse non est infinita simpliciter iuxta maximā illam. si affirmatio est causa affirmationis &c. Quia ergo in omni priori essentia intelligentie est fundamentaliter receptibilis ipsius esse: et ab hoc abstrahi non potest: licet non in omni priori habeat illud: sequitur q sit simpliciter finita per suum esse .i. per hoc non est suum esse: sed illo actuabilis vel actuata est &c. Sic enī intelligitur cum dicitur q essentia intelligētie finit per suum esse. ¶ Quarta propositio quo ad primam partem superius discussa relinquatur.

T.c.31. — Ubi.s. — Primo poster. T.c.30. — c.5.q.9.

Quo ad secundam vero: q scilicet anima intellectiua que est vltima inter substantias intellectuales sit multiplicata numeraliter eget magna consideratione. In textu autem assignatur pro causa huius vnio eius ad corpus, omnis enim forma sic vnita corpori: q dat ei esse formaliter: necessario multiplicatur secundum multiplicationē illius: alioquin plura corpora haberent idem esse numero: ab vna enī forma nō prouenit nisi vnū numero esse substantiale: et merito ex vnione ad corpus anima multiplicari numeraliter dicitur: quia distinctio numeraliter cum non sit formalis oportet q sit secundum quantitatem (vt supra declaratum fuit) secundum quantitatem autem esse non posset talis distinctio in anima: si forma non esset rei quāte (vt intelligentie ostendunt.) Efficax ergo ratio ad concludendā pluralitatem numeralem animarum est coniunctio ipsi⁹ anime ad corpus numeraliter multiplicatum.

Probatur q̄rta. — c.3.q.5. — c.5.q.9.

¶ Et licet indiuiduatio eius ex corpore occasionaliter dependeat quantum ad sui incboationem: quia non acquiritur sibi esse indiuiduatum nisi in corpore cuius est actus: non tamen oportet vt destructo corpore, indiuiduatio pereat: quia cum habeat esse absolutum ex quo acquisitum est sibi esse indiuiduatum ex hoc q facta est forma huius corporis illud esse semper remanet indiuiduatum, et ideo dicit Auicen. q indiuiduatio animarū & multiplicatio dependet ex corpore q̄tum ad sui principiū sed nonnunq̄ ad sui finem.

¶ Hic obiectio quedam contra quartam propositionem excluditur: que talis est, Forma multiplicata ad multiplicationem corporis destructis corpibus nō remanet in sua multitudine: aīa humana est multiplicata ad multiplicationē corpis: ergo non pñt remanere multe anime humane destructis corporib⁹ &c. processus bon⁹, conclusio aūt falsa est: ergo altera premissarum, non maior, vt probatur: ergo minor que fuit quarta propositio, maior pbatur ex eo q remota causa remouetur effectus. Si ergo causa multitudinis animarum est ipsa multitudo corporū: remota multitudine corporum remouebitur etiam multitudo animarū. Excluditur autem hic obiectio in litera declarando formas dupliciter plurificari ad plurificationem corporum: scz cum dependentia a materia: & sine dependentia ab illa: et prime quidem destruuntur destructis corporibus, secunde vero remanent: eo q non nisi occasionaliter eorum indiuiduatio a corporibus est: de harum autem numero est anima intellectiua.

Ad horum Euidentiam nota primo q idem est iudicium de esse et vnitate et multitudine rei quo ad depēdētiam & independentiā: ita: scilicet q cuius esse a materia non depēdet: nec eius vnitas: nec multitudo a materia dependet. Cui⁹ aūt esse a materia depēdet, tam vnitas q̄ pluralitas ei⁹ etiā ab illa dependens est: vnū enim & multa entis passiones sunt.

Nota Secundo q forme sunt in triplici differentia. ¶ Quedam fiunt in materia & educuntur de potentia materie vt forme materiales. ¶ Quedam fiunt in materia sed non educuntur de potentia materie: vt anima intellectiua que venit de foris. ¶ Quedam nec fiunt in materia nec educuntur de potentia materie vt forme separate a materia: intelligētie, scilicet. Nō potest autem dari quartum genus earum que educantur de potētia materie et non fiant in materia: quia implicat vt de se patet. ¶ Et ille quidem que nec educūtur de potentia materie: nec fiūt in ea omnino independentes et separate sunt a materia et immultiplicabiles numeraliter (vt supra probatum fuit.) ¶ Prime vero et secunde: quia conueniunt in hoc q fiunt in materia: habent et hoc commune q oportet vtrasq3 esse coaptatas & proportionatas suis receptiuis materijs in quibus fiunt: proprios enim actus oportet in proprijs fieri materijs: vt dicitur secundo de anima, textu cōmento. xxiij. et. xxvj. Forma nanq3 leonis debet esse commensurata corpori leonino: ita quod non equino: & huius leonis forma oportet quod sit commensurata huic corpori leonino ita quod non illi &c. Et ex hoc consequenter conueniunt ita in hoc quod vtrasq3 oportet simul multiplicari cum proprijs corporibus. Quecunq3 enim oportet esse inuicem coaptata et proportionata simul recipiunt multitudinem et vnitatem: vt patet in discurrendo in singulis: semper enim multiplicationem formarum in vna specie comitatur multiplicatio corporum in illamet specie et econuerso: aliter vel vna forma esset in diuersis materijs: vel diuerse materie sub vna forma: quorum vtrūq3 est impossibile. ¶ Ex eo vero q prime forme educuntur de potentia materie et non secunde differunt inter se in hoc q prime habēt esse dependens a materia sicut a causa materiali earum esse causante & sustentante. Secunde autem habent esse excedens totam materie capacitatem et independens ab ea: vtpote non causate ex illa. Et ex hoc consequenter differunt secundo: q primarum tam vnitas q̄ multitudo a materia dependens est sicut et esse: & ideo sicut destructis corporib⁹ ipse destruūtur: ita vnitas & pluralitas earum. Secundarum vero tam vnitas q̄ multitudo independens est a materia sicut & esse: & ideo sicut destructis corporib⁹ earum esse remanet: ita vnitas & pluralitas. Et hoc est quod hic intendit sanc. Tho. dicens (indiuiduationem anime) i. vnitatem eius. Et similiter intelligendum est de pluralitate occasionaliter ex corpore dependere. Dependet enim hoc modo: quia fit in corpore: non autem ita q educatur de potentia corporalis materie: & hoc est quod subdit (quia nō acquirit illud nisi in corpore) & rationem addit (quia cum habeat esse absolutum .i. independēs a corpore: corrupto corpore absq3 illo remanere potest: & ideo Auicen. dicit indiuiduationem anime ex corpore in sui initio dependere: non autem in fine) quia scilicet non fit nisi in corpore. Potest autem esse & de facto est post mortem sine corpore. Et sic soluta est obiectio facta: quia maior est falsa de secundo ordine formarū qualis est aīa humana. ¶ Ad probationem eius iam patet quid dicendum: q: corporum multiplicatio nō est ppie causa: sed occasio & non nisi in fieri multitudinis animarū: cessante autem causa in fieri non cessat effectus quo ad esse.

2. de ge. aīalium cap.3. — c.5.q.9. conuenīūt inter se. — t.c.24. et.26. — Differūt inter se.

Questio xiij.

Hic circa Indiuiduationē anime intellectiue: per qd scilicet indiuiduetur. In hac questione faciēda sunt tria. Primo recitabitur opinio Sco. Scdo declarabit opinio s. Tho. Tertio respondebitur argumentis in oppositum.

De indiuiduatiōe anime intellectiue

Quo ad Primum Sco. in secūdo senten distin.iij.quest. vltima & in quolib.q.ij. sequens positionem suā de hecchetatibus tenet animam (sua propria hecchetate) indi-

sco.2.d. 3.q.7.& c.q.

uiduari. Arguitur sic contra. s. Tho. eo primo quo aliquid est in actu extra cām ⁊ intellectū eo primo est hoc: sed ala sicut ⁊ quelibet entitas precipue absoluta seipsa primo est in actu extra causas ⁊ intellectū. ergo anima seipsa primo est hec. Maior probaẗ. q: uniuersalitas siue esse non hoc non conuenit rei nisi in intellectu. Minor patet ex eo qd̄ res seipsa primo recedit a non esse. ¶ Preterea ois distinctio formalis seu nō per materiam est specifica per te. aie intellectiue distinguuntur formaliter seu non per materiam. ergo distinguuntur specifice: conclusio est falsa. ergo altera premissa: non minor. q: anime intellectiue separate carent materia. ergo maior: que est fundamentum positionis tue. ¶ Quod si dicas q̄ anime habēt inclinatiōes ad diuersa corpora: ⁊ per has distinguunẗ. ¶ Contra. Anima prius natura est terminus creationis: qui vt talis formaliter est hoc q̄ vniatur materie. ergo prius natura anima est hec q̄ vniatur materie: ergo anima indiuiduatur: ⁊ nō per vnionem ad corpus: antecedēs probatur sic. prius est quod potest esse sine alio: ⁊ aliud non sine illo ex. 5. Metaphy. tex. Commē. 16. anima non solum fm essentiam: sed etiam fm existentiam potest esse sine vnione ad materiam: non autem absq̄ hoc sit terminus creationis ⁊ hic. ergo anima est prius natura terminus creationis ⁊ hec quam sit in materia. ¶ Si dicatur q̄ anima non est hec per actualem vnionem seu existentiam in materia: sed per aptitudinem essendi in illa. ¶ Contra. hoc nō euadit difficultatem: quia natura absoluta est prius natura ipsa sua aptitudine: quia enim anima est hec: ideo habet hanc aptitudinem ad hoc ⁊ illi repugnat ⁊c. vt arguatur sic. quod conuenit vni ⁊ repugnat alteri eiusdem speciei non conuenit per se huic fm id qd̄ commune est istis: vel saltem preexigit eorum necessario distinctionem. sc3 huius ab illo: sed hec aptitudo conuenit huic anime: ⁊ repugnat illi. ergo necessario preexigit distinctionem huius ab illa: igitur non indiuiduantur aptitudinibus. ¶ Confirmatur. ratio aptitudinis formaliter loquendo non est ad se: nec est ratio entis in actu. ergo non potest esse indiuiduatiuum principium anime. Antecedēs probaẗ pro prima parte. q: si esset ad se posset intelligi non ad aliud vt ad terminū: qd̄ est falsum. Pro scd̄a parte quoq̄ probatur q: qd̄ necessario exigit aliquid non existens ipsum est non existēs in actu: aptitudo aūt est ad terminum non existentem. ergo eius ratio non est ratio entis in actu. consequentia patet: q: distinctio relatiua presupponit distinctionem absolutam: q: enim anima est hec: ideo habet hanc aptitudinem ⁊ non econtra. ⁊ q: hec anima est singularis singularitate actuali siue in actu: non est hec aptitudine ad hoc corpus. Hec sunt que isti in hac re sentiunt.

Quolib. q. 2. par. rū post princi. pinm.

Prima ratio.

Scd̄a ratio.

T. c. 16.

Nos autem Peripatetica fundamenta sequētes animam indiuiduari commensuratiōe substantiali ad hoc corpus dicimus ⁊ hanc animam ⁊ illam distingui commensurationibus suis ad hoc ⁊ illud corpus: probationes autem huius (supra adducte fuerunt cum deductum fuit distinctionem numeralem non nisi a quantitate originari posse.) Unde nūc sufficiet declarare quomodo sit hoc quod dicimus. ¶ Commensuratio dupliciter sumitur. Uno modo pro relatione commensurationis. Alio modo pro ipsa substantiali coaptatione rei. primo modo commensuratio est res respectiua essentialiter: ⁊ in genere relationis. secundo modo est res absoluta: ⁊ de predicamento rei commensurate; est enim idem essentialiter quod ipsa: sed differens ab ipsa sola ratione: ⁊ similiter dico de inclinatione: aptitudine: coaptatione: sigillatione: ⁊ similibus que ad exprimendum propositum assumuntur. ¶ Absolutum quoq̄ pro nunc sumitur dupliciter. Uno modo a termino: ⁊ sic dicimus substantiam quantitatem ⁊ qualitatem esse entia absoluta. Alio modo a receptiuo seu subiecto: ⁊ sic nullum predicamentorum accidentium est absolutum: sunt enim essentialiter receptibilia in substantia. Cum ergo dicitur quod anime suis commensurationibus indiuiduantur: intelligendum est commensurationibus substantialibus que sunt res absolute a termino: ⁊ si non a receptiuis ⁊ non commensurationibus que sunt relationes ⁊c. Sicut namq̄ de essentia anime in cōi est quod essentialiter sit proportionata corpori Philosophico organico: qd̄ in eius diffinitione ponitur: ita de essentia anime humane est commēsurari corpori humano: est namq̄ ita perfectiua corporis humani q̄ nō bouini: sic quoq̄ de essentia huius anime est commensuratio ad hoc corpus: ⁊ sic commensuratio ad corpus humanum non sequitur animam iam humanam: sed constituit ipsam humanam. Per hoc enim primo differt anima hominis ab anima bouis: q: illa est proprius actus corporis humani, ista vero bouini. (Constat autem q̄ idem est esse actum proprium corporis humani ⁊ esse substantialem substantialiter commensuratam perfectionem eius.) Ita substantialis commensuratio huius anime ad hoc corpus non sequitur animam hanc: sed constituit ipsam hanc: est enim hic anima substantialiter proprius actus huius corporis: vnde hic anima ab illa primo differt: q: illa est proprius actus huius corporis: illa vero proprius actus alterius: ⁊ hoc est qd̄. s. Tho. in scd̄o contra Gen. cap. 81. tradit (⁊ in questionibus de anima.) ⁊ vbicūq̄ de hac re loquitur. Est aūt conueniēs propositio ista principijs Arist. docet enim (in primo libro de partibus animalium) q̄ proprie differentie alicuius diuisi debent esse per se distinguentes illud in eo qd̄ tale. verbi gratia. proprie differentie animalis non debent esse album ⁊ nigrum: que non diuidūt animal in eo qd̄ animal. Stat. n. idētitas animalis cū illarū diuersitate: nec debent esse nauigatiuum ⁊ volatiuum: q: nō diuersificāt hec per se naturam sensitiuam: sed debent esse tale sensitiuum vel tale. Animal enim in eo q̄ anima cum sensitiuo consitet: nō diuersificatur per se nisi per differentias sentiendi. Unde cu3 anima in eo qd̄ talis essentialiter sit actus corporis philosophici proprijs differentijs diuiditur per hoc q̄ actus talis corporis vel talis: ⁊ iterum actus talis corporis: puta humani proprijs differentijs diuiditur (materialibus tamen) per hoc q̄ est huius corporis vel illius. Indiuiduantur ergo ipse anime commensurationibus substantialibus non absolutis a receptiuis: sicut ⁊ ipse anime essentialiter sunt non absolute a perfectibilibus corporibus earum receptiuis. Et non considerare hoc est causa erroris eorum qui de omnibus volunt eodem modo iudicare (vt sunt Scotiste) quibus dum nō considerant proprias rerū naturas: ⁊ res suis conceptibus adequare volunt: accidit vt de omniū indiuiduatione eandē proferant sniam ⁊ in eorū numero sint: de quibus dicit scd̄o celi. tex. Cō. 80. q̄ querunt vsq̄ quo non habeant contradicere sibipsis.

c. 3. q. 5. c. 5. q. 9.

Quomodo commēsuratio indiuiduet animam intellectiuam.

2. d̄. a. t. cō. 6.

2. cōtra Gen. c. 81. q. 3. ad 15. 2. cōtra Gent. ca. 74. ⁊. 79. ca. 3. de pti. anima.

His visis Ad solutionem argumentorū procedendū est. ¶ Ad primum dicitur q̄ falsa est maior. licet enim quelibet res posita extra intellectum ⁊ causam sit hic: non tamen eodem primo est: ⁊ est hic. Est enim ipso esse primo. (Hec) aūt hecceitate primo: multa enim inseparabiliter sese comitātur: que non eodem principio habētur primo: sicut quodlibet ens aliud a deo extra intellectum ⁊ causam est: ⁊ est dependens: non tamen eodem primo est ⁊ dependet. Minor quoq̄ est falsa: res enim non seipsa primo: sed per existentiam actualem distinctam realiter a se extra nihil ponitur (vt supra) declaratum fuit ⁊c. ¶ Ad secundum negatur minor. Due enim anime humane separate non distinguuntur formaliter seu per materiam: licet sint pure forme a materia abstracte. Aliud enim est dicere, omnis distinctio formalis est specifica. aliud omnis distinctio formarum. ¶ Distinctio enim formalis cum sit illa que ex principijs diffinitiuis constat specifica est: quecunq̄ enim habent diuersas diffinitiones specie differunt: cum saltem differentias vltimas habeant non easdem: quarum diuersitas sufficit ad diuersitatem specificam: sed talis non est inter animam sor. ⁊ pla. habent siquidem eandem diffinitionem. ¶ Distinctio autem formarum cum sit: vndecunq̄ inter formas diuisio accidat in duabus animabus separat. idest inuenitur ex hoc quod diuersis corporibus coaptate sunt. Unde non est similis ratio de eis ⁊ de alijs substantijs separatis: que corporibus vnibiles non sunt. Et sic responsio ibi data est bona si sane intelligatur modo scilicet exposito quod anime inclinationibus substantialibus ad diuersa distinguuntur. ¶ Ad id quod primo obijcitur contra. Dicitur quod non concludit intentum. Concludit enim: ergo anima prius natura est hic. q̄ habeat actualem vnionem ad corpus: cum debeat concludere. ergo anima prius natura est hoc q̄ sit coaptata seu inclinata ad hoc corpus. Non enim dicimus animam indiuiduari formaliter per actualem vnionem ad corpus: sed per coaptationem substantialem ad hoc corpus quam prius natura debere anime: quam ipsam actualem vnionem: patet ex eo quod omnia hic per se terminat creationem ⁊ non anima hoc existens: ⁊ ex eo q̄ inesse presupponit esse: esse autem particulari tam immediatior est quam inesse. Unde responsio ibi recitata est bona (cum grano tamen salis). Dicimus enim animam indiuiduari per aptitudinem substantialem seu commensurationem formaliter: per vnionem vero actualem ad corpus conditionaliter: idest tanquam per conditionem (sine qua non) ⁊ quia prius natura inest rei ratio formalis q̄ conditio sine qua non. ideo ⁊c. ¶ Ad argumentum contra hoc patet responsio ex dictis. Assumit enim hoc falsum. scilicet quod natura huius anime sit prior aptitudine sua substantiali. Unde maior argumenti ibi formati pro secunda parte disiunctiue est falsa. s. quod quodlibet conueniens vni ⁊ repugnans alteri eius-

Ad primum.

ca. 5. p 4.

Ad secundū.

Distinctio formalis que sit.

Distinctio formarū que sit.

dem speciei preexigat distinctionem ipsorum. Stat enim ꝙ nõ preexigat: sed faciat distinctionem ipsorum: sicut quod conuenit vni speciei ⁊ repugnat alteri eiusdem generis: non opus est ꝙ preexigat illarum specierum distinctionem: sed stat ꝙ faciat earum distinctionem. Uerbi gratia, rationale conuenit homini et repugnat leoni: et irrationale conuenit leoni et repugnat homini: et tamen rationale ⁊ irrationale non preexigunt distinctionem hominis et leonis: sed faciunt. Unde subsumas sub illa maiore. sed hecceitas anime sor. conuenit sibi et repugnat anime Platonis: ergo hecceitates supponũt ipsas distinctas: ⁊ sic suadebis Sco. vim argumenti sui ⁊c. ❡ Ad confirmationem cum dicitur: ratio aptitudinis nõ est ad se: dico quod ratio aptitudinis substantialis de qua loquimur est ad aliud: sed non vt ad terminum: sed vt receptiuum. Probatio autem contra hoc nihil facit: concedo enim quod potest intelligi non ad aliud vt ad terminum non autem non ad aliud vt receptiuum: sicut quantitas et qualitas absolute sunt a termino et non a subiecto. ❡ Ad id quod secundo loco in antecedente ponitur. scilicet quod ratio aptitudinis non est ratio entis in actu. Dico primo quod falsum est. Aptitudo enim ad ridendum: scilicet risibilitas habet rationem entis in actu primo: licet potentiam ad actum secundum. Probationis vero vtraqꝫ propositio est falsa: ⁊ maior quidem scilicet quod necessario exigit aliquid non existens: ipsum est non existens in actu: quelibet enim potentia actiua in actu primo tantum exigit operationem suam non existere: et tamen ipsa est existens in actu. Minor vero quia aptitudo substantialis anime ad corpus non excludit corpus: sed compositio ex contrariis est que facit aptitudinem anime esse absqꝫ actuali vnione. ❡ Dico secundo ꝙ equiuocamus de aptitudine. Aptitudo enim ista quam in anima intelligimus non nisi commensuratio seu substãtialis sigillatio ipsius anime ad hoc corpus: quã constat esse in actu: ⁊ dum est corpori vnita: ⁊ dum est separata ab eo: sicut in exemplo suprapposito de cera liquet. Argumentum autem procedit: ac si aptitudo ista esset quid potentiale expectans aliquid quod reducat ipsam in actu ⁊c. Ad consequentiam patet quid dicendum sit: quia non est talis distinctio relatiua: sed absoluta relatiue ad receptiuum ⁊c.

❡ Et quia in istis substantijs quidditas non est idem quod esse: ideo sunt ordinabiles in predicamento et propter hoc inuenitur in eis genus species et differentia: quãuis earum differentie proprie nobis occulte sint. In rebus enim sensibilibus etiam ipse differentie essentiales nobis ignote sunt: vnde significantur per differentias accidentales: que ex essentialibus oriuntur: sicut causa significatur per suum effectum: sicut bipes ponitur differentia hominis. Accidentia autem propria substantiarũ immaterialium nobis ignota sunt: vnde differẽtie earum, nec per se: nec per accidentales differentias nobis significari possunt.

❡ In hac tertia parte capituli huius declaraturus sanctus Tho. quomodo quidditates substantiarum separatarum se habeant ad intẽtiones logicas. s. gen⁹ speciem ⁊ differẽtiã ⁊c. Quatuor notatis se absoluit excludendo post duas obiectiones. Proponit ergo primo cõclusionem talem. Intelligentie sunt in predicamento: probatqꝫ eam sic. Oẽ id in quo differt esse ab essentia. est in pdica mẽto. intelligẽtie sunt huiusmodi: ergo ⁊c. minor supra pbata est: maior vero pbari potest sic: omne habens esse limitatum est in genere, si enim limitatum esse habet ad aliqđ genus definitum est. Quod enim ad nullũ genus definitum est: ac per se subsistit: vnde aut qđo esse limitatum hꝫ: omne aũt ens in quo esse distinguitur a sua essentia hꝫ esse limitatum (vt supra declaratum fuit) ergo oẽ tale est in predicamento. Ex quo corollarie concluditur ꝙ habent genus speciem ⁊ differentiam. Addit aũt quãuis occulte sint nobis earum differẽtie: ⁊ vt ĩsideret dubitationi qua quis dicere posset: qđo scis in eis esse differẽtias: si illas ignoramus: stat enim scire de eis qõnẽ an est: ⁊ ignorare questionẽ qđ est: nouimus inquã dr̃iam esse in illis: sed que sint ille latet: latent autem intelligentiarũ dr̃ie ſm se: qꝛ cõe est omnibus substãtijs habere occultas dr̃ias proprias ſm se: ⁊ in hoc conueniunt cũ substantijs inferioribus, latent etiam ſm accidẽtales ꝓprietates que sunt earum passiones: qꝛ excedũt facultatem naturalem intellectus humani: qui se hꝫ ad manifestissima in natura: sicut oculus noctue ad lumen solis: et in hoc differunt a sensibilibus substantijs: quarum proprie differen-

c. 5. p. 3. in pn.

h co. ca. pte secũda in princ.

Scđo metap. tex. c. 1.

tie nominibus suarum proprietatum significantur: sicut cause nominibus suorũ effectuũ: vnde omnino immanifeste sunt nobis intelligentiarũ dr̃ie quo ad quid sunt ⁊c. Questio. xiiij.

De cognitiõe substantiarũ separatarum in hac vita.

Circa hanc particulam dubitatur an intelligentie sint a nobis quidditatiue cognoscibiles in hac vita ⁊c. ❡ In hac. q. septẽ agenda sunt: primo declarabo titulum ⁊ intentionem qõnis. scđo adducetur opinio Auerrois. tertio impugnabitur: quarto respondebitur suis rõnibus: quinto declarabitur opinio sanc. Tho. sexto adducentur rationes Joannis de Janduno contra sanc. Tho. septimo eis satisfiet ⁊c.

Quo ad primum nota ꝙ aliud est cognoscere quidditatem seu cognitio quidditatis: ⁊ aliud est cognitio quidditatiua seu cognoscere quidditatiue. Cognoscit enim leonis quidditatem quicunqꝫ nouit aliquod eius predicatum essentiale. Cognoscit aũt quidditatiue non nisi ille qui omnia predicata quidditatiua vsqꝫ ad vltimam differẽtiam nouit ⁊c. Cum autẽ cognoscamus intelligentias esse substantias: et esse intellectuales ⁊c. liquet ꝙ earum quidditates cognoscimus: vnde hoc in dubiũ non vertitur: sed questio est an quidditatiue cognoscere eas possimus vt penetremus: scilicet vsqꝫ ad vltimas earum differentias: et licet hec questio habeat opiniones plurimas: vt patet tertio de anima. commento. xxxvj. quia tamen nõ nisi cum Scotistis ⁊ Auerroistis hic agitur. ⁊ Sco. opinio in conclusione non discrepat: vt patet in primo senten. dist. iij. cum solo nobis disceptandum est Auer. Hec de primo.

Differt cognitio qđditatis a cognitiõe qđditatiua.

Quo ad secundum Auer. in tertio de anima, cõmen. xxxvj. supposita fictione sua in cõmẽ. quinto opinatur ꝙ intellectus possibilis: vt appropriatus nobis adeptis oĩbus intellectis speculatiuis: ac p hoc continuatus intellectui agenti vt forme per illum intelliget substãtias separatas: ⁊ consequenter nos quibus per hoc fiet intellect⁹ agens forma: sicut modo est intellectus possibilis: ita ꝙ sicut modo per intellectum possibilẽ intelligimus materialia: ita tunc per intellectũ agentẽ intelligim⁹ substãtias separatas. ❡ Probat aũt intentionẽ suã duab⁹ rõnibus. ❡ Prima ratio fundat supra duas propositiones. Quarũ prima est: intellectus ⁊ prima intellecta speculatiua se hñt sicut forma ⁊ materia. Probat illa sic. illa quorum est vna met operatio: ita ꝙ operatio vnius cõmunicet alteri se hñt: sicut agens ⁊ instrumentum vel sicut forma ⁊ materia. sed intellectus agẽs ⁊ primorũ intellectorum speculatiuorũ est vna met operatio: ita ꝙ operatio intellectus agentis. s. facere intellecta in actu cõmunicat primis intellectis speculatiuis. ergo intellectus agens et prima intellecta speculatiua se habent sicut agens ⁊ instrumentum: vel sicut forma ⁊ materia: patet minor: qꝛ intellectus in habitu põt nõ solum intelligere: sed facere conclusiones intellectas in potentia intellectas in actu. vtrũqꝫ enim experimur in nostra esse potestate. s. intelligere ⁊ facere conclusiones actu intellectas mediantibus primis intellectis: que solo lumine intellectus agentis fiunt intellecta in actu. In maiore vero notanter dicitur (ita ꝙ propria operatio vnius cõmunicetur alteri) quia plures trahẽtes nauem ad eandem operationem concurrunt non tamen sicut materia ⁊ forma: nec sicut agens et instrumentum: propterea quia alter alterius propriam operationem non sortitur. Clarum est autem ꝙ cõmunicans operationem suam alteri concurrẽdo ad idem se habet ad illud: sicut agens principale ad instrumentum quemadmodum carpẽtarius sedis factionem serre communicat: vel sicut forma ad materiam: sicut calor calefactionem aque calide communicat. Et licet vtraqꝫ pars disiuncti conclusi sit vera: quia tamen prima pars manifestior est et minus ad propositum: ideo Commentator secundam partem declarat. s. ꝙ prima intellecta speculatiua et intellectus agẽs se habeãt vt materia et forma: ⁊ hoc facit declarando ꝙ intellectus agens: ⁊ nõ solũ prima: sꝫ oĩa intellecta speculatiua se hñt sicut forma ⁊ materia. Manifestat aũt hoc sic. Quandocunqꝫ est aliquod receptiuum aliquorum duorum ordinem inter se habentium id quod est perfectius et formalius est sicut forma: id vero quod est imperfectius et minus formale habet rationem materie: sed intellect⁹ possibilis est receptiuus intellectorum speculatiuorum: et intellectus agentis ordinem inter se habentium: ita ꝙ intellectus agens est perfectior ⁊ formalior intellectis speculatiuis: ergo intellectus agẽs ⁊ intellecta speculatiua se hñt sicut forma ⁊ materia. Dicit aũt in maiori (ordinem inter se habẽtium) qꝛ aliter ꝓpositio non esset vera: sicut pꝫ de albedine ⁊ dulcedine lactis: quarũ neutra est alteri⁹ forma. Cum eñ ordinata sunt necessario, verificatur ꝓpositio: vt patet: cum aer recipit colorem ⁊ lumen. Minor patet ex eo ꝙ intellectum recipitur in intelligente.

Puta alexandri Aphrodisei aũt pace et them. Sco. ꝭ. d. 3. q. 3. in solone dubij ibidẽ modi i. c. q. circa med.

Scda propositio auerro. ibidem circa: parum ante finem.

Intellectus autem possibilis intelligit ⁊ intellectum agētem ⁊ intellecta speculatiua ⁊c. ⁊ sic patet prima propositio. ¶ Secunda propositio est: intellect⁹ possibilis vt appropriatus nobis, qñq; recipit intellecta speculatiua ⁊ intellectum agentem in potentia tantum: qñq; partim in actu ⁊ partim in potentia, qñq; totalr in actu. Ista propositio quo ad intellecta speculatiua est clarissima: intellectus nāq; infantis est in pura potentia: sicut tabula rasa in qua nihil est depictum: postmodū vero recipit primorū principiorum notitiam: deinde multarū conclusionum successiue acquirit notitiam: ⁊ sic ꝑm aliquid est in actu: puta ꝑm principia: ⁊ ꝑm aliquid in potentia: puta ꝑm conclusiones: ⁊ postremo acquisitis oībus conclusionibus est totaliter: ⁊ ꝑm omnia in actu tam principia q̄ conclusiones. His si coniūxeris primam propositionem illucescet tibi hec secūda propositio quo ad scdam partem. Si enim intellectus agens est forma intellectorum speculatiuorum eadem erit proportio coniunctionis ad intellectum agentem que est inter intellectū possibilem ⁊ intellecta speculatiua quo ad hoc: q si totaliter vni: totaliter ⁊ reliquo coniunctus erit: ⁊ si partialiter vni: partialiter ⁊ reliquo cōiunctus erit.

Formatur prima rō Auer.

¶ His premissis formatur prima Auer. ratio sic. omne qd mouet ad acquisitionē alicuius vt forme: illa perfecte acquisita pōt operari operatione propria illius forme: sed intellectus possibilis vt appropriatus nobis mouetur ad acquisitionem intellectus agentis: vt forme. ergo illo acquisito potest operari operatione propria illius. Sed operatio propria intellectus agētis est intelligere substantias separatas quiditatiue. ergo intellectus possibilis poterit per illum intelligere substātias separatas: ⁊ cū intellectus possibilis operatio noua nos denominet: cōsequēter nos per intellectum agentem intelligimus substantias separatas ⁊c. Maior patet exemplariter cum aqua mouetur ad formā caloris: acquisito illo pōt calefacere: ⁊ similiter apparet in omnibus. Minor vero probatur dupliciter. Primo ex duabus propositionibus premissis sic: qñcūq; aliquid mouetur ad aliqua duo recipienda ordinata inter se: ad id qd est formalius ⁊ perfectius mouetur: vt ad formam: ex prima propositione: sed intellectus possibilis mouetur ad intellecta speculatiua: ⁊ intellectum agentem: q: qñq; est in pura potentia: quandoq; partim in actu: ⁊ partim in potentia. ex secunda propositione ordinem inter se habentia: q: mediantibus intellectis speculatiuis recipitur intellectus agens: ⁊ intellectus agens est formalior ⁊ perfectior. ergo intellectus possibilis mouetur ad acquirendum intellectum agentem vt formam. ¶ Secūdo probatur illa minor sic. intellectus possibilis mouetur ad acquisitionem intellectus agentis vt finis. ergo vt forme. Antecedens patet ex eo q ipse intellectus agens est efficiēs illius motus quo mouetur intellectus possibilis ad ipsum. in separatis enim a materia idem est efficiens ⁊ finis motus: vt Commen. 36. 12. Metaphy. habetur. consequentia vero patet ex scdo Physi. tex. Commē. 70. vbi dicitur q finis motus ⁊ forma idem sunt, ⁊ hanc probationem tangit Auer. 12. Metaphysi. in fine Commen. 38.

Cō. 36. t. cō. 70

Cō. 38.

Scda rō principij ibidē circa text.

¶ Secunda ratio Auer. ponitur secundo Metaphy. Commen. primo. Si intelligentie non essent a nobis cognoscibiles natura ociose egisset: consequens est falsum. consequentia probatur. q: fecisset id qd est in se naturaliter intellectum: non intellectum ab alio: sicut si fecisset solem non comprehensum ab aliquo visu. ¶ Et quoniam hec consequentia cum sua probatione derisibilis a. s. Tho. iudicatur. propterea q frustra est qd non potest consequi finem suum: ⁊ intelligentiarum finis non est intelligi a nobis: dato enim quod intelligi esset finis earum: sufficit earum intelligibilitati vt a seipsis intelligantur: non enim sequitur ab intellectu humano non intelliguntur. ergo a nullo: sicut non valet: sol non videtur a noctua. ergo a nullo visu. ¶ Idcirco Ioannes de Gandauo in tertio de anima. dupliciter probat illam consequentiam. ¶ Primo dicens q Commentator non supponit q finis substantiarum separatarum sit intelligi a nobis: sed supponitur q intelligentie ex se sint intelligibiles ab intellectu nostro: cum contineantur sub eius obiecto primo, scilicet ente: ⁊ tunc bene sequitur, intelligentie sunt ex se naturaliter nobis cognoscibiles. ergo intellectus noster naturaliter natus est eas intelligere: naturaliter enim actiuo quale est intelligentia debet correspondere naturalē passiuum quale est intellectus: aliter potentia actiua esset frustra in natura. ¶ Secundo deducitur ab eodem illa consequentia: q: etsi intelligentiarum finis primarius non sit intelligi ab intellectu nostro. est tamen earum finis secundarius. Agunt enim prima intentione propter se: secundario autem propter alia: vt dicitur scdo celi. Com. 21. ⁊ ideo sequitur q intelligentie saltem quo ad finem secundarium essent frustra: ⁊ sic natura fecisset aliquid ociose. Propterea inquit consequentia Cō. est vicina propositionibus per se notis: ⁊ non est derisibilis.

Cō. 1. 3. contra Gē. ca. 45. pᵒ mediū. pria q. 88. ar. 1. ad primū qō. 37. post mediū.

Cō. 21.

¶ Potest adhuc tertio deduci illa consequentia ex dictis Commen. tertio de anima. Commen. 36. vbi examinans rationem Themistij dicit q si intellectus noster est immaterialis: consequentia ista tenet: intellectus noster intelligit res sensibiles factas immateriales ergo intelligit res ꝑm se immateriales. Et fundatur hoc dictum supra verbum Aristo. tertio de anima. tex. Com. 7. dicentis, q intellectus excellenti intelligibili apprehenso vigoratur ad altius intelligendū. Ex quibus habet in proposito q immaterialitas est sufficiens causa virtuti cognoscitiue q intelligere possit substantias separatas: vnde sic probatur consequentia. Intelligentie non sunt ab intellectu nostro cognoscibiles. ergo a nullo alio sunt cognoscibiles. ergo frustra sunt cognoscibiles: sicut sol frustra esset visibilis si a nullo posset videri. prima consequentia tenet ex eo quod si immaterialitas non dat intellectui nostro illas intelligere: nulli hoc dabit: quia iam declaratum est immaterialitatem esse sufficientem causam huius: sicut quia sensitiuum est sufficiens causa sensus tactus: si positum in vna specie animalis non daret tactum: nulli alij hoc daret. Secunda consequentia clara est exemplo. Quilibet ergo intellectus potest substantias separatas cognoscere ex sua immaterialitate: plus tamen ⁊ minus secundum quod plus ⁊ minus perfectionis habent. Hec de secundo.

Cō. 3. 6 añ me. col. 3. fi. ⁊. 4. in prin. T. c. 7.

Quo ad Tertium arguitur contra hanc opinionem dupliciter. Et primo probatur. quod talis continuatio posita non perducat intellectum possibilē: vt nobis appropriatum ad intelligendas substantias separatas: id quod continuatur intellectui agenti non nisi vt forme intellectorum speculatiuorum non potest per illum intelligere substantias separatas quiditatiue sed intellectus possibilis: vt appropriat⁹ nobis continuat intellectui agenti non nisi vt forme intellectorū speculatiuorum. ergo intellectus possibilis vt appropriatus nobis per talem continuationem non potest intelligere substātias separatas quiditatiue. Maior probatur supponendo quod intellectus agens habet proportiones diuersorū ordinū ad superiora ⁊ inferiora substātias immateriales. (scilicet ⁊ intellecta speculatiua). Ad superiora enim comparatur vt contemplatiuus: ⁊ non vt eorum forma. Ad inferiora vero vt factiuus ⁊ forma. hoc stante patet vis maioris. Quandocunq; enim aliquod vnum habet diuersi ordinis proportionem ad diuersa: id quod continuatur ei ꝑm quod habet proportionem ad inferiora: ex hoc non continuatur ꝑm quod habet proportionem ad superiora. Committitur enim manifeste fallacia accidentis ex vno aliud concludendo. Id ergo quod continuatur intellectui agenti vt forme intellectorum speculatiuorum non ex hoc continuatur ei: vt contemplatiuo substantiarum immaterialium. Minor vero ex Commen. dictis habetur: nullum alium modum ponentis in proposito quo continuetur possibilis cū agente nisi per intellecta speculatiua: vnde dicit quod cum est in pura potētia ad intellecta speculatiua est ⁊ in pura potentia ad intellectum agentem: cum vero partim est in actu: ⁊ partim in potentia respectu illorum est etiam sicut respectu istius: ⁊ cum fuerit totaliter in actu ꝑm intellecta speculatiua erit totaliter copulatus intellectui agenti.

Quod continuatio intellectui agentis non perducat intellectū possibilem ad cognitionē quidditatiuā substantiarum immaterialiū.

¶ Secundo probatur, quod posito quod talis continuatio ad hoc perduceret intellectum possibilem: nunquam tamē nos ad hoc perducere potest: ⁊ arguo sic. Id quod continuatur intellectui agenti non nisi vt coloratum lumini: ⁊ intellectui possibili non nisi sicut coloratum visui: non potest denominari operans propria operatione luminis: vt visus seu intellectus agentis: aut possibilis: sed homo phantasians habet huiusmodi continuationem cum his intellectibus. ergo non potest denominari faciens intellecta: ⁊ intelligens substantias immateriales que sunt operationes intellectus agentis: nec intelligēs res sensibiles q̄ est operatio intellectus possibilis. Maior est nota ex terminis. non enim potest vere dici quod coloratū illuminet: aut videat. Minor autem patet ex tertio de anima text. commenti. 18. ⁊. 30. Nec obstat aliquo modo similitudini date q homo proprio actu cogitatiue spiritualizat phantasmata. Coloratum vero non spiritualizat colores. ¶ Quoniam si fingamus coloratum in seipso non posse obijci oculo: neq; lumini: sed spiritualizatum tantum in speculo quod propria operatio speciem in se colorati spiritualizaret: similitudo curreret quatuor pedibus: ⁊ tamen tale speculum obiectum lumini ⁊ visui non vere posset denominari illuminans: neq; videns. ⁊ hec ratio apparet mihi demonstratiua: ⁊ alias si deus cōcesserit nobis vitam: eius efficaciam plenius ostēdemus. Hec de tertio.

positio q intellectus possibilis intelligeret quidditatiue substantias separatas per intellectum agentē sibi copulatum: adhuc nos nō intelligeremus ipsas. cō. 18. circa mediū cō. 30. i pn. et circa me. cōsidera virtutē hui⁹ rationis ⁊ videb' quantū

Quo ad Quartū. Ad primā rationē Auerrois: dr q maior est vniuersaliter falsa si teneat vt teneri dz ad hoc

valeat contra hoc ꝙ intentum cōcludet. Debet enī vniuersaliter teneri, nedū subiectum: sed etiam predicatum hoc modo. Omne quod mouetur ad acquirendam aliquam formam: illa perfecte acquisita potest operari omni operatione propria illius forme: aliter non concluderet. patet autem hanc esse falsam: ex eo ꝙ sufficit ꝙ id quod acquisiuit aliquam formam participet aliquam operationem illius forme: illam scilicet que conuenit forme secundum id quo recipit receptiuum: et ratio huius est assignata in prima ratione contra Auerroim facta: quia scilicet non oportet rem continuatam forme habenti diuersas proportiones ad inferiora et superiora: ex hoc ꝙ perfecte continuatur et secundum inferius ꝙ continuetur et secūdum superius. Unde ex hoc ꝙ intellectus possibilis acquisiuit intellectum agentem vt formam: licet sequatur ꝙ possit operari operatione intellectus agentis: vt est forma intellectorum speculatiuorū: quia vt sic acquiritur scilicet formare intellecta in actu et extendere se ad omnia intelligendo ad que se extendit intellectus agens vt factiuus: non tamen sequitur ꝙ possit omnia intelligere que respicit intellectus agens vt contemplatiuus. ¶ Ad secundam rationem respondetur negata consequentia: et ad primā probationem dicitur ꝙ committitur fallacia consequentis a superiori ad suum inferius affirmatiue: concesso enim ꝙ intelligentie sunt cognoscibiles ab intellectu nostro: quia continentur sub eius primo obiecto non sequitur, ergo sunt a nobis intelligibiles quidditatiue. Non enim omne contentum sub ente est quidditatiue a nobis intelligibile: eo quod ens licet sit obiectum adequatum intellectui nostro extensiue: non tamen est adequatum adequatione mutua intensiue: et est dicere ꝙ licet omne ens possit a nobis intelligi: nō tamen omne ens potest a nostro intellectu penetrari vsque ad vltimas differentias, hoc enim modo quidditas rei materialis est obiectum adequatum intellectus nostri: scilicet adequatione intēsiua, solam nāque eam et omnem intellectus noster natus est intelligere quidditatiue. ¶ Ad secundum modum deducendi consequentiam similiter respondetur, licet enim detur ꝙ intelligi a nobis sit finis secundarius intelligentiarum: non tamen valet, ergo, intelligi quidditatiue a nobis est finis secundarius: imo hoc est impossibile. ¶ Similiter ad tertium modum dicitur, ꝙ licet immaterialitas sit sufficiens causa virtuti cognoscitiue ꝙ possit intelligere substantias separatas: non tamen valet, ergo ex immaterialitate habet ꝙ possit cognoscere eas quidditatiue. ¶ Autoritas autem Aristot. adducta cum recte intelligitur non obstat. Aduertendum est enim sensum respectu excellentis sensibilis duo sortiri: et ꝙ scilicet non perfecte cognoscit illud: et ꝙ patitur passione corruptiua ab illo: intellectus autem respectu excellentis intelligibilis primum tantum habet scilicet quod perfecte non intelligit illud: passionis enim expers est: et ratio est: quia secundum sequitur materiam: cuius actus est virtus sensitiua, non autem intellectiua. primum vero sequitur in proportionem potentie ad obiectum que saluatur ita in virtute immateriali sicut materiali. Sicut enim noctua ex sua specie visum improportionatum claro lumini habet: ita homo ex sua natura intellectum improportionatum claro intelligibili separato: scilicet secundum rem a materia. Conueniunt ergo intellectus et sensus in primo: sed differunt in secundo. Ex qua differentia Aristot. ibi dicit oriri ꝙ sensus post excellens sensibile sensatum debilitatur: intellectus autem post excellens intelligibile intellectum non alteratus magis potest intelligere alia: quod intelligendum est secundum modum sibi possibilem. Ex hoc autem non licet inferre, ergo potest quidditatiue cognoscere substantias immateriales: sed ergo non procedit ex eius alteratiōe quod illas non possit comprehendere: quod gratis concedimus: habet enim homo intellectum ratiocinatiuum qui oritur in vmbra intelligentie apud Isaac: et ideo proportionatus naturaliter ad intuendum intelligibile non purum et clarum: sed obumbratum materie: quale est quidditas a sensibilibus abstrahibilis. Hec de quarto.

Valeat 3 errorē Auer. solutis.

Ratio Auer. Ad primā immediate supra.

Ad secūdam.

Tertio de aīa tex.c.7.

Quo ad Quintum ponenda est opinio sanc. Tho. quam ex prima parte .q. lxxxviij. et tertio contra Gentil. cap. xlv. et secundo metaphy. assumo. Tenet ipse hanc conclusionē. Anima humana corpori coniuncta nō potest quidditatiue cognoscere substantias immateriales: que ad presens dupliciter probatur. Primo sic. Intellectus existens in potentia non nisi ad recipienda intellecta abstracta ab intellectu agente: non potest intelligere quidditatiue substantias immateriales: intellectus humanus est huiusmodi. ergo. maior ex terminis patet: oppositum enim predicati infert oppositum subiecti: quod enim potest intelligere substātias separatas quidditatiue non est tantum in potentia ad recipienda abstracta ab intellectu agente: quoniam substantie separate non sunt abstracte a materia per operationem intellectus agentis. Minor ex Arist. colligitur tertio de anima. tex. com. xviij. vbi dicitur ꝙ intellectus agens potest omnia facere que intellectus possibilis potest fieri. ¶ Secundo probatur sic. Nullus effectus sensibilis potest ducere in quidditatiuam cognitionem substantiarum separatarum. ergo intellectus humanus coniunctus corpori non potest quidditatiue illas cognoscere. consequētia tenet: quia nihil est in intellectu quin prius fuerit in sensu. Ans vero probatur ex eo ꝙ effectus dupliciter potest in cognitionem quidditatiuam sue cause ducere. Uel per modum similitudinis: sicut effectu vniuoco cognito eius causam quidditatiue cognoscimus: propterea quia sunt eiusdem nature: et hoc modo clarum est nullum sensibile posse perducere ad substantiarum immaterialium naturas: eo ꝙ differunt nō solū specie: sed genere. Alio modo effectus ducit in quidditatiuā cognitionem sue cause: non per modū similitudinis: sed per hoc ꝙ demōstrat totā virtutē sue cause. Sicut intelligere ostēdit totam virtutem anime intellectiue: et ideo ex tali operatione in eius quidditatiuā cognitionē procedimus. Nec hoc modo sensibilia valēt ad cognitionē quidditatiuā intelligentiarum nos perducere. Nullus enim effectus particularis adequat totam virtutem cause vniuersalis: quodlibet aūt sensibile est effectus particularis vt materiales conditiones eorum cuiusque ostendunt: agitur per nullum sensibile in quidditatiuā cognitionē substantiarū immaterialiū que cause vniuersalissime sunt peruenire possumus etc. Hec de quinto.

Opi. s. Th. prima parte q.88.a.1. 3. contra Gen. c. 45. 2. metap. circa tex.c.1.

T.c.17.

Quo ad Sextum contra hāc determinationē arguit supradictus Jo. de Gandauo in tertio de anima multipliciter. ¶ Et primo cōtra illam particulam in conclusione positam coniuncta corpori. Nulla forma impeditur a sua nobilissima operatione propter vnionem eius ad propriam materiam: sed intelligere substantiarū separatarū q̄dditates, est nobilissima operatio anime humane: vt patet primo et x. ethic. Corpus aūt humanū est eius propria materia. ergo aīa humana propter vnionē ad corp⁹ nō impedit a speculatione substantiarū imaterialiū. ¶ Preterea ad idē. Aīa humana aut nata est intelligere substantias separatas per suā substantiā: aut per speciem influxam: aut per speciem causatam ex phātasmate. Si per suam substantiam cū substantia eius per vnionem ad corp⁹ nō impediatur poterit eas intelligere. Si per speciē phantasmate sumptā vnio ad corp⁹ iuuabit. Si per spēm influxam: querit quō vnio ad corpus impedit: aut non permittit talem influxū fieri: hoc enī nō videt rōnabile aliquo mō esse: quia generatio vnius speciei nō impedit a corpore: nisi corp⁹ habeat cōtrariam dispositionē dispositioni requisite ad eius generationem. Uerbi gratia. quia color exigit diaphaneitatē in aere: ad hoc vt recipiat in eo: nullum corp⁹ impediet generationem speciei coloris: nisi habeat opacitatem: que contraria est diaphaneitati: modo corpus humanum nullā habet dispositionē cōtrariam dispositioni quam exigit receptio speciei intelligibilis influēde: vt patet. ergo. ¶ Et confirmatur ratio sic. Bonum simpliciter alicuius nature non impeditur propter bonum simpliciter eiusdem nature. Quod enim impedit bonum simpliciter alicuius nature est illi malum simpliciter: sed intelligere substātiarum immaterialium quidditates est bonum simpliciter anime humane, ergo non impeditur per vnionem ad corpus cum hoc sit ei etiam bonum simpliciter. ¶ Tertio arguitur contra conclusionem ipsam ex dictis sanc. Tho. sic. isti dicunt ꝙ cognoscimus esse intelligentiarum non q̄dditates: aut esse est idem quod quidditas: aut diuersum. Si diuersum: ergo vtrunque sub nostra cadit cognitione. Quicunque enim cognoscit diuersitatem aliquorum cognoscit extrema illius diuersitatis: vt dicitur secundo de anima. textu commen. cxlvj. Si idē. ergo cognito vno cognoscitur et reliquum. ¶ Si dicatur quod cognoscimus illas quidditates: sed non perfecte. ¶ Cōtra. Primo quia hoc repugnat duobus dictis Thomistarum: quorum primum est quod nos non intelligimus quidditates substantiarum separatarum. Secūdum est ꝙ cognoscimus esse illarum nō quidditates. Ex primo arguitur sic, homo non intelligit quidditates separatas. ergo nullo modo intelligit eas: tenet consequentia per locum a toto in modo ad suam partem negatiue. Ex secundo dicto arguitur sic: ea cognitio negatur de quidditate que affirmatur de esse: sed esse non cognoscitur a nobis: nisi imperfecte: ergo cognitionem etiam imperfectam negare intendunt de quidditatibus. Si enim vtrunque imperfecte cognoscimus, quare magis alterum negatur cognosci: aut alterum affirmatur. ¶ Secundo probatur, ꝙ responsio in se sit falsa sic. Si imperfecte cognoscimus quidditates illas: aut hoc est: quia nescimus eas ita perfecte: sicut a seipsis cognoscuntur: et hoc non: quia hoc est ridiculum vertere

Joā. de Gan. q. 37. ante mediū prima.

Cap. 9. Cap. 8. Secūa.

Confirmatio.

Tertia.

t. c. 146

in dubium: aut quia nescimus eas perfectione debita nobis scdm nostram naturam: ⁊ hoc est voluntarium: nulla enim ratione hoc conuinci potest: vnio namq; ad corpus hoc impedire non potest: vt probatum est. Hec de sexto.

1. par. qō. 88. ar. 1. et qō. 89. artic. 1. ⁊. 2. c.

Quo ad Septimum pro responsione ad hec argumenta prenotandum est, ꝙ scdm doctrinā. s. Tho. prima parte. q. 88. ⁊. 89. inter cognitionē anime coniuncte ⁊ separate hoc interest ꝙ coniuncta, sicut habet modum essendi cōcernendo corpus: ita habet modum intelligendi conuertendo se ad phantasmata: ita ꝙ ex conformitate modi operandi ad modum essendi sit vt anima coniuncta sit conuersa ad phantasmata scdm intellectum possibilē: vt passiuū ad actiuum: adeo vt non nisi ab illis cum intellectu agente recipere possit species. Separata autē a corpore: sicut habet alium modum essendi absq; corporis informatiōe: ita habet ⁊ alium modum intelligendi: vt etiam ex conformitate modi operandi ad modum essendi fiat vt anima separata conuertatur scdm intellectum ad superiora vt actiua: vt ab eis influxum specierū recipiat: vtpote in modo essendi similis illis reddita ⁊ corpore relicto liberior quodāmodo facta amplius phantasmatibus nō alligata.

Differūt aīa separata ⁊ cōiuncta. primo.

Scdo ¶ Ex hoc autem oritur alia differentia: ꝙ scilicet anima coniuncta non pōt substantias immateriales cognoscere: nisi per species a sensibilibus acceptas. Alligatus est enim eius intellectus phantasmatibus. Separata vero potest illas per species proprias cognoscere: cum conuersa iam sit ad superiora.

Tertio ¶ Nascitur quoq; ex his tertia differentia apud subtiliter speculantes animam esse partem speciei ⁊ vniri corpori propter melius: quia. s. cognitio quā habet anima per species acquisitas est cognitio distincta ⁊ quidditatiua pertingens vsq; ad vltimas rerum differentias. Cognitio autem quam separata ex speciebus influxis sortitur confusa est: et in cōmuni res notificat. Cum enim anima naturaliter sit pars hominis: naturalem modum intelligendi ex propria natura sibi vendicat per species acceptas a phantasmatibus intelligere ⁊ nō per species influxas: hic eñ modus intelligendi naturalis est intelligentijs ex sua natura: ⁊ ideo sicut intelligētie perfectam rerum notitiam per species influxas hñt: sic anima per species acquisitas de sensibilibus notitiā habere pōt perfectā: species eñ influxe facultatem naturalē intellectus eius excedūt. Est hic modus superiori ordini cōnaturalis ⁊ proprius: ⁊ anime non conuenit nisi per quandam defectiuā participationem. Cum sit preterea talis inter substātias intellectuales ordo ꝙ quo proximiores sunt prime: omnia per solā suam substantiā intelligēdo penetrant: eo per vniores species rerū notitiā perfectam naturaliter capiūt: vltima inter eas anima. s. intellectiua ex natura sua adeo dearticulatas exigit spēs vt singularum quidditatū singulas oporteat habere similitudines: ꝑpter qđ ⁊ corpori vnitur vt eas inde accipiat. ⁊ ideo vis eius intellectiua cū per species superiores: quales sunt influxe: intelligere tentat: opprimit quodāmodo: ⁊ cōfusa tantū notitiā hꝫ: sicut discipulus vniuersales conceptus preceptoris apprehendere nō valens absq; distincta cognitione remanet. Huius aūt signum est ꝙ inter homines qui sunt perspicacis ingenij: statim ꝑpositis principijs ad cōclusiones sese cōferunt: ⁊ ex eisdē principijs multas cōclusiones speciales deducunt. Hebetis autē ingenij non nisi principijs applicatis a preceptore ad singulas cōclusiones ⁊ in forma syllogistica: ⁊ cū exēplis materialibus distinctā percipiūt veritatem. ¶ Ex his iam potes intelligere ꝙ anima nec cōiuncta: nec separata quidditatiuā cognitionē substantiarū immaterialiū habere naturaliter pōt: ⁊ qđ plus est: habes ex his ꝙ anima separata per species influxas: nec bouem: nec leonem: quidditatiue cognoscit: sꝫ omnia preter seipsius naturā in cōi nouit. Ubicunq; aūt alibi inuenies a san. Tho. dici ꝙ anima separata quidditates substantiarū immaterialiū nouit ⁊c. recolito ab ipso vocari cognitionem quidditatiuam cognitionem eam quā habet de illis anima separata per proprias species quam habere non potest.

Ad primum Capi. 9 Capi. 8. Ut ipse met Io. testat in q. 37. 3. de aīa.

Ad rationem Igitur primam dicēdum est, ꝙ licet intelligere substantias immateriales sit nobilissima operatio anime intellectiue: intelligere tamē eas quidditatiue est operatio sibi impossibilis: nec Arist. in primo, aut. 10. ethico. dixit oppositum: imo questio mota ab ipso in tertio de anima. tex. cō. 36. nusq; soluta reperitur. Posuit enim felicitatem humanam in contemplatione substantiarum separatarum nobis possibili quecunq; sit illa.

Ad secunduꝫ alia solutio.

¶ Similiter dicatur ad secundā ꝙ vnio anime ad corpus non impedit cognitionem quidditatiuam substantiarum immaterialium: quandoquidem illa anime secundum omnem nature statum est impossibilis. ¶ Quod si he due rationes formentur ad concludendum animam vnitam posse habere talem notitiam substantiarum immaterialium, qualem per earū species separata habet.

Ad primum

¶ Respondeatur ad primam negando ꝙ intelligere substantias immateriales tali modo sit nobilissima simpliciter operatio anime. licet sit nobilissima secundum quid: maiorem enim perfectionem simpliciter ponit in anima intelligere substantias sensibiles distincte et quidditatiue: et substātias immateriales per effectus sensibiles ⁊ communia: qꝫ intelligere ea in confuso: licꝫ sit secundum quid nobilior illa confusa intellectio: ex hoc ꝙ est per earū species et immaterialiori modo. Unde dico ꝙ non incōuenit animam nostrā impediri ab operatione nobilissima secundū quid propter perfectionem sibi nobilissimam simpliciter acquirendam ex vnione ad propriam materiam: vnde non sequitur vnionem esse preternaturalē: sed naturalissimā: vtpote ꝑpter ꝑfectionē suā simpliciter: ⁊ presertim quia cognitio illa quam habet separata est sibi quasi ꝑternaturalis: sicut ⁊ modus essendi quem habet ⁊c.

Ad secunduꝫ

¶ Ad secundam dicatur quod impeditur anima ex vnione ad corpus ad receptionem talis influxus ex hoc ꝙ modum essendi in corpore sequitur modus operandi non nisi per cōuersionem ad phantasmata: naturalis enim conuersio anime ad phātasmata est impeditiua conuersionis ad superiora. probatio autem contra hoc nihil facit: contingit enim alio modo impedimentum dari: vt iam patet.

Ad confirmationem.

¶ Ad confirmationem dicitur. quod minor est falsa. Intelligere enim substantias immateriales tali modo est bonum anime secundum quid: ⁊ non simpliciter: vnio vero ad corpus cum sequētibus ipsam est bonum eius simpliciter.

Ad tertium.

¶ Ad tertium dicitur quod siue esse ⁊ essentia distinguantur: siue sint idem non variatur propositum: in deo enim sunt idem: ⁊ in alijs intelligentijs distinguūtur et tamen eandē de vtrisq; proferimus sententiam dicentes quod cognoscimus esse: non quidditatē. Responsio ergo ibi data vera est: qua dicitur ꝙ cognoscimus quidditatem imperfecte. Nec hoc repugnat dictis Thomistarum. Non quidem primo: quia illud dꝫ intelligi de cognitione quidditatiua: ⁊ non de quacunque cognitione: vnde non valet. ergo nullo modo cognoscimus: sed. ergo nullo modo cognoscimus quidditatiue. ¶ Secundo autem dicto nullatenus aduersatur. Cum enim dicimus quod cognoscimus esse ⁊ non quidditatem (assueti peripateticis sermonibus) intendimus quod scimus de illis terminare questionem an est, que de esse querit: ⁊ quod nescimus de eis terminare questionem quid est que quidditatem scrutatur: ⁊ si secundum aliquod predicatum quidditatiuum terminare illam nouerimus notitiam illam (quia ⁊ non quidditatiuam vocamus) sequentes Aristo. vestigia qui notitiam rei per communia. notitiam quia in posterioribus analeticis appellat. Et propter hoc ea notitia proportionaliter negatur de quidditate a Thomistis in proposito que affirmatur de esse: qꝛ notitia de propria questione quidditatis non haberi dicitur. notitia vero de propria questione ipsius esse non caremus.

Secundo poste. 1. cō. 8.

¶ Ad vltimum quo probatur quod responsio sit falsa in se. Dico quod ideo dicitur intellectus noster imperfecte substantias immateriales cognoscere: quia non quidditatiue potest eas apprehendere ⁊ magis imperfecte in hac vita: quia per species aliorum. Et licet primo modo eas cognoscere sibi ipsis tantum conueniat: ⁊ ridiculum esset dubitare an id quod conuenit solis intelligentijs conueniat alijs: necessarium tamen est dubitare an cognoscere eas quidditatiue sibi solis: an etiam anime nostre conueniat: quod secundo modo eas cognoscere sit nobis in hac vita impossibile: non voluntarie: sed ratione cogente dicitur. Corpus enim vnitum anime animam ad sensibilia conuertit. vt declaratum est ⁊c.

In q.

¶ Hoc tamen sciendum, ꝙ non eodem modo, sumitur genus ⁊ differentia in illis substantijs ⁊ in substantijs sensibilibus. Qꝛ in sensibilibus genus sumitur ab eo qđ est materiale in re: differentia vero ab eo quod est formale in ipsa. Unde dicit Auic. in principio libri sui de anima, ꝙ forma in rebus compositis ex materia ⁊ forma est differentia simplex eius qđ constituitur ex illa: non aūt ita ꝙ ipsa forma sit differentia, sed qꝛ est principiū differentie, vt idem dicit in sua Metaphy. ⁊ dicitur talis differentia esse differentia simplex, qꝛ sumitur ab eo qđ est pars quidditatis rei. s. a forma. Cum aūt substantie spirituales sint simplices quidditates, non potest in eis differentia sumi ab eo ꝙ est pars quidditatis, sed a tota quiditate, ⁊ ideo in principio de anima dicit Auic. quod differentiam simplicem non habent, nisi

Quinto meta. ca. 6.

In principio.

species: quarum essentie sunt composite ex materia ⁊ forma. Similiter etiam in eis ex tota essentia sumitur genus, modo tamen differenti: vna enim substantia separata conuenit cum alia in immaterialitate. Differunt autem abinuicem in gradu perfectionis ſm recessum a potentialitate ⁊ accessum ad actum purū. Et ideo ab eo quod sequitur illas inquantum sunt immateriales, sumitur in eis genus: sicut intellectualitas vel aliquid huiusmodi. Ab eo autē quod sequitur in eis gradum perfectionis sumitur in eis differentia, nobis tamen ignota.

nota qō ī substā tia com muni. 4 repeniū tur.

¶ Ponitur hic scōm notatū: quo vnde sumat differētia: ⁊ vñ genus in substantijs immaterialibus declarat opposita cōparatiōe ad substātias sensibiles. ¶ Ad cuius euidentiā scito ꝙ in rebus cōpositis ex materia ⁊ forma quatuor intelliguntur .s. materia que est altera pars compositi specifici: forma reliqua pars: tota quidditas vt hꝫ rōnem perfectibilis vlterioris perfectione formali: ⁊ ipsamet tota quidditas: vt hꝫ vltimā perfectionē formalem, verbi gratia, in homine potes considerare materiam in qua sua forma recipitur: ⁊ formā in illa receptam. Aduertes etiā ipm hominē inquātum est substantia: est enim homo substātia: ⁊ vt substātia hꝫ rationem perfectibilis per corporeū: per rōnale ⁊c. Aduerte etiā hominem inquantū est rōnalis nature: que est vltima eius perfectio formalis. Hec aūt quatuor ita se hñt ad genus ⁊ dr̃iam ꝙ ⁊ materia que est pars ⁊ ipsum totū: ⁊ perfectibile fundāt genus: diuersimode tamē. Forma vero que est pars ⁊ ipsum totū: vt posterioꝛi perfectione formali perfectū fundant differentiā diuersimode etiam.

gen⁹ su mit a to to cōpo sito ⁊ p̄ te mālī. Dr̄ia su mit a to to cōpo sito ⁊ p̄ te forma li.

¶ Cum eñ genus p̄ Iāte cōtineat differētias: incōpleteqꝫ ac in potentia rei naturā explicet: totūqꝫ ſm id quo adhuc perfici pōt impotet: radix aūt potētialitatis in rebus sensibilibus sit materia: merito a toto ſm ꝙ possibile est formaliter perfici: ⁊ a materia ipsa sumi dicitur. ¶ Similiter cū dicere sit diuidere terminare ⁊ actuare genus totūqꝫ ſm posterioꝛē perfectionē ⁊ actualitatē explicare: radix autem actualitatis ⁊ perfectionis sit forma: merito a toto ſm ꝙ perfectū est: ⁊ a forma differētia sumit. ¶ Diuersimode vero fundant genus ⁊ differētiā partes ipse rei materia .s. ⁊ forma: ⁊ quiditas tota vt p̄fectibilis ⁊ p̄fecta. Sumit eñ gen⁹ a tota essentia vt hꝫ rōnem perfectibilis tanq̄ a re formaliter significata seu denominata ab ipso. A materia vo tanq̄ a radice sui formalis significati. Similiter differētia sumit a tota essentia ſm vlterioꝛē perfectionē tanq̄ a re formaliter significata seu denoīata ab ipsa: a forma aūt vt a radice sui formalis significati: nō eñ materia q̄ est ps hominis denoīatur eius genus: neqꝫ forma dr̃ia: sed ipse homo vt substātia vt animal generis denoīationē sortit: vt corporeus vt rōnalis dr̃ie denoiationē hꝫ. Et ꝓpterea qꝛ genus ⁊ dr̃iam radicaliter fundāt materia ⁊ forma: ideo ab Arist. 7. metaphysi. tex. cō. 33. dr̃ ꝙ sicut se hꝫ tota ratio ad totā rem: sic pars rōnis ad partē rei. ⁊ 8. metaphysi. tex. cō. 9. inuenies genus sumi a materia ⁊ dr̃iam a forma. ¶ Preterea ⁊ Cōmē. scōo celi cōmen. 49. ait, ꝙ sic corpora celestia conueniunt in genere ⁊ differunt in specie sunt cōposita ex materia ⁊ forma. ¶ Inuenies quoqꝫ qꝛ genus ⁊ differentia a tota essentia sumuntur vt a re significata nomine p̄me intentionis: ⁊ denominata nomine scōe intētionis: ⁊ non a parte: illustres viros dicere quādoqꝫ ꝙ genus non sumitur a materia: ⁊ differentia non sumitur a forma: quorū cum intuitus fueris rōnes: supradictis nō aduersari videbis. ¶ Que cū ita sint in substātijs materialibus ad substātias immateriales ascēdendo genus sumi nō dicimus a materia: nec differentiā a forma: qꝛ carent his partib⁹: vnde restat vt a tota essentia tam genus q̄ differētia nō solum formaliter: sed etiā radicaliter in eis sumatur. Propterea ⁊ Aui. (vt in lr̃a dicit) assignat diuersitatē inter differentiā substantiarum cōpositarum ⁊ simplicium dicens ꝙ differētia in speciebus cōpositis ex materia ⁊ forma est simplex. Differētia vero rerū nō cōpositarum non: ⁊ vocat differētiam simplicem eam que non a toto radicaliter: sed a parte eius exit que simplex est. Sumuntur ergo ex tota essentia in substantijs immaterialibus genus ⁊ differētia: sed differēter: qꝛ genus sumitur ex tota essentia scōm id quo essentialiter vna alteri assimilatur: cōueniunt enim intelligentie in aliquo predicato quiditatiuo. Differētia vero sumitur a tota essentia ſm id quo vna differt substātialiter ab alijs: ⁊ hic est certus formalis perfectionis gradus indiuisibilis formaliter: quem quāto aliqua intelligentia proximioꝛ purissimo actui deo glorioso sortita fuerit: tanto perfectioꝛ erit: per hoc enim differunt inter se, ꝙ vna altera propinquioꝛ est actui puro ⁊ plus a potētialitatis natura recedit.

T. c. 33. T. cō. 9. Cō. 49.

genus ⁊ differē tia ī sim plicib⁹ sumunt a tota q̄ ditate.

Ad maiorem

horum intelligentiam altius exordiendum est. ¶ Sciendum est nāqꝫ ꝙ aliud est loqui de genere ⁊ differentia simpliciter: ⁊ ſm ea que sibi accidunt ⁊ per se cōueniunt. Aliud est loqui de eis ſm ꝙ ad tales naturas applicātur. Si eñ loquimur de eis ſm se: sic ad vtriusqꝫ (generis .s. ⁊ differētie) rationē exigitur ⁊ sufficit ꝙ differētia quidem explicet certum ⁊ limitatum gradū entis nō extranee nature a natura generis: cuius est diuisiua formaliter: genus vero explicet certam naturā determinabilem formaliter. Et p̄mū quidem hoꝝ que de differētia dicimus: sequitur ex eo ꝙ differētia adueniēs generi constituit speciē: ⁊ ponit ipsam in determinato gradu entis: illo .s. quē explicat: vnde. 8. metaphysi. cō. 10. Spēs numeris assimilantur: eo ꝙ sicut numeros subtracta: aut addita vnitas variat: sic differentia addita vel subtracta entibus ipsa diuersificat. Secundum autem sequitur ex eo ꝙ differentia diuersificare genus debet: ita vt non solum ipsa species sit altera ab altera specie: sed natura generis in hac specie sit diuersa a natura generis in alia specie: vt. 10. metaphy. tex. cō. 24. habetur. Unde in. xi. de animalibus ait Aristo. ꝙ si debeat diuidi figura: differentie eius nō erūt habere angulos equales duobus rectis ⁊ habere angulos equales multis rectis: quia hec accidentia sunt figure. Genus autem certam naturam significare oportet vt transcendentia excludantur. ¶ Determinabilem vero formaliter: vt specialissima segregētur. ¶ Si autem loquamur de genere ⁊ differentia vt applicantur ad substantias materiales: sicut genus non solum explicat rem: vt determinabilem formaliter: sed etiam radicaliter sumitur a materia: ⁊ differentia similiter non solum significat determinationem ⁊ actuationem generis: sed sumitur radicaliter a forma: sed hec accidūt generi ⁊ differentie ex eo quod essentia cuius sunt est composita ⁊ realiter integrata ex duobus p̄ncipijs: materia scilicet determinabili ⁊ forma terminante. Per se enim conuenit animali quod significet naturam sensitiuam determinabilem formaliter per rationale. Sed quia natura sensitiua habet quod sit terminabilis per rationale ex hoc quod habet materia: ideo accidit huic generi quod est animal (inquantum est genus) quod sumatur a materia: vnde si natura sensitiua esset determinabilis per rationale ⁊ non ratione materie: non minus animal esset genus. Similiter rationale per se habet quod significet ratiocinatiuam perfectionem essentialiter determinatiuam nature sensitiue: sed quia gradus intellectiuus habet quod determinet sensitiuam ex eo ꝙ anima intellectiua est forma corporis: ideo accidit huic differentie scilicet rationale inquātum est differentia quod sumatur a forma. Non minus enim rationale esset differentia si perfectio ratiocinatiua determinaret sensitiuam absqꝫ eo quod informaret anima corpus. Propter hoc communiter dicitur quod sumitur genus ab eo quod est materiale potius q̄ a materia: ⁊ differentia sumitur ab eo quod est formale potius q̄ a forma. Illud conuenit eis per se: hoc autem per accidens: cum autem substantiarum immaterialium simplex essentia sit determinata ⁊ diffinita ad certum perfectionis gradum (cum infinite entitatis non sit) consequens est vt in ea sit: vnde genus ⁊ differentia sumi queant. Ex hoc enim quod natura limitata est ex ipsa determinatione sumitur differentia. Ex natura autem communi que determinari intelligitur: sumetur genus. Ex eo vero quod simplex est seipsa terminatur: ita quod non hꝫ duas partes reales: quarum altera terminetur et altera terminet: sicut substantie sensibiles habent materiam ⁊ formam. ¶ Et sic in acceptione generis ⁊ differentie in substantijs immaterialibus saluatur id quod est per se. scilicet quod genus significet certam naturam formaliter determinabilem. Et differentia explicat determinatam perfectionem substantialem formaliter constitutiuam illius in certo gradu entis: licet non saluetur id quod est per accidens .s. quod genus sumatur a materia: differentia vero a forma.

T. c. 10. t. cō. 24.

No. hic p̄fundissima dicta ⁊ pulcherrima.

Ad profundiorem

huius rei perscrutationem notande sunt tres propositiones. ¶ Prima est quod omne indiuiduum distinctum realiter a suo esse habet plura predicata quiditatiua: quorum successu magis ac magis appropinquat ad suum esse. ¶ Secunda propositio est ista, Inter predicata quiditatiua supradicta talis est ordo: ꝙ tāto vnūquodqꝫ est actualius quo appropinquat ad esse: ⁊ tanto est potentialius quanto remotius est ab esse. Declarantur p̄mo exēplariter: deinde ratione propositiones iste. Sortes distinctus realiter a suo esse existēte hꝫ plura predicata quiditatiua .s. substantiā corpus viuū: animal: homo: ⁊ certū est ꝙ sortes inquantū substantia valde elōgat a sua existētia: exigit. n. ad hoc ꝙ sortes sit nō solū

q sit substãtia: sed etiã q sit corpus: cum aũt acceperis sortem inquantũ corpus vicinior apparebit ad existentiã habendam: licet adhuc satis elõgetur ab illa, exigitur enĩ ad hoc q sortes sit nõ solum q sit substantia corporea: sed etiã q sit viuens: & cum consideraueris sortem vt viuũ: videbis magis appropinquare ad esse: tñ adhuc remotum. Exigitur enim ad hoc q sortes sit non solum q sit substantia animata: sed etiã q sit animal: & cũ inspexeris ipsum inquantum animal: proximiorẽ ad essendũ inuenies: adhuc tñ remotum ex eo q exigitur ad hoc q sortes sit non solũ q sit substãtia animata sensibilis: sed etiam rationalis (nihil enim potest in rerum natura sub aliquo genere contineri quod non sub aliqua specie contineatur) cũ autem consideratus fuerit vt substantia aĩata sensibilis rationalis: tunc iã esse actualis existentie suscipere potest: nihil enim aliud formale intrinsecum exigitur ad hoc q sit: licet requirantur cause extrinsece & proprietas indiuidualis: vt conditio existentis. Patent aũt adducta pdicata ita se habere q sem per id qd propinquius se habet ad existẽtiam cõparatũ ad remotius se habet vt actuale ad potentiale: sicut homo ad animal: aĩal ad viuũ: viuum ad corpus: corpus ad substantiã. Et ex consequẽti id qd proximius est ipsi esse est actualius: illud vero qd remotius est ab esse est potẽtialius: & sic patet vtraq ppositio exẽplariter.

Probatur rõne iste scde ppositiones.

¶ Ratione aũt probo. cũ enim esse sit actualissimũ omniũ q sunt in re: & tante actualitatis: vt non nisi complete essentie actus proprius sit: ad hoc q essentie eius receptiuum fiat: oportet intrinsece completam & determinatam esse: sicut ad hoc q aer recipiat lumen: oportet primo q perficiatur a diaphaneitate: terminat autẽ perficitur & cõpletur substãtia his predicatis quidditatiuis: & ideo quãto predicatũ quidditatiuũ erit magis essentia determinatum magis appropriabit ipsam ad hoc q sit receptiuũ propriũ ipsius esse. Et per oppositũ quanto pdicatũ quidditatiuũ est minus determinatũ essentie: tanto minus eã appropriat ad hoc q capax sit ipsius existẽtie: & qr vnũqdq quãto est ppinquius actualissimo: tãto est actualius & quãto remotius ab illo: tanto est potẽtialius. Ideo cũ inter pdicata qdditatiua talis est ordo q propinquius ipsi esse est actualius: remotius vero potentialius.

Regula generalis a quo sumit genus et differẽtia.

His duabus propositionibus: postq̃ tertiã addideris .s. q genus sumit ab eo qd est vt potentiale. Differentia vero ab eo qd est vt actuale: conficietur regula generalissima: q genus & differẽtia in omnibus sumuntur a tota essentia rei sm elongationem & propinquitatẽ ad ipsum esse existẽte. Differentia enĩ vltima cum sit constitutiua speciei: & proprium illi inter entia gradum donet: vltimũ complementũ ipsius essentie est: ad hoc q sit. Ultra eã enĩ (vt iam dictum est) indiuiduũ nullum aliud cõplementum intrinsecũ expectat vt sit. Genus quoq generalissimũ cũ essentiam maxime determinabiliter explicet: ab eo sumitur: quo essentia ipsa ab existẽtia magis est elongata: vtpote determinabilis & perfectibilis omnibus differẽtijs ad hoc vt esse suscipere possit. Genera vero & differentie intermedie ab intermedijs sumuntur (& propter hoc dicitur q diffinitio explicat diffinitũ a prima potẽtia vsq ad vltimum actũ) includit siquidẽ primum genus qd sumitur ab eo quo primo essentia ipsa potest habere esse: & omnes differẽtias quibus paulatim essentia determinatur & actuatur vsq ad vltimam differentiã que est actus vltimo determinãs & perficiẽs ipsam: vt esse habeat, ppterea & Porphyrius ait q sm interius perscrutãtes differentia est q̃ conducit ad esse. Nec propter hoc qd diximus intendimus q genus & differentia sumantur ab esse actualis existentie: scimus enĩ diffinitiones abstrahere ab esse: sed intẽdimus q genus & differẽtia sumuntur (vt verbis .s. Tho. vtamur) ab ordine ad esse actualis existẽtie. Ab ordine aũt dicimus non relatione ordinis: sed fundamẽto eius ab eo .s. quo essentia appropinquat vt receptiuũ ad ipsum esse & ab eo quo essentia elongatur ab ipso. Et sm hoc habes vnde in intelligentijs: substãtijs materialibus & accidẽtibus sumãtur genus & differẽtia: vt facile est cuilibet exercitato deducere in singulis. Et ppter hoc solus deus caret genere & differentia: quidditas enim sua cũ sit sua existentia actualis: non potest concipi vt elongata ab existẽtia vel propinqua illi. Unde sufficientissimam causam .s. Tho. in principio huius capituli assignauit: quare deus non sit in genere, & intelligentie sint in predicamento: qr ille est suum esse: istarum autem essentia distinguitur ab esse proprio.

cap. de differẽtia.

¶ Nec oportet has differentias esse accidentales: quia sunt secundum maiorem et minorem perfectionem, que non diuersificat speciem. Gradus enim perfectionis, in recipiendo eandem formam, non diuersificat speciem: sicut albius, et minus album, in participando eiusdem speciei albedinem: sed diuersis gradibus perfectionis, in ipsis formis vel naturis participatis, diuersificat speciem: sicut natura procedit per gradus de plantis, ad animalia, per quedam, que sunt media inter animalia et plantas: secũdum Philosophũ, in lib. de animalibus.

¶ Hic excluditur prima obiectio. dictũ est enĩ q differentie in intelligentijs sumuntur a diuersis perfectionis gradibus qbus vna altera propinquior est actui primo. Contra hoc instat sic, quecũq differunt sm actum perfectum & minus perfectum: differunt solũ accidẽtalibus differẽtijs: intelligentie differũt non nisi sm magis & minus perfectũ, ergo differunt solũ accidentalibus differentijs, processus bonus, cõclusio vero est falsa, ergo altera premissarũ, nõ maior vt probabitur, ergo minor: q̃ est posita supradicta. Probatio maioris est: qr magis & minus non variant speciẽ: albedo enĩ perfecta & minus perfecta vnius speciei sunt. quecunq autẽ sunt eiusdem speciei accidẽtalibus solũ differentijs distinguitur: cum in omnibus essentialibus conueniant. Hanc obiectionẽ excludit hac pulchra distinctione. Perfectius & minus perfectum possunt attendi vel penes modum habendi aliquam formam vnã simpliciter: vel penes ipsas formas habitas magis & minus. primo modo non variant speciem: sed secundo modo. quecunq enĩ ita se habent q sm diuersos gradus perfectionis atomam suscipiunt formam solo numero vt sic distinguuntur: vt patet de albo. vt .4. de albo. vt .6. Ea vero que diuersos gradus perfectionis non eiusdem forme sed plurium formarum suscipiunt essentialiter seu specifice distingui necesse est: vt patet de homine & boue. Unde patet responsio ad obiectiones: q primo modo minor est falsa. secundo modo maior. Cuius probatio ideo videtur sine additione vulgata. qr comparatio denotata per ly magis & minus non fit pprie nisi in athoma specie. vt dicitur septimo phy. in commen. 27.

¶ Nec iterum est necessarium, vt diuisio intellectualium substantiarum sit semper per differentias veras: quia hoc est impossibile in omnibus rebus, accipere, vt Philosophus dicit, in vndecimo de animalibus.

Cõ. 27.

Ca. 30.

¶ Hic excluditur scda obiectio. Obijcitur enim contra idem dictum sic. vbicũq sunt verum genus & vere species: ibi debet esse artificialis diuisio illius generis per duas veras differentias: sed in intelligentijs inuenitur verũ genus & vere species. ergo ibi debet esse diuisio per duas differentias veras: conclusio est contra diuisionem supra assignatã, qua dictũ est: genus intelligentiarum descẽdit ad suas species p magis perfectũ & minus perfectum: q̃ non sunt vere differentie. Maior vero probatur ex eo q vbi verũ genus cum veris speciebus inuenitur oportet esse diuisiuas ipsius generis & specierũ cõstitutiuas differẽtias. ex eo aũt q diuisio est sm artem debet esse bimembris: vt Boetius testatur. Hanc obiectionem excludit .s. Tho. dicẽs maiorem esse vniuersaliter impossibilitatem sm Aristo. sententiam in .ij. libro de animalibus.

In lib. diuisionum.

Ad cuius euidentiã notandũ q cũ vere differẽtie appellentur differẽtie positiue nõ extranee contrarie inter se cõuertibiles cũ his quorũ sunt differẽtie: vt ibi dicit Aristo. ca. 3. Genus illud qd plures duabus speciebus cõtinet immediate nõ potest diuidi duabus veris differentijs, sed si veris differentijs diuidendum erit potestatem eius euacuãtibus, oportet q diuidatur pluribus duabus: & sic diuisio nõ erit bimẽbris, si enĩ diuisione bimẽbri partiendũ erit: oportet alterã differentiã esse non verã. erit enĩ cũ priuatiõe accepta alterius. Sicut si aĩal immediate cõtineat hoiem bouẽ & leonẽ: oporteret tribus veris differẽtijs diuidi vel altera vera. puta ratiõali: altera nõ vera sed priuatiua cõmuni reliqs duab9. puta irrationali. Qr igitur inueniuntur alique res in mũdo plures duabus cõtente imediate sub aliquo cõmuni formaliter diuisibili: ideo dr q impossibile est vniuersaliter q ois diuisio fiat p duas differẽtias veras: & hoc in pposito nro accidit. Cũ enĩ intelligẽtie careãt genere subalterno: vt .s. Tho. in tractatu de natura generis. ca. 5. testatur. eo q pfectio earũ ex pluribus cõiunctiõibus differẽtiarũ nõ cõsurgit: sicut pfectio specierũ in istis inferioribus: qbus nõ sufficit genus cõe & dria, oẽs imediate sub vno genere cõtinebuntur, & sic genus earũ: si veris differẽtijs ad illas descẽdere dz: oportet multimembrẽ fieri diuisionẽ nobis ignotam: q si bipartita diuisiõe cõtrahendũ erit: alterã simpliciter necesse est esse nõ verã: qr priuatiuã: alterã propter debilitatẽ intellectus nostri ad nullã propriã earum differentiaz ascendere poten-

Cap. 3.

Cap. 5.

tis necesse quoq; est esse non veram. Tales autem fuerunt differē-tie in litera assignate: scilicet magis perfectū ⁊ minus perfectum. ¶ Ex his iam patet responsio ad obiectionem, declarata impossibilitate maioris vniuersaliter. Boetij vero dictum nō obstat, quāuis enim dicat diuisionem omnē ad bimembrē reduci, non tamen dicit q̄ omnis bimembris fiat per differentias veras inferiorē per illam diuisionem accipiendorum.

¶ Tertio modo inuenitur in substātijs cōpositis ex materia ⁊ forma in quibus ⁊ esse est receptum ⁊ finitum propter quod ⁊ ab alio esse habēt: ⁊ iterum natura vel quidditas earum recepta est in materia signata: et ideo sunt finite ⁊ superius ⁊ inferius, ⁊ in eis iam propter diuisionē materie signate possibilis est multiplicatio indiuiduorū i vna specie ⁊ in his substātijs qualiter se habeat essentia ad intentiones logicas supra dictum est.

Cap. 4. ¶ In hac quarta ⁊ vltima parte huius capituli quatuor colligit de essentijs substantiarum cōpositarū. Prima est q̄ esse earū est limitatū: q2 hn̄t illud ab alio: vtpote distinctū realiter a se: ⁊ per hoc primo distinguit̄ a primo ente: cuius esse est infinitū, ⁊ idē realiter sue quidditati. ¶ Scdm est q̄ essentia earū est recepta in materia signata: sunt enim in hoc vel in illo: ad hic ⁊ nunc determinate: sicut formale per suum materiale. ¶ Tertium quod ex istis duobus corollarie sequitur: est q̄ sunt finite superius ⁊ inferius. Superius quidem: q2 habēt esse limitatū: ⁊ essentia earum per ipsum esse qd̄ vt superius respicit terminatur. Inferius vero quia recipiunt̄ earum forme in materia et ipse ad hoc et illud terminant̄ que respiciūt vt inferius: per hoc q̄ in his ⁊ illis conditionibus materialibus recipiuntur tanq̄ in parte materiali. ¶ Quartum est q̄ essentia earū est multiplicabilis numeraliter in eadem specie ppter materie signate diuisionē. Et per hec tria differunt ab intelligentijs in secundo ordine positis: que immunes a materia infinite q; inferius parem sibi non compatiuntur. Et sic terminatur tractatus secundus huius libri.

Caput vij.

Nunc autē restat videre qualiter essentiā sit in accidentibus: quō autē sit in omnibus substantijs dictū est. Et q2 vt dictū est essentia per diffinitionem significat̄: opz q̄ eo modo habeant essentiā quo habēt diffinitionē. Diffinitionem aūt habēt incōpletam: q2 non possunt diffiniri nisi ponat̄ subiectum in eorū diffinitione: ⁊ hoc ideo est: q2 non habent in se esse absolutū per se a subiecto: sed sicut ex forma ⁊ materia relinquitur esse substantiale quando componitur: ita ex accidente ⁊ subiecto relinquit̄ esse accidentale: quādo accidēs subiecto aduenit. Et ideo etiā nec forma substātialis cōpletam essentiam hz: nec materia: q2 in diffinitiōe forme substantialis oportet q̄ ponatur illud cuius est forma: ⁊ ita diffinitio eius est per additionez alicuius: quod extra eius genus est: sicut ⁊ diffinitio forme accidentalis: vt etiam in diffinitione anime ponitur corpus a naturali: qui considerat animam solum inquantum est forma physici corporis. Sed tamen inter formas substantiales ⁊ accidentales tantum interest: q2 sicut forma substantialis non habet per se esse absolutum sine eo cui aduenit: ita nec illud cui aduenit. scilicet materia: ⁊ ideo ex coniunctionē vtriusq; relinquitur illud esse in quo res per se subsistit: ⁊ ex eis efficitur vnum per se: propter quod ex coniunctione eorum relinquitur essentia quedam. Unde forma quamuis in se considerata nō habeat rationem completam essentie: tamen est pars essentie complete. Sed illud cui aduenit accidens, est ens in se completum consistens in suo esse: quod quidem esse naturaliter precedit accidens quod superuenit: ⁊ ideo accidens superueniens: ex coniunctione sui cū eo cui superuenit non causat illud esse in quo res subsistit: per qd̄ res est ens per se: sed causat quoddā esse scdm: sine quo res subsistens intelligi pōt esse, sicut primū pōt intelligi sine scdo vel predicatum sine subiecto. Unde ex accidente ⁊ subiecto non fit vnum per se: sed vnum per accidens: ⁊ ideo ex eorū coniunctione non resultat essentia quedam: sicut ex coniunctione forme cum materia: propter qd̄ accidens neq; rōnem complete essentie hz: neq; pars complete essentie est: sed sicut est ens scdm quid: ita ⁊ essentiam scdm quid habet.

Cap. 1. in fi. — 2. de anima. T. c. 6. — Differētia inter formas substantiales ⁊ accidētalem.

¶ In hoc tractatu tertio (vnico capitulo contento) determinat̄ de accidentibus: vt nihil sub latitudine entis intactum remaneat. Diuiditur autem in tres partes: in quarum prima quid significet essentia in accidentibus declaratur. in secunda vero diuersitas accidentium a substantia ⁊ inter se. in tertia autem quomodo se habeant ad intentiones logicas. Declarat ergo primum tali conclusione. Accidentia habent essentiam incompletam. Probatur sic. quecunq; habent diffinitionem incompletam habent essentiam incompletam: accidentia habent diffinitionem incōpletam. ergo. Maior patet ex eo quod essentia est id quod per diffinitionem significatur (vt dictum fuit in principio libri). Minoris probatio est: quia quecūq; diffiniuntur necessario per aliquod quod est extra eorum essentiam habent diffinitionem incompletam. diffinitio enim talium non completur per intrinseca: sed eget extrinseco additamento: sed accidentia diffiniuntur necessario per aliquod quod est extra eorum essentiam. oportet siquidem in eorum diffinitione poni subiectum: vt dicitur septimo Metaphysi. tex. Commen. 15. ergo accidentia habent diffinitionem incompletam.

¶ Ad euidenter manifestandam minorem sanc. Tho. in litera cōparat accidentia formis substantialibus penes conuenientiam et differentiam. inde enim clare patebit quomodo accidentia habent essentiam incompletam. ¶ Conueniunt autē accidentia cum formis substantialibus in tribus. Primo in hoc q̄ neutrum eorum habet esse absolutum a subiecto, independens a receptiuo: sed sicut ex forma substantiali coniuncta materie fluit esse commune vtriq;: ita ex coniunctione accidentis cum subiecto relinquitur esse commune vtriq;. ex coniunctione enim albedinis cum niue fit esse quo et albedo est ⁊ nix est alba. ¶ Secundo conueniunt in hoc q̄ neutrum eorum habet essentiam cōpletam: q2 essentia vtriusq; essentialiter ad aliud refertur. vt receptiuum: forma siquidem substantialis essentialiter est entitas perfectiua materie: et accidens essentialiter est entitas subiecti qualificatiua.

¶ Tertium autem in quo conueniunt est: quod neutrum eorum habet diffinitionem completam proprijs terminis: sed per additamentum: sicut enim in diffinitione accidentis oportet poni suum subiectum: quod est extra eius genus: ita in diffinitione forme substantialis oportet ponere receptiuum: materiam scilicet que est extra eius genus proprium. nam genus forme est actus (vt patet secundo de anima), materiam aūt: cum ens diuidatur in actum et potentiam: sub potentia contineri clarum est: et consequenter esse extra actum quod est genus forme. huius signum est quod fecit Aristotel. diffiniendo animam: dum posuit in eius diffinitione corpus physicum organicum: quod propria materia est anime: in eo qd̄ est corpus physici perfectio. Addidit autē hoc, ne mireris: quare in definitione anime nō ponit̄ materia: cum sit forma substantialis: sed corpus physicū. hoc eīn ideo est: quia physicus non considerat animā vt formā substantialē: sed vt animā: que vt sic: corpus physicum precxigit tanq̄ ppriā materiā. Hinc habes q̄ considerare animā intellectiuā: vt sic scdm suā cōpletā quidditatem non est opus physici: vt etiā tradit Arist. in lib. j. de partibus animalium. c. j. ¶ Differunt aūt in quinq;. ¶ Primo q2 receptiuū forme substantialis non habet esse per se sine esse forme. est enim in hoc conforme sue forme: sicut enim forma substantialis non habet esse preter suum receptiuum: ita nec suum receptiuum habet esse preter suam formā. receptiuū vero accidentis habet esse per se preter esse sui accidentis. Huius differētie ratio est: quia receptiuū forme substantialis est ens in pura potētia, receptiuū vero forme accidentalis habet esse in actu. ¶ Secūdo vero differūt: quia ex cōiunctione forme substātialis ad suum receptiuum emanat esse illud quo res ipsa subsistit seu simpliciter est. Ex coniunctione vero forme accidētalis ad subiectum fluit esse: quo res scdm quid est. Et hec differentia oritur ex prima: ex quo enim receptiuum forme substantialis caret esse per se: illo esse quod ex forma fluit primo est: et per oppositum. ex quo subiectum accidentis proprio esse gaudet: per adeptionem accidentis tale esse acquirit: et non esse simpliciter. hoc enim prehabet: et sic secundum hoc primum esse potest intelligi esse sine secūdo. potest enim substātia

Cap. 1. in fi. — T. c. 15. — Conuenientia forme substantialis et accidētalis. — T. c. 2. vt ibidē patet. Scdo de aia. T. cō. 6. — Cap. 1. Dfia inter formā substātialē et accidētalē.

T.c.4. ab accidente separari, vt dicit septimo metaphy. tex. cō. 4. ¶ Tertio differunt: q: ex cōpositione forme substantialis cū suo subiecto fit vnum per se. Ex cōpositione aūt accidentis cum subiecto non fit vnum nisi per accidens. Oritur autem hec differentia ex secunda ex quo enim ex forma substantiali esse simpliciter fit quo res p se est: oportet q vnū simpliciter fiat quo res sit per se vna, ens em̄ sequitur vnū. Ex eo vero q subiectum ⁊ accidens duo esse habēt, vnum per se facere nō possunt eadem ratione: q: s. vnum sequitur ens: non em̄ potest esse q vnum per se sequatur ens per accidens. ¶ Quarto differunt: q: ex coniunctione forme substantialis cum materia resultat essentia quedam tertia. s. entitas. Ex coniunctione vero accidentis cum subiecto non fit aliqua essentia tertia. Oritur aūt hec differētia ex tertia: cum em̄ essentia sit id qd̄ per diffinitionem significat vt res diffinita. Diffinitū aūt oportet esse vnū per se sm̄ Arist. septimo metaphy. tex. cō. 16. ex eo q ex accidēte ⁊ subiecto non fit vnum per se: habet q nec essentia aliqua resultat, ⁊ p oppositum: ex eo q ex forma substantiali ⁊ materia: vnū per se fit: essentia tertia resultat. ¶ Quinto differunt: q: forma substātialis ⁊ si non sit essentia cōpleta: est tm̄ pars complete essentie. Accidēs vero non est essentia completa nec pars essentie complete. Sequitur autem hec differentia quinta ex quarta, si enim ex forma ⁊ materia fit essentia quedā tertia forma substantialis illius pars erit. Si autem ex accidente ⁊ subiecto essentia nulla resultat: accidens nullius cōplete essentie pars poni potest: ⁊ sic accidens incōpletum ⁊ sm̄ quid est ens: ac consequenter incompletam essentiam et diffinitionem habet. ¶ Nec te moueat q formam substantialem non absolutam a receptiuo: ⁊ esse non habere sine materia modo dicatur: ⁊ superius dictum sit animam intellectiuam independentem a materia ⁊ separatā ab illa sm̄ rem remanere, hoc enim est simpliciter verum. Ad verificationem autem eius quod modo dicimus: sufficit animam intellectiuam esse essentialiter materie informatiuam: ⁊ tali modo ab illa inabsolubilem sm̄ esse quidditatiuum, vt eius diffinitio ostendit: ⁊ q forma substantialis vt sic, non habeat vnde sm̄ esse actualis existentie a materia absoluatur et independens sit: licet aliunde alicui forme substantiali hoc insit: puta ex hoc q est intellectiua. loquimur enī de forma partis substantiali: vt sic.

(T.c.16. — c.5.p.6. — c.6.p.2.)

Primū dubiū. **Circa** hec supradicta multa sunt dubia. Circa secundā em̄ conuenientiam dubitatur: an sit verum qd̄ ibi dicit. s. q essentie accidentales essentialiter nō sunt absolute a receptiuo. Scdm̄. ¶ Et hanc dubitationem comitatur alia: circa tertiam conueniētiam: an scilicet accidentia necessario per subiectum diffiniantur. ¶ Occurrunt quoq₃ questiones circa differentias assignatas, et prima quidem habet dubitationem de vtroq₃ membro cum sua radice: an scilicet forma substantialis pure potentie tantum actus sit. Tertiū. ¶ Et an forma accidentalis in ente in actu tantum recipiatur. Quartum. ¶ Circa secundam differentiam est dubiū an accidentia habeāt propriam existentiam distinctam realiter ab existentia substantiali. Quintum. ¶ Et iterum est ibi dubium: an substantia subiecta accidenti possit intelligi esse absq₃ omni accidente. Sextū. ¶ Istas sex dubitatiōes si diffuse tractare vellemus: propositi limites exiremus, alterius enim negocij est, sed ne omnino ieiuni transeamus de pluribus earum dicetur ordine supradicto: fundamenta ⁊ nostra ⁊ aduersariorum adducendo.

Questio. xv.

V. inherentia aptitudinalis sit de inherētia accidē tis opi. scot. 4. dist. 12. q. 1. Unica rō sco.

Circa primum dubium declarato titulo primo adducetur opinio Scoti. secundo. s. Tho. tertio respondebit argumentis in oppositum. ¶ Est igitur sensus primi dubij, an de essentia accidentis sit dependētia ad subiectum: quod sub specialibus vocabulis dubitatur ab alijs cum queritur an inherentia aptitudinalis sit de essentia accidentis. ¶ Scotus in quarto sent. dist. 12. q. 1. decidit hanc questionem: quo ad accidentia absoluta scilicet quantitatem ⁊ qualitatem: atq₃ tales: qui hoc vertūt in dubiū: quid nominis ipsius inherentie ignorare contentiq₃ est vnica ratione ad probandum q impossibile sit inherentiam quamcunq₃ esse de essentia accidentis absoluti: sic. Nulla relatio est de conceptu formali rei absolute: omnis inherentia est relatio, ergo nulla inherentia est de conceptu formali rei absolute.

¶ Aliter hec ratio formatur ab eodem: sic, id quod est essentialiter ad se non includit in se essentialiter respectum sm̄ Augustinum septimo de trinitate. capitulo secūdo, sed accidens absolutū est ad se, ergo accidens absolutum non includit essentialiter respectum, inherentia autem respectus est, ergo. ¶ Ab alijs autem

Confirmatio aliorū. confirmatur eadem ratio sic, omne quod relatiue dicitur est aliquid preter relationem: fundamentum enim relationis est aliud formaliter a relatione: sed accidens absolutum, puta qualitas relatiue dicitur inherens, ergo est aliquid absolutum preter inherentiam.

Tertia confirmatio. ¶ Preterea. inherentia aptitudinalis est de essentia accidentis, ergo quantitas ⁊ qualitas non sunt genera generalissima, tenet cō sequentia ex eo q tunc a quantitate ⁊ qualitate ⁊ ceteris accidentibus posset abstrahi conceptus communis quidditatiuus eiusdē rationis in omnibus illis inferior conceptu entis: ⁊ superior illis nouem generibus scilicet (esse in) ⁊ sic cum omnis talis cōceptus sit genus: nouem genera accidentium generalissima non erūt, haberent enim superueniens genus.

Opin. thomistarū. **Thomistarum** Autem sententia est inherentiam aptitudinalem esse de essentia accidentis, ⁊ eam non esse relationem.

¶ Sciendum est enim aliquid esse absolutum vel respectiuū dupliciter scilicet a subiecto ⁊ a termino. Absolutū enim a subiecto ens: est id quod non est natum recipi in alio vt substantia. Respectiuum ad aliud vt subiectum: est id quod essentialiter natum est recipi in alio: vt omne accidēs. Absolutum a termino est id quod formaliter non respicit aliud precise: vt terminum ad quem: vt substantia: quantitas ⁊ qualitas. Respectiuum ad aliud vt terminum est id quod formaliter respicit aliud precise vt terminum ad quem: sicut predicamentum relationis. In hoc enim differt relatio pertinens ad predicamentum relationis ab alijs respectibus ceterorum generum: qui a quibusdam transcendentes vocantur: quod respectus pertinens ad genus ad aliquid essentialiter est ad aliud: non vt receptiuum vel causam efficientem aut finalem aut formalem: sed precise est ad aliud tanq̄ terminum, vnum enim relatiuorum nec est forma nec finis nec efficiens alterius: sed terminus. Propter quod dicit magnus Albertus: quod vnum relatiuorum non est diffiniendum per reliquum, sed ad reliquum: eo quod ly per. denotat causalitatem. Respectus autem aliorum generum qui propter vocabulorum penuriam respectus dicitur: respicit essentialiter aliud: sed vt subiectum vel materiam vel formam ⁊ huiusmodi. sic enim materia essentialiter respicit formā: ⁊ econtra: vt de commensuratione anime intellectiue (supra dictū est.) cum ergo inherentia aptitudinalis importet respectum ad aliud vt receptiuum: ipsam non de genere relationis sed identificatam cuilibet generi: modo absolutum ens modo relatiuū significare dicimus. Unde non prohibetur inherentia aptitudinalis esse de essentia absoluti accidentis ex eo quod est respectus: imo ex hoc q accidens absolutum non a subiecto est: licet a termino: sequitur q de essentia eius sit essentialis dependentia ad subiectum quam inherentia aptitudinalis explicat.

(capi. 6. q. 13.)

¶ Consona autem nostra positio rationi ostēditur: ex eo q sicut esse ad, constituit relationem: ita esse in, constituit accidens vniuersale. Contrahitur enim ens per esse in, ad nouem genera accidentium: et ideo sicut ad, est de essentia relationis: ita in, est de essentia accidentis. Unde simplicius in commento predicamentorum dicit, quod esse in, nullum constituit genus: sed omne accidens circuit.

¶ Et confirmatur ex eo q nisi aptitudinalis inherentia esset de essentia accidentis posset completa diffinitione ipsum accidēs cōcipi absq₃ aptitudinali inherētia in eius diffinitione posita: quod est impossibile, oportet enim ipsum in sua diffinitiōe habere essentialem dependentiam ad subiectum: quam inherentia aptitudinalis explicat, aliter subiecto non esset opus ad diffiniendum. Preterea in pluribus locis: ait. s. Tho. q diffinitio accidentis est hoc: seu aliquid huiusmodi: res cui debetur esse in alio. Hec de secundo.

Ad primum. Sco. **Ad primum** Autē in oppositum dicit q minor primi est falsa, ⁊ deceptus videtur Scotus: q: non vidit differentiam inter respectum in, ⁊ ad. respectus enim in, ⁊ non est relatio, nam licet talis respectus terminet ad subiectū: ⁊ consequenter subiectum sit terminus: tm̄ non terminat vt terminus: sȝ vt receptiuū illius, ⁊ hoc oportet hic valde attēdere, aliud est em̄ dicere. a. est terminus talis respectus: ⁊. a. terminat talē respectū vt terminus: vt ex dictis patet. Ad cō firmationes. ¶ Et per hoc patet responsio tam ad scd̄am q̄ ad tertiā formā eiusdē rationis, semp em̄ supponit aptitudinalē inherentiā esse relationē. ¶ Ad vltimū negatur consequentia: dicitur nāq₃ q esse in, est diuersarū rationum in predicamētis: sicut ⁊ ens: est siquidem in, analogū ad nouem genera accidentium sicut ⁊ ens ad omnia genera.

Ex his Patet solutio scd̄i dubij: in quo Scotus nobiscū cōcordat in quarto, distinctione. 12. ita q vnanimiter fatemur accidens non posse complete diffiniri absq₃ additione

subiecti vt nuncnunc est probatũ: qđ plenius inferius patebit cũ declaratum fuerit vnde sumant genus ⁊ differentia in eis. testat ⁊ hoc Arist. in. 7. Meta. tex. Com. 15. ⁊. 17.

Tertia Dubitatio: qm̃ nimis est ampla alibi discutiẽda relinquat. oporteret siquidẽ ad plenã illius resolutionem multos quinternos implere. Questio xvj.

Quartam Uero q̄ de accidẽtis natura est: cuius tractatũ agimus: nõ oino pretermittendã duco. In qua tria agenda sunt. pmo recitabit opi. Auer. scđo ponetur opi. s. Tho. tertio rñdebit argumentis in oppositũ. ¶ Sciendũ est quo ad primũ Auerroym in libro de substantia orbis fundasse opi. nobis cõtrariã ponẽdo in materia prima que est pura potẽtia accipi dimẽsiones interminatas. Ex hoc enim sequit nõ omne accidens esse subiectiue in ente in actu. ¶ Mouetur autẽ ad hoc opinandum rõnibus pleris ducẽtibus ad impossibile. ¶ Prima est dimensio interminata nõ est in materia coeterna sibi. ergo corpus fit ex non corpore ⁊ dimensio ex non dimensione. ⁊ tunc vltima sequitur. ergo forme corporales .i. dimensiones sunt sibi inuicem cõtrarie ⁊ succedentes sibi inuicẽ in subiecto sicut sibi inuicẽ succedunt forme substantiales in eadẽ materia, consequẽs est impossibile. ergo a destructione consequentis ⁊c. impossibilitas cõsequẽtis patet ex eo ꝙ neq̃ motus neq̃ mutatio aliqua est ad quantitatem interminatam. Augmentatio enim est ad quantitatẽ terminatã. Patet quoq̃ ex eo ꝙ quantitati nihil est cõtrariũ: vt dicit in predicamentis. Consequentia aũt probat ex eo ꝙ omne qđ fit ex suo cõtrario seu priuatiuo: vt dicit primo physi. tex. cõ. 64. ⁊. 5. eiusdem. tex. cõ. 7. ¶ Secũda ratio est ista, quantitas interminata nõ est in materia. ergo materia non potest simul formas distinctas specie aut numero recipere. cõsequens est falsum ad sensuz, ergo: cõsequentia probat ex eo ꝙ diuerse forme nõ possunt simul recipi nisi in diuersis partibus materie. materia vero diuersis partibus caret ante quantitatis receptionẽ. substãtia siquidẽ exclusa quãtitate indiuisibilis est, vt dicit primo phy. tex. cõ. 15. ¶ Tertia ratio est ista. quãtitas nõ est in materia subiectiue, ergo forma non diuidit per diuisionẽ materie. tenet cõsequentia, q̄ forma recipitur in materia indiuisibili cũ quãtitate ponat carere. tũc vltra. ergo forma recepta in materia nullã diuisionẽ habet. tenet cõsequẽtia, q̄ ois diuisio forme materialis preexigit diuersitatẽ partiũ materie, tũc vltra. ergo forma recepta in materia est eterna ⁊ carens cõtrario. tenet cõsequentia, q̄ ipalitas forme corruptibilitatẽ eius sequitur, corruptibilis aũt non est forma aliqua nisi receptiuũ eius habeat diuersas partes: quarũ alterã ipsa: alteram forma alia informet: cũ oporteat cõmunicari in materia ea q̄ inuicẽ corrumpunt: vt primo de generatione. tex. cõ. 53. dicit. ⁊ tunc vltimo sequitur ꝙ nullã nisi primã formã materia recipiat, oportet eñ corruptionez vnius esse generationẽ alterius: vt dicit in primo de generatione. tex. cõ. 17. ⁊ consequenter caret contrario, ⁊ hec de primo.

Hanc opi. Et si in quibusdam suis libris sequat. s. Tho. propria tñ sententia oppositum vltimo determinauit in prima parte. q. 76. artic. 6. vbi tali ratione vtitur contra Auer. positionem quandocunq̃ aliquid est in potentia ad actum omnem, ordine quodam prius recipit actum primum simpliciter ⁊ demum sequentes. sed materia prima ſm se est in potẽtia ad oẽs actus substantiales ⁊ accidentales ordine quodam, ergo prius recipit actum priorem simpliciter, deinde posteriorez. sed primus actus simpliciter etiã ordine generationis est esse, ergo primũ qđ intelligit recipi in materia est esse. sed esse materie est esse substantiale ⁊ non nisi a forma substantiali. ergo prius recipitur in materia forma substantialis q̄ quodcunq̃ accidens, ⁊ sic omne accidẽs sequẽs adueniet enti in actu. Quod primus actus simpliciter sit esse: patet tum autoritate libri de causis in principio. Tum q̄ esse quantũ presupponit esse: ⁊ similiter esse quale presupponit esse, et sic de alijs. ¶ Sequuntur preterea ad hanc positionem multa inconuenientia: ꝙ scilicet ens ſm quid precedat esse simpliciter. Et ꝙ ens per accidens sit prius ente per se. Et ꝙ materia maiorem connexionem habeat cum forma alterius generis quam cum forma proprij generis ex quo a qualibet forma substantiali est denudabilis et non a qualibet forma accidentali. Et quod substantie generabilis sint non solum tria: sed quatuor principia scilicet materia forma priuatio ⁊ quantitas interminata, non enim potest fingi quin sit principiũ saltem per accidens: cum sit coniuncta principio p se: sicut de priuatiõe dicit, ⁊ sic debuit cõnumerari ab Arist. Tenenda est igitur opin. s. Tho. ꝙ omne accidens est subiectiue in ente in actu, ⁊ per hoc differt a forma substantiali que est subiectiue in ente in pura potentia. ⁊ hec de secundo.

T. c. 15. ⁊. 17. ⁊ tex. cõmẽ. 4.
v. dimẽsiones intermĩnate p̄cedant formaz substãtialẽ in materia.
op. auẽ. de substantia orbis. c. 1. col. 2. p̄mo Physi. c. 63. 4. Physi. ca. 25. prima ratio.
In p̄dicamẽto q̄titatis.
T. c. 64. ⁊. 47. T. c. 7. Secunda rõ. T. c. 15. Tertia ratio.
T. c. 53.
T. c. 17 3. physi. t. c. 73. Opi. s. Tho. 4. di. 13. q. 1. art. 2. q. 4. item 4. dist. 44. q. 1. ar. 1. q̄stiuncula. tertium q̄r tum cõtra gen. c. 8. scđõ in trac. de natura materie ratio cõtra auer.
primo physi. 65. ⁊. 66

Ad primam Rationem Auer. dicit ꝙ cõsequens primum illarũ hꝫ multiplicẽ sensum ⁊ quandoq̃ verum ⁊ quandoq̃ falsum: et ideo distinguendum est. si namq̃ (ly ex) dicat habitudinez cause materialis verum est: corpus eñ fit ex materia que non est corpus et indiuisibilis in actu: licet sit corpus ⁊ diuisibilis in potẽtia. si autem (ly ex) dicat habitudinem termini a quo: falsum est, necesse est enim materiam ex qua fit corpus immediate ante illud instans habuisse corporeitatem: ⁊ vniuersaliter in omni instanti temporis necesse est ipsam esse sub dimẽsionibus, ⁊ hoc modo intelligẽdum est quod Arist. tertio celi. tex. commen. 29. ⁊. 64. dicit: ꝙ impossibile est corpus fieri ex non corpore, id est post nõ corpus. ¶ Amplius est distinguẽdũ (ly fit) corp⁹ enim seu dimensionem fieri intelligi potest dupliciter. Uno modo terminatiue, id est vt fiat tanq̃ terminus alicuius motus vel mutationis, ⁊ hoc modo est impossibile fieri dimensionem. Alio modo concomitatiue, id est vt fiat tanq̃ aliquod consequẽs ipsum terminum motus seu mutationis: et hoc modo verum est corpus fieri, neq̃ enim generatio neq̃ alteratio neq̃ motus localis ad quãtitatem terminatur vt quantitas est: licet augmentatio terminetur ad quantitatem perfectam, sed quando generatio terminatur per se primo ad compositum substantiale, generantur consecutiue et⁹ accidentia inseparabilia: de quorum numero est quantitas: que substantialem corporeitatem sequitur. Peccatum ergo accidit in prima ratione Auerrois: quia concessa prima consequentia pro quanto infert consequens in sensu vno: non tenet secunda consequentia que supponit dimensiones fieri non concomitatiue: ⁊ per accidens: sed terminatiue. de illis enim que fiunt vt termini mutationum: verificatur: ꝙ corrumpuntur a contrario: et ꝙ succedunt sibi inuicem se mutuo expellentia, ⁊ non de illis que fiunt consecutiue: de quorum numero est quantitas interminata. ¶ Ad secundam rationem negatur consequentia. Et ad probationem dicitur ꝙ diuersas formas preexigere diuersas partes in materia potest intelligi dupliciter. Uno modo vt (ly pre) dicat ordinem tpis: ⁊ sic verũ est quascũq̃ duas formas simul recipiendas in materia preexigere eã esse distinctam in plures partes immediate ante illud instans: in quo ille forme inducunt, eadem enim pars materie nõ potest simul ad duas formas alteratione sufficiente disponi: sed talis distinctio partium materie preexacta non oportet ꝙ fiat per interminatas dimensiones ipsi materie inherentes sed fit per dimensiones precedentium compositorum. Alio modo potest intelligi vt (ly pre) dicat ordinem necessarium: ita ꝙ in instanti introductionis formarum necesse sit materiã habere prius natura diuersitatem partium: ⁊ post formas distinctas: ⁊ hoc est falsuz: oportet enim prius natura materiam esse: q̄ distinctam esse: in illo ergo et pro illo instanti exigunt due forme distinctas partes materie sed non preexigunt. ¶ Ad tertium dicitur ꝙ formam diuidi per diuisionẽ subiecti potest intelligi dupliciter. Uno modo vt ideo forma diuisionẽ habeat ex subiecto q̄ in materia prediuisa recipitur, et hoc modo quomodo sit verũ ⁊ quomodo sit falsum nuncnunc declaratum est. Alio modo vt ideo forma diuidatur ad diuisionem subiecti, q̄ forma habet talẽ diuisionem ratione sui subiecti, ⁊ hoc modo verum est eo ꝙ diuisio quantitatiua conuenit forme substãtiali ex hoc ꝙ est in materia ratione cuius compositum est q̄tum: sicut enim qualitas sequitur compositum ratione forme: nõ ita tamen ꝙ ipsa qualitas presit in ipsa forma subiectiue: ita quantitas inest composito ratione materie non ita ꝙ presit in materia: quia ergo diuisio quantitatiua forme non cõuenit nisi ratione materie in qua recipitur vt forme a materia separate ostendunt: ideo formas diuidi ad diuisionem subiecti concedimus, non tamen diuisionem istam precedere formam sed comitari. Unde patet responsio ad totum processum rationis: q̃m ruit (fundamento falso innitens) fundat enim sup hoc ꝙ ex positione nostra sequitur formas non diuidi ad diuisionem subiecti: quod patet non sequi.

Quinta Dubitatio pretermissis argumentis ſm. s. Thome doctrinam habet partem affirmatiuam veram. Cum enim ab omni forma fluat aliquod esse: quia forma est que dat esse rei: necesse est a forma accidentali fluere accidentale esse: sicut ab albedine esse album: ⁊ a dulcedine esse dulce.
¶ Quod autem esse quod fluit a forma accidentali non est idem quod esse substantiale ex proprijs rationibus substantie et accidentis notissimum est. esse namq̃ substantiale est esse simpliciter. secundum se independens et primum, esse autem accidentale est esse secundum quid in alio, dependens a subiecto: et posterius. Nec esse solum actualis existentie accidentis distinguitur realiter ab esse subiecti actualis: sed etiam ab ipsa essentia

Ad primum.
T. c. 29 ⁊. 54. Secũda r[ã]sio.
Ad secundũ.
Ad tertium.
Quinta dubij solutio.
Accid[ens] habere propriã existentiam d[i]stinctã

forme accidētalis a qua est. Jam enim (supra probatum est) quod nulla quidditas creata est suum esse existentie. Unde existentia albedinis nec est ipsa albedo nec existentia subiecti nec receptio albedinis in subiecto: sicut nec existentia forme substātialis est ipsa forma aut materia aut receptio forme in materia, sed quemadmodū forma substantialis recepta in materia perficit ipsam vt vtraqꝫ existentiā recipiat: ita albedo recepta in subiecto perficit ipsuꝫ vt esse albū recipiat, ita ꝙ sicut forma est ratio materie ⁊ composito substantiali ꝙ esse habeat: ita albedo est ratio subiecto cōposito ex albedine ⁊ subiecto ꝙ habeat tale esse: album scilicet. ⁊ sicut tot esse substantialia in aliquo oportet esse quot sunt forme substantiales: ita ſm numerum formarum accidentium multiplicatur esse accidentale. Aliud est siquidem esse album ⁊ aliud est esse dulce. ¶ Errant propterea qui sancto Tho. imposuerunt opinionem recitatam a Sco. in quarto sen. di. 12.

ab exi: na sub: iecti. c. 5. q. ij.

q. 1. i pn cipio. c. Solu: tio sexti dubij.

Circa sextā Dubitationem: an. s. substantia accidētibus subiecta possit intelligi esse sine omni accidente, declaranda est primo sententia sancti doctoris. Error deinde q: dam elidendus. ¶ Ad percipiendum primum distinguenduꝫ est ꝙ de substantia ⁊ accidēte dupliciter loqui possumus. Primo modo vt sic. s. de substantia sub ratione substantie ⁊ de accidente in eo quod accidens. Alio modo contingit loqui de substantia ⁊ accidente sub ratione talis substantie ⁊ talis accidentis, primo modo substantia est separabilis ab omni accidente: eo ꝙ esse substantiale, vt sic, nullam connexionem necessariam habet cum esse accidētali: alioquin ōis substantia esset accidenti subiecta. Secundo modo substantia non potest separari ab omni accidente: qꝛ nō a propria passione propter connexionē necessariam q̄ est inter subiectū ⁊ propriā passionē: non propter hāc ꝙ subiectum dependet a passione. Propterea san. Tho. in q̄stionibus disputatis de spūalibus creaturis. q. vlti. ad septimū: ⁊ in q̄stionibus de anima. q. 12. ad secundum ait ꝙ subiectum esse sine propria passione non est possibile nec intelligibile. In litera autem loquens de esse substantiali et accidentali: vt sic: ait subiectum posse esse sine accidētali forma sibi adueniente. Ostendit aūt natura demōstrationis subiectū esse non posse sine passione, oportet nāqꝫ cōclusionē q̄ inherentiā passionis in subiecto cōcludit necessariam esse ⁊ impossibile aliter se habere.

q. de spi rituali. creatu. q. ij. q. d a. q. 12. septimū.

Anto'. tromb. in quo: libꝫ me taphy.

Error aūt Intolerabilis hic cauendus est positus ab Antonio trombeta in quolibet suo dicente: ꝙ qꝛ ſm. s. Tho. ⁊ eius sequaces subiectum non est nisi causa materialis respectu passionis: ⁊ passio est accidēs: ex quo necessario sequit subiectū posse esse sine propria passione. Fundamentū aūt huius cōsequentie est: qꝛ omnis potētia passiua est potētia cōtradictionis: sed subiectum est solum in passiua potētia respectu passionis, ergo est in potētia cōtradictionis. ergo potest habere ipsaꝫ ⁊ non ipsam. Maior habet ex nono metaphysice, tex. cō. 17. ⁊ probatur etiam ratione sic. passiones entis distincte sunt tales: ꝙ vna includit negationem alterius, ergo potentia includit negationeꝫ actus: ⁊ per cōsequens potentie vt potentia est non repugnat esse sine actu: ⁊ ex altera parte potest esse in actu. ergo omnis potentia est potentia contradictionis. ¶ Propterea ad idem. possibile est medium inter necessarium ⁊ impossibile. ergo cum necessariū respiciat esse solum: ⁊ impossibile non esse solū: possibile respicit esse ⁊ non esse: ⁊ sic omnis potentia cum ab ea dicatur possibile est potentia contradictionis. ¶ Preterea ad idem. ideo potentia passiua est ad esse: qꝛ potest ab alio recipere esse. s. ab agente, si autē ab alio recipit esse, illo circunscripto quantum est in se est sub nō esse. Si ergo potentia passiua ex se est sub non esse: ⁊ ab agente potest habere esse: necessario sequitur ꝙ est potentia contradictionis. s. ab esse ⁊ non esse.

T. c. 17

Accidit aūt Error hic ⁊ in principijs ⁊ in conclusione. In principijs: qꝛ. s. Tho. in prima parte, q. 77. ar. 6. tenet ex intentione, ⁊ probat subiectū esse causam sue proprie passionis in triplici genere cause. s. materialis effectiue ⁊ finalis, vnde patet error minoris. Maior aūt licet sit Arist. est tn̄ male intellecta ⁊ probata, potentia enī materialis est duplex, quedā est receptiua tantum: quedam vero non solum receptiua: sed etiam passiua extenso nomine passionis ad omne genus trāsmutationis. Potentia receptiua tantum est necessario coeua suo actui: eo ꝙ si esset ante suum actum oporteret ꝙ per aliquam transmutationem illum reciperet: ⁊ sic non esset receptiua tantū respectu illius. Potentia autem passiua necessario nulli actui coeua est respectu cuius est passiua: eo ꝙ omnem actum per transmutationem acq̄rit: ⁊ consequenter per transmutationem perdit, omne enī generabile est corruptibile, vt dicitur primo celi. Propositio ergo illa, omnis potentia est potētia cōtradictionis: est intelligēda de potētia passiua, ⁊ nō de receptiua tn̄. Hanc glosam ⁊ sensus ipse ⁊ tex. Arist. cōuincunt. Ad sensum enim patet in celo esse potentiā receptiuā sue figure: ⁊ tn̄ in eo talis potētia nō est potētia cōtradictionis: celum enī non est in potētia ad aliā figurā. Arist. vero tex. allegato nono metaphy. ait celū nō esse in potētia ad motū: sed ad terminos eius tn̄: ⁊ tn̄ constat celū habere potentiā receptiuam sui motus, vnde ex hoc insinuauit ꝙ de potētia passiua loquebatur, ea enī celū est in potentia ad terminos motus. Unde cum subiectū non habeat potentiā passiuā sed receptiuā tantum respectu proprie passiōis, nulla enī mutatio mediat inter subiectū ⁊ passionē: oportet subiectum nō esse in potētia contradictionis respectu passionis: ⁊ sic cōclusio deducta fuit falsa. ¶ Ad rationes aūt q̄bus arguens nitit illam propositionē de omni potentia receptiua probare respōdet. Et ad primam dicit ꝙ passiones entis distinctas esse tales ꝙ vna includit negationē alterius verū est: qꝛ vna nō est alia formaliter: potentia enī non est actus formaliter: sed ex hoc non sequit: ergo quelibet potest esse sine alia. Nā non valet: hoc nō est illud, ergo hoc potest esse sine illo. ¶ Ad secundā dicit ꝙ possibile vt distinguit contra necessariū ⁊ impossibile sumit a potentia passiua ⁊ nō a potētia receptiua tn̄: ⁊ ideo ex hoc non sequit nisi potentiā passiuam esse potentiā cōtradictionis: cum tn̄ arguēs debeat probare: ꝙ oīs potentia receptiua sit potentia contradictionis. ¶ Ad tertiā dicitur ꝙ propositio prima ibi adducta. s. ꝙ ideo potētia est ad esse: qꝛ potest recipere esse ab alio. s. ab agente: in vno sensu est vera: ⁊ in altero falsa. si enim (ly potest) dicat posse distinctum contra impossibile. Aristo. dicit eam esse falsam. est enim sensus quod ideo potentia est ad esse: quia non est impossibile ipsam recipere esse ab agente: ⁊ sic celum esset in potētia ad motum cum recipiat ipsum ab alio. Si autem (ly potest) dicat potentiam vt distinguitur contra esse in actu: tunc propositio est vera. ideo enīz aliquid est in potentia ad esse: quia potest recipere esse quod adhuc non habet: sicut ideo aliquid est in potentia ad nō esse: quia potest habere non esse quo caret: sed cum omnis actus possibilis haberi ab aliqua potentia non nisi per transmutationem acquiratur: ad nostram positionem reditur: quod scilicet potentia passiua sola sit ad esse. ¶ Alias rationes quibus separabilitas substantie ab omni accidente a scotistis probatur ex supradictis facile est soluere. Assumunt siquidem propositiones, quarum falsitas est superius declarata.

f. q. 77. art. 6. c. vbi su: pra. 9. meta. T. c. 17

T. c. 10. 26. 27. ⁊ 29. T. c. 17

Ad rationes Trōb. Ad primam.

Ad secundā.

Ad tertiam.

¶ Sed quia illud quod dicit maxime ⁊ verissime in quolibet genere est causa eorum que sunt post in illo genere: sicut ignis qui in fine caliditatis est causa caloris in rebus calidis: vt in secundo metaphy. dicitur: ideo substantia q̄ est principium in genere entis: maxime ⁊ verissime essentiam habens oportet ꝙ sit causa accidentium que secūdario ⁊ quasi ſm quid rationem entis participant.

T. c. 4.

¶ In hac secunda parte capituli diuersitatē accidentiū inter se declaraturus p̄mittit causam accidentiū q̄ sit: vt causas diuersitatis eorū insinuet tali conclusione. Substantia est causa accidentium: quā probat sic. maxime ⁊ verissime ens est causa reliquorum entium: substantia est maxime ⁊ verissime ens, ergo substantia est causa aliorū entium: sed talia sunt accidentia. Minor vero ex septimo metaphy. in principio patet. Maior vero ex secūdo metaphy. tex. cō. 4. habet, vbi dicit ꝙ vniuersaliter id qd̄ est maxime tale in aliquo ordine: ꝙ est causa oīū aliorū in illo ordine: vt sic: sicut ignis qui in ordine calidorū est maxime calidus: omnium calidoruꝫ est causa vt sint calida. Utitur autem nomine generis in litera: sicut Arist. vtitur ibi vniuocatione: eo ꝙ ad veritatem huius propositionis exigitur ꝙ causa communicet cum effectu in nomine et ratione: licet analogice eadem, non enim sequitur, celum est causa omnium calidorum, ergo celum est maxime calidum, quod tamen sequeretur: si celo calidi nomen non equiuoce conueniret, qꝛ igitur substantia ⁊ accidens in nomine ⁊ ratione entis analoga tamē conueniunt: ⁊ substantia maxime est ens: ideo causa est omnium aliorum vt entia sint.

T. c. 2. T. c. 4.

¶ Quod tamen diuersimode cōtingit: quia enim partes substantie sunt materia ⁊ forma, ideo quedam accidentia principaliter cōsequuntur formam ⁊ quedam materiam.

¶ Quia accidētia causantur a substātia in qua sunt: ⁊ effectuum diuersitas ex causis puenit: assignat diuersitatē inter accidētia a

prior ex diuersitate partium substantie a quibus fluūt accidētia: et ponit tres distinctiones. ¶ Quarum prima cum suis diuisionib⁹ talis est. Accidentium alia sequuntur principaliter formam: alia sequuntur principaliter materiā. ¶ Accidentiū sequentiū formam: quedam cōmunicāt materie: quedā vero sunt separata a materia. ¶ Accidentiū aūt sequentiū materiā: quedā sequunt eā in ordine ad formā generalē: et quedā in ordine ad formā spālem. ¶ Est autem ratio prime diuisionis: q2 cū vnumquodq3 operetur per quod est actu et semper species aliqua mouere et agere existimetur: vt dicitur tertio physic. tex. cō. xvij. oportet formam sequi operationes et operatiuas virtutes: similiter cum patiatur et trāsmutetur vnūquodq3 ratione materie: oportet plura accidentia eam sequi: vt ea que propter materie diuersam complexionē insunt: et ipsam motui subiiciūt etc. Apposuit aūt in prima diuisiōe (ly principaliter) vt distinguatur cōtra totaliter: nullū enim accidens est solius forme aut solius materie: sed oīa sunt cōpositi: etenim ad ipsam quoq3 intellectionē nō solum anima cōcurrit, sed totū cōpositū ex materia et forma. Sortes enī est qui primo intelligit: est ergo sensus diuisionis q accidentium quedam sequunt formam non vt causam totalem: sed principalem: quedā sīlr sequunt materiā vt cām principalē nō totalē. Cum enī omniū accidentiū cā sit id quod vere est .i. substantia completa: omniū causa est cōpositum ex materia et forma: sed aliquorum principalis radix est forma: aliquorū vero principalis radix est materie. Sicut enim in artificialibus aliquid conuenit composito ratione forme: et aliquid rōne materie: quemadmodum scindere cōuenit serre rōne forme: durities aūt rōne materie: ita et in naturalibus aliquid oritur in cōposito ratione forme: et aliqd ratione materie: quemadmodum in sorte sentire et intelligere est ratione forme: masculinum vero ratione materie. Que autē sit regula ad discernendum accidentia sequentia formam ab accidentibus sequentibus materiam (infra) assignabitur.

Accidētia aliq̄ sequuntur formā: aliqua materiā.

T. c. 17

¶ Forma autem inuenitur aliqua cuius esse non dependet a materia: vt anima intellectualis. Materia vero nō habet esse nisi per formā. vnde in accidentibus que sequuntur formam est aliquid qd non habet communicationem cum materia: vt intelligere qd non est per organum corporale sicut probat philosophus in tertio de anima. Aliqua vero ex consequentibus formam sunt que habent cōmunicationem cum materia, vt sentire: sed nullū accidēs sequitur materiam sine communicatione forme.

In hoc capitulo.

T. c. 6.

¶ Hic ponitur prima subdiuisio cū eius cā. Cū .n. proprie virtutes et proprietates et operatiōes formarū ipsis formis proportionari debeāt: ita si essentia ipsius forme sit depēdēs a materia: virtus et operatio eius (cū nō sint ipsa forma a qua fluūt perfectiores) dependere opz a materia. Et si essentia forme est indepēdēs a materia: virtutē aliquā opz habere a materia indepēdētē. alioquin ociose fecisset natura formā indepēdentē. fecisset siquidē naturā eleuatā supra materiā vt sic nō posset operari. et cōsequēter nec finē propriū cōsequi. vnūquodq3 .n. est propter suā operationē. vt dī scdo celi. tex. Com. 17. Quia ergo inuenitur duplex genus formarum substantialum dependentium .s. a materia vt sunt oēs forme materiales: et independentiū ab ea vt est anima humana. iō inuenitur duplex genus accidentiū sequentium formam. ¶ Quedā enī fluunt a forma dependēte a materia: et hec ita fluūt ab ea q tn̄ recipiunt subiectiue in cōposito: propterea dī q habent cōicationē cū materia vt sentire vegetare et huiusmodi. ¶ Quedam vero fluūt a forma independente a materia vt sic: et hec ita fluunt ab ipsa forma: quod recipiuntur in sola forma subiectiue: et propterea dicuntur non habere communicationem cum materia: vt intellectus et voluntas: intelligere velle et huiusmodi.

T. c. 17

Accidētia q̄dā sequunt formam depēdētem: aliqua formā independentē a materia.

Nec arbitreris Nos immemores cōtradicere superius nunc dictis: vtrunq3 enim est verū q .s. oē accidēs est cōpositi vt supra diximus: et q aliqd accidēs est solius forme: vt mō dicimus. Accidēs enī esse alicui⁹ pōt intelligi dupl'r. Uno mō vt cōpleti principii elicitiui et receptiui. Alio mō vt suppositi, hoc scdo modo oē accñs est cōpositi cuius est esse et fieri. vñ aīa nō intelligit vt suppositū qd operat: sed sortes p alā3. Primo vero modo aliqd accidens est ipsius aīe: et aliqd est cōpositi: virt⁹ enī intellectiua nō est subiectiue in aliqua pte corporis cōposita ex materia et forma: s3 est subiectiue i sola essentia anime. vnde in tertio de aīa, tex. cō. 4. dī: q intellectus nulli⁹ corporis est actus. Uirtutes aūt sensitiue nō sunt subiectiue in sola anima: sed in determinatis corporis partibus compositis ex materia et forma substātiali. Similiter cōpletū elicitiuū principiū sensationis nō est sola potentia anime: sed cōpositū ex organo corporali et virtute anime. Intellectionis aūt principiū elicitiuū cōpletū est ipsa sola virt⁹ intellectiua: et cū opatio immanēs sit subiectiue i suo elicitiuo principio: intelligere erit in solo intellectu sicut in subiecto. Propterea sanc. Tho. alibi dicit: q anima intelligit sicut oculus videt: videt vt cōpletum principiū elicitiuū: ocul⁹ enī noiat cōpositum: ex organo corporeo et virtute aīe: nō ergo cōtradicunt ista: omne accidens est cōpositi vt suppositi: et aliqd accidēs est solius forme vt cōpleti principii elicitiui et receptiui. Et licet totus sermo sit de accidentibus substantiarū materialiū: ex his tn̄ innuit natura accidentiū substantiarū separatarum, opz enī ea esse de ordine illorū accidentium que sequunt formā independentem a materia. ¶ Et nota q anteq3 ponatur alterius membri subdiuisio: assignat cā in litera: quare non sit talis subdiuisio de accidentibus sequentibus materiam: qualis facta est de his que sequunt formā vt dicat: accidentium sequentium materiā: quedam cōmunicant forme et quedam non: et causa est ista: q2 nō inuenitur duplex materia: altera dependens a forma et altera non. sicut inuenitur duplex forma: nulla enī materia potest esse sine forma, vt probatum fuit.

T. c. 4.

¶ In his tamen accidentibus que materiam consequuntur, inuenitur quedam diuersitas. Quedam enim accidentia consequuntur materiam secundum ordinem quem habet ad formam specialem vt masculinum et femininum in animalibus. quorum diuersitas ad materiam reducitur. vt dicitur in decimo Metaphy. vnde remota forma animalis: dicta accidentia non remanent nisi equiuoce. Quedam vero consequuntur materiam fm ordinem quem habet ad formam generalem: et ideo remota forma speciali adhuc in ea remanent: sicut nigredo cutis est in ethiope ex mixtione elementorum et non ex ratione anime: et ideo post mortem in eo remanet.

Cap. 5. q. 8.

¶ Hic ponitur alterius membri diuisio talis: accidentiū sequētiū materiā: quedā sequunt eā in ordine ad formā gñalē: quedā in ordine ad formā spālem. Illa accidentia dñr sequi materiā in ordine ad formā generalē: que indiuiduo gñis altioris cōueniūt rōne magis sue materie q3 forme: sicut hoc mixtū h3 cutis nigredinē nō ex rōne forme mixti: s3 q2 materia sua talis passa est: puta in tali climate. vbi calor solis abūdat. Illa vero dñr et cōsequi materiā in ordine ad formā spālē: que indiuiduo inferioris gñis vel speciei conueniūt magis rōne materie q3 forme: sicut hoc aial est masculinū nō rōne aīe principalr: s3 q2 materiā ad aiam dispositā talis passio comitata est: puta q2 materia plene dñio actus vigorosi seminis subiecta nō fuit. Signū aūt q talia accidentia: se habent .s. q sequunt materiā fm q respicit formam altioris vel inferioris gñis est q aliqua eorū eiusdē rōnis remanēt cōposito corrupto: et quedā nō remanent nisi equiuoce. nigredo siquidem hois viui et mortui eiusdē rōnis est: masculinitas aūt non. cā aūt huius nulla est alia: nisi q2 masculinitas sequit aial rōne sue proprie materie: et propterea corrupto aiali et non remanēte nisi equiuoce: oportet masculinitatem in cuius ratione ponit animal: equiuoce remanere. Albedo aūt q2 mixti materiam sequit: in cadauere remanentis: fm eandem diffinitionem non equiuoce remanet.

Signū dñe assignate

Questio. xvij.

Circa ea Que hic dicitur accidit dubium. Utrum nigredo cutis in ethiope viuo et mortuo sit vna et eadem numero. et vniuersaliter vtrum sit idem numero accidens in genito et corrupto. In hac dubitatione tria agenda sunt. primo recitabitur opinio quorundam. scdo ponetur opinio .s. Tho. tertio respondebitur ad obiecta.

Ut eadem accidētia numero sint in genito et corrupto.

Quo ad Primum quidā opinant accidentia cōia genito et corrupto esse eadem numero in vtroq3 inter quos aliqui quibusdam verbis Auer. innixi tali distinctione suam promūt imaginationem. Accidentia cōia genito et corrupto habēt duplicem modum essendi. terminatum .s. et interminatū. Accidētia interminata vocant essentias accidentium absq3 limitatione ad talem vel talem gradum. Accidentia vero terminata dicunt essentias accidentium limitatas ad hunc vel illum gradum. accidentia interminata ponunt eadem numero esse in genito et corrupto: non autē terminata. vnde sicut quantitas interminata cōis expresse a Commen. et eadem in oībus ponitur: ita calor interminatus cōis: et idem est in aere et igne. ¶ Confirmatur autem opinio ista autoritate

Auerroystarū quorundam opi.

In de substantia orbis. c. 1. et primo phy. 66

ritatibus τ rōnibus. Aristoteles.n. pmo de generatione, text. com. 23. dicens: in his autem si aliqua manent in genito τ corru-ptq; puta qñ ex aere τ aqua si ambo diaphana aut humida τc. ostendit non esse inconueniens φ aliquod idem accidens sit in genito τ corrupto. Et in secundo de generatione. tex. com. 25. vult expresse quod in habentibus symbolum est facilior transitus: qr est facilius corrumpere vnum quam duo. ¶ Auerroys quoq; in libro de substantia orbis, non longe a principio dicit non solum dimensiones interminatas quas simplices vocat remanere eadem in genito: sed vniuersaliter qualitates omnes cōmunes genito et corrupto. ¶ Ratio autem prima ad hoc est: qr si qualitates disponentes materiam rei corrumpende ad nouam formam corrumpuntur: queritur quid educit formam generandam non potest dici quod illud sit agens extra: quia hoc non potest facere nisi per qualitates medias introductas in materia. qualitates autem ille corrumpi dicuntur ab aduersario ante inductionem forme. ergo remanet quod nihil sit quod educat formam: quod est impossibile. ¶ Preterea qualitates symbole queritur a quo corrumpuntur cū nullum cōtrarium appareat: τ frustra corrumpi res censeatur in aliquo instāti in quo eandem opȝ generari. ¶ Preterea figura cadaueris, organizatio, τ cicatrix τ si qua sunt hmōi si nō remanent eadem: queritur a quo generantur. τ cum non possit dici, a quo generantur per modum sequele: opȝ φ nullū sit generans. Quod aūt non generentur per modū sequele, probatur. Accidētia.n. aliqua ideo consecutiue generantur: quia dans formam dat consequentia ad formam: modo ista accidētia repugnant forme magis quam sequātur eam: cuius signū est: qr sub forma cadaueris ad corruptionem tendunt. Et hec de primo.

Τ.c.23. / Τ.c.25. / Cap. 1.

op. tho mistaꝝ

Quo ad Scōm sciēdū est Thomistarū eē opinionē: nullum accñs esse idē numero in genito τ corrupto. Sequitur.n. hoc necessario ex nostris principijs. Nā si nullū accidens est subiectiue in materia: τ nō datur nisi vna forma substantialis in cōposito: impōle est idē accidēs remanere idē numero. migraret siquidem accidēs de subiecto in subiectum: τ esset idē τ non idē. Nec rōnes pro nūc ad hanc cōclusionē afferā. qr opȝ ad hoc efficaciter probandū probare illud principiū.s. φ in cōposito est tantū vna forma substātialis. Sed declarabo quomodo hoc sit possibile: et quomodo defendenda est ab aduersarijs positio nostra.

accidēs q̄ttuor corrumpitur.

¶ Sciendum est igitur accidēs quadrupliciter corrūpi. ¶ Primo per alterationem oppositam suo cōtrario: vt frigus a calido. ¶ Scōo ad absentiā conseruatiui agētis: vt lumē in aere desinit sole recedente. ¶ Tertio ad corruptionem subiecti vt risibilitas corrūpitur hoīe mortuo. ¶ Quarto ad corruptionem termini: vt similitudo desinit cōsimili perempto. Et qr quot modis dicit̄ vnū oppositorū, tot modis dicit̄ τ reliquū: accidēs generat̄ quadrupliciter. ¶ Primo ab agēte sibi simili per trāsmutationē: sicut aqua calefit ab igne calido. ¶ Scōo ad presentiam agentis in fieri et esse: vt lumen in aere fit a sole presente. ¶ Tertio ad generationē subiecti: vt risibile generat̄ homine genito. ¶ Quarto ad generationem termini: vt sorte solo albo existēte statim ad alterius albi generationem consurgit in sorte similitudo. Et licet omnibus istis modis cōtingat accidēs secundū totā latitudinē corrumpi: nullus tñ illorū modorū conuenit accidentibus omnibus nisi tertius. Cōmune nāq; est oībus accidentibus corrūpi eorū subiecto corrupto: cū accidentis esse sit in esse. τ ideo sufficiēs cā corruptionis accidentiū redditur qñ subiecto corruptio assignatur. Unde cum ex aere fit ignis: licet nō oporteat corrumpi calorē aeris: sed potius intendi: quia tamen aer qui subiectum illius est corrumpitur: necesse est ipsum quoq; calorem corrumpi absq; contrario ad solum subiecti defectum. ¶ Propterea apparet qualiter peccent peccato fallacie consequentis argumenta ea que qualitates symbolas τ dispositiones pro forma introducenda facientes: quia carent contrario corrumpente: remanere inferunt. ¶ Et notandum, quod quando accidens generatur ad generationem subiecti vel corrumpitur ad corruptionem subiecti: tunc cum eadem actio terminetur ad vtrunq;: ad subiectū per se: τ ad accidens cōsecutiue non oportet querere aliud generans vel corrumpens nisi generatiuum vel corruptiuum subiecti. idem.n. est agens quod vtrumq; simul τ eadem operatione facit: sicut cum ignis ex aere ignem generat: alterando aerem in fine alterationis aerem corrumpit per se et consecutiue calorem introductum: τ vniuersaliter omnia accidentia que in aere subiectiue erant ea consecutionis necessitate: qr accidens sine subiecto proprio remanere non potest tñ eodē instanti generat ignem per se: τ calorem consecutiue absq; alia media alteratione similem calori ante illud instās existenti. Simile autem est iudicium de quātitate τ figura τ alijs dispositionibus τ accidentibus similibus in genito τ corrupto: omnia enim ista concomitatiue producuntur. τ ideo non oportet querere generans nisi quod subiectum generat. Et cum supradicta inspexeris videbis quod simile a suo simili cōcomitatiue τ per accidens quandoq; corrumpitur: et per oppositum a non simili concomitatiue, per accidens generari contingit ipsum accidens. Aristo. ergo quoties dicit eadem remanere in genito τ corrupto: eadem specie, non numero, ait: et hoc per accidens. Uariatur eñ vnitas numeralis, non propter generationis vim, sed subiecti corruptionem. Facilior quoq; transitus in habentibus symbolum, non ex identitate numerali symboli accidentis: sed ex non repugnantia illius in agendo vel patiendo prouenit. Et ex hoc, φ formę substantiales, a quibus fluunt similes qualitates, sunt similiores: ex effectibus enim, natura cause innotescit. Auerroys autem (si saluari debet) eodem modo glossetur.

Qua- tuor generat̄ accidēs

Ad rationem Aurē opposite opinionis dicitur. Et ad primā quidē, φ educens formā in vltimo instāti, est generās extra: non p aliquam actionē, quam in illo instanti eliciat, sed in termino actionis, nudā materie essentiā attingēs. Unde, cū dicitur, agens extra, nō potest educere formā, nisi p qualitates medias introductas, verū est, dū agit: non autē cum est in termino actionis. Sufficit eñ τ exigit̄ alterasse ad materie expoliationē τ dispositionē. ¶ Ad scōm dicitur, φ qualitates symbole, τ similia, corrūpuntur p accidens ad corruptionem subiecti a corrūpente p se subiectum: nec frustra in eodem instanti est primū non esse earū, τ primū esse sibi similiū: sed necessario necessitate materie: vt dictū est. ¶ Ad tertiū dicitur, φ figura, cicatrix, τ huiusmodi, producunt̄ consequutiue: τ p accidēs. a generante eorū subiectū, scilicet cadauer: nec est verū, φ sola illa accidentia generent̄ consequutiue, q̄ sequunt̄ formam: sed multa accidentia sequunt̄ compositū ex necessitate materie, q̄ sunt, licet non incompossibilia: aliqualiter tamē opposita ipsi forme: vt patet de se. Et ideo dico, φ figura, τ similia sequuntur cadauer ex necessitate materie: qr scilicet agens naturale non potest tam cito dispositiones per tot transmutationes radicatas corrumpere totaliter, τ ideo similes dispositiones sequunt̄: τ qr non sunt facientes pro forma geniti, ideo ad corruptionem properatur.

Ad primum. / Ad secundū. / Ad tertium.

¶ Et quia vnaqueq; res indiuiduatur ex materia τ collocatur in genere vel specie per suam formam: ideo accidentia que consequūtur materiam sunt accidentia indiuidui: sm que etiam indiuidua eiusdem speciei differunt adinuicem. Accidentia vero que consequuntur formaȝ sunt proprie passiones vel generis vel speciei, vnde inueniunt̄ in omnibus participantibus naturam generis vel speciei: sicut risibile consequitur in homine formam: qr risus contingit ex aliqua apprehentione anime hominis.

¶ Hic ponit̄ scōa diuisio accidentiū q̄ talis est. Accidentiū alia sunt accidētia indiuiduis: alia sunt accidētia generis vel speciei. ¶ Duplex aūt inter ista differētia ponit̄. Prima est, φ accidentia indiuidui cōsequunt̄ cōpositū ratione materie principaliter. Accidētia vero speciei vel generis sequunt̄ compositū ratione forme. Scōa est, φ accidētia indiuidui sunt ea penes q̄ attendit̄ differentia inter particularia eiusdē speciei. Accidentia vero speciei siue generis sunt cōia necessario oībus indiuiduis illius speciei vel generis. Exēplū: masculinū τ femininū sunt accidētia indiuidualia, sequunt̄ eñ materiā τ penes ipsa differunt sortes τ berta. Risibile aūt est accidēs specificū: sequit̄ eñ intellectiuā apphensionē τ oībus hoībus necessario cōuenit. Assignat̄ quoq; radix pñe differētie: cū dr: φ materia est principiū indiuiduatiōis, forma autē est p quā res in genere vel specie collocat̄. Ex hoc eñ φ materia est cā esse indiuidualis vt sic: sequit̄ φ sit etiā radix accidentiū cōsequētiū ipsum esse indiuiduale: ac p hoc accidētia indiuidui sunt q̄ cōsequunt̄ materiā, ex eo aūt φ forma est principiū eē generici τ specifici oportet φ etiā sit cā ꝓprietatū τ accidentiū cōsequētiū speciē vel genus: τ sic accidentia speciei siue generis sequuntur formam. Scōe vero differētie ratio est: qr cū tam in forma specifica q̄ generica cōueniant omnia contenta sub eis: oportet etiam proprietates earum omnibus esse cōmunes. Cum autem penes materiam differant indiuidua: accidentia quoq; materialia oportet esse ea secundū que ipsa particularia inter se differunt: vt effectus

pͦportionabiliter proprijs respondeant causis.

Accidunt hic Duo dubia circa literā. Primū est: qualiter sit verū ꝙ accidētia sequētia materiā sint ea penes q̄ differūt indiuidua in eadē specie: cū quidē quātitas sequat̄ materiā: ⁊ tñ est cōmunis oībus indiuiduis corporis ⁊ inferiorū. ❡ Scdm̄ dubiū est: qualiter verificet̄ ꝙ accidētia seq̄ntia materiā nō sint passiōes generis vel speciei: cū masculinū ⁊ femininū sequant̄ materiā: ⁊ tñ passiōes sunt aīalis: vnde ⁊ aīal in eorū diffinitiōe ponit̄: sicut subiectū in diffinitiōe passiōis: vt. 10. metaphy. tex. cō. 25. habet̄. Similiter quātitas videt̄ esse passio corporis de pdicamento substantie: ⁊ tamen sequitur materiam.

T.c.25. 7.meta. t.cō.17. quō penes accidētia sequentia materiam indiuidua.

Ad euidentiā huius scito verba illa. s. accidētia seq̄ntia materiā sunt ea sm̄ q̄ indiuidua differūt: nō esse intelligēda vniformiter: sꝫ difformiter. Indiuidua em̄ differūt penes accidētia materialia dupliciter. Uel qꝛ vnū eoꝝ hꝫ vnū ⁊ reliquū aliud. Uel qꝛ vtrūqꝫ hꝫ idē: sꝫ alio ⁊ alio modo, verbi grā, sortes ⁊ berta differūt penes masculinū ⁊ femininū: ex eo ꝙ ille hꝫ masculinitatē: illa feminitatē. Differūt quoqꝫ penes suas q̄titates: nō ex eo ꝙ ille sit quātus ⁊ illa nō: sed ex eo ꝙ nō eodē modo sunt quāti. nūq̄ em̄ inueniunt̄ duo quāta oīno similia: sitibus siquidē ꝓprijs differre necesse est. Quātitas ergo licet sit cōmunis oībus indiuiduis: qꝛ tñ nō vniformiter eis cōuenit: est sm̄ quā indiuidua inter se differunt secundo modo ⁊ hoc sufficit.

Passiones generum duplices.

Ad intelligentiā Scdm̄ notandū ꝙ passiones generū sunt duplices. Quedā cōuenientes eis ratiōe forme generice: ⁊ quedā ratiōe materie. Ille q̄ sequunt̄ formā vocate sunt hic passiones generū: ⁊ nō ille q̄ sequuntur eorū materiā: propterea qꝛ natura generica ex sua forma est talis ⁊ nō ex materia: aīal em̄ est animal ex sua forma ⁊ nō ex sua materia. Unde cū in proposito animalis passio ratione forme sit sensibilitas: ⁊ ratione materie masculinitas vel femineitas: diuersis rationibus mota Arist. in metaphy. ⁊ s. Tho. hic: diuersimode locuti sunt. Qꝛ enim est passio aīalis ratione materie: ideo vocata est ibi passio: qꝛ autem nō ratione forme: ideo hic nō est dicta passio. ❡ Similiter dicendū est de quātitate: qꝛ sequitur corpus ratione materie: sequit̄ em̄ ipsum sm̄ id quo est in potētia diuisibile: quod non est nisi materia vt indiuisibilitas rerū immaterialium ostendit. Et nota ꝙ hec secunda diuisio accidentiū non differt a prima per mēbra diuidētia: eadē em̄ sunt huius ⁊ illius membra: sed sm̄ rationem qꝛ illa diuisio accepta est penes primas eorum radices: materiam. s. ⁊ formam, ista autem penes subiecta quibus appropriantur. s. genus: speciem, ⁊ indiuiduum.

10.met. t.cō.25. 7.met. t.cō.17. t.19.

❡ Sciendum etiam est quod aliquādo accidentia ex principijs essentialibus causantur sm̄ actum perfectū sicut calor in igne qui semper actu est calidus. Aliquando vero sm̄ aptitudinem tantum: sed cōplementum accipiunt accidentia ex agente exteriori: sicut diaphaneitas in aere que completur per corpus lucidum exterius: et in talibus aptitudo est accidens inseparabile: sed complementum quod aduenit ex aliquo principio quod est extra essentiam rei: vel quod non intrat constitutionem rei: est separabile sicut moueri et huiusmodi.

❡ Hic ponitur tertia diuisio accidentiū. Quedā causant̄ ex principijs essentialibus subiecti sm̄ actum perfectum: quedam sm̄ aptitudinem tantū. Illa accidentia vocat causari sm̄ actū perfectum ex essentialibus principijs que sm̄ suas actualitates ex intrinsecis principijs subiecti in ipso fluūt: vt calor in igne. Illa vero dicit causari sm̄ actum imperfectū seu aptitudinem tantū que non sm̄ suas actualitates: sed sm̄ quasdā inchoationes ex principijs essentialibus subiecti in ipso fluunt: vt moueri sursum in igne ex principijs eius causatur sm̄ sui inchoationē: puta leuitatem. Differunt autē: quia prima ⁊ secundum suas aptitudines: ⁊ secundū se inseparabilia sunt a subiectis: secunda vero secundū se quidē sunt sepabilia: sm̄ aūt suas aptitudines nō pñt separari. Ab igne enim neqꝫ aptitudo ad calorē: neqꝫ calor ipse separari potest ipso remanēte, motus autem sursum non semper inest igni: sed aptitudo ad motum sursum: puta leuitas est inseparabilis ab ipso: ⁊ causa horum est: qꝛ in illis ipā actualitas accidētis ex solis principijs essentialibus fluit: in istis vero aptitudo tantū ex solis principijs essentialibus fluit: ipsa autē actualitas aliunde expectatur ex aliquo: scilicet extrinsece cōcurrente vel agēdo vel non prohibendo: vt pꝫ in exēplo dato de motu sursum qui non inest igni nisi aliquo concurrente extrinseco: remouēte. s. prohibens: ⁊ diaphaneitas non est actu in aere nisi cōcurrente extrinseco illuminante: lumen enim est actus diaphani sm̄ actum: vt dī secūdo de anima. tex. cō. lxix. ❡ Profundiorem autem huius diuisionis cām elicio ex prima secunde. q. x. ar. j. ad scdm̄: ꝙ. s. ideo aliqua accidētia oriunt̄ ex p̄ncipijs essentialibus inseparabiliter sm̄ actum cōpletū: aliqua aūt separabiliter sm̄ actum completum: ⁊ inseparabiliter sm̄ aptitudinem: quia illa sequuntur rei actualitatem: ista vero potentialitatem. Quod sic intelligo: qꝛ vnumqꝫ agit, sm̄ ꝙ est actu: patitur autem sm̄ ꝙ est in potentia ex sufficiente rei actualitate procedit ꝙ accidens in se complete producat: ⁊ per oppositum ex insufficiente actualitate ⁊ cōsequenter potentialitate: ex qua omnis insufficiētia est: ꝓuenit ꝙ res habet accidens in se sm̄ aptitudinē tantū: ⁊ ꝙ ab illo expectet actualitatem: seu ꝙ accidens separabile sit sm̄ actualitatem: quod idem est. ❡ Amplius cum esse et bonum actualitatem sequantur: et non esse et malum potentiam: ex actualitate rei prouenire necesse est esse accidens perfectum ⁊ inseparabile sm̄ actū et aptitudinē: ⁊ ꝑ oppositum ex rei potētialitate ꝓcedere opꝫ incompletionē accidentis: ⁊ sepabilitatē eius sm̄ actū: est enim separabilitas ipsa quoddā nō esse: cum nihil aliud sit q̄ negatio necessarie sequele sui esse completi ad esse subiecti. Intellige autem hic: vt supra: scilicet ꝙ ex actualitate subiecti aptitudo est: ex potentialitate autem sepabilitas accidentis sm̄ suam actualitatem. ❡ Aduertendum vero est ꝙ sanc. Tho. passiones que dicunt aptitudinem non collocauit simpliciter inter accidentia ex essentialib⁹ principijs fluentia: sed potius ipsarum passionum ⁊ aptitudinum actus: quos secundum incompletum esse aptitudines vocauit. Fecit autem hoc: quia aptitudo de se non habet ratonē alicuius per se producti seu producibilis: nullum em̄ naturale producens intendit aptitudinem: sed actū illius: non est namqꝫ opus risibilitate: nisi vt rideatur: vnde ⁊ risibilitas inchoatio quedam risus est: propterea igitur inter effectus essentialium principiorū aptitudo nō est simpliciter posita: sed actus quia non ipsa: sed eius actus est q̄ a principijs productiuis intenditur: ⁊ quia aptitudo nihil aliud est q̄ inchoatio quedam: inchoatio autē est actus imperfectus: ideo accidentia secundum actum incompletum aptitudines vocantur.

T.c.66. pria secūde. q. 10. ar. 1. 2.

Anteq̄ Terminemus tractatum de diuersitate accidentium: queritur an omne accidens habeat aliquod subiectum proprium: aut aliqua accidentia sint ita communia: ꝙ nulli propria. ❡ Est autem ratio dubitandi: quia si omne accidēs est proprium alicui cum proprium conueniat omni: soli: ⁊ semper: nullum accidens erit separabile ab eo in quo est. Inesset enim soli ⁊ semper proprio subiecto. ❡ Amplius sequeretur semper corruptionem cuiuscūqꝫ accidentis comitem fieri corruptioni substantie sicut corrupto risibili corrumpitur homo. patet consequentia: quia corrupto proprio necesse est corrumpi illud cuius est propriū: aliter non conueniret ei semper: hec autem experimur esse falsa: vt patet in accidentibus communibus ⁊ actibus secundis. ❡ Ex opposito autem cum omne accidens sit diffinibile: ⁊ in diffinitione cadat subiectum: de quo accidens per se predicatur: vt patet primo posteriorū: ⁊ septimo metaphysice opꝫ ꝙ oē accidēs habeat ꝓpriū ⁊ per se subiectū. per se nāqꝫ supponit de omni semper ⁊ necessario.

T.c.9. T.c.4. t.17.

Ad huius Dubitationis euidentiam sciendum est ꝙ cū apud san. Tho. in questione de virtu. q. j. arti. iij. subiectum habeat triplicem habitudinem ad proprium accidēs scilicet sustentantis ad sustentatum: potentie ad actum: ⁊ principij ad principiatum: sicut calor ignis non habet esse nisi sustentetur in igne: ⁊ est forma accidentalis eius: ⁊ oritur ex ipso. secundum aliquid participat istas conditiones: potest dici accidentis subiectū ⁊ secundum quod ab istis habitudinibus recedit: potest negari accidentis subiectum. Unde propter defectum prime que principalior est: dicitur in primo posteriorum: quod nullum accidens est subiectiue in alio accidente: quia videlicet nullum accidens potest sustentare aliud: sed sola substantia que est ens per se: alijs fulcimētum prebet essendi. Quia autem aliquod vnum accidens pōt comparari ad aliud vt potentia ad actum: ⁊ quandoqꝫ vt proximū principium ad principiatum: ⁊ ideo conceditur etiam vnum accidens esse subiectum alterius: quemadmodum superficies dicitur subiectum coloris: quia est in potentia respectu coloris: ⁊ dulcedo esse in calido ⁊ humido: quia causatur ex calido ⁊ humido. ❡ Potest ergo quadruplicem intellectum habere dubitatio mota. Primo potest intelligi: vt queratur an omne accidēs habeat proprium subiectum vt sustētatiuū. secundo an habeat ꝓpriū subiectum vt potentiam. tertio an habeat ꝓpriū subiectū vt principiū. q̄rto an habeat proprium subiectum vt sustentatiuū potentie ⁊ principium simul.

q. de virtutibus q.1.a.3. c.

T.c.35.

Si questio Sit ꝺm primũ sensum respõdetur negatiue: ꝙ scilicet omne accidẽs habet propriũ subiectum in ratione sustentantis: vt probant rationes primo inducte: multa enim sunt accidentia que nullum proprium sustentans sibi vendicant: sed cõmuniter multis insunt: vt eorũ separatio ostẽdit: separantur nãq; a substãtia sustentante: ea naturaliter remanẽte: quod de proprijs accidentibus dici non potest. Eadem quippe substantia absq; sui mutatione cõtraria sustẽtat: vt dicitur in predicamẽtis. ¶ Si autem iuxta secundum sensum dubitetur: respondetur affirmatiue: ꝙ scilicet omne accidens habet propriũ subiectum in ratione proprie potentie: eo ꝙ quilibet actus respicit propriam potentiam: sicut enim actus respicit potẽtiam: sic talis act⁹ talem potentiam: et actus specificus potentiam specifice: accidẽs autem omne actus quidam est: igitur omne accidens habet propriam potentiam cuius est actus: propter quod tertio physi. tex. cõ. x. dicitur potentia ad infirmitatem est alia a potentia ad sanitatem: eo ꝙ sanitas est aliud ab infirmitate: ⁊ xij. metaphy. longo processu probatur principia predicamentorum esse eadem proportionabiliter: quia cuilibet actui propria respondet potentia.

¶ Si; aũt tertio sensu inq̃ratur respondetur negatiue: quod. s. nõ omne accidẽs habet aliqđ subiectum proprium in ratione principij proprij: eo ꝙ habere subiectum proprium in ratione principij includit fluxũ illius accidentis a tali subiecto in genere cause efficientis: eo modo quo duorum effectuum ordinem inter sese habẽtium prius est causa effectiua eius qđ necessario primi ꝑductionẽ sequitur: siue istud subiectum sit receptiuum accidẽtis: vt quo: siue vt quod: patet ꝙ non omne accidens fluit a suo receptiuo effectiue: sed multa sunt, respectu quorũ receptiuũ pure passiue se hꝫ: vt patet cum species rei sensibilis recipitur in medio: siue in sensu. ¶ Si autem quarto modo intelligatur questio patet quid dicendum sit: negatiue enim respondere oportet.

Sed aduertendũ Est ꝙ hec que diximus intelligi debent de accidentibus ꝺm seorsum acceptis actibus: et seorsum aptitudinibus: loquendo nãq; de accidẽtibus: vt sanctus Tho. in litera loquitur: scilicet non iudicando actualitates accidentium seorsum ab aptitudinibus: dicerẽ ꝙ omne accidẽs ꝺm suam radicalem aptitudinem habet aliquod subiectum proprium in ratione sustentantis potentie ⁊ principij: licet non ꝺm suam actualitatem: eo ꝙ aptitudo ad tale accidens non est nisi a tali gradu substãtiali fluat mediate vel immediate: ⁊ cõsequenter nisi in tali gradu subiectiue sustentetur immediate vel mediate: verbi gratia: lumen ꝺm suã actualitatem et substantiam: licet sit ab extrinseco: ⁊ sit accidens separabile: tamẽ ꝺm suam inchoationem seu radicalem aptitudinẽ: puta diaphaneitatem est inseparabile: ⁊ fluit a certo gradu substantiali cõmuni superioribus ⁊ inferiorib⁹. Et similiter sedere licet sit accidẽs: ꝑ accidẽs tñ ꝺm suam aptitudinem est ꝓ priũ: ⁊ non natũ conuenire nisi certo enti: puta animali tali ⁊c. fluit enim aptitudo ad sedẽdum ex suis principijs. Similiter et videre licet sit accidens separabile: radicalis tamen aptitudo ad videndum separari a tali animali non potest. ¶ Ex his patet quomodo ad vtrãq; partem rationes adducte verum concludunt diuersimode. Nam loquendo de accidentibus secundum suas essentias ⁊ actualitates: conclusio rationum primo adductarum conceditur accipiendo subiectum in ratione sustentantis ⁊ principij. ¶ In ratione autem potẽtie falsa est conclusio vt dictum est. Nec probatio contra hunc applicata sensum valet: eo quod cum dicitur quod proprium conuenit soli omni ⁊ semper: intelligitur de ipso proprio non secundum suam actualitatem: sed secundum aptitudinem. ¶ Et similiter cũ dicitur quod ad corruptionem proprij desinit subiectum: intelligitur si corrumpitur secundum aptitudinem: non autem secundum actum vniuersaliter loquendo. Vel dicatur quod inseparabilitas ⁊ huiusmodi non conuenit accidenti: vt respicit subiectum in ratione proprie potentie: sed vt sustentatiuum ⁊ principium. Loquendo autem de accidentibus secundum suas aptitudines: patet quomodo rationes peccant. Dico enim quod nullum accidens est separabile secundum aptitudinem radicalem saltem: sed corruptum subiecto necessario: ⁊ quod corrupto accidente secundum talem aptitudinem oportet subiectum corrumpi. Ratio autẽ in oppositum adducta concludit quod omne accidens habet subiectum: de quo ꝑ se predicatur secundum se vel secundum suam aptitudinem. Cum enim eius sit actus: cuius est potentia (vt dicitur in somno ⁊ vigilia) idem subiectum erit quod cadit in diffinitionem accidentis secundum aptitudinem ⁊ secundum actum: sicut homo debet poni non solum in diffinitione risibilis sed risus. Stant ergo ista duo simul quod accidens secundum suam actualitatem non habeat ꝓprium subiectum: cui vniuersaliter soli ⁊ semper insit: et tamen habeat proprium subiectum per quod diffiniri debeat: quia ad hoc secundum sufficit quod secundum se vel secundum suam aptitudinẽ per se de illo subiecto ꝑdicetur. Ad primum vero sufficit accidẽs secundum se tantum non predicari per se de subiecto.

Lec. j.

¶ Sciendum est autem ꝙ in accidentibus alio modo sumuntur genus differentia ⁊ species ꝙ̃ in substantijs: quia enim in substantijs ex materia et forma substantiali fit per se vnum: vna quadam natura ex eorum coniunctione resultante: que proprie in predicamento substantie collocatur: ideo in substantijs nomina concreta que compositum significant proprie in genere esse dicuntur: sicut genera vel species: vt homo vel animal: non autem forma vel materia est in predicamento hoc modo nisi per reductionem: sicut principia in genere principiatorum esse dicuntur. Sed ex accidente ⁊ subiecto non fit vnum per se: vnde non resultat ex eorum coniunctione aliqua natura: cui intentio generis vel speciei possit attribui: vnde nomina accidẽtium cõcretiue dicta non ponuntur in predicamento: sicut species vel genera vt album vel musicum: nisi per reductionem: sed solum secundum quod abstracta significantur: vt albedo et musica.

¶ In hac tertia parte capituli huius determinatur quomodo accidentia se habeant ad intentiones logicas: ⁊ primo, quomodo se habent ad esse in predicamento: deinde vnde sumantur in eis gen⁹ ⁊ differentia. Quo ad primum ponit duas conclusiones. s. Accidẽtia in concreto non sunt proprie in predicamento. Et accidentia in abstracto proprie sunt in predicamento.

Ad quarum Euidentiam sciendum est: quod accidẽtia habent vnum modum essendi scilicet esse in alio: non enim sunt nisi insint alicui. Habent autẽ duos modos intelligendi: eo quod intellectus est natus ea que sunt adunata in re diuidere. Intelliguntur enim quandoq; cointelligendo sibi subiectum cui insunt: ⁊ intelliguntur per modum accidentis: eo quod accidens esse est in alio esse. Quandoq; vero intelliguntur solitarie non cointelligendo scilicet eis subiectum cui secundum rem insunt: ⁊ tunc intelliguntur per modum substantie: eo qđ esse per se .i. solitarie soli substantie conuenit. Accidentia enim semper comite egent. Cum autem modus significandi non fundetur sup modo essendi sed intelligendi: sicut habent duos modos intelligẽdi sic habent duos modos significandi. Unde significantur quandoq; consignificando subiectum: ⁊ tunc significantur per modum accidentis: ⁊ vocantur significata in concreto: vt album: nigrũ ⁊c. Quandoq; vero significantur ipsa sola absq; scilicet subiecti consignificatione: et tunc significantur per modum substantie: ⁊ vocãtur significata in abstracto: vt albedo ⁊ nigredo. Abstractum enim ⁊ concretum in accidentibus: licet differant in modo significandi idest penes consignificare subiectum ⁊ non consignificare illud: conueniunt tamen in significatione ipsius forme accidentalis. Album enim puram qualitatem significat (sicut in predicamentis dicitur) sicut ⁊ albedo: sed album significat albedinem in subiecto. albedo autem significat albedinem absq; illo. Quia igitur accidẽtia in concreto totum coniunctum important: puta sicut album albedinem in subiecto: coniunctum autem hoc non est vnum per se: sed vnum ⁊ ens per accidens. id autem quod in predicamento reponitur debet importare vnum ⁊ ens per se cum predicamenta diuidant ens per se. quinto meta. tex. cõ. xiiij. ideo accidentia in concreto non proprie reponuntur in predicamento. Et hec est ratio qua in litera prima conclusio probatur: que sic formari potest. Nullum nomen importans ens ⁊ vnum per accidens: est proprie in predicamento: concretum accidentale importat vnum ⁊ ens per accidens ergo nomen concretum accidentale non ponitur in predicamento proprie ⁊ per se. Ad declarationem minoris ponitur differentia inter concretum accidentale ⁊ substantiale in hoc quod concretũ substantiale importat compositũ ex materia ⁊ forma ⁊ tale est vnũ per se: ⁊ ideo reponitur in predicamento: vt genus vel species: accidentale vero importat ex subiecto compositum ⁊ accidente: quod est vnum per accidens. ex accidẽte enim ⁊ subiecto non fit nisi vnũ per accidens: vt dicitur septimo meta. ⁊ ideo non debet poni in ꝑdicamento nisi reductiue: eo modo quo res impura ad sue purita-

In predicato substantie.

T. c. p iiij.

T. c. xj. ⁊ xiiij.

tem nature reducit. ¶ Et sic remanet secūda cōclusio vera: q̄ accidētia. s. in abstracto: in p̄dicamento speciei ⁊ generis predicationē suscipiūt: aliter oīno a p̄dicamētis accidentia sunt excludenda.

Cum Aūt audis abstractū solā formam importare: nō ideo hoc dictū putes q̄ abstractū subiectū forme a se oīno excludat: hoc eñ falsum est, sed ideo q̄ abstractū ex modo suo significādi quo solo differt a concreto non includit subiectum principaliter, sed secundario, et ex consequenti. ¶ Quod ex conuenientia ⁊ differentia inter ea ex modo significādi persuaderi potest. Conueniūt enim in hoc, q̄ tam abstractū q̄ concretum ex modo significādi importat duo. s. quod ⁊ quo: seu subiectū ⁊ formā. Idē enim importat definitio ⁊ definitū, licet alio modo. Definitio aūt vtriusq̄ importat vtrū q̄ dictorū: vt exemplariter patet: simitatem enim dicimus curuitatē nasi: ⁊ simum nasum curuū. Q̄ aūt hoc sit ex modo significādi, ex eo clarum est, q̄ tam abstractū q̄ concretum purā formam significat: vt in predicamētis testatur Aristoteles. Differūt autē abstractum et cōcretum ex varietate modi significandi in hoc, q̄ concretum importat ex modo significandi principaliter subiectum: ⁊ secundario formam. Abstractum vero principaliter importat formā: et ex consequēti subiectum. ¶ Aduertendum nāq̄ est, q̄ contrario ordine se habēt subiectum ⁊ forma, ad significationē nominis cōcreti ⁊ eius modum significādi. Importat eñ concretū ratione significatiōis primo formā: ⁊ subiectū nō nisi ex cōsequēti copula. Quo ad modū vero significandi primo subiectū: ⁊ ex cōsequēti formā importat. Cuius signū est q̄ in diffinitione cōcreti exprimit̄ primo subiectū tanq̄ genus q̄ prima pars est diffiniti: ⁊ forma secūdo loco ponit̄ quasi differentia. Dicimus nāq̄ q̄ simum est nasus curuus. Abstractū vero et ex significatiōe ⁊ ex modo significādi primo formā importat: secūdario aūt ⁊ ex cōsequēti subiectū. In cuius signum in eius diffinitione forma ipsa primo exprimit̄ vt genus: subiectū aūt secūdario loco differētie: vt patet cū dicit̄, simitas est curuitas nasi. Oritur aūt hec differētia ex eo q̄ cōcretū importat habitudinē inter subiectū ⁊ formā: prout incipit a subiecto ⁊ terminat̄ ad formam. Abstractū vero importat habitudinē inter formā ⁊ subiectū prout incipit a forma: ⁊ terminat̄ ad subiectū: vt in exēplis datis apparet. Ex hoc eñ q̄ habitudo importata p̄ concretū importat̄ ex modo significādi: vt incipiēs a subiecto: sequit̄ q̄ primo importet subiectum a quo incipit, ⁊ similiter ex hoc q̄ habitudo importata p̄ abstractū importat̄ ex modo significādi: vt incipiēs a forma: consequēs est vt primo importet formā a qua incipit. Causa aūt huius diuersitatis est: q̄ cōcreta ad cōposita significāda sunt inuenta. Cōpositio aūt a subiecto orit̄. Abstracta vero inuenta sunt ad significādas formas apud nos inuētas simplices q̄dē: sed a q̄bus denominatio ad subiecta deriuat̄, vnde ⁊ cōcreta cōpositū q̄d sonāt: abstracta vero formas: vt cadētes tñ ad subiecta. Nō igit̄ p̄pterea dictū est q̄ abstractū solā formā importet: q̄ nullo modo copulat subiectū: sed q̄ ex modo significādi cōpositum nō sonat: nec principaliter importat ipsum subiectū: quēadmodū concretū: sed extrinsece tantum terminum habitudinis forme significate.

Conuenientia inter concretuȝ ⁊ abstractū, in p̄dicamēto substātie. Differentia cōcreti ⁊ abstracti accidentiū.

Aduerte Hic q̄ de abstracto ⁊ cōcreto quomodo sunt in predicamēto aliter metaphysicus: ⁊ aliter logicus iudicabit. Cū eñ apud metaphysicū q̄ res ſm suas essentias cōsiderat ⁊ nō ſm modos intelligēdi vel significādi abstractum ⁊ cōcretum nō differāt: eo q̄ eadē res abstracte ⁊ cōcrete sint significata: dicet ipse sicut abstractū: ita ⁊ cōcretū in genere esse: res eñ p̄ suā essentiā ingredit̄ vel egredit̄ genus metaphysicaliter sumptū idest rē generis: ⁊ nō per modū significādi: vnde nō dicet metaphysicus albū ens p̄ accidēs: sed hoc albū: vt patet q̄nto meta. tex. cō. 13. ⁊. 14. ⁊ septimo eiusdē tex. cō. 16. Logicus aūt qui nō res ſm suas naturas, sed secundū intētiones adiūctas primis intellectis ac significatis cōsiderat: dicet abstractū esse in genere, cōcretum vero non: q̄ res noīe abstracto: significata potest denominari species: vt albedo ⁊ genus vt color: cōcretū vero nō p̄pter alietatē modi significādi: vt dictū est. ¶ Causa aūt quare alietas modi significādi hāc veritatē logico p̄beat: est q̄ modus significādi p̄uenit secundas intētiones ⁊ fundat quodā modo ipsas, licet eñ tam modus significādi q̄ secunda intentio cōueniāt in hoc q̄ sequant̄ rem: nō ſm se sed vt intellectā prius tñ rem vt intellectā sequit̄ modus significādi q̄ secunda intētio: eo q̄ modus significādi nihil aliud est q̄ signū modi intelligēdi: sicut vox significās est signū rei intellecte, vnde sicut vox significatiua prius sequit̄ rem intellectā q̄ secūda intētio ita eius modus significādi modū intelligēdi: vt totus ordo p̄tinentiū ad noīa prime intētionis p̄cedat ordinē eorum q̄ pertinēt ad noīa secūde intētionis. Q̄ igit̄ secūde intētiones res vt intellectas ⁊ significatas denomināt ⁊ nō absolute: ideo stat eandē rem diuersimode intellectā ⁊ significatā denominari speciē ⁊ nō speciē: ⁊ consequēter esse directe in p̄dicamēto ⁊ nō esse directe in eo: sicut eadē natura humana significata nomine hoīs, species est: significata vero noīe humanitatis species nō est, sed speciei principiū: vnde in proposito apud logicum res illa q̄ albedinis noīe intelligit̄ diuersimode significata in p̄dicamento esse affirmat̄ ⁊ negat̄. Si eñ in abstracto significet̄ cum sic speciei denoīationem habeat in p̄dicamēto reponit̄. Si aūt in cōcreto significet̄ cū sic speciei vel generis denoīationē non habeat: q̄ rē extraneā ex modo significādi includit: in p̄dicamēto directe esse negat̄. Et q̄ intentio sctī Thome est declarare quomodo accidētia se habeāt ad intētiones logicas: ⁊ nō ad cuius generis rem p̄tineant: ideo concretū accidentale a predicamentis separauit.

apō metaphy. q̄d sit in genere.

T. c. 13.
T. c. 16.

Apō logicū q̄d i genere ponat̄.

Cum His oībus aduertas q̄ aliq̄d facit rem reponi in p̄dicamēto dupliciter. Vno modo vt ratio reponēdi ipsuȝ in p̄dicamēto. Alio modo vt cōditio sine qua nō. Ratio reponēdi rem in genere siue specie tā apud logicū q̄ apud metaphysicū est essentia illius rei, res eñ p̄ suā essentiā ad genus ⁊ speciē definit̄: cōditio aūt sine qua nō est modus ipse significādi. Et in predicamēto quidē substātie cōditio sine qua res nō suscipit generis vel speciei ⁊c. denoīationē: est modus significādi in cōcreto. In p̄dicamētis aūt accidētiū cōditio sine qua nō est modus significādi in abstracto, propterea cū dictū est cōcretū accidētale nō directe reponi in p̄dicamēto apud logicū: intellige hoc p̄pter defectū cōditionis sine qua nō: ⁊ nō propter defectū ratiōis reponēdi. Et similiter cū dicit̄ q̄ humanitas ⁊ vniuersaliter abstractum substantiale non est in genere substantie: intellige propter defectum cōditionis sine qua non: ⁊ non rationis reponendi.

¶ Et q̄ accidentia nō componuntur ex materia ⁊ forma: ideo non potest in eis sumi genus a materia ⁊ differentia a forma: sicut in substantijs compositis: sed oportet vt primum genus sumatur ex ipso modo essendi ſm q̄ ens diuersimode ſm prius ⁊ posterius de decem generibus predicatur, sicut dicitur quantitas ex eo q̄ est mensura substātie, ⁊ qualitas ſm q̄ est dispositio substantie, ⁊ sic de alijs ſm Philosophum in. xj. metaphysice.

¶ Hic declaratur vnde in accidentibus sumantur genus ⁊ differentia propositionibus tribus. ¶ Prima est, genus ⁊ differentia non sumuntur in eis ex materia et forma. ¶ Secunda est, primum genus sumitur ex proprio modo essendi, quo predicamentū ipsum pars entis constituitur. ¶ Tertia est, differētie sumuntur in accidentibus ex diuersitate propriorum principiorū. Prima patet sic: incompositum ex materia ⁊ forma non potest habere genus sumptum a materia: ⁊ differentiam a forma: sed accidentia sunt incomposita ex materia ⁊ forma: igitur non pōt in eis sumi genus a materia: ⁊ differentia a forma: sicut fit in substantijs compositis: quod qualiter intelligendum sit (supra dictum est.) ¶ Secunda patet sic primum genus oportet explicare essentiam ſm propriā potentiam q̄ est in ea: sicut vltima dr̄ia dȝ explicare essentiā ſm vltimū actum sed essentia accidentis secundum modum illum quo pars entis cōstituitur habet propriam potentiam: ergo ex illo modo sumendum est genus primum.

c. vj. p. 3.

Intelligendum Est hic primo ens diuidi p̄ quosdam modos in predicamenta: sicut quodammodo genus in species per differentias: ita quod sicut species per id quo generis partes efficiuntur in esse specifico, constituuntur: ita predicamenta per id quo partes entis fiunt in esse generalissimo constituuntur: ⁊ ideo modi proprij quibus ens ad quodlibet predicamentum descendit sunt illi: penes quos prima genera constituta sunt. Sunt autem isti modi per substantiuum: mensuratiuum: dispositiuum: relatiuum: actiuum ⁊c. vt dicitur quinto meta. tex. cō. xiiij.

T. c. 14

Notandum Est secundo quod cum genus sumatur a re secūdum id quo habet rationem determinabilis: primum genus sumendum est a re secundum id quo primo habet rationem determinabilis: primo autem habet rationem determinabilis res secundum primum sui gradum cōcepta. primus autem gradus rei is est quem res ex modo illo sortitur quo proprium sibi locum inter partes entis vendicat: ⁊ ideo primum genus sumptum ab illo modo entis importat rem: vt primo determinabilem: et propterea ista se consequuntur sumi a re ſm

prop riam potentiam eius .s. sm id quo primo habet rationem determinabilis: ⁊ sumi a re secundum modum illum quo entis pars sit. Et sic patet assumpta ratio.

¶ Differentie vero in eis sumuntur ex diuersitate principiorum ex quibus causantur: ⁊ quia proprie passiones ex proprijs principijs subiecti causantur, ideo subiectum ponitur in diffinitione eorum loco differentie si in abstracto diffiniantur, sm ꝙ sunt proprie in genere: sicut dicitur qđ symitas est nasi curuitas. Sed econuerso esset si eorũ diffinitio sumeretur sm quod concretiue dicuntur: si enim subiectum in eorum diffinitione poneretur sicut genus, quia tunc diffinirẽtur per modum substantiarum compositarũ in quibus ratio generis sumitur a materia, sicut dicimus ꝙ symum est nasus curuus. Similiter etiam est si vnum accidẽs alterius accidentis principium sit, sicut principiũ relationis est actio ⁊ passio ⁊ quantitas, ⁊ ideo sm hec diuidit philosophus relationem in quinto metaphysice.

T. c. xx ¶ Hic ponitur tertia propositio .s. ꝙ differentie sumuntur in accidentibus ex diuersitate propriorum principiorum ⁊ declaratur a posteriori. Signum enim ꝙ differentie sumantur ex diuersitate propriorum ⁊ principiorum est quod in diffinitione accidentium in abstracto que proprie habent genus ⁊ differentias subiectum ponitur loco differentie. hoc enim non esset nisi accidentia differrẽt penes sua propria principia: propterea enim proprie passiones differunt inter se: quia principia subiecti ex quibus causantur: inter se differunt. ¶ Et quia posset aliquis signum hoc inficiari dicens ꝙ subiectum proprium quandoqꝫ ponitur in diffinitione proprij accidẽtis loco generis ⁊ non differentie: ideo ad hanc obiectionem excludendam subditur (licet econuerso esset ⁊c.) ⁊ vult dicere quod licet ita sit ꝙ quandoqꝫ ponatur subiectum in diffinitione proprij accidentis loco generis ⁊ non differentie: quia tamen hoc non fit nisi cum accidens in concreto diffinitur: quod vt sic non est in genere: ideo hoc non obstat nostre sententie: qua accidentis differentiam secundum ꝙ in predicamento est: vnde sumenda sit declarauimus. Causa enim quare in diffinitione accidentis in concreto subiectũ ponitur loco generis: non est ipsa natura accidentis: ita ꝙ subiectum eius essentia pro genere sibi vendicet: sed est modus eius significandi: quia enim concretum ex modo significandi importat totum coniunctum .s. accidens ⁊ subiectum: ideo per modum rerũ diffinitur compositarum in quibus genus sumitur a materia ⁊ differentia a forma: ⁊ propterea subiectum cum se habeat: vt materia loco generis ponitur: ⁊ natura accidentis cum se habeat vt forma loco differentie ponitur: ⁊ dicitur symum est nasus curuus: non sic autem est cum diffinitur accidens in abstracto: tunc enim ponitur vt genus id quod essentia ipsius accidentis determinat sibi vt genus: ⁊ ponitur loco differentie id a quo accidens secundum naturam suam specificam differentiam trahit scilicet subiectum propriũ: ⁊ dicitur symitas est curuitas nasi. Manifestum quoqꝫ sit hoc .s. ꝙ differentie accidentium sumuntur ex diuersitate principiorum propriorum non solum quando accidens immediate causatur a substantia: sed etiam quando vnum accidens est alterius principium proprium: tunc enim differentias sortiuntur accidentia causata penes diuersitatem accidentium causantium: vt patet de relationibus quarum differentia attenditur penes sua fundamenta seu causas: puta actionem passionum ⁊ quantitatem: vt patet ex diuisione relatiuorum facta ab Aristo. quinto meta. tex. cõ. xx. Et per hoc excluditur obiectio alia que posset fieri de secunda ⁊ tertia passione eiusdem subiecti. Posset enim aliquis obijcere quomodo alia est differentia secunde passionis a differentia prime: si ex principijs ex quibus fluit passio: differentia sumitur: quando quidem eadem sunt principia a quibus fluunt prima ⁊ secũda. Exclusa enim est hec obiectio per hoc quod dictum est: ꝙ qñ vnum accidens est principiũ alterius: differentia posterioris accidentis nõ ex diuersitate remotorum principiorum: sed propriorum attẽditur: et ideo cum prima passio sit principium secunde non sunt eadem propria ⁊ immediata principia prime ⁊ secunde.

¶ Sed quia propria principia accidentium non semper sunt manifesta: ideo quandoqꝫ sumimus differentias accidentium ex eorum effectibus, sicut cõgregatiuum ⁊ disgregatiuum visus dicuntur differentie coloris, que causantur ex abundantia ⁊ paucitate lucis: ex qua diuerse species coloris causantur. ¶ Sic ergo patet quomodo essentia est in substantijs ⁊ accidentibus: ⁊ quomodo in substantijs cõpositis ⁊ simplicibus: ⁊ quomodo intentiones logice vniuersales in eis inueniuntur, excepto primo principio quod est infinite simplicitatis, cui non conuenit ratio generis vel speciei, ⁊ per consequens nec diffinitio propter suã simplicitatem: in quo sit finis ⁊ consummatio huius sermonis.

¶ Quia posset tertio aliquis dubitare de hoc quod dictum est: scilicet ꝙ differentie accidentium sumuntur ex eorum proprijs principijs: ex hoc ꝙ quandoqꝫ sumimus eorum differentias ab effectibus: sicut albedinis ⁊ nigredinis differentias dicimus congregare ⁊ disgregare visum: ideo ad hanc dubitationem tollẽdam dixit ꝙ hoc contingit non ex natura ipsorum accidentium: sed ex nobis quibus propria principia accidentium occulta cum sint: opus est ex effectibus notioribus differentias sumere: que differentias veras quodammodo nobis insinuent (sicut in exemplo proposito liquet) albedo enĩ et nigredo differunt a priori ex abundantia et paucitate lucis: lux enim in opaco corpore existens aliqualiter obumbrata albedinem constituit: valde autem offuscata nigredinem. a posteriori autem differunt congregatione et disgregatione visus: ex hoc enim contingit disgregare: quia ibi est satis de luce ⁊ non econuerso: ⁊ quia abundantia ⁊ paucitas lucis non ita nobis manifeste sunt: sicut congregare ⁊ disgregare: ideo loco propriarum differentiarum: congregatiuum et disgregatiuum ponimus dicentes: albedo est color disgregatiuus visus: nigredo vero congregatiuus.

Hic aduertas ꝙ non dixit subiectum esse differẽtiam accidentis: sed poni loco differentie: habent enĩ proprium genus: et propriam differentiam sui generis: que tamen absqꝫ subiecto non possunt explicari complete: ⁊ ideo omnino oportet subiectum in diffinitione accidentis cadere: vt dictum est. Ultimo epilogus fit eorum que dicta sunt: in quorũ explicatione meam opinionem ita prolatam esse volo: vt ibi, veritati consentanea inuẽta non fuerit: ⁊ ingenio et etati venia detur (adolescentiam enim adhuc ago.) Ubi autem veritatis tramitem secuta videbitur: gratiarum debite actiones diuo Thome habeantur: a quo, quicquid veri est, didici.

¶ Commentariorum thome de vio caietani cardinalis sancti xisti in libellũ diui thome aquinatis de ente ⁊ essentia: ⁊ in vniuersum omnium opusculorum eius, Finis.

¶ Ad fratrem iacobum Crecton Scotum lectorem theologie.

Petitionibus tuis fili charissime deesse nolens, ad proposita duo dubia respōdere curaui. Proponis primo dissonātiam dictorum nostrorum inter se: dum in commentarijs prime partis ar. 1. q. 12. diximus creaturam rationalem vt ordinatam ad felicitatem ꝛ non absolute, naturaliter appetere visionem dei in se: in articulo autem primo. q. 8. respondendo quarto argumento scoti diximus ꝙ ad naturaliter volendum finem vltimū in particulari, non sufficit indubietas (quoniam hec est in quolibet fideli) sed exigitur euidentia, que solum conuenit beatis. ¶ Proponis secundo ambiguitatem circa quādam glossam nostram in eisdem commentarijs. q. 47. ar. 3. ad tertium, vbi dicente textu non est possibile esse aliam terram ꝙ istā, glossauimus ly possibile sumi pro possibili sumpto ex potentia indita rebus creatis: secundum quam dicimus impossibile est mortuum resurgere: ꝛ non pro possibili sm potētiam actiuam dei neq; pro possibili logico. Videtur enim tibi ꝙ de possibili logico sit sermo, propter materiam subiectam de qua ibi disputatur. ꝛ hoc propter tria. Primo quia propositio illa precedens (mundus constat ex tota sua materia) sumpta ex philosopho aut intelligitur de totalitate indiuiduali, ꝛ hoc non: quia quodlibet indiuiduum perfectum isto modo constat ex tota sua materia. Aut de totalitate specifica, ꝛ sic oportet intelligi de impossibili absolute: quum implicet contradictionem habere totam materiam speciei ꝛ non habere aliquam partem que esset extra illud. ¶ Secundo quia idem dicitur iudicium de terra ꝛ de alijs partibus mundi: sed esse duos soles implicat contradictionem: ergo sermo est de impossibili absolute. Manifestatur autem implicatio contradictionis: quia positis duobus solibus si materia vnius appeteret formam alterius neuter haberet suam materiam: quia sol constat ex materia satiata sua forma, si autem materia vnius nō appeteret formam alterius, sic differrent non solum specie sed genere. ¶ Tertio quia sm istam glossam quum dicitur non est possibile esse aliam terram, sensus esset nō est potētia actiua in rebus creatis que possit producere aliam terram, hic autem sensus longe est a proposito: ꝛ quis vnꝗ de hoc dubitauit?

Ad primum Dubium respondemus ꝙ ly naturaliter non sm eandem significationē in vtroq; loco sumitur. Nam in questione. 12. naturale attenditur penes naturam tanꝗ principium, ita ꝙ naturalis appetitus appellatur q̄ prouenit a principio indito sm superadiectum diuine gratie ordinem. Vt enim locutio naturalis est homini a principijs naturalibus, ita appetere celestis patrie felicitatem naturale est homini ex principijs gratie: q; ex illis natum est prouenire. In. q. autem. 82. naturale attenditur penes modum vt distinguitur contra liberū, ideoq; ibi dicitur ꝙ naturaliter .i. non libere velle deum in particulari ꝛc. solis beatis cōuenit, vnde nulla relinquitur inter dicta dissonantia.

Ad secundam Autem dubitationem respōdetur clare constare ex textu ꝙ possibile sumitur sm potentiam in rebus existentem: dum probatur in textu ex naturali motu terre ad centrum, hoc. hec enim probatio manifestat de physica potentia sermonem esse. Nam certum est apud theologos omnes, posse a deo creari aliam terram extra istum mundum ꝛ conseruari ibi in eternum. ¶ Ad primam igitur obiectionem dicitur propositionem illam (mundus constat ex tota sua materia) intelligi de omni totalitate materie, possibilis tamen potentia physica: quoniā hoc sufficit ad probandum in philosophia naturali ꝙ constat ex tota sua materia simpliciter: hoc est sine additione aliqua. Et sic stant ista duo simul: ꝙ mundus constat ex tota sua materia, ꝛ ꝙ deus potest per omnipotentiam suam similem materiam extra mundum creare: quoniam primum intelligitur de tota sua materia possibili physice. Nec implicat contradictionem habere totam possibilem physice ꝛ non habere aliquam partem que per omnipotentiam diuinam fieret extra.
¶ Ad secundam autem dicitur ꝙ nulla apparet contradictio ponendo plures soles eiusdem speciei specialissime ex diuina omnipotentia. ꝛ ꝙ existentibus pluribus solibus, neutrius materia appeteret alterius formam: quia vtriusq; materia contenta esset sua forma: sicut modo materia existens in vna parte celestis corporis homogenei non appetit esse in alia parte et similiter in motibus pars sphere ignee contigua occidentali parti orbis lune non appetit esse in orientali parte eiusdem orbis: ꝛ omnium vna communis est ratio ꝙ in his q̄ sunt eiusdē rationis vna est etiam ratio appetitiue quietis: ac per hoc quodlibet contentum est illa portione quam habet: ꝛ merito: quoniam priuatio que machinatur ad malum, non est in certa materia propter formam eiusdem speciei. Nunꝗ enim sortes corrumperetur si materia eius non appeteret nisi formam humanam: qm̄ illam iam habet, ꝛ sic de alijs.
¶ Ad tertiam dicitur ꝙ aliud est aliqua esse idem, aliud est aliqua consequenter se habere. Vnde licet ad sensum expositū consequatur illa alia propositio, nulla est potentia actiua in rebus creatis que possit facere aliam terram, non tamen est idem quod sensus expositus: quoniam iuxta sensum expositum sermo est de potentia naturali non descendendo ad actiuam aut passiuam: ꝛ secundum huiusmodi potentiam affertur ratio de motu naturali et non de potentia vel impotentia generatiua terre.
¶ Hec sunt que velut a somno scientiarum speculatiuarum excitato occurrerunt respondenda. Reliquum est vt attendas tibi et lectioni ꝛ ores pro me: ꝛ bene vale. Rome. 23. Nouembris. 1522.

Vtrum homo homini superiori teneatur obedire in his in quibus oportet se exponere periculo mortis. Et videtur ꝙ non. Primo ratione: quia homo homini non est subditus quo ad naturam: ac per hoc non tenetur vitam perdere ad mandatum alterius. Et confirmatur autoritate: quia sanctus Tho. in secunda secunde. q. 105. ar. 5. in corpore dicit: Tenetur homo homini obedire in his que exterius per corpus sunt agenda, in quibus tamen sm ea que ad naturam corporis pertinent homo homini obedire non tenetur sed solum deo: quia omnes homines natura sunt pares: puta in his que pertinent ad corporis sustentationem ꝛ prolis generationem. Hec ille.
¶ Secundo quia non tenetur homo secundum charitatis ordinē ponere vitam corporalem pro quocunq; exteriori bono aut pro vita corporali alterius quum plus teneatur diligere corporalem vitam suam ꝗ proximi ꝛ contra aut supra charitatis ordinem non tenetur homo homini obedire.
¶ Tertio: quia humana iura de actionibus humanis intelliguntur salua consistentia imo incolumitate subiecti: vt patet de preceptο ieiuniorum, de diuinis officijs persoluendis, de obseruatione festorum: non enim tenetur homo ad ieiunia, ad diuinum officium aut ad obseruationem festorum si non potest hec sine non solum vite sed sanitatis periculo seruare. Eximit ergo periculū vite ab obedientia humana. ¶ Quarto: quia timor cadens in constantem virum (qualis est timor mortis) excusat ab omni iuris ac iudicis humani executione: ergo idem quod prius.

Ad euidentiam Huius questionis sciendum est, ꝙ nō distinguere inter per se ꝛ per accidens occasio est minus bene sentiendi: contingit enim etiam sapientes inquit Aristo. falli in ijs que sunt per accidens. Aliud est igitur subdi hominem homini in his que sunt nature per se loquēdo ꝛ aliud per accidens. Subijci nanq; per se, est directe ꝛ formaliter subijci ita ꝙ possint illa directe ꝛ formaliter precipi. Subdi vero per accidens, est per concomitantiam aut sequelam ad illud in quo per se subditur subijci. Exemplum: homo homini non subdit per se sm interiores motus animi: et ideo non potest superior precipere directe ꝛ formaliter interiores actus animi: soli enim deo hoc est proprium. Subditur tamen per accidens inquantum interiores animi motus sunt exteriorum actionum rationes: sic enim concomitantur exteriores actiones in quibus homini homo per se subijcitur. Et ideo superiores aliter iudicant hominem ex malitia aliter ex passione aliter ex ignorantia operantem. In proposito autem verissimum est hominem non subdi homini in his que ad naturam spectant: sed hoc intelligitur per se ꝛ formaliter: ꝛ ideo nullus potest alteri precipere vt se occidat, vt non comedat, vt non generet. Sed per accidens in his etiam homo homini subditur: pro quanto hec concomitanter se habent ad actiones in quibus homo homini per se subditur: vt patet in laicis subditis, qui tenentur mādante principe preliari ꝛ exponere se mortis periculo (vt experientia testatur) quia potest princeps precipere vt tueantur armis rēpublicam, vt vlciscantur armis eandem: ꝛ huic annexum est periculum mortis: ideo ex tali annexione subduntur etiam quo ad vi-

tam. Ratio autem huiusmodi debite obedientie est: quia de humanorum actuum subiectione iudicandum est s̄m ea que insunt per se, ⁊ non secundū ea que sunt per accidens: sicut vniuersaliter de ceteris conditionibus humanarum actionum consideratio ⁊ iudicium si non fiat per se, non recte iudicatur nisi diuinando: oportet ergo inspicere ad naturam operis humani, an sit per se de genere subditorum superiori homini, an sit de genere exemptorum a subiectione humana: vt fecit diuus thomas in loco allegato, duo operum genera per se eximens a subiectione humana: opera scilicet interiora animi ⁊ opera nature sustentande ⁊ propagāde. Et aduerte ꝙ etiam non per se subiecte operationes alteri homini possunt p̄ accidēs fieri subiecte alteri homini: vt declarauimus. Quū igitur constet exteriores actus virtutum necessarios ad commune bonum politicum vel domesticum subiectos esse homini superiori (quoniam ⁊ leges humane huiusmodi actus precipiunt, ⁊ superiores ad hos cogunt subditos) non sunt a suo subiectionis ordine eximendi propter accidentia annexa: vt testantur precepta de actibus fortitudinis. Si enim leges ⁊ precepta principum de actibus fortitudinis exceptionem admittunt quando est fortitudinis actibus annexum vite periculū, vanus est omnis principatus ad precipiendum que sunt fortis: vnde nil aliud est dicere ꝙ lex aut princeps aut superior non potest precipere actus quibus annexū est vite periculum q̄ exterminare precepta fortitudinis a potestate humana: quū fortitudo circa mortis pericula sit: quod quia absurdum imo ridiculum est, stet iudicium in his que sunt per se. Simile quoqꝫ facile apparet in actibus religionis: precipit ecclesiastica lex missam celebrare non nisi cum sacris vestibus, cum altari, cum calice: si fiat exceptio de mortis periculo, sacerdos comminata sibi morte celebrabit licite in diploide habens tantummodo panem ⁊ vinum: quis fatuus diceret hec? Similiter ep̄o conferet ordines sacros in diploide sine vllis cerimonijs sola forma substantiali seruata ob comminatam sibi mortem: quod est sacrilegiū. Ex quibus quilibet sapiens potest percipere falsum esse fundamentū q̄ humana lex ⁊ superior homo non potest precipere actus virtutū vsqꝫ ad mortis periculum inclusiue, ⁊ ꝙ subditi non teneantur obedire. Stetur ergo vt dictum est in his que sunt per se: censendo ꝙ tam lex q̄ superior homo potest precipere omnes exteriores virtutum actus necessarios ad commune bonum illud cuius curam habet ad quod subditos habet: ⁊ subditi tenentur obedire, non obstante quocūqꝫ vite periculo annexo. Unde quia prelatus potest p̄cipere subditis religiosis ea que sunt ad mutua obsequia inter que non infimum tenet locum cura infirmorum, ideo tenetur subditus obedire ad seruiendum egris etiam infectis epidimie morbo: quoniam hoc periculum vite concomitanter se habet ad opus quod per se precipitur, scilicet seruitium infirmorum. Nec minus tenet religiosus in his ⁊ similibus obedire q̄ secularis suo principi ad p̄liandum, vbi est maximum mortis periculum cōcomitans. Et qm̄ hoc clarum est, non me extendo amplius: sed ex his constat satisfactum esse prime rationi in oppositum allate, ⁊ authoritati. d. Tho. verificantur siquidem formaliter ⁊ per se: secus autem est quum cōcomitanter cōcurrit id quod est nature seu vite ad illud quod per se precipi potest.

¶ Ad secundam vero rationem de charitatis ordine, respōdetur ꝙ charitatis ordo habet vt pro actu virtutis quilibet exponat vitā suam corporalem: ⁊ miles pro actu virtutis (scilicet iuste defensionis aut iuste vindicte) exponit vitam suam periculo: ⁊ seruiens infectis, pro actu virtutis (scilicet religiosi obsequij) exponit se periculo mortis ⁊ non pro bonis externis aut corporali salute alterius. Constat autem hos ⁊ similes virtutum actus debitos posse precipi nec contra nec supra charitatis ordinem sed s̄m charitatis ordinem, quantum bonum anime prestat corporali vita.

¶ Ad tertiam dicitur ꝙ actus virtuosi precepti a iure positiuo relati ad vite periculum, nō sunt vniformes. Quidam enim sunt quorum rectitudo destruitur ex vite periculo annexo: vt sunt actus abstinentie, qui si cum discrimine vite fiant non sunt virtuosi: quoniā recta abstinentie ratio medium sic exigit vt non subtrahatur necessarium ad vitam: ⁊ de his verificatur quod leges humane intelliguntur salua consistentia subiecti. Quidam vero sunt quorum rectitudo constituitur ex periculo vite: vt actus fortitudinis: qui si discrimen vite effugerent: in vitium inciderent. Et simile est de reliquis actibus virtutum necessarijs ad commune bonum: vt sunt obsequia, officia, ministeria necessaria ad commune bonum: in quibus est nonnulla fortitudo in sustinendo pericula vite superuenientia: sustinetur enim intantum eorum rectitudo ex periculo vite vt si huiusmodi periculum effugerent, in vitium inciderent timiditatis ⁊ in huiusmodi non subintelligitur salua consistentia subiecti. Quidam vero sunt medij respicientes periculum vite omnino accidentaliter: vt sunt multi religionis actus: puta audire missam, seruare festa, ⁊ huiusmodi. Et horum duplex est differentia. Nam quidam sunt qui ex supradicto vite periculo ⁊ licite omittuntur ⁊ supererogatorie fiunt: vt sunt actus predicandi ⁊ corrigendi: qui quādoqꝫ (puta non cogente diuini iuris necessitate) possunt propter vite periculum omitti licite: quia est licitum quandoqꝫ fugere: possunt et tunc nihilominus supererogare, volentes predicare ⁊ reprehendere: vt Joan. baptista arguit herodem: sciebat em̄ herodes crimen suum: ita ꝙ non necessitatis sed supererogationis erat Joannis reprehensio. Quidam vero sunt qui si fiant propter timorem mortis: illicite omnino fiunt: vt celebrare missam absqꝫ sacris vestibus calice ⁊ altari: celebrare scienter coram excommunicatis nominatim, ⁊ reliqua similia que si fiant propter timorem mortis, sunt illicita: quia non excusantur a toto sed a tanto. Et horum omniū vna communis est ratio: quia legis ⁊ principis est p̄cipere actus virtutum necessarios ad cōe bonum: vt autē declaratum est a virtute recederetur si mortis periculum in predictis exciperetur.

¶ Ad quartam dicitur ꝙ timor cadens in constantem virum excusat iuxta supradictam distinctionem quandoqꝫ a toto: vt in his in quibus omissio vel commissio ob mortis periculum a rectitudine non recedit. Et hoc gratia materie humanitatis pietate suffulte, plerūqꝫ forte a iuristis extenditur. Quādoqꝫ autem excusat nō a toto sed a tanto corā deo, quāuis coram humano iudice excuset a toto: vt in predictis p3: ⁊ tunc moriendū est potius viro forti q̄ incurrere obliquitatē etiā venialē. Rome die. xxvij. decēbris. 1522.

Index quarti tomi.

Finis.

Excudebat Joannes Crispinus Lugduni,
Anno salutis eterne, 1541.
Mense Julio.

Regestum.

AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO PP QQ RR SS TT. Omnes sunt Quaternii preter AA, qui est quinternus: et TT, ternus.

Reuerendissimi Domini Domini Thome de Uio Caietani: Cardinalis sancti Xisti, de sacrificio Misse, aduersus Luteranos, iuxta scripturam, Tractatus.

¶ Clementi sept. Pont. Max. Thomas de Uio Caietanus, Cardinalis Sancti Xisti, felicitatem.

Mandasti olim, P. Beatissime, vt tanquam instructor nuntij scriberem respondenda obiectis in libello de Cena domini, asserente corpus et sanguinem christi in eucharistia esse duntaxat sicut in signo: oblato autem nuperrime mihi Libello luterano etiam de Cena Domini, affirmante in eucharistia verum christi corpus et sanguinem sed negante sacrificium misse, contra vniuersas etiam schismaticorum ecclesias, existimaui non esse expectandum mandatum, sed officij mei partes exequi, manifestando rationes errandi in hac noua heresi. Suscipiat itaque decernendam apostolatus tui censura lucubratiunculam hanc, et felix vale.

¶ Intentio autoris. Caput primum.

Unicus magister omnium dñs Jesus sadduceos (qui ex sacris libris solos libros Moysi recipiebant) confutando ex libris moysi docuit nos vt aduersus hereticos abstineamus a testimonijs que non recipiunt, sed illis vtamur sacris testib⁹ quos non refutant. Quocirca aduersus hereticos qui luterani vocantur (innitentes solis testimonijs sacrarum scripturarum) scriptur⁹ de sacrificio misse. ex solis sacris scripturis disputationē doctrināque oēm pficere intēdo: tū ne glorient in solido fundari sacrarūscripturarū fundamēto, negationē sacrificij misse: tū ne minus docti putēt ex ecclie instōne (non scripture autoritate) fulciri sacrificiū misse: tum vt habeāt luterani illi qui ignoranter errant vñ resipiscant. ¶ Ut autē clara fiat apd oēs veritas, primū in quo cōueniūt et in quo differūt luterani a catholicis, deinde quid ex sacris scripturis de sacrificio misse habetur, et demum luterane obiectiones discutientur.

¶ Conuenientia et differentia Luteranorum cum catholicis circa sacrificium misse. Caput secundum.

Consentiunt Luterani missam posse sacrificiū memoriale appellari: ea ratione quia in memoriā sacrificij oblati in cruce verum corpus christi cū vero sanguine christi cōsecraf. veneratur et sumif: dicente dño, hoc facite in mei cōmemorationem. Negāt autē duo. Alterum est, offerri corpus vel sanguinem christi deo: quamuis enim affirment in altari esse verum christi corpus, negant tamen illud verū christi corpus offerri deo. Alterum est, esse in altari hostiam seu sacrificium pro expiatione peccatorum, siue pro viuis siue pro defunctis. ¶ Et fundāt vtrūque super doctrinam epistole ad Hebreos: vbi clare vnica oblatio corporis christi in cruce semel facta, sufficiēs manifestaf pro peccatis totius mundi. Et propterea inferunt quod quamuis cultus corporis christi in memoriam passionis et mortis christi sit institutus a christo: oblatio tamen corporis christi tāquam hostie pro peccato, est adinuentio humana, contraria documentis sacre scripture.

¶ Ex institutione christi eucharistiam immolari. Caput iij.

Catholici autem agnoscimus in sacris literis scriptā esse institutionē immolationis eucharistie. Euangeliste enim (specialiter Lucas cap. xxij. specialiusque Paulus .j. ad Corin. xj.) tradunt post multas actiones dñi Jesu in cena, cū mandasse, hoc facite in mei cōmemorationem. Que quia verba sunt iesu christi, libranda valde sunt: tum pronomen hoc: tum verbū facite: tū in mei cōmemorationem. ¶ Ad intelligendū itaque demonstratum per pronomen hoc, inspicienda sunt que premittunf. Premittitur autē quod Jesus accepit panem, gratias egit, fregit, dedit, dixit accipite comedite, hoc est corpus meū quod pro vobis frangitur: vel scdm Lucam datur. Statimque subiūxit, hoc facite in mei cōmemorationem. Pronomē itaque hoc, quū non arctetur ad demonstrādum aliquod premissorum et ad aliquod premissorū non demōstrādum, cōsequēs est vt demonstret vniuersitatē premissorū. ¶ Uerbum facite, multa fert mysteria. Nā non dixit hoc dicite, sed hoc facite: vt significaref quod id quod mandat, non cōsistit in dicere sed in facere: quodque dicere hic interueniens, nō propter dicere sed propter facere est: vt intelligeremus quod verba cōsecrationis sunt verba efficiētia illud quod significant. Et adiungendo in mei cōmemorationē, distinguit facere a cōmemorare: vt significantius non dixerit, hoc cōmemorate, sed hoc facite in cōmemorationē mei. Mandat itaque dominus iesus, hoc id est vniuersa pmissa, facere in memoriā sui. Actus ergo faciendi hoc, mandatur relatus ad recordationē dñi iesu. ¶ Ex eo autem quod sub facere hoc, cōprehenditur non solū facere corpus christi sed etiā facere corpus christi quod frangitur seu datur pro nobis, manifestum est dominū iesum mandasse, facite corpus meum quod pro vobis frangitur et datur. Perinde autē est quod pro vobis frangitur et datur, ac si diceretur quod pro vobis immolaf. neque enim aliter frangitur aut datur nisi pro quanto in cruce frangitur et daf (hoc est immolatur) pro vobis: facere autē corpus meū quod pro vobis immolatur vt sic, perinde est ac facere corp⁹ meū quatenus pro vobis immolatur. ¶ Ut autē hec que dicimus penetres, aduerte quod si domin⁹ Jesus ob veritatem duntaxat corporis sui significandam adiunxisset quod pro vobis frāgitur seu datur, sat fuisset dicere quod in persona mea videtis, seu quodcūque aliud eiusmodi, Sed absit a domini Jesu christi sermone, sermo nō formalis: quo adempto, omnis tollitur certitudo sermonis: vagaref enim per infinita accidentia. Dicendo itaque quod pro vobis frangitur seu datur, formali sermone significat facite corpus meū quatenus pro vobis offertur, et hoc ipsum facite in mei commemorationem. ¶ Porro ex eo quod facere hoc in christi memoriam, plus est quam consecrando facere corpus christi (quia est etiam facere corpus christi quod datur et frangitur pro nobis) et plus est quam recordari christi (quia est facere christi corpus quod datur ac frangitur pro nobis in christi recordationem) et dari ac frangi pro nobis, est immolari pro nobis (nam dari significat in genere offerri: frangi vero significat in specie modum offerendi, per fractionem scilicet: dedit enim semetipsum deo in cruce fractione manuum, pedum ac lateris pro nobis) consequens est quod mandante domino Jesu hoc facite in mei commemorationem, mādatur hoc facite immolatiuo modo in mei commemorationem. facere enim corpus christi quod immolatur, est facere illud immolando seu per modum immolationis: nam sic duntaxat fit a nobis corpus christi quatenus immolatur: nam facto non fit a nobis corpus christi quatenus immolatur nisi vtrūque facto impleatur: videlicet et consecrando facere corpus christi, et immolando facere quod datur et frangitur pro nobis: adiuncto tertio: videlicet in Jesu christi memoriam.

¶ Et aduerte prudens lector facta in cena dominica: vt perpēdas quam quadret institutio institutioni: factum facto, et immolatio immolationi. Cena siquidē agni paschalis instituta in memoriā eductionis de egypto, in facto cōsistebat immolationis: ita quod ipsa cena erat immolatio paschalis agni. Similiter namque dominus iesus completo sacrificio paschalis agni, instituit nouum nostrū pascha seipsum vt immolatur: dicendo hoc est corpus meum quod pro vobis daf ac frangitur, hoc facite in mei memoriā. Ac si verbo dixisset quod sub rogationis facto dicebat, quēadmodū hacten⁹ in memoriā exitus de Egypto fecistis pascha, ita deinceps hoc facite in mee immo-

latiōnis memoriam. Ut ipsa surrogatione noui paschatis pro veteri, loqueretur ac diceret, pascha illud fecistis immolando communi cena, ⁊ hoc facite immolando communi mensa in mei cōmemorationem. Ita ꝙ ex ipsa surrogatione noui paschatis veteri, significatur ꝙ dicendo hoc facite in mei memoriam, intelligitur de facere immolatiuo modo: nā ⁊ immolatiuo modo fecerant vetus pascha. ¶ Hunc autem esse germanum sensum mandati istius, testant etiam facta recitata a paulo. i. ad corin. x. Connumerat siquidem paulus panem sanctum ⁊ poculū sanguinis christi inter immolata, supputat mensam nostram inter altaria, decernit edentes ⁊ bibentes de mensa domini inter comedentes ⁊ bibentes immolata. ¶ Ex quibus clare patet, tum apostolos intellexisse mandatum christi hoc facite in mei memoriam, de facere immolando eucharistiam, tum apostolorum tempore eucharistiam fuisse in christi ecclesia non solum sacramentum sed etiam sacrificium. tum in sacra scriptura ⁊ non solum in vsu ecclesie ⁊ libris doctorum, haberi immolationem corporis ⁊ sanguinis domini. ¶ Verba autem apostoli sunt hec. Fugite ab idolorum cultu, vt prudentibus loquor: iudicate vos quod dico. Poculum benedictionis cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis christi est? panis quem frangimus, nonne communicatio corporis christi est? quoniam vnus panis, vnum corpus multi sumus: nā omnes ex eodem pane participamus. Videte israelem secundum carnem, nonne qui edunt victimas, participes altaris sunt? Quid ergo, dico ꝙ simulacrum aliquid sit, aut ꝙ simulacris immolatum aliquid sit? sed ꝙ que immolant gentes, demonijs immolant ⁊ non deo. Nolo autem vos communicantes fieri demoniorum, non potestis poculum domini bibere et poculum demoniorum: non potestis mense domini participes esse et mense demoniorum. Hec ille. Ex his enim manifeste patet, apostolum inter victimas israelis, et immolata demonijs recensere panem quem frangimus et poculum benedictionis: ⁊ inter altare israelis et mensam demoniorum mensam domini: et inter edentes victimas altaris israel et edentes immolata demonijs, edentes de mensa domini et bibentes de illius poculo, et ex huiusmodi ratione arguere quod non possunt immolatorum deo et demonibus participes esse. Nisi enim immolata essent deo panis ⁊ calix christi, vniuersa pauli fabrica ex immolatis tam deo vero ab israele ꝙ immolatis demonijs agentibus surgens rueret. Sed hoc tam clarum est testimonium ꝙ panis ⁊ calix christi tempore pauli immolabantur vt nostra clarificatione non indigeat.

¶ Ex institutione christi immolari eucharistiam in remissionem peccatorum. Caput quartum.

Alterum a Luteranis negatum in missa (videlicet ꝙ sit hostia pro expiatione peccatorum) facile ex eodem dñi iesu mandato, eadem procedendo via monstrant falso negari. Nam Matth. xxvj. dñs iesus accepto calice non solum dixit. hic est sanguis meus q̄ p multis effundit, sed adiūxit in remissionem peccatorū, ⁊ subiūxit hoc facite in mei recordationem. Sub mādato itaq̧ hoc facite, cōprehenditur facere immolando sanguinem christi in poculo, nō solum quatenus effundit, sed etiam quatenus effunditur pro multis in remissionē peccatorum. Sermo enim formalis significat ꝙ quemadmodum effusio sanguinis in remissionē peccatorum est ipsa cruenta hostia pro peccatis nostris, ita facere poculū sanguinis qui effundit in remissionem peccatorū vt sic, est immolare poculū sanguinis quatenus effunditur in remissionē peccatorū, quatenus operat remissionem peccatorum. effundi eñi in remissionē peccatorum est operari remissionē peccatorū, quantū est ex parte sua, quicquid sit de effectu. Nō igit humana est adinuētio, sed intelligentia et obedientia diuini mādati tum offerre corpus ⁊ sanguinem christi sub specie panis ⁊ vini in memoriam dñi nostri iesu christi, tū hec ipsa offerre pro expiatione peccatorū: vt (optima legis interpres) consuetudo vniuersarum ecclesiarū, non solum latinarum ⁊ grecarum sed armenarū, persarum ⁊ reliquarum p orbem diffusarum ab antiquo semper interpretata est.

¶ Obiectiones ex epistola ad hebreos contra sacrificium misse. Caput quintum.

Aduersus hec duo instituta insurgunt Luterani ex multis dictis in epistola ad Hebr. a cap. vij. vsq̧ ad decimum inclusiue. Et contra quotidianam quidem oblationem eucharistie arguunt tripliciter. Primo ex multitudine sacerdotum. Nam ibidem differentia ponitur inter christum sacerdotem noui testamenti et sacerdotem veteris testamenti, ꝙ ille est vnicus, istum autem oportet multiplicare: quia ille eternus, iste temporalis: inconueniens ergo est in nouo testamento affirmare talem hostiam cui nō sat est vnicus sacerdos christus, sed oportet successiue secundum temporum successus sacerdotem sacerdoti succedere: vt oportere videmus in misse sacrificio. ¶ Secundo ex repetitione oblationis. Nam ibidem differentia scribitur inter sacrificium veteris testamenti ⁊ sacrificium noui testamēti: ꝙ illud repetebatur: tum singulis diebus a sacerdotibus simplicibus, tum singulis annis a summo sacerdote: hoc aūt nec quotidie nec quotannis repetitur, sed semel oblatum est: inconueniēs est ergo in nouo testamento sacrificium affirmare quod oportet sepe repetere. ¶ Tertio ex parte rei oblate. Nam ibidem differentia inter sacrificium veteris et noui testamenti ponitur: ꝙ tunc sanguine hircorum ⁊c. vtebatur sacerdos: nunc autem per propriū sanguinem semetipsum semel obtulit: inconueniens ergo est per nos offerri sub specie panis et vini qui semel sufficientissime oblatus est christus a seipso.

Contra hoc vero (videlicet ꝙ eucharistia sit hostia pro peccatis) arguunt etiam tripliciter. Primo ex repetitione: quia ibidem hostiarum veteris testamenti infirmitati ad delenda peccata, ascribitur repetitio hostie. Si enim peccata purgassent, desijssent offerri: et ideo noui testamenti hostia tollens peccata, non repetitur: inconueniens ergo est in nouo testamento affirmare hostiam pro peccatis quam oportet repetere: qualis est missa. ¶ Secundo ex sufficientia sacrificij christi: ꝙ Christus vnica oblatione semetipsum offerens in cruce, consummauit omnes accedentes ad eum ⁊c. iniuria ergo fit sufficientissime christi hostie pro peccatis totius mūdi, addendo hostiam aliā in nouo testamento pro peccatis. ¶ Tertio ex parte abolitorū peccatorum: quia (vt ibi dicitur) vbi non restant peccata expianda, nō est opus hostia pro peccatis: sed omnia peccata sunt abolita per gratiam noui testamenti, quod Christi morte firmatum est: non est ergo locus alteri hostie pro peccatis in nouo testamento.

¶ Responsio ad obiecta. Caput sextum.

Fundamentum veritatis ⁊ intelligēdi diuersa sacre scripture dicta circa noui testamēti sacrificiū ac sacerdotium est vnitas hostie, simpliciter ⁊ absolute immolate semel in cruce ab ipso christo secundum seipm, ⁊ secundū quid immolate quotidie ab eodē per ministros in ecclesia sua. Ita ꝙ in nouo testamēto est hostia cruenta, est ⁊ hostia incruēta. Hostiam siquidem cruentam agnoscimus iesum christum in crucis ara oblatum semel pro peccatis totius mundi: hostiam vero incruentam agnoscimus institutam a christo, corpus ⁊ sanguinem eius sub specie panis ⁊ vini: vt citate scripture testant. ¶ Verū hostia cruenta ⁊ incruenta non sunt hostie due, sed hostia vna: quia res q̄ est hostia, est vna met res, non enim christi corpus in nostro altari est aliud ab illo christi corpore quod oblatum est in cruce: nec sanguis christi in nostro altari alius est ab illo christi sanguine qui fusus est in cruce. Modus vero hanc vnam eandemq̧ hostiam immolandi, alter est: quia ille vnicus substantialis ac primeuus immolandi modus, fuit cruentus: vtpote in propria specie corporis fractione in cruce sanguinem fundēs, iste vero quotidianus externus accessoriusq̧ modus, est incruētus: vtpote sub specie panis et vini oblatum in cruce christū, immolatiuo modo representans. Quocirca noui testamenti hostia cruenta ⁊ incruenta, vnica est ex parte rei oblate, ⁊ ex parte modi offerendi licet sit diuersitas: quia tamen iste modus (scilicet incruente immolare) non est secundum seipsum tanq̄ disparatus modus immolandi institutus, sed duntaxat vt refertur ad cruentam in cruce hostiā, consequens est apud sapientes (⁊ penetrantes ꝙ vbi vnum non nisi propter alterum, ibi vnum duntaxat est) consequens inquam est non posse affirmari proprie loquendo, duo sacrificia aut duas hostias aut duas oblationes, immolationes et quouis nomine appelles, esse in nouo testamento, ex hoc quod est in eo hostia cruenta christus in cruce et hostia incruenta christus in altari: sed esse vnicam hostiam semel oblatam in cruce, perseueran-

rem modo immolatio quotidiana repetitione ex institutione christi in eucharistia. Perseuerantiam autem hostie in cruce oblate non fingim⁹ in nostro altari: sed ex identitate rei oblate in cruce ⁊ in altari habem⁹. ex eo enim ꝙ vnum atq; idem christi corpus est quod oblatum est in cruce ⁊ illudmet offertur in altari, clare patet non esse aliam hostiam in altari ⁊ in cruce: sꝫ eā que in cruce oblata semel est, perseuerare alio tamen modo in altari, mandante christo, hoc facite in mei commemorationem. Si nanq; iunxeris hec duo videlicet hoc facite ⁊ in mei memoriam) perpendes ꝙ vnum atq; idem illud quod tunc fiebat facimus in christi memoriam: qḋ est illud vnum atq; idem quod tunc frangebatur et effundebatur perseuerare sub specie panis ⁊ vini in memoriam christi.

Ex his igitur Ad singula obiecta singillatim diluē da descendendo, dicitur ad primū de vnitate sacerdotis ꝙ in nouo testamento vnicus est sacerdos christus, ⁊ ipsemet est sacerdos in nostro altari: nam ministri quiq; nō in personis proprijs sed in persona christi consecrant corpus ⁊ sanguinem christi, vt testantur verba cōsecrationis: ac per hoc vices christi agētes offerunt: nō enim dicit sacerdos hoc est corpus christi, sed hoc est corpus meum: faciendo in christi persona sub specie panis corpus christi, iuxta mandatum christi, hoc facite. Et quū infertur, inconueniens esse affirmare hostiam in nouo testamento cui non sat est christus sed oportet succedere ministros: respondetur ꝙ aliud est affirmare disparatam hostiam requirentem successionem sacerdotum, ⁊ aliud est affirmare perseuerātiam hostie in cruce oblate requirentem successionem ministrorum. Primum enī dedeceret noui testamenti statum: secundum autem consentaneū nouo testamento est, vt iugis vigeat victima vnica illa semel oblata. ¶ Ad secundum ex parte repetitionis, dicitur ꝙ in nouo testamento non repetitur sacrificium seu oblatio, sed perseuerat immolatitio modo vnicum sacrificium semel oblatum: ⁊ in modo perseuerandi interuenit repetitio, non in ipsa re oblata, nec etiā ipse qui repetitur modus, concurrit ad sacrificium propter se, sed propter oblationem in cruce commemorandam in cruce. Huius autem modi repetitionem non esse contra doctrinam epistole ad heb. testantur verba illius: inferentia ꝙ si repeteretur noui testamenti sacrificium, oportuisset christū sepe pati. De repetitione igitur sacrificij manifestat se loqui, non de repetitione istius modi a domino iesu christo instituti. ¶ Ad tertium ex parte rei oblate, dicitur ꝙ cum hoc ꝙ christus semel proprium sanguinem sufficientissime et abundantissime fuderit in cruce, quadrat vt perseueret immolatitio modo in eucharistia, illa vnica ac sufficientissima sanguinis in cruce effusio.

Ad primum Autem contra eucharistiam quatenus affirmatur hostia pro peccatis, dicitur cō cedendo ꝙ ex hostie impotentia ad delenda peccata decreta est in lege veteri repetitio eiusdem hostie. Et quū infertur inconueniēs esse, in nouo testamento affirmare hostiam pro peccatis quā oportet repetere: conceditur totum proprie loquendo: quia non repetitur in missa hostia, sed illamet hostia in cruce oblata perseuerans immolatitio modo recolitur in qualibet missa. ¶ Ad secundū autem dicitur ꝙ absit a fidelium mentibus etiam cogitare ꝙ ad supplēdam efficaciam hostie in cruce oblate celebretur missa: celebratur enim tanq; vehiculum remissionis peccatorum per christum in cruce facte: ita ꝙ quemadmodū non est alia hostia, ita non aliā affert remissionem peccatorum. Nam quemadmodū christus per proprium sanguinem penetrauit celos perseuerans sacerdos in eternum ad interpellandum pro nobis (vt in eadem epistola scribitur) ita perseuerat nobiscum per eucharistiam immolatitio modo, intercedēdo pro nobis. Sicut enim sufficientia ⁊ efficacia summa sacrificij in ara crucis non excludit perseuerantiam christi in celis in officio interpellandi pro nobis, ita non excludit perseuerātiam eiusdem nobiscum immolatitio modo ad intercedēdum pro nobis. Nam quemadmodum cōtinua intercessio christi pro nobis in celo, non derogat vnice intercessioni mortis christi, ita nō imo multo minus eidem derogat perseuerantia christi immolatitio modo ad intercedendum pro nobis vt participes simus remissionis peccatorum in ara crucis facte quanto ista intercessio fit per mysterium sub specie panis ⁊ vini, illa autem in celo fit per christum in propria specie in qua crucifixus est. Si enim derogationi locus esset, magis derogaret vnice mortis intercessioni vt post mortis intercessionem intercedat christus sub specie propria q̃ sub specie aliena: illud nāq; intercedere pre se fert quasi supplemētum intercedendi: hoc autem pre se fert cerimonialem intercedendi modū, nobis valde consonum. ¶ Ad tertium dicitur, ꝙ cum grano salis intelligendum est peccata esse nobis remissa per christi mortem: videlicet per christi mortem applicatam nobis per instituta a christo sacramenta: in hoc enim christiani omnes conuenimus: inter sacramenta autem a Christo instituta supputatur ⁊ est sacramētum eucharistie institutum ab ipso christo immolatitio modo: vt declaratum est ex verbis christi ⁊ pauli. Et ideo si qui inter christianos sunt egētes post baptisma remissione peccatorum, eucharistie hostia prodesse potest illis ad remissionem peccatorum, applicando efficaciam mortis christi ad illos: non egentibus autem remissione peccatorum, prodest ad vegetationem anime, quēadmodum cibus et potus corporeus vegetat corpus: sacramentum enim eucharistie quāuis immolatitio modo institutum sit etiam pro expiatione peccatorum facta per crucem christi applicanda colentibus, non tamen est institutum propter hoc duntaxat, sed pro alijs anime bonis. Cum omnibus igitur scriptis in epistola ad hebreos, stat sacrificium misse quod ecclesia catholica edocta a christo ⁊ apostolis celebrat. Et hec sunt dicta extensione ibidem dictorum admissa ad eucharistie hostiam: noui enim ꝙ iuxta germinum sensum, de sacrificijs cruentis tractat autor illius epistole monstrans excellentiam cruenti sacrificij oblati a christo condendo nouum testamentum, relatiue ad sacrificia omnia veteris testamēti. Visum siquidē est expedire claritati veritatis catholice admittere huiusmodi extensionem, vt nulla ex parte hesitandi locus relinquatur. Ad dei gloriam: Rome die tertio Maij. m.cccc.xxxj.

¶ Tractatus de sacrificio Misse: editi per Reuerendissimum dominum dominum Thomam de vio Caietanum Cardinalem sancti Xisti,

Finis.